UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

M III
13
Ph. 4788.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex Legato Celmi Principis Ferdinandi
Epi Paderb: et Monaster:
Anno 1682.

IO. CAROLI

ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D.

VELITERNI

TRACTATVS

DE REGIMINE ECCLESIAE EPISCOPALIS.

Collegij Soc.ti Jesu Paderb.

IO. CAROLI

ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D.

VELITERNI

TRACTATVS

DE REGIMINE ECCLESIAE EPISCOPALIS

Velletri

TRACTATVS
DE REGIMINE
ECCLESIAE EPISCOPALIS
IN OCTO LIBROS DISTRIBVTVS,

Quorum quatuor in hac Prima Parte, reliqui in Secunda continentur,

Vbi omnia, quæ ad forum Ecclesiasticum præcipuè spectant, exactè, ac dilucidè pertractantur.

Opus sanè vtilissimum, atque omnibus Episcopis, Archiepiscopis, eorumque Vicarijs, Inquisitoribus, Regularium Superioribus, ac cæteris personis Ecclesiasticis, Iudicibus quoq; Sæcularibus, alijsque in vtroque foro versantibus maximè necessarium.

Cum Summarijs, & Indice locupletissimis.

AVCTORE
IO. CAROLO ANTONELLO
SAC. THEOL. AC I.V. DOCT. VELITERNO
Prothonor. Apost. eiusdemque Ciuitatis Archipresb.

VELITRIS, Apud Carolum Bilancionum M. DC. L.
SVPERIORVM LICENTIA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EMINENTISSIMO PRINCIPI

MARTIO GINETTO

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO

S. D. N. PAPAE VICARIO.

IO. CAROLVS ANTONELLVS F.

MIHI diù cogitanti, quid offerrem tuæ amplitudini dignum, meæque professioni congruum, nihil opportunius offerendum occurrit, quam hic Tractatus, in quo de Ecclesiæ Episcopalis Regimine agitur. nec vna quidem ad id me compulit causa: suasit enim in primis tua erga omnes humanitas, singularisque sapientia, ac prudentia, qua Vrbis, & Orbis controuersias rectissimè dirimis, atque in rebus arduis pertractandis mira dexteritas, stabilisque constantia, qua ius suum æqua lance vnicuique tribuis. Hinc præclaras animi tui dotes tum Germania, tum etiam Ferraria, Legationis, atque

atque integritatis tuæ memores in cœlum efferunt, Roma præsentes admiratur, totusque Terrarum Orbis te admirabilem in graui iustitiæ pondere sustinendo Atlantem acclamat. Accedit communis Patriæ in te obseruantia, ac tua in me beneuolentia semper vberrima; vnde hunc mearum lucubrationum partum, veluti pullulans quoddam mei obsequij germen, ac memoris, & grati animi argumentum tibi omninò debueram consecrare. Quare nunc etiam humanitati indulgeas, atque hoc opus ea, quæ nunquam tibi deest, foueas benignitate. Vale. Velitris, kalen. Februarij M. DC. L.

Imprimatur.
Si videbitur D. Canonico Deputat°
Ant. de Federicis Vic. Gener.

Imprimatur.
Ioannes Baptista Catelina Canonicus Prothonot. Apost. & pro Reuerendiss. P. Mag. S. P. Apost. Deput.

IN-

INDEX
LIBRORVM, ET CAPITVM.
QVÆ IN PRÆSENTI TRACTATV CONTINENTVR.

LIBER PRIMVS.
DE CVLTV, ET PRIVILEGIIS ECCLESIARVM;

DE vi, ac potestate legis humanæ. Cap. I.
De Ecclesijs ædificandis, vel reparādis. Cap. II.
De Confraternitatibus, & locis pijs. Cap. III.
De Alienatione rerum Ecclesiæ. Cap. IV.
De Locatione rerum Ecclesiæ. Cap. V.
Quibus casibus concessio in emphiteusim absq; assensu Apostolico fieri possit. Cap. VI.
De bonis, quæ seruando seruari non possunt. Cap. VII.
Quo casu sufficiat auctoritas Episcopi in alienatione rei Ecclesiæ. Cap. VIII.
De Immunitate Ecclesiastica. Cap. IX.
De Testamentis, & Legatis pijs. Cap. X.
An, & quando Rector Ecclesiæ repudians legatum, seu hæreditatem Ecclesiæ relictam, incurrat in censuras extrau. Ambitiosæ. Cap. XI.
De Sepulturis. Cap. XII.
De Quarta funerali. Cap. XIII.
De Sacrificio Missæ. Cap. XIV.
De munere euangelicæ prædicationis. Cap. XV.
Quo casu in Ecclesia polluta diuina officia celebrari nequeāt. Cap. XVI.
Quibus modis consecratio, & be-

nedictio à mittitur. Cap. VI.

LIBER SECVNDVS.

De Sacris ordinibus.

QVIS censeatur proprius Episcopus quoad ordines suscipiendos. Cap. I.

De Titulo, seu patrimonio requisito ad ordines sacros. Cap. II.

De Temporum interstitijs. Cap. III.

Quæ scientia ad ordines requiratur, & an Episcopus possit in hoc dispensare. Cap. IV.

An, & quando Episcopus dispensare possit cum corpore vitiatis. Cap. V.

An Episcopus cum infamibus, & criminosis ad ordines dispensare possit. Cap. VI.

An illegitimi ad ordines admitti possint. Cap. VII.

An Episcopus dispensare possit cum homicida quoad ordines suscipiendos Cap. VIII.

Vtrum Bigami ad ordines promoueri possint Cap. IX.

In quo casu Clericus excommunicatus, suspensus, vel interdictus irregularitatem incurrat ob exercitium ordinis, & quãdo ab illa excusetur. Cap. X.

De iis, qui ante legitimam ætatem, aut sine litteris dimissorijs vel extra tempora ad ordines promouentur. Cap. XI.

An, & quando possit Clericus in loco interdicto actus ordinis exercere seu sacramenta conferre. Cap. VI.

LIBER TERTIVS.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

DE habitu, & tonsura Clericorum. Cap. I.

An liceat habere plura beneficia simplicia absque dispensatione. Cap. II.

De beneficijs compatibilibus, & incompatibilibus. Cap. III.

Quæ beneficia censeantur ad victum sufficientia. Cap. IV.

De beneficiorum concursu. Cap. V.

De Iure patronatus. Cap. VI.

Vtrum Episcopus possit dispensare cum filijs illegitimis Clericorum, vt habeant eadem beneficia, quæ eorum Parentes habuerunt. Cap. VII.

An Episcopus possit vnire beneficia sedi Apostolicæ reseruata. Cap. VIII.

Quomodo diuidantur fructus inter hæredes Beneficiati, & successorem in beneficio. Cap. IX.

Quomodo debeat fieri diuisio fructuum inter Resignantem & Resignatarium. Cap. X.

An Episcopus possit super beneficijs imponere pensionem. Cap. XI.

De Residentia Beneficiariorum. Cap. XII.

An

An Parochus, & alij ad residentiam adstricti possint abesse causa studij. Cap. XIII.
Quam pœnam subeat non faciens fidei professionem. Cap. XIV.
An excommunicatus ipso facto priuetur fructibus beneficij. Cap. XV.
An distributiones sub nomine fructuum beneficiorum comprehendantur. Cap. XVI.
Vtrum Beneficiarius restari possit de bonis acquisitis ex fructibus beneficij. Cap. XVII.
De præcedentia Cap. XVIII.
De optione. Cap. VIt.

LIBER QVARTVS.

De Priuilegijs Clericorum.

DE Canonis, & fori priuilegio. Cap. I.
An incedens sine habitu, & tonsura amittat absque alia monitione priuilegium canonis, & fori. Cap. II.
An familia Episcopi gaudeat priuilegio fori. Cap. III.
Vtrum familia Clerici gaudeat priuilegio fori. Cap. IV.
An Clerici exempti sint à muneribus ciuilibus, seu publicis. Cap. V.
Vtrum Clericus negotiator teneatur soluere gabellam. Cap. VI.
An coloni ecclesiarum, & clericorum sint immunes à muneribus publicis. Cap. VII.
An, & quando ementes ab ecclesia, seu Clericis sint immunes à gabellis. Cap. VIII.
De priuilegijs Capituli Ecclesiæ Cathedralis. Cap. VIt.

LIBER QVINTVS.

De Iudicijs Ciuilibus.

DE Causis spiritualibus, seu ecclesiasticis. Cap. I.
An sponsus ad contrahendum matrimonium possit compelli Cap. II.
An Clericus pro re sua, vel ecclesiæ possit laicum coram ecclesiastico Iudice cõuenire. Cap. III.
An in causis miserabilium personarum ecclesiasticus sit Iudex competens. Cap. IV.
An in causis prophanis laici conueniri possint coram Iudice ecclesiastico. Cap. V.
An, & quando possit Iudex ecclesiasticus absoluere à iuramento. Cap. VI.
An, & quando Iudex possit vt suspectus recusari. Cap. VII.
An, & quando Iudex ordinarius possit causas delegare. Cap. VIII.
An, & quando delegatus possit

subdelegare. Cap. IX.
An Episcopus possit esse Iudex in re sua, vel ecclesiæ. Cap. X.
Quo casu à sententia Vicarij appellari debeat ad Episcopum. Cap. XI.
Ad quem appellandum sit, quando Episcopus processit vti sedis Apostolicæ delegatus. Cap. XII.
De personis, quæ non tenentur, nisi in quantum facere possunt. Cap. XIII.
An Beneficiatus successor teneatur stare locationi factæ per prædecessorem. Cap. XIV.
Quando censeatur legatum relictum intuitu ecclesiæ, vel contēplatione personç. Cap. XV.
An Ecclesia succedere possit in bonis emphiteoticis alterius ecclesiæ. Cap. XVI.
An in bonis per clericum filium fam. acquisitis Pater habeat vsumfructum. Cap. XVII.
De Primitijs, & oblationibus Cap. XVIII.
De Decimis. Cap. Vlt.

LIBER SEXTVS.

De Iudicijs Criminalibus.

QVæ sint, ac censeantur de licta mixti fori. Cap. I.
An Episcopus punire, & excommunicare possit suū subditum delinquentem in loco exempto intra fines suæ Diœcesis. Cap. II.
De Degradatione, seu Depositione. Cap. III.
De excessibus Parochorū. C. IV.
De Clericis arma deferentibus. Cap. V.
De confessarijs sollicitantibus mulieres in confessione Cap. VI.
De illicita negotiatione. Cap. VII.
De ijs, qui non promoti sacramenta conficiunt, vel ministrant Cap. VIII.
An, & quando Clerici possint in Curia sęculari testimonium ferre. Cap. IX.
An laicus possit esse Iudex Clericorum. Cap. X.
A quo puniri debeat Vicarius Episcopi delinquens in officio. Cap. XI.
De Iudæis, & Saracenis. C. XII.
De iniurijs. Cap. XIII.
De libellis famosis. Cap. XIV.
De delictis in Ecclesia commissis. Cap. XV.
De Duello. Cap. XVI.
De Vsuris. Cap. XVII.
De Simonia. Cap. XVIII.
De Crimine hæresis. Cap. XIX.
De excommunicato insordescēte per annum in excommunicatione. Cap. XX.
De Sortilegijs. Cap. XXI.

De

De exercentibus artē iudiciariç Astrologiæ. Cap. XXII.
De incendio. Cap. XXIII.
De Blasphemia. Cap. XXIV.
De conculcantibus, seu percutientibus sacras imagines. Cap. XXV.
De crimine falsi. Cap. XXVI.
De Periurio. Cap. XXVII.
De Sodomia. Cap. XXVIII.
De Concubinatu. Cap. XXIX.
De Stupro. Cap. XXX.
De Raptu mulierum. Cap. XXXI.
De Abortu. Cap. XXXII.
De Adulterio. Cap. XXXIII.
De Lenocinio. Cap. XXXIV.
De incestu. Cap. XXXV.
De Sacrilegio. Cap. XXXVI.
De Violatoribus Sepulchrorum Cap. XXXVII.
De ijs, qui piis locis infantes exponunt. Cap. XXXVIII.
De Adulterantibus, seu corrumpentibus stateras, mensuras, aut monetas. Cap. XXXIX.
Ad quem Iudicem spectet cognitio causæ, quando laicus simul delinquit cum clerico, Cap. XL.
De pœna frangentium carceres, vel inde fugientium. Cap. XLI.
An punitus, vel absolutus in vno foro possit in alio pro eodem delicto molestari. Cap. XLII.
An clericus, siue Episcopus possit causas sanguinis delegare. Cap. XLIII.
De quæstionibus, seu Tortura Cap. XLIV.
An delicta temporis spatio præscribantur. Cap. Vltim.

LIBER SEPTIMVS.

De Regularibus, & Monialibus.

DE Monasterijs Regularium nouiter erigendis. Cap. I.
De Regularium Cōseruatoribus. Cap. II.
De numero Monialium in quouis monasterio præfigendo. Cap. III.
De electione Abbatissæ. C. IV.
De Conseruanda monialium Clausura. Cap. V.
Quam pœnam incurrant ingredientes monasteria monialiū. Cap. VI.
An, & quando possint moniales licitè è monasterio exire. Cap. VII.
De Solemnitate requisita in renunciatione bonorum facienda per Nouitium, vel Nouitiam. Cap. VIII.
De ætate requisita ad ingressum & professionem in Religione. Cap. IX.
De professione monialium. Cap. X.
An, & quando professus, vel professa possit dicere de nullitate professionis. Cap. XI.
An, & quando Regulares possint

sint audire fidelium confessiones, Cap. XII.
An Regularis sine licentia Episcopi prædicare possit. C. XIII
Quando Regularis degens extra monasterium possit ab Episcopo puniri. Cap. XIV.
An, & quando Episcopus possit punire Regularem à suo Conuentu recedentem sine licentia Superioris. Cap. XV.
An Regularis exercens curam animarum puniri possit ab Episcopo. Cap. XVI.
An Regulares non accedentes ad publicas processiones puniri possint ab Episc. C. XVII.
An, & quando Regularis intra monasterij claustra degens, & extra ea delinquens possit ab Ordinario puniri. C. XVIII.
An in alijs casibus, Regulares iurisdictioni Ordinarii subijciantur. Cap. XIX.
An Episcopus in ijs casibus, in quibus iurisdictionem habet in Regulares, possit contra eos per censuras ecclesiasticas procedere, Cap. Vltim.

LIBER OCTAVVS.

De ijs, quæ ad forum internum spectant.

DE Casibus reseruatis, Cap. I.
Quando Episcopus possit in votis dispensare. Cap. II.
An, & quando possit Episcopus in irregularitatibus, suspensionibus, & alijs casibus Sedi Apostolicę reseruatis dispensare. Cap. III.
An Episcopus, & Inquisitor hodiè possint absoluere hæreticum. Cap. IV.
Quando possit Episcopus absoluere ab excommunicatione contracta ob Clerici percussionem. Cap. V.
An, & quando Episcopus absoluere possit ab excommunicatione publica Papæ reseruata. Cap. VI.
An, & quando Episcopus dispẽsare possit in matrimonij denunciationibus. Cap. VII.
An, & quando possit Episcopus in impedimentis matrimonij dispensare. Cap. VIII.
An matrimonium inualidum ob occultum aliquod impedimentum iterum celebrandũ sit coram Parocho, & testibus obtenta dispensatione. Cap. IX.
Quis censeatur proprius Parochus, vt validè matrimonium contrahatur. Cap. X.
An valida sit dispensatio matrimonialis obtenta à sede Apostolica super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis.

tatis non expressa copula, seu incestu. Cap. XI.
Quibus casibus coniuges iure petendi debitum priuentur, & an Episcopus possit dispensare. Cap. Vltim.

FINIS.

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER PRIMVS.

DE CVLTV, ET PRIVILEGIIS ECCLESIARVM.

QVM Episcopus non solum ea, quæ fori externi, sed etiam quæ interni sunt, cognoscat *cap. Cleros 21. dist. cap. nouit. de Iudic.* ideò nos hunc ordinem sequentes, de ijs primum, quæ ad externum forum, deinde, quæ ad internum spectant, Deo adiuuante dilucidè, ac breuiter agemus. Quia verò hic tractatus plenus est tam canonicis, quam ciuilibus legibus, operæ pretium est, aliquid de earum efficacia præmittere, vt vnico intuitu quisque sciat, quas, & quales leges seruare debeat, quo casu ab illis immunis sit, & quando à culpa etiam excusetur.

SVMMARIVM.

1 PROSSVNT auctoritate humana Ecclesiastica condi leges, quæ obligent in conscientia.

2 Leges humanæ si iustæ sint, deriuantur à lege diuina, & æterna.

3 Leges iniustę non obligant.

4 Non omnes leges obligant sub mortali, sed tantum illa, quarũ Auctores intendunt sub mortali obligare.

5 An in dubio leges obligẽt sub mortali.

6 An Prælatus imponens aliquam pœnam temporalem, præsumatur excludere spiritualem.

7 Solent legislatores Ecclesiastici cõminari spiritualem pœnam quãdo in Conscientia volunt obligare.

8 Quando lex imponit grauem pœnam, grauis etiam censenda est culpa.

9 *Nemo tenetur ante sententiam declaratoriam soluere pœnam etiam ipso facto latam.*

10 *Fallit in pœna excommunicationis, suspensionis &c.*

11 *An potestas ciuilis ferre possit leges obligantes sub mortali.*

12 *Legum ciuilium Conditores non ad pœnam spiritualem, sed ad temporalem tantum respiciunt.*

13 *Quando lex iusta dicatur, vel iniusta.*

14 *Iuste possunt Superiores punire transgressorem statim ac lex sufficienter est promulgata.*

15 *An liget lex vsu non recepta.*

16 *Præsumendum est, eam legem, quæ à Rep. non recipitur minimè ei conuenire.*

17 *Ad legem abrogandam non requiritur scientia Principis, qui nouerit legem vsu non recipi.*

18 *Quando lex dicatur vsu recepta vel non.*

19 *Quandò lex tollatur per non vsũ.*

20 *In lege ciuili requiritur acceptatio Populi.*

21 *Ad obligationem legis Canonicæ non requiritur acceptatio Populi.*

22 *Summus Pontifex à Deo potestatem accipit.*

23 *Esset contra fidem dicere summũ Pontificem non posse legem aliquã condere independenter à Populo, vel à contrario vsu.*

24 *Constitutiones Papæ eo ipso, quod sunt promulgatæ censentur effectuatæ.*

25 *Decretum irritans impedit contrarium vsum.*

26 *In quo casu consuetudo contraria derogare possit sacris canonibus.*

27 *Quid dicendum sit de Statutis, seu legibus Episcopi.*

28 *Potestas Episcopi à Papa derivatur.*

29 *Romanus Pontifex potest Episcoporum iurisdictionem tollere, minuere, & variare.*

30 *Lex, quæ per omnia disponit, quod ius Diuinum, vel naturale, non potest tolli cõtraria consuetudine.*

31 *Non potest Laicus acquirere iurisdictionem in Clericos.*

32 *Quando lex Canonica resistit alicui consuetudini, illamque reprobat, vt irrationabilem, non potest talis consuetudo abrogare legem.*

33 *An id, quod additur iuri Diuino, aut naturali contraria consuetudine tolli possit.*

34 *Si conditor legis scivit desuetudinẽ, sufficiunt duo, vel tres actus contrarij ad legem abrogandam, si vero ignorat, requiritur spatiũ 10. annorum.*

35 *Ad tollendam legem ciuilem iam receptam sufficit consuetudo decẽnalis, ad tollendam verò legem Canonicam requiritur consuetudo quadraginta annorum.*

36 *Ad consuetudinem inducendã non requiruntur necessario actus iudiciales.*

37 *In dubio præsumitur pro viridi legis obseruantia.*

38 *Transacto decẽnio nõ potest Princeps compellere subditos ad seruandam legem vsu non receptam.*

39 *Lex non acceptata ab initio potest subsequenti tempore acceptari.*

40 *Quod tempus requiratur ad inducendam consuetudinem in re Ecclesiastica, & spirituali, quæ sit præter legem Canonicam.*

41 Pri-

41 *Priuilegium per decennium amittitur, quando quis eo potuit vti & vsus non fuit.*

42 *An, & quando non recipientes legem peccent mortaliter.*

43 *Referuntur alij casus, in quibus Doctores à mortali excusant legũ transgressores.*

44 *An dies festi noui Testamenti sint iuris diuini, vel humani.*

45 *An consuetudo cuiusq; Prouinciæ, seù Ciuitatis attendenda sit circa obseruationem dierum festorum.*

46 *An opifices diebus festis vendentes calceos, vasa terrea, vestes, vel animalia ratione consuetudinis excusentur à mortali.*

47 *An similiter excusentur Tonsores ac molentes.*

48 *An excusentur à præcepto audiendi missam puellæ seu mulieres vbi consuetum est, quod certo tempore non exeant.*

49 *An excusentur muliones, vendentes pignora, ius dicentes Rusticis, ac ipsimet rustici contrahentes, ac Notarij, qui eorum contractus celebrant diebus festis, & nu. 50. 51. & 52.*

53 *An valeant contractus diebus festis celebrati.*

54 *An Inquisitores possint diebus festis acta conficere.*

55 *An testimonium ferri possit die festo.*

56 *An diebus festis possit fieri exequutio realis, & personalis in causis ciuilibus, vbi adesset talis consuetudo.*

57 *An Debitores de fuga suspecti diebus festis in carcerem detrudi possint.*

58 *Episcopus potest sua auctoritate supradictas, & alias similes consuetudines reprobare.*

59 *Episcopus potest prohibere nundinas, & mercatus, qui etiam ex antiqua consuetudine fiunt.*

60 *Episcopo contradicente subditi non amplius à peccato excusantur ratione consuetudinis.*

61 *Leges Canonicæ non abrogantur nisi per consuetudinem rationabilem, ac legitimè præscriptam.*

62 *Consuetudo in hoc casu non est extendenda nec dilatanda.*

63 *In casibus necessarijs, in quibus opera seruilia licitè exercentur, non potest exigi pœna.*

64 *Absq. licentia Episcopi præstari potest iuramentum pro pace, vel alia necessitate.*

65 *Episcopus tenetur credere viris bonæ famæ, qui dicunt se cum causa exercuisse opera seruilia.*

66 *In dubio semper petẽda est licentia ab Episcopo.*

67 *An violantes præceptum dierum festorum amittant animalia.*

68 *Episcopi possunt facere statuta etiam pœnalia.*

69 *Statuta huiusmodi non debent cõtrariari Sacris Canonibus.*

70 *Si fiant in Synodo sunt perpetua.*

71 *Edicta Inquisitorum sunt perpetua.*

72 *Item gratiæ ab Episcopo concessæ, nisi concedantur ad beneplacitum.*

73 *Ordinationes, seù edicta extrà Synodum temporanea sunt.*

74 *Idem dicitur de edictis, quæ fiunt à Vicario Episcopi.*

75 *Censura lata per constitutionem Synodalem semper durat, secus si extrà Synodum.*

76 *Licentia audiendi Confessiones nõ ex-*

expirat mortuo delegante.

77 *Declaratur supradicta conclusio.*

78 *Litteræ dimissoriæ ad ordines non expirant morte concedentis.*

79 *An Vicarius Episcopi possit concedere litteras dimissorias.*

80 *An lex ciuilis liget Clericos & num.* 81.

82 *Lex generaliter disponens non faciẽdo mẽtionem de Clericis ex vi directiua, non coactiua Clericos ligat.*

83 *Intelligitur quandò est Ecclesiæ fauorabilis.*

84 *Quando lex potest se habere ad cõmodum, & incommodum non dicitur præiudicialis*

85 *Leges generaliter promulgatæ, & quæ sacris Canonibus non contradicunt, videntur ab Ecclesia approbatæ.*

86 *Clerici expendentes pecuniam vltrà taxam, aut vendentes triticũ maiori pretio, quàm sit à Principe constitutum, peccant, & tenentur ad restitutionem.*

87 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur punire Clericos pœnis à lege ciuili impositis.*

88 *Non lex ciuilis, sed ratio naturalis Clericos ligat.*

89 *Ecclesia, seu Clericus hæres institutus non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias.*

90 *Citatio, & acta coram Iudice sæculari facta contra interesse prætendentes in confectione Inuentarij non afficiunt Clericos creditores.*

91 *Clerici passiuè non ligantur iure congrui, neque statuto de causis compromittendis inter affines, nec alio statuto laicorum.*

92 *Clerici non comprehenduntur sub statuto laicali prohibente extractionem frumenti.*

93 *An leges, quæ certam formam in contractibus præscribunt comprehendant Clericos.*

CAP. I.

De vi, ac potestate legis humanæ.

§. I.

An lex humana obliget in conscientia.

1 POSSE auctoritate humana Ecclesiastica cõdi leges, quæ obligent in conscientia etiam de rebus, quæ à lege diuina, & naturali prescriptæ non sunt, docent communiter Theologi cum *S. Thoma in p. 2. q. 96. art. 5. & Canonistæ in cap. 1. de Constit. Syn. in ver. lex num. 9. Nauar. in man. c. 23. n. 48. Greg. de Valent. in tract. de Potest. leg. hum. lib. vn. cap. 2. Iacob. de Graff. Decis. aurear. par. 1. lib. 2. cap. 10. nu. 2. vbi dicit hanc esse veram & communem opinionem omnium Doctorum, & alij quos refert, & sequitur Bonacin. tom. 2. in tract. de legibus disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 1. n. 1* & hæc constans semper fuit contra Lutherum, & sequaces sentẽtia SS. Patrum perpetuo etiam vsu ab initio nascentis Ecclesiæ confirmata, quod, & Apostolorum canones, & Pontificum decretales apertè testantur.

Hæc conclusio constat etiam ex definitione multorum Concilio-

liorum præsertim *Viennen. relati in Clem. Ad nostrum de Hæret. & Tridentini sess. 6. can. 20.* atque ex auctoritate Sac. Scripturæ *Act. 16.* vbi Apostolus monebat fideles, vt custodirent dogmata, quæ erãt decreta ab Apostolis, & Senioribus, & 1. *ad Thessal. 4.* scitis enim, inquit, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum, quamuis D. Paulus, & alij Apostoli quasdam leges tulerint de rebus non præscriptis vlla lege Diuina, vel naturali, vt ex diuersis Sac. Scripturæ locis obseruat *Greg. de Valen. loco cit. cap. 1. & 3.* vbi ex his probat hanc conclusionem esse
2 de fide: leges enim humanæ, si iustæ sint, deriuantur à lege diuina & æterna secundum illud eiusdem Apostoli *ad Rom. 13.* non est potestas nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ideò habent vim obligandi in foro Conscientiæ *S. Tho. communiter receptus in 1. 2. d q. 96. art. 4.* Vnde idem Apostolus vbi supra *ad Rom. 13.* subdit, quod qui potestati resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: & D. Petrus in *Epist. 2. cap. 2.* similiter dicit, aliquos, quoniam dominationem contemnerent, reseruatos fuisse in diem iudicij cruciandos; atque hic semper fuit communis fidelium sensus, vt existimarent se mortaliter peccare violando leges aliquas ecclesiæ, vt constat ex *cap. violatores 25. q. 1.* Si verò leges
3 iniustæ sint, iam legis nomen non merentur, & ideò non obligant, vt dicunt Theologi communiter *cum S. Thom. loco cit. d. art. 4.*

4 Non tamen omnes canonicæ sanctiones obligant sub mortali; sed tantum illæ, quarum auctores intendunt sub mortali obligare, dummodò iustę sint, vt est communis Doctorum opinio. *Nau. in man. cap. 23. num. 48. & 55. Bonacin. loco cit. nu. 2.* colligitur autem, legem sub mortali obligare si de re graui disponat, quod remittitur arbitrio prudentis viri, qui hac in re considerare debet finem, & circumstantias, quibus adductus est legislator ad ferendas leges, *Greg. de Valent. loc. cit. cap. 2. Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 10. num. 8 & seq. & alij apud Bonacin. d. disp. 1 q. 1. pun. 7. §. 4. num. 2. & seq.* & ita intelligi debet *textus in cap. 2. de major. & obed. & alij similes*; vel si præcipiat id, quod aliàs ex vi legis diuinæ, & naturalis esset faciendum *c. fin. de Consuet.* vel si contineat pœnam præsupponentem peccatum mortale, videlicet, si quid præcipiat, vel prohibeat sub pœna excommunicationis, aut indignationis Dei, & Sanctorum Petri, & Pauli, & alia simili *Nauar. loc. cit. num. 53. & 59. Bonacin. d. §. 4. n. 30.* aut quando lex expressè aliquid sub peccato mortali præciperet, vel prohiberet, *vt in cap. perpetuò, & cap. commissa de elect. in 6.* Idem dicendum est, si quid præcipiat sub pœna suspensionis, interdicti, vel irregularitatis. huiusmodi enim præceptum regulariter obligat sub mortali iuxta communem Doctorum sententiam, quamuis contrarium sentiat *Salon. 2. 2. to. 2. q. 77. art. 1. contr.*

contr.8.nu.8.& alij apud Dian.p.1. ref.mor.tract.10.ref.21. vbi dicit. huiusmodi pœnas posse etiam incurri propter peccatum veniale.

In dubio autem leges Canonicas, quæ pœnam temporalem constituunt, ad culpam non obligare, tenet *Nauar.in man. d.cap. 23.num.55. & 61.* vbi dicit, quod

6 Prælatus imponens aliquam pœnam temporalem præsumitur excludere spiritualem, quia in dubio iudicare debemus, legem esse minus pœnalem *cap.in pœnis de Reg.Iur.in 6.l.si Præses & l.interpretatione ff. de pœn.* solent enim legislatores ecclesiastici commi-

7 nari spiritualem pœnam, quando in conscientia volunt obligare, & ideò si tantum pœnam temporalem statuãt, indicium esse videtur, quod ad eam tantum obligare intendunt, *& ita tenent etiam alij plures DD. quos refert, & sequitur Dian.d.par.1.tract. 10. ref. 17.18.& 20.*

8 Alij verò contrariam partem tuentur, quando lex grauem imponit pœnam, tunc enim regulariter grauis etiam censenda est culpa, & hæc sententia communis est & probabilior, *ita Graff. par.1.de.is.l.b.2.cap.10.nu.8. Barbos. in cap.2.num. 6. de maior. & obed Sot.1.de Iust. q.6.art.4. & 5. & alij apud Bonacin. d.disp.1 q.1. pun.7. §.4. num.27.*

9 Nemo autem tenetur ante sententiam declaratoriã soluere pœnam etiam eo ipso latam, quamuis factum esset notorium, nisi manifeste appareat, talem esse Legislatoris intentionem, vt velit delinquentem ante sententiam Iudicis pœnam subire iuxta veriorem opinionem, quam sequitur. *Caiet.2. 2.q.12. art.vlt. Graff. p.1. lib.2.cap.11.nu.3. & seq. Bonacin. d.pun.7.§.2.num. 8. & seq. & alij recentiores communiter*, id tamen fallit in pœna excommunicatio-

10 nis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, & inhabilitatis, hęc enim ante Iudicis sententiam incuritur, cũ ad sui exequutionem nullam hominis actionem requirat *Bonacin.ibidem nu.9. vbi alios refert, & est communis opinio*, licet quoad inhabilitatem contrarium teneant *DD. quos refert & sequitur idem Dian.par.3.tract.2.ref.66.*

11 Ferri etiam posse legem obligãtem sub mortali à Potestate ciuili, dicit Greg. de Valent. *d. tract.de potest.leg. hum.lib.vn. cap. 2.* vbi censet hanc etiam propositionem esse certam ex fide *Graff. par. 1. lib.2.cap.10.num.2. Bonacin. in tract.de legib. disp. 1.q.1. punct. 7. §.1.num. 1. & alij communiter.* hæc enim deriuatur etiam à lege diuina, cum non sit potestas nisi à Deo, vt d. Apostolus *ad Rom.13.* dictat siquidem lex diuina, & naturalis legi iustæ superioris, siue Ecclesiastici, siue secularis esse parendum: vnde, *Prouerb. 8.* dicitur, per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: & idem Apostolus *ad Titum 3.* Admone, inquit, illos Principibus, & potestatibus subditos esse.

12 Obseruat tamen, Nau. *in man. d. cap.23.num.55.& conf. 3. nu. 2. de Constit.* quod lex Principis sæ-

sæcularis prohibens, vel iubens aliquid sub pœna temporali, non videtur ad peccatum mortale obligare, nisi cum id, quod prohibet, aut iubet, per aliam legem diuinam, naturalem, aut canonicam esset sub pœna peccati mortalis prohibitum, vel iussum: quod probatur tum ex consuetudine quæ ita huiusmodi leges interpretata est, tum quia legum ciuilium cõditores præsertim antiqui non pœnas spirituales, sed temporales tantum respiciunt, *vt constat. ex l. 1. ff. de iust. & iur. & ex cap. facta dist. 4.*

13 Dicitur autem lex iusta & ex fine, quando scilicet ordinatur ad bonum commune, & ex actore, quãdo scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis, & ex forma, quando scilicet secundum æqualitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonũ commune, & ex natura, quando scilicet est de rebus in se iustis: quemadmodum iniusta lex dicitur vel ex fine, sicut cum aliquis Præsidens leges imponit onerosas subditis non pertinentes ad vtilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam; vel etiam ex actore, sicut cum aliquis legem fert vltra sibi commissam potestatem: vel etiam ex forma, puta cum inæqualiter onera multitudini dispensantur, etiamsi ordinentur ad bonum cõmune: vel etiam ex natura, quando scilicet est de illicitis, puta contra ius naturale aut diuinum, *S. Tho. ab omnibus receptus p. 2. q. 96. art. 4. Graff. par. 1. lib. 2. c. 10. num 19. Sylu. in ver. lex nu. 5. & alij communiter.* ad iustitiam tamen legis requitur iustitia secundum omnes causas simul, quamuis ad iniustitiam sufficiat iniustitia secundum vnam, quia bonum ex totali, & integra causa, malum ex singulis defectibus. *Sylu. ibidem, & est communis Theologorum sententia.*

§. II.

An obliget lex vsu non recepta.

PVtant nonnulli Doctores, ad legis obligationem non requiri acceptationem Populi, præsertim si leges sint suaues, & faciles, & cõmune bonũ respiciãt, quia iustè.

14 Possunt Superiores punire trangressorem statim ac lex sufficienter est promulgata nulla Populi spectata acceptatione. *Ita Suar. in tract. de legib. lib. 3. cap. 19. & alij apud Bonacin. eod. tract. disp. 1. q. 1. pun. 4. num. 27.* communior tamen est sententia aliorum asse-

15 rentium legem humanam, antequam recipiatur saltem per maiorem partem vniuersitatis, non ligare, quoniam promulgari videtur sub hac conditione, si recipiatur saltem per maiorem partem. *c. in istis §. leges dist. 4. l. de quibus ff. de legib. glos. in cap. 1. de Treug. & Pac. quam communiter sequũtur DD. vt d. Felin. in d. cap. 1. n. 6. vers. lex noua Bart. cons. 144. & in l. fin. §. sed cum antiquitus C. de Curat. furios. Alex cons. 132. n. 1. & 2. vbi dicit hanc esse magis cõ mu-*

munem Socin. Iun. conſ. 32. n. 47. vol. 3. Mantic. de Tacit & ambig. conuent. tom. 1. lib. 5. tit. 13. n. 35. Ruin. conſ 13. n. 27. & 28. lib. 2. Couar. var. lib. 2. cap. 16. n. 6. verſ. Quinto ſunt Menoch. de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2. n. 1. Gutier. de iuram. confir. par. 1 c. 38. n. 9. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 18. n. 1. Nauar. in man. cap. 23. n. 41. & 62. & conſ. 1. n. 23. & ſeq. de conſtit. Dian. par. 1. tract. 10. reſ. 1.

16 præſumendum eſt enim eam legē, quæ à Rep. non recipitur, minimè ei conuenire. ex quo Infert. Felin. *loco cit. n. 13. verſ. conſide-*

17 *ra ſecundo*, quod ad legem abrogandam non requiritur ſcientia Principis, qui nouerit, legem vſu non recipi, & nihilominus toleret ipſius non vſum, quia ſufficit tacitus Principis conſenſus, qui conſiſtit in tacita illa conditione, ſi recipiatur, ſub qua lex initio ſancitur *vt dicit Azor par. 1. inſtit mor. lib. 5. d. cap. 4 quæſt. 2. Bonacin. tom. 2. d. diſp. 1. q. 1 pun. 4. num. 45. & notant omnes in cap. fin de conſuet. quicquid dicat Sylu. in ver. lex num. 6. dict. 4. & alij apud. Dian. par. 1. tract. 10. reſ. 4.*

18 Vſu autem recepta lex non dicitur, ſi Populus, aut maior pars proſequitur facere, quod ante legis promulgationem facere cōſueuerat, ſiue Populus ſciat legē promulgatam eſſe, ſiue ignoret *Nau. conſ. 1. num. 25. & 26. de Conſtit. vbi hanc dicit eſſe veriorem opinionem Azor. par. 1. lib. 5. c. 4. verſ. nihilominus Garc. de benefic. par. 11. cap. 5. num. 155.* Neque diceretur vſu recepta, ſi ab aliquibus lex obſeruetur, quemadmodum enim tunc dicitur vſu recepta, quando tota Reſp. vel eius maior pars eam obſeruat, quamuis aliqui contra legem faciant, ità recepta vſu non cenſetur, quando vel tota Reſp. vel maior pars eam non obſeruat, licèt ab aliquibus obſeruetur. *Felin in d. cap. 1. nu. 11. limit. 2. de Treug. & pac. Suar. de legib. lib. 4. cap. 16. n. 9.*

19 Non tamen tollitur lex ſimpliciter per non vſum, puta quia per longum tempus legis caſus non euenerit, ſed requiritur contrarius vſus contra legem. *Azor. 1. par. lib. 5. d. cap. 4. queſt. 7 Put. deciſ. 1. nu. 3. lib. 1. Curt. iun. conſ. 129. num. 12. par. 1. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 5. tit. 12. num. 38. & ſeq. Seraphin. deciſ. 153. nu. 2. Megal. in Promptuar. ver. abrogatio legis n. 6.* niſi talis non vſus includeret æquipollenter actum contrarium legi: tunc enim per huiuſmodi non vſum tolleretur *Nau. conſ. 1. nu. 2. de conſuet. Bonacin. d. diſp. 1. q. 1. pun. vlt. §. 3.*

Sed pro maiori huius rei intelligēntia diſtinguendum eſt, aut

20 ſermo eſt de lege ciuili, & tunc admit tēda eſt ſententia affirmās, requiri acceptationem populi ad legis obligationem, quia Rex ſeù Princeps à Populo habuit poteſtatē *l. 1. ff. de conſtit. princip. Cou. practic. cap. 1. num. 2.* vbi dicit, quod Deus ipſe ab ipſo naturæ iure liberā feciſſe videtur gentibus poteſtatem ſibi Principes, Reges, & Magiſtratus conſtituendi: vnde Rex ſeù Princeps Populum, & eius poteſtatem repreſentat vt

d.

dicit S. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. ad 3. Caiet. tract. 2. Apolog. de Compar. auctor. Pap. & Concil. par. 2. c. 9. & ideò verisimile est, Populum non aliter dedisse Principi potestatem condendi leges, nisi ipse etiã Populus per acceptationem consentiret, vt constat ex antiquissimo Populi Romani ritu, prout refert *Couar. pp. qq. lib. vn. c. 1. num. 3.*

21 Si verò sermo sit de lege canonica, tunc non requiritur acceptatio populi ad legis obligationem: cum enim Summus Pontifex à
22 Deo potestatem accipiat iuxta *cap. nouit. de Iud. extrau. vnic. de consuet. extrau. vnam sanctam de maior. & obed. & docet Couar. loco cit. num. 2. Caiet. in tract. de Roman Pontif. instit. cap. 3. & alij cõmuniter*, consequens est, vt possit validè, & efficaciter operari independenter à consensu Populi *cap. consequens dist. 11. Sylu. loco cit. nu. 6. Suar. in d. tract. de legib. lib. 4. cap. 16. num. 2. & seq. Dian. p. 1. tract. 10. res. 1. in fin. & par. 7. tr. 1. res. 28.* Vnde esset contra fidẽ
23 dicere, Summum Pontificem non posse cõdere legem aliquam independenter à Populo, vel à contrario vsu, vt rectè notant *DD. apud Dian. dict. par. 7. tract. 1. res. 28. versiculo quartò, & quinto* ... Propterea constitutiones
24 Papæ eo ipso quod sunt promulgatæ censentur effectuatæ, nec potest contra illas induci nõ vsus, neque contrarius vsus, nisi data scientia ipsius Papæ, vt dixit *Rota coram Card. Caualer. decis. 423. n. 4. & ità etiam tenent alij DD. apud Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 15. num. 4. vers. 4.*

Hoc tamen intelligendum est, quando constat, vel ex coniecturis sufficienter colligitur, Papam velle independenter ab acceptatione Populi obligare vt *d. Bonacin. d. tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 4. nu. 28. & 29. Dian. p. 7. tr. 1. res. 28* puta si in lege, seu constitutione
25 adsit decretum irritans, quod impedit contrarium vsum, seu quid simile *Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13. num. 42. Dian. vbi supra d. res. 28. vers. Sexto Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 4. num. 29.*

26 Secus dicendum videtur, si non constet de hac intentione Summi Pontificis, tunc enim consuetudo contraria derogat etiam Sacris canonibus, seu Pontificijs constitutionibus, modò sit rationabilis, & legitimè præscripta *ex cap. fin. de Consuet. vt notat etiam Bonac. loco cit.* & tunc consuetudo huiusmodi non assumit vires ex tacito consensu Populi, sed ex auctoritate ipsius Summi Pontificis permittentis, & concedentis *in d. cap. fin.* induci consuetudinem contra canones, *vt post Abb. & Fel. d. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 93. num. 29. Dian. par. 7. tract. 1. res. 28. vers. Quinto.* vbi notat, ità esse intelligendos DD. qui asserunt leges Pontificias non obligare, nisi acceptentur à Populo.
27 Idem de statutis, seu legibus ab Episcopo latis dicit *Suar. in tract. de legib. lib. 4. cap. 16. cui adde Greg. de Valent. in Analys. fid. Cathol. lib. 7. c. 7. vers. cæterum aliæ duæ res*

sunt, & alios apud Barbos. loco cit. par. 1. tit. 1. cap. 1. num. 19. & seq. & par. 3. alleg. 50. num. 1. & alleg. 88.

28 *num. 8.* vbi dicunt, quod potestas Episcopi à Papa, qui est vniuersalis Pastor, deriuatur iuxta *c. ità Dominus distin. 19.* ex quo *S. Tho. 2. 2. q. 39. art. 3. & alij apud Barbos. loco cit. d. par. 1. tit. 1. cap. 1.*

29 *num. 20.* inferunt, posse Romanũ Pontificem Episcoporum iurisdictionem tollere, minuere, restringere, mutarè, aut variare, vt *in cap. multum 3. q. 6.*

30 Si verò lex per omnia disponat, quod ius diuinum, vel naturale, tunc nulla contraria tolli potest consuetudine, quæ dicenda est verius in hac parte corruptela *d. cap. fin. de consuet. S. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. ad 2. & alij communiter.*

31 Vnde non potest Laicus acquirere iurisdictionem in Clericos, cũ de iure diuino sint exempti. *c. si Imperator dist. 96. c. relatũ 11. q. 1. c. quamquam de censib. in 6. Alciat. in cap. cum non ab homine num. 2. de Iudic. Vulp. in Prax. Iudic. For. Eccles. cap. 41. num. 1. Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. nu. 3. & alij plures apud Dian. p. 1. tract. 2. res. 1. & par. 5. tract. 1. res. 21. vbi* id probat ex diuersis Concilijs, & præcipuè ex Tridentino *sess. 25. de ref. cap. 20.*

Addit *Baldell. in disp. Theol. to. 1. lib. 5. disp. 39. num. 10. quem refert, & sequitur Dian. par. 5. trac. 1. res. 21.* quod quando lex canonica ab initio resistit alicui consuetudini inducendæ, eamque reprobat, vt irrationabilem, non potest postea talis consuetudo ità inualescere, vt abroget legem.

32 Obseruat etiam *Felin. in d. cap. 1. num. 8. de Treug. & Pac.* quod licèt lex consona sit iuri diuino, aut naturali, tamen si quid ei ad-

33 ijciatur, istud additum contraria potest consuetudine abrogari.

§. III.

Quod tempus requiratur ad abrogandam legem.

SI loquimur de lege nunquam obseruata, tunc si conditor le-

34 gis sciat desuetudinem, & non punit transgressores cum possit, non est opus tempore, sed sufficiunt tot actus maioris partis populi contra legem, ex quibus eliciatur superioris tolerantia *Nau. cons. 44. num. 6. de sent. excom. Put. decis. 1. num. 3. lib. 1.* videlicet duo, vel tres actus secundum *Azor. d. cap. 4. quæst. 6. Benintend. decis. 13. num. 10. Dian. par. 1. tract. 10. res. 7.* vbi etiam notat, non esse necessarium, quod isti actus fiant in præsentia Principis Legislatoris, vel eo sciente, sed satis esse, si fiant scientibus Auditoribus Regijs, vel Episcopis, non tamen sufficeret probare vnum actum, quamuis esset notorius tori populo *Put. loco cit. Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. pun. vltim. §. 3. nu. 32.* nisi esset successiuus, & haberet continuationem per tempus, intra quod induci potest consuetudo *Barbos. in cap. vlt. num. 16. de consuet. per text. in c. cum in beneficio de Præb. in 6.*

Aut conditor legis ignorat desuetu-

suetudinem, & tunc requiritur spatium decem annorum ad impediendum nè lex liget *Alciat. cons.2. n.34. lib.9. Couar.var.lib. 2. cap. 16.num.6.vers.quintò sunt Benintend. Put. & Azor. locis cit. Sanch.de matrim.lib.3.disp.18.n.1.*

Alij tamen censent, quod etiam in hoc casu sufficiat repugnantia per actus contrarios, vt dictum est supra *ità Felin.in d.cap.1.n.13. vers.considerabam 3. de Treug. & pac.Garc. de Benefic.par.11. cap.5. nu. 156.* vbi testatur, ità in praxi seruari & hanc sententiam esse tutam in conscientia dicit *Dian. par.1.tract.10.res.7.*

35 Si verò loquimur de lege à principio recepta, & approbata, & tunc lex quidem canonica per cõtrariam consuetudinem non tollitur, nisi huiusmodi consuetudo per quadraginta annos confirmata, continuataq. sit; lex autem ciuilis per consuetudinem cõtrariã decennij spatio similiter tollitur *cap.vlt, vbi glos. fin.de consuet. Felin. loco cit. Azor.d.par.1.lib.5.c.4. vers. dicendum Bonacin.loco cit. d. pun.4.n.47. & pun.vlt.§.3.nu.32. Megal in ver.abrogatio legis n.4. & 5. Barbos.in d.cap.vlt.n.12.*

36 Nec requiruntur necessariò actus iudiciales ad consuetudinem inducendam, sed sufficienter introduci potest per actus extra iudiciales, cum nullo iure cautum sit, vt consuetudo per actus iudiciales cõfirmetur *Bart.in l.2.n.19. C. quæ sit long.consuet.vbi de communi Becan.tract.3. c.8.quæst.4. & alij apud Bonacin.d.§.3.n.25.*

37 Obserua tamen quod in dubio præsumitur pro viridi ipsius legis obseruantia, & qui dicit contrarium, debet ipsum allegatum legis non vsum probare. *Benitend. d.decis.13.n.10. Dec.cons.649.nu.9. Put dec.1.in fin.lib.1. Curt.Iun.cõs. 129.n.12.par.1. Gozadin. cons.16. n.16. Natt.cons.340.n.11.vol.2.* vbi dicit, quod Ciuitas habet intentionem fundatam in statutis *Roland.cons. 90. nu. 53. vol.1 Alciat. cons.2.n.33. lib.9. Ricc. in Collect. decis. 1673.par.5.* neque sufficeret probare aliquos actus in contrarium factos, sed esset etiam probandum, quod illi habuerint effectum, & quod talis obseruantia deuenerit ad notitiam maioris partis Populi *Mantic.de Tacit. & ambig. lib.5.tit 13.nu.42. Seraphin.dec.153.n.3.*

38 Secundò obserua, quod transacto decennio si lex recepta non fuit, non potest Princeps per se loquendo compellere subditos ad seruandam legem, quia iam per desuetudinem, seù non vsum decennalẽ abrogata fuit *Bonacin. de legib.d.disp.1.q.1 pun.4.n.46.* vbi citat *Suar.Azor.& alios.*

39 Tertiò obserua, quod licèt lex non fuerit acceptata, & per consequens non obliget, potest tamen subsequenti tempore acceptari, & obligationem inducere, quia lex per non acceptationem non fuit extincta, sed quodãmodo suspensa: secus esset, si à Superiore reuocata iam fuerit, tunc enim non obligaret, nisi iterum feratur à Principe, cum per reuocationem fuerit extincta *Nauar. cons.1.n.28. de Constit.*

40 Vltimò obseruat *Bonac. d. disp. 1 q. 2 pun. vlt. §. 3. n. 32 cum Molin. Reginald. & alijs*, quod ad inducendam consuetudinem vim legis habentem in re Ecclesiastica, & spirituali, quæ sit præter legem canonicam, sufficiunt decē anni.

41 His adde, quod etiam priuilegium obtentum à Principe amittitur, si quis per decennium illo non vtatur *l. 1 ff. de Nundin.* quod intellige, si euenit casus, in quo potuit vti priuilegio & non fuit vsus *Felin. in d. cap. 1. n. 10. de Treu. & Pac.* non enim amittitur priuilegium, quando quis eo non potuit vti, aut quia se occasio non obtulit *l. vnus ex socijs §. vlt. & l. seq. ff. de seruit. rust. Præd. Azor. d. cap. 4. quæst. 8. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 26. n. 13. Rice in Collect. decis. 2693. par. 7.*

§. IV.

An peccent mortaliter non recipientes, aut non seruantes legem.

42 PRimi quidem, qui absque iusta causa legem Canonicam non recipiunt, aut consuetudinē contra eam inducunt, regulariter peccant mortaliter, modò cōstet legislatorē voluisse transgressores ad mortalem culpam obligare independenter ab acceptatione Populi, vt dicunt *DD. quos refert, & sequitur Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 4. num. 39.* quia lex obligat ad sui acceptationem *Suar. eod. tract. de legib. lib. 3. cap. 19. n. 10. Dian. par. 1. tract. 10. resol. 2. in fin.* Vnde Apostulus *ad Rom 13.* omnis anima, inquit, potestatibus sublimioribus subdita sit.

An verò successores excusētur? affirmatiuè respondet *Abb. in c. 1. n. 4. de Treug. & pac. Azor. d. cap. 4. q. 5.* vbi dicit, quod bona fide possunt legem negligere sequuti primos, qui contra legem fecerunt *Dian. par. 1. tract. 10. res. 5. Gratian. discept. 588. nu. 15. Garc. de benefic. par. 11. cap. 5. n. 150. Graff. par. 1. lib. 2. cap. 10. nu. 26. Bonacin. loco cit. d. pun. 4. n. 28.* vbi etiam notat, Episcopos, aut Principes hoc tempore viuentes, quorum Antecessores non receperunt Concilium Tridentinum, dum primum publicaretur, in conscientia excusari, & multo magis eorum subditos: hoc enim casu præsumitur adesse scientia Papæ tolerantis, & permittentis legem non acceptari *ex d. cap. fin. de consuet. Bonac. vbi sup. n. 29. in fin. Dian. par. 1. tract. 10. res. 1. in fin.* præterea iustā causam videtur quis habere non seruandi legem, quæ ab alijs non seruatur, nec cæpit seruari; cum enim lex respiciat vtilitatem communem *c. erit autem lex dist. 4.* non videtur Legislator velle vnum, vel alterum ligare ad seruandum quod communitas, vel maior pars non seruat *Felin. in cap. 1. n. 11. limit. 2. de Treug. & pac. Nau. conf. 1. n. 24. de constit. Bonacin. loco cit. pun. 4. n. 34.* iustam verò causam excusare à violatione legis humanæ, communiter sentiunt Doctores *cum S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3.* Vnde in successoribus potest inchoari legitima contra legem

gem præscriptio, in qua computari non debet tempus Antecessorum *cap. de quarta ex. de Præscript. cap. cùm de Iurepatr. Felin. in d. cap. 1. n. 12 in fin. Azor. loco cit.*

Secus dicendum est in lege ciuili, nam si maior pars, vel omnes statim à principio recusarunt, non peccant, quia Princeps sub tali cõditione legem statuere videtur, videlicet si moribus vtentiũ recipiatur *Rui. in cons. 13. n. 28. lib. 2. Bonac. d. disp. 1. q. 1. pun. 4. n. 40.* qui ibidem *n. 39.* hoc etiam admittere videtur in lege canonica, quando legislator intendit obligare dependenter ab acceptatione Populi, quia hoc casu nondum purificata est conditio, sub qua legislator intendit obligare: posse autem promulgari leges etiam à Summo Pontifice cum hac conditione, dicit *Dian. par. 7. tract. 1. res. 28. vers. quinto.*

43 An verò peccent primi, qui cæperunt legem ciuilem seruare, & postea desiterunt? negatiuè respondet *Nau. d. cap. 23. n. 55. Dian. par. 1. tract. 10. res. 17. Bonacin. dict. disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 1 nu. 1. in fin.* vbi dicunt, quod consuetudo ità interpretata est leges ciuiles, vt ad culpam non obligent, sed tantum ad pœnam temporalem.

Sunt etiam alij casus, in quibus Doctores communiter à peccato excusant legum transgressores, videlicet vel propter ignorantiam probabilem *cap. 2. vbi gloss. de constit. in 6. Sylu. in ver. lex n. 7. Nau. cons. 1. n. 24. de constit.* vel si lex sit nimium dura, & grauis, & talis communiter à Populo, seu Rep. iudicetur *Suar. in tract. de legib. lib. 3. cap. 19. n. 9.* vel si ex obseruantia legis sequeretur magna rerum mutatio, vel periculum alicuius scandali *idem Suar. vbi supra lib. 4. cap. 16. n. 8. Bonacin. d. disp. 1. q. 1. pun. 4. n. 41.* vel si alia rationabilis causa concurrat: in omni enim præcepto legis positiuæ admittitur exceptio causæ rationabilis *cap. si quando de præscript. cap. fin. de consuet. S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 3. ad 2. & ibidem Caiet. Sylu. in ver. lex n. 8. Abb in c. 1. n. 4. de Treug. & pac. Nau. cap. 23. n. 43.* ex quo inferunt *Bonacin. loco cit. d. pun. 4. n. 41. Dian. par. 1 tract. 10. res. 6. & alij*, posse Populum, dum supplicat Principem pro remouenda lege, obligationem ipsius legis interim suspendere, donec iterum constiterit de voluntate Superioris

§. V.

An standum sit consuetudini circa obseruantiam dierum festorum.

44 HAEc quæstio pẽdet ab alia, qua quæritur, an dies festi noui testamenti sint iuris diuini, vel humani? nam alij putant, saltem dies dominicos iure diuino festiuos esse ità *Panorm. in cap. licet de fer. Angel. in ver. feriæ §. 43. quos refert Nau. in Man. cap. 13. num. 1. quam sententiam communem esse asseruit Sylu. in ver. Dominica quæst. 1. vers. Septimo:* quod probant *ex cap. licet de fer.* vbi dicitur, quod tam veteris, quam

quam noui testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputauit.

Alij verò asserunt, omnia Christianorum festa, etiam dies dominicos, solo humano iure fuisse in ecclesia introducta, *ità S. Tho. in 2. 2. q. 122. art. 4. & ibidem Caiet. vers. his igitur expeditis, & alij, quos refert, & sequitur Nauar. d. cap. 13. num. 1. Barbos. in cap. omnes nu. 2. & in cap. quoniam, num. 2. de fer. & hanc esse communem DD. sententiam dicit Bonac. de legib. disp. 5. q. vn. in princip. n. 4. & ita tenent Recentiores omnes:* idque probant, tum quia licèt ius naturale, & diuinum præcipiant nobis, vt Deum veneremur, ac reuereamur, non tamen definiũt tempus, quo in nouo testamento id facere teneamur, tum etiam, quia obseruantia diei dominici, in noua lege succedit obseruantiæ Sabbathi non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione ecclesiæ, & consuetudine Populi Christiani, *vt d. S. Thom. d. q. 122. art. 4 ad 4.* Vnde ad tex. *in d. cap. licet. de fer.* respondet Nau. loco cit. quod in nouo testamento, sicut in veteri, vnus de septem diebus debet obseruari, nõ tamen, quod, hoc Deus præceperit in vtroque, nam licet id præceperit in veteri testamento præcepto ceremoniali, in nouo tamen testamento in quo illud cessauit, à principio Apostoli auctoritate sua, & non lege diuina cęperunt diem dominicum obseruare, idemque facere fidelibus præceperunt vt dicit *etiã Suar. & Reginald. apud Barbos. in d. cap. licet nu. 2.*

45 Ex quo Doctores communiter inferunt, quod vnaquæq. Prouincia, seu Ciuitas obseruare tenetur festa eo modo, & tantum, quæ, quomodo, & quantum consuetudo ipsius præcipit obseruari, quia cum hoc præceptum sit humanum, potest humana consuetudine moderari, *cap. 2. de obser. Ieiun. & fin. de consuet. Nau d. c. 13. num. 2. vers. infertur 2. & cons. 5. de fer. Megal. var. resol. tom. 2. res. 147. Dian. p. 1. tr. 15, & 1. Miscell. res. 34. Caiet. 2. 2. d. q. 122. art. 4. ver. his igitur expeditis*, vbi etiam dicit, quod non est opus videre, an consuetudo huiusmodi sit rationabiliter introducta, sed sufficit, quod ità fiat.

46 Vnde excusant à mortali Opifices dictis diebus vendentes calceos, vestes, vasa terrea, equos, & alia animalia, si talis ibi sit cõsuetudo à Prælatis tolerata. *Nau. cons. 1. de fer. Caiet. loco cit. Azor. 2. par. lib. 1. cap. 27. num. 10. quem refert. & sequitur Megal. d. res.* 147 præsertim si talis consuetudo inducta sit in fauorem aduenarum, & rusticorum, qui alijs diebus non sine eorum incommodo, ac damno venire possunt. Immò *Nau. loco cit.* eos etiam excusat à peccato mortali, qui graue damnum paterentur, si cæteris vendentibus ipsi non venderent.

47 Secundò ratione eiusdem consuetudinis excusant à mortali rõsores, ac molentes *Caiet. vbi sup, Nau. cap. 13. num. 9. & alij apud Dian. loco cit. res. 34.* vbi etiam addunt, quod secluſa consuetudin-

ton-

tonsores ratione paruitatis materiæ non peccant, si barbam vnius, aut alterius radant, neque molentes molendinis fluminum vel ventorum, quæ sine magna occupatione molunt.

48 Tertiò excusant à præcepto audiendi missam puellas, vbi consuetum est, quod non exeant, & alias mulieres: quæ consueuerunt vno mense è domo non exire propter mortem viri *ità Caietan. 2.2. d. q. 122. art. 4. vers. his igitur expeditis*, vbi etiam dicit, quod huiusmodi consuetudines fundatę sunt super libertate euangelica, qua non tenemur stricto iuri veteris legis de obseruatione festorum:

49 Quartò excusant muliones. qui iumentis oneratis suum iter ante diem festum bona fide inchoatum diebus festis non intermittunt, præsertim si eos ire contigerit ad partes remotas *Caiet. ibidē Nau. d. cap. 13. nu. 7.* non tamen illis licet dictis diebus iter inchoare, *vt dicunt citati DD.* quamuis in hoc contrarium teneat *Dian. p. 1. tra. 15. ref. 36.* si dicti muliones in leuandis, vel imponendis oneribus per spatium tantum vnius, vel alterius horæ se exerceant.

50 Quintò, ratione huius consuetudinis excusant vendentes publica auctoritate pignora diebus festis in locis, vbi emptores alijs diebus non comparent, ac etiam Ius dicentes Rusticis, seù pauperibus, qui à suis seruilibus operibus desistere non possunt sine grauiori incommodo. *Caiet. loc. cit. Nau. d. cap. 13. num. 13. & alij quos refert, & sequitur Bonacin. in tract. de legib. disp. 5. q. un. pun. 2. num. 10. vers. limitatur.* Vnde excusant etiam rusticos contrahē. 52 tes diebus festis, ac notarios, qui dictis diebus eorum contractus celebrant etiam cum iuramento *Rodriq. Laym. & alij apud Dian. d. par. 1. tract. 15. ref. 34.* vbi notat prohibitionem *c. 1. de fer.* intelligendam esse de iuramento iudiciali, non autem extraiudiciali, quia textus videtur loqui de iudicialibus actionibus; hinc Doctores cōmuniter asserunt, quod si contractus, & instrumenta fiant 53 diebus festis extra iudicium, valida sunt, si verò fiant in iudicio non solum prohibentur, sed etiā irritantur, nisi necessitas vrgeat, vel suadeat pietas *iux. text. in cap. conquestus eod. tit. de fer. & d. Sylu. in ver. Dominica quæst. 3. & alij apud Bonacin. d. pun. 2. n. 11.* quamuis dissentire videatur Vulp. *in Prax. Iudic. cap. 5. nu. 16.* vbi dicit, quod obligatio penes acta curiæ stipulata die feriato in honorem Dei est valida, & paratam habet exequutionem.

54 Inquisitores verò contra hæreticam prauitatem posse prædictis diebus acta conficere, notat *Barbos. in d. cap. conquestus num. 31.*

55 Addunt etiam *DD. apud Bonac. d. tract. de legib. disp. 5. q. vn. pun. 2. nu. 21. vers. limita p.* quod die non feriato recipi potest iuramētum, & postea die feriato dici testimonium, vbi talis consuetudo fuerit legitimè præscripta *iux. cap. 2. de fer.* vltimò obseruat *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 387.*

quod

56 quod Neap. etiã in causis ciuilib' nõ impeditur diebus festis exequutio realis quę fit sine causę cognitione, quia iã fuit iudicatum: & si exequutio realis fieri nõ potest, neque impeditur exequutio personalis similiter sine causæ cognitione, quia vt plurimum debitores, contra quos non potest fieri exequutio realis, sunt suspecti
57 de fuga: debitores verò de fuga suspectos etiam festis diebus in carcerẽ detrudi posse dicit *Vulp. d.c.5.num. 15. & communem dicit Barbos. in d.cap.conquestus nu. 28. de fer.* vbi etiam notat, quod arbitrio Iudicis remittitur, quæ suspicio in tali casu sit sufficiens.

58 Sed notandum est, quod Episcopus potest supradictas consuetudines, & alias similes sua auctoritate reprobare ex constit. Pij V. incip, Cum primum, vbi antiquorũ canonum statuta renouãtur. *Nau. d.cap.13.n.9. Filliuc. tract.27.c.10. quæst.2.n.180. & seq. Paulus Laymann. lib.4.tract. 7.c.2.nu.8 & alij quos refert, & sequitur Bonacin. d.disp.5.q.vn.pun.2.n.10. Ricc. in prax. for. Eccles. par. 4. res.378. &* 379. Vnde Episcopum posse pro-
59 hibere nundinas, & mercatus, qui etiam ex antiqua consuetudine celebrantur, censuit Sac. Cong. *teste Quarant. in ver. dies festus Barbos. in c.1.n.5. de fer.* & tũc Episcopo contradicente subditi non amplius excusantur à peccato ratione consuetudinis *Nau. cons.* 1.
60 *de fer.* quod præcipuè procederet si apertè constaret, huiusmodi cõsuetudines absque causa rationabili fuisse introductas, vt *dRicc. loc. cit.* leges enim canonicæ secùndũ communem DD. sententiam per consuetudinem contrariam abrogari non possunt, nisi ex necessitate, aut pietate, aut alia causa
61 rationabili introducta fuerit, ac legitimè præscripta *c.fin. vbi DD. omnes de consuet.* & tunc talis consuetudo non est extendenda, nec dilatanda, nec consueta post ho-
62 ram vespertinam extendi debent ad totam diem *Caiet. ibidem, & alij apud Bonacin. loco cit.nu.* 10. *vers. hæc tamen*; cum enim festi dies ad Dei cultum maximè pertineant, ideò diligenter procurare debent Ordinarij, vt eorum obseruatio augeatur, non diminuatur. Quare tales consuetudines vbi receptæ non sunt, neque sunt introducendæ, *vt dicunt DD. quos refert. & seq. Bonacin. loco cit. vers. hæc tamen.*

63 Notandum 2. quod in casibus necessarijs, in quibus opera seruilia licitè exercentur, non potest exigi pœna, etiamsi opus seruile fiat absque licentia, puta si vendantur comestibilia, vel aliâ opera seruilia fiant tempore messis, vel vindemiarum, ac recollectionis fructuum *iuxta cap. conquestus de fer. ac decretum Sac. Congr. apud. Quarant. loco cit.* quia frustrà precibus impetratur quod à iure cõmuni conceditur *l.vn. C. de Thes. lib.10. ità Ricc. in prax. for. Eccles. par.4. res.384.*

64 Vnde absque Episcopi licentia præstari potest iuramentum pro pace, vel alia necessitate *vt in c. significasti de elect. & in cap.1. vbi glos. in ver. necessitate de fer. Nau. d.cap.*

dict. cap. 13. n. 3. Bonacin. dict. pun. 2. n. 21. in fin.

65 Addit Ricc. *in prax. vt supra d. par 4. ref. 389.* quod Episcopus tenetur credere eis, qui dicunt, se cum causa exercuisse opera seruilia diebus festis, modò sint viri probi, ac bonæ famæ.

Sed hæc procedunt, quando necessitas est certa, tunc enim opus seruile dictis diebus sine licentia
66 fieri potest, cæterum in dubio semper petenda est licentia ab ordinario *vt d. Vulp. in Prax. Iudic. for. Eccles. cap. 5. n. 7. Bonacin. de leg. disp. 5. q. vn. pun. 3. n. 14. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 105. num. 40.*

Denique obseruat *Vulp. in prax.*
67 *Iudic. cap. 5. n. 10.* quod prædicta constitutio Pij V. non est vsu recepta in ea parte, qua statuit, conducentes diebus festis animalia onusta esse puniendos pœna amissionis animalium: Vnde Sac. Cõg. iussit, vt restitueretur equus, quem quidam Episcopus vendiderat ex causa huiusmodi contrauentionis, *prout refert idem Vulp. loco cit.*

S. VI.

An Episcopus possit condere leges, seu statuta in sua Diœcesi.

68 OMnes concedũt, quod Episcopi possunt facere statuta etiam pœnalia, & ipso iure pœnam infligentia, *vt constat ex cap. Vt animarum de constit. in 6.* statu
69 ta verò huiusmodi non debent contrariari sacris canonibus, aut ordinationibus Summorum Pontificum *c. quod super his de maior. & obedien.* quamuis à iure hoc priuilegium habeant, quod si rationabilia sint, non censeatur illis derogatum per subsequentes Summorum Pontificum constitutiones, nisi in eis id expressè caueatur *cap. 1. de constit. in 6.* hæc autem
70 statuta, si ab Episcopo fiant in Synodo Diœcesana, sunt perpetua, & non expirant morte conditoris, *vt dicunt DD. in cap. fin. de offic. legat. Sylu. in ver. statutum n. 9. & in ver. lex n. 4. & alij, quos refert, et seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 93. n. 24. & in d. cap. fin. n. 3.*
71 idemque dicendum est de Edictis Inquisitorum *secundum Fagund. & Auil. apud Dian. par. 4. tract. 5.*
72 *resol. 27.* ac de gratijs ab Episcopo concessis, quæ similiter per eius mortem non expirant *cap. si gratiosè de Rescript. in 6.* nisi fortè ad beneplacitũ cõcedantur, quia cum beneplacitum morte extinguatur, etiam gratiæ huiusmodi per mortem concedentis expirãt *vt in d. cap. si gratiosè:* immò possunt eo casu quandocunque ab ipso concedente reuocari *Barbos. loco cit. par. 2. alleg. 25. n. 55. & seq.*

73 Aliæ verò ordinationes, seu edicta generalia, vel specialia ab Episcopo lata, seu promulgata extra Synodũ temporanea sunt, & ideò extinguuntur per eius mortem, aut recessum *cap. licet de offic. deleg. glos. in c. à nobis 1. in ver. non nisi subditi de sent. excom. Bertachin in tract. de Episcop. par. 2. lib. 4. q. 15. Ricc. in Decis. Cur. Neap. decis. 149. n. 1. par. 1. Sperell. decis. 14. num. 21.*

quos cum alijs refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 93. nu. 23. quod eo magis pro-
74 cedit in statutis, seù ordinationibus, quæ fiunt à Vicario Episcopi: hæc enim per eius mortem, aut per remotionem ab officio similiter expirant *iuxta doctrinã Bart. in Omnes populi nu. 8. ff. de iust. & ur.* vbi dicit, quod rectores, seù Potestates Terrarum non possunt facere ordinationes, nisi pro tempore sui officij, *& notat etiam Genuens. in prax. Archiep. cap. 1. n.* 18.

75 Hinc infertur primò, quod excommunicatio, seù alia censura lata per constitutionem, aut statutũ Synodale sẽper durat *arg. d. c. fin. de offic. leg. glos. in d. cap. à nobis 1. ver. non nisi subditi de sent. excom. Barbos. d. par. 3. all. 93. nu.* 24. secus si censura lata fuerit per edictum extra Synodum, quia tunc expirat per mortem ordinarij, aut eius remotionem ab officio *Sylu. in ver. lex. n. 4. Barbos. loco cit. d. all. 93. n. 23. Nau. cap. 27. n. 2.* vbi idem dicit de excommunicationibus, & alijs censuris latis in mandatis visitationum, nisi fortè quis durante officio eius, qui censuram tulit, in huiusmodi excommunicationem inciderit, hoc enim casu remanet adhuc excommunicatus etiam post illius mortem, aut recessum, *vt notat etiam Genuens. dict. cap. 1. num.* 18.

76 Infertur secundò, quod licentia delegata audiendi confessiones non expirat mortuo, aut amoto delegante, quia est quædam gratia *Quarant. in ver. cap. Sede vacante quæst. 10. vers. Secundò dubitatur versus fin. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 19. nu. 10. & alij communiter,* nisi Episcopus ad tẽ-
77 pus vitæ suę, vel ad suum beneplacitum approbasset, quia tũc morte extingueretur *d. c. si gratiosè de Rescript. in 6. Barbos. de offic. & pot. Epis. par. 2. all. 25. num.* 43. secus si apposita fuerit clausula donec aliud decreuerit, aut donec reuocauerit, vel si fuerit cõcessa ad certum tempus, quod ad huc expletum non esset, quia tũc morte non expirat, nisi postea fuerit ex causa per successorẽ reuocata *Quar. loc. cit.* aut si cõcedatur ad beneplacitum sedis Episcopalis, quia cum sedes ipsa non moriatur, durabit perpetuò *arg. d. cap. si gratiosè de Rescript. in 6.* & ideò Religiosus si recedat à Diœcesi, in qua fuit simpliciter, & absolutè approbatus, & postea iterum redeat, non tenetur nouam quærere approbationem, etiã si mutatus fuerit episcopus in illa Diœcesi *Barbos. d. par. 2. alleg. 25. num. 44. & 50.* quia si successor non reuocat, approbatio hoc casu semper durat *Lezan. in Sum. tom. 1. d. cap. 19. num. 10. & ità in praxi seruari dicit Rico. in Prax for. Eccles. par. 4. res. 316. vbi citat Graff. dec. aur. lib. 1. c. 13. n. 49. Sanch. de matr. lib. 8. disp. 18. n. 72. Henriq. in Sum. lib. 6. de Pœnit. cap. 6. num. 7. Sayr. de Censur. lib. 7. c. 14. num. 7. & alios.*

78 Infertur tertiò, quod litteræ dimissoriæ ad ordines, cum contineant gratiam iam factam, hoc est licentiam iam concessam, vt ad ordines quis promoueatur,

non

non expirant morte Episcopi concedentis, aut eius Vicarij, si ad id habeat speciale man-
79 datum. *Nau. cons.5. de Rescript. Dian par.8.tract.3.res.99. Megal. in ver.Capitulum Sede vacante nu.15. & alij apud Vulp.in Prax. Iudic.cap.7.nu.13. vbi num.14.* addit, quod etiãsi Vicarius Episcopi non habeat speciale mãdatum, si tamen eius Antecessores talem habuerunt facultatem, posset illas concedere inductus iusta credulitate, *& ad id citat Mandos. in Reg.Cancell.24. cap.3. de malè promotis quæst.6. nu.15.* ità etiam dimissoriæ concessæ à Capitulo Sede vacante elapso anno non expirant per aduentum noui Episcopi, nisi reuocentur. *Qnarant. in ver.Capitulum Sede vacante quæs. 10. vers. secundò dubitatur latè Barbos.de offic.& pot. Episc.par.2. all.7.num.24.Dian.d.par.8.tract.3 res. 99.*

§ VII.

An Clerici ciuilibus legibus, aut statutis Laicorum subijciantur.

80 IN hac quæstione distinguendũ est, aut.n.lex ciuilis, siue statutum disponit specificè circa personas, & res ecclesiasticas,& tunc Clericos nullo modo ligat, etiãsi lex sit Ecclesiæ fauorabilis *c. Ecclesia S.Mariæ, vbi Doctores omnes de Constit.* Vnde totus titulus *C.de Sacros.Eccles.& de Episc. & Cleric.* vbi expressè de Ecclesijs clericis, & eorum bonis disponitur, est nullus ex notorio defectu potestatis iux. com. *DD.* opinionem, *vt d.Clar.in §.Emphyteusis vers.nec dicatur Abb. & omnes in d.cap.Ecclesia S.Mariæ Vulp.in Prax. Iudic.cap 43 num.33.* secus esset, quando lex ciuilis fundata
81 esset super naturali ratione, quia tunc seruari debet non ratione legis, sed ratione iustitiæ naturalis *Sylu.in ver. lex num. 15.* aut quando est priuilegiatiua, quia concedere priuilegium non est signum superioritatis, cum etiam non subdito dari, & concedi possit *Syluester loco citato Laym. vt supra numer. 2. & alij communiter.*

82 Aut verò lex generaliter disponit non faciendo mentionem de Clericis, & tunc ex vi directiua, non coactiua ligat clericos, dummodò respiciat bonum commune, & sacris canonibus non repugnet *cap. 1.c.quoniam & c.de capitulis dist.10.cap.1.de Nou. op. nunt.Canonistæ in d. c. Ecclesia S.Mariæ Nau. cap.23. numer.88 Bonacin. in d.tract. de legib.disp.1 q.1.pun.6.num.29.Vulp.d.cap.43. num.33. & est communis opinio, vt d.Dian.par.1.tract.2.res.8.* quod intellige, dummodò sit fauorabi-
83 lis, secus si esset præiudicialis *Syl. in ver.lex num15.* vbi etiam aduertit, quod quando lex generaliter disponens potest se habere
84 ad commodum,& incommodum, non dicitur præiudicialis; vnde si statutum disponat, quod Primogenitus succedat, secundogenitus,licet sit Clericus, non succedet: similiter in statuto, quo masculi excludunt mulieres, non

succedet mulier, licet sit effecta
85 religiosa; & ratio est, quia leges generaliter promulgatæ, & quæ sacris canonibus non contradicunt, videntur approbatæ ab ecclesia *cap. 1. de Nou. oper. nunt. vbi Papa determinat secundum determinationem iuris ciuilis Clar. in §. emphyteusis q. 28. vers. Nec dicatur Vulp. in prax. vt supra d. cap. 43. num. 33.* vbi dicit, quod etiam in clericis habent locum leges, in quibus agitur de Contractibus, de Tutela, de Successionibus, de hæreditate, & alijs, vbi de Clericis nulla fit mentio, *vt tenet etiam Sylu. in ver. lex. num. 15.*

86 Hinc Doctores inferunt, quod Clerici expendentes pecuniam vltra taxam, seu valorem à Principe præscriptum, aut vendentes triticum maiori pretio, quam sit à Principe cõstitutum peccarent contra iustitiam, & ideò tenerẽtur ad restitutionem, quia iure naturæ tenentur vendere iusto pretio, iustum autem pretium est, quod ab habente potestatem constituitur *Nau. cap. 23. nu. 88. Bonacin. loco cit. num. 31. Vulp. d. cap. 43. nu. 32.* quamuis puniri non possint à Principe Laico, cuius edictum, vel legem violant, sed tãtum à Iudice ecclesiastico *c. non minus cap. aduersus de Immunit. Eccles. glos. in cap. generaliter, in ver. necessitatis 16. q. 1. Genuens. d. cap. 74. nu. 3. Layman. loco cit. nu. 4.*

87 Iudex verò ecclesiasticus non tenetur punire clericos pœnis à lege ciuili, vel edicto Principis impositis, quia naturalis ratio, ex qua clerici ad seruandas huiusmodi leges adstringuntur, non magis vnam, quam alteram pœnam transgressionis infligit *Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. §. 1. num. 28. Genuens. loco cit. Dian. d. ref. 8. & alij communiter.*

88 Verum in tali casu non lex ciuilis, sed tantum ratio naturalis clericos ligat, vt *d. Genuens. loco cit. num. 2. Barbos. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ num. 4. de Constit. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 1. cap. 11. num. 16.* & ideò Clerici non possunt excedere mensuram iustè à sæculari Principe taxatam, non quia ità statuit Princeps, sed quia pretium iustum est, & rationabile, vt *d. Sylu. in ver. lex num. 15.* cõmunis enim, & indubitata conclusio est, non posse clericos vllis sæcularibus legibus subijci, nisi ab ecclesia sint approbatæ *cap. benè quidem dist. 96. cap. Ecclesia Sãctæ Mariæ, vbi id notant omnes de Constit.* etiamsi adsit communis necessitas, & vtilitas *d. cap. nõ minus & cap. aduersus de Immun. Eccles.* quamuis multum expediret, vt iusta rerum pretia à Rep. seu Principe præscripta Episcopi edictis suis à Clericis etiam seruãda proponerent, *vt d. Nau. d. cap. 23. num. 88. Genuensis vt sup. n. 2. & 3.*

89 *Ex dictis infertur*, quod ecclesia, seu Clericus hæres institutus, etiãsi nõ conficiat inuentariũ, non tenetur vltra vires hæreditarias *iuxt. text. in l. si te bonis, & l. fin. §. cum igitur C. de Iur. delib.* quia cum huiusmodi leges sint præiudiciales Clericis, non censẽtur à iure canonico approbatæ

Duar.

Duard in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 8. Mart. de Iurisd. par. 4. cent. 1. cas. 75. num. 5. & alij quos refert, & sequitur Diana par. 1. tr. 2. res. 71. & ità etiam tenet Sylu. in ver. lex num. 15.

90 Addit Bald. *in cap. fin. de fid. Instrum. & alij, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax, iudic. cap. 43.* quod citatio, & acta coram Iudice sæculari facta contra interesse prætendentes in confectione inuentarij non afficiunt clericos creditores.

91 Infertur secundò, Clericos eadem ratione passiuè non ligari in re congrui seu retractus, *vt decisũ refert Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 171.* neque statuto de causis compromittendis inter affines, vel alijs statutis laicorum, sed actiuè tantum ità vt possint clerici vti iure congrui, vel alio statuto fauorabili contra laicos, non autẽ laici contra Clericos *Bald. cons. 3. lib. 1. Surd. cons. 2. n. 14. lib. 1 Franc. dec. 285. Car. de Graff. de effect. Cler. eff. 2. num. 414. & alij, quos refert & sequitur Dian. p. 3. tr. 1. res. 43.*

92 Infertur tertiò, Clericos non comprehendi sub statuto Laicali prohibente extractionem frumẽti, vini, & similium extra territorium, etiamsi id fiat ob bonum commune, vt inde abundantia in ciuitate conseruetur *Sylu. in ver. lex num. 15. Grammat. decis. 100. num. 15. Dian par. 1. tract. 2. res. 69. vbi citat. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 83. nu. 1. Io. de Amic. cons. 18. num. 17. Roland. lib 4. cons. 61. num. 22. & alios.*

93 Quæres, an leges, quæ non sunt pœnales, sed certam formam in contractibus præscribunt, comprehendant Clericos? affirmatiuè respondent communiter Doctores: id tamen prouenit ex generali iuris canonici consensu, & approbatione, & ideò actus sine tali solemnitate factus est inualidus potius ex iurisdictione ecclesiastica, quam ciuili *Layman. loco cit. num. 4. Bonacin. d. tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 6. n. 33. Lezan. in Summ. qq. reg. to. 1. cap. 11. n. 17* quod tamen non habet locum, vbi ius canonicum aliam formam præscribit, tunc enim prænalet dispositio iuris canonici, vt dicũt *citati DD.* vnde in testamento ad pias causas sufficit numerus duorum, vel trium testium *iuxta cap. cum esses de testam.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinus cogitur ad vendendas res proprias fauore Ecclesiæ, vel monasterij, illiusque ampliatione.*

2 *Idem priuilegiũ competit pro scholis fabricandis, seminario puerorum, ac pro construenda domo Parochi.*

3 *Iudex non debet permittere, vt vicinus magnũ patiatur detrimentum.*

4 *Vicinus non est cogendus si monasterium facile possit ex alio latere ampliari.*

5 *Vicinus cogitur ad locandam domum fauore monasterij.*

6 *Si Ecclesia ædificetur in solo alieno cogitur similiter Dominus ad vẽdendum iusto prætio.*

7 Mo-

7 *Moniales prohiberepossunt vicino, nè altius eleuet feneſtras, ex quibus proſpici poſſent.*
8 *An Epiſcopus erigere poſſit nouam Parochiam.*
9 *Quæ conditiones ad id requirantur, & num.10.*
11 *An credatur ordinario aſſerenti de cauſa erectionis nouæ Parochiæ.*
12 *An à decreto huiuſmodi erectionis detur appellatio.*
13 *An ſit locus dictæ erectioni, ſi Parochus alium Sacerdotem proponeret in loco minimè incommodo.*
14 *De quibus fructibus reparari debeat Eccleſia Cathedralis, & an Epiſcopus ad id teneatur.*
15 *An Canonici, & alij poſſidentes beneficia ad id teneantur.*
16 *Non poteſt Epiſcopus compellere Canonicos, & alios Clericos, niſi in caſu, quo fabrica, ſeu reparatio eſſet neceſſaria.*
17 *Epiſcopus poteſt fabricæ eiuſdem Eccleſiæ fructus beneficiorum vacantium ad tempus applicare.*
18 *An ad huiuſmodi reparationem compellendi ſint Parochiani*
19 *Vbi adeſt conſuetudo, laici tenentur ad reparationem Eccleſiæ Cathedralis.*
20 *Quæ requirantur ad huiuſmodi conſuetudinem inducendam.*
21 *Ex quibus fructibus reficiendæ ſint Eccleſiæ inferiores.*
22 *In quo caſu Parochi, & alij beneficiati ad reparationem Eccleſiæ teneantur.*
23 *An Parochus teneatur, ſi fructus beneficij non excedunt ſummam 100.ducatorum.*
24 *Quomodò calculari debeant huiuſmodi ducati.*
25 *An commendatarius teneatur ad reparationem Eccleſiæ.*
26 *Obtinentes penſionem ad reparationem tenentur pro rata.*
27 *Ad id tenentur etiam Patroni, ſi Eccleſiæ iuriſpatronatus fuerint.*
28 *In quo caſu teneantur Parochiani ad Eccleſiam parochialem reparãdam.*
29 *Parochiani tenentur ad reparationem pro modo ſubſtantiæ.*
30 *Onus contribuendi fabricæ Eccleſiæ Parochialis ſpectat ad Dominos ædium, non autem ad Conductores.*
31 *Qui tenentur ad refectionem Eccleſiæ, tenentur etiam ad refectionem domus Sacerdotalis, & ad paramenta, ornamenta, & alia Eccleſiæ neceſſaria, & n.32.*
33 *Qui teneantur ad reſtaurationem monaſteriorum monialium.*

CAP. II.

De Eccleſijs ædificandis, vel reparandis.

§. I.

An vicinus cogi poſſit ad vendendam propriam domum pro conſtructione, vel ampliatione Eccleſiæ.

1 AFfirmatiuè reſpondẽt cõmuniter DD. *in l. ſi quis ſepulchrum ff. de Relig. & ſumpt. fun.* quod non ſolum habet locum in Eccleſia Cathedrali vel

vel Parochiali, in quibus Sacramenta ministrantur, sed etiam in alijs Ecclesijs, & monasterijs tam virorum, quam mulierum siue ædificatis, siue ædificandis, & illorum necessaria ampliatione *Cepoll.in.tract.de seruit.vrb.Præd. cap.28.nu.5.Grammat. dec. 75. per tot.Thes.qq.forens.lib.1.q.64.n.6.& hanc esse cõmunem testatur Valasc. dec.22.n.2.Surd.cons.62. n.7.& 8. lib.1.Giurb.dec.86.nu.7.Rota decis. 327.nu.1.par.1.in recent.Barbos.de offic.& pot.Episc.par.2.all.26.nu.1.*

Immò etiam pro ampliatione atrij Ecclesiæ, dormitorio extendendo, monasterij viridario, eiusdemque viridarij ampliatione possunt cogi [illegible]ni ad vendendas res proprias [illegible] *d.decis.86. n.8. & alij DD.citat[illegible]c.in Prax.for. Eccles.par.3.res.557. & in Collect. decis.par.1.collect. 130.Antoni.uar. resol.lib. 1.resol.112.cas.29. Sperell. decis.58.n.19.& seq.* idemque priuilegium competit pro scholis fabricandis, pro seminario puerorum, ac etiam pro construenda domo pro habitatione Parochi *Carocc.dec.26.per tot.Ricc.d.Collect 130.Surd.con.62.n.8.vol.1. Sperell. dec.58.n.22.& 23.& alij.*

3 Debet tamen iudex distinguere necessitatem à simplici vtilitate *vt dio. Ricc.in Prax.for. Eccles. par.3.res.414.* atque ità debet de opportunitate loci prospicere, vt vicinus, qui cogitur vendere, magnum non patiatur detrimentum *d.l.siquis sepulchrum.* Vnde nec est
4 ad id cogendus vicinus, si monasterium facilè possit ex alio latere ampliari *Rot.decis.372. nu.3.par.1. Recent.*

5 Ex his infert Sperell.*d.dec. 58.n.* 25.quod Religiosi possunt cogere vicinũ etiam ad locandã domum pro necessaria eorum habitatione quoùsque perficiatur monasterium, cum in hoc sit minus damnum vicini: quamuis contrarium teneat *Ricc.in Collect.dec.par.1.collect. 10.*

6 Infertur 2. quod si Ecclesia ædificet[illegible]r in solo alieno, cogitur simil[illegible] minus ad vendendum iusto [illegible], tunc enim ædificium non cedit solo, sed solum ædificio *Ricc.in collect.dec.2350 par.6.*

7 Adde, quod moniales prohibere possunt vicino, nè altius eleuet fenestras, ex quibus prospici possent ipsę moniales *c.1.in princ. deStat.Reg.in.6.Bero.cons.135.n.9. & 10.vol.3.Couar.var.resol. lib.3. cap.14.sub n.8.vers. septimò eadem opinio Muta decis.Sicil.8.n.6.* quod procedit, etiamsi esset via intermedia *Sperell.decis.58.n.6.*

§. II.

An Episcopus erigere possit nouam Parochiam.

8 SAcra Tridentina Synodus statuit, vt vbi ob locorum distantiam, siue difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda accedere nequeunt, possit Episcopus nouas Parochias etiam inuitis rectoribus iuxta formam constit. Alexan. III. *Quæ incip. Ad audientiam,* constituere, ac Sacerdotibus, qui de

nouo

nouo erunt Ecclesijs nouiter erectis præficiendi, competentem portionem assignare ex fructibus ad ecclesiam matricem pertinentibus, & si necesse fuerit, compellere etiam populum, vt ea subministret, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum substentandam, *vt in sess. 21. de ref. cap. 4.*

9 Ex quo obseruant DD. quod non sufficit quælibet distantia, sed ea dumtaxat, quæ præbet difficultatem Parochianis accedendi cum magno incommodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 221. vbi refert., ita resoluisse Rot. decis. 204. & 745. par. 2. Recent.*

Obseruant secundò, quod nouа ecclesia parochialis erigi non
10 debet in alterius Parochia, nisi ex causa necessitatis, seu magnæ incommoditatis cap. ad audientiam, vbi glos. in ver. magna difficultate de Eccles. ædific. & ideò non creditur Episcopo, seu or-
11 dinario asserenti de causa huiusmodi, cum talis assertio tendat in prejudicium tertij, sed debet in effectu probari, & in actis cõstare *Bart. in l. item si suspectus ff. de Procur. Alciat. in tract. de Præsumpt. in reg. 3. præsum. 9. n. 27. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 222.* vnde ab huiusmodi decreto
12 erectionis nouæ Parochiæ dari appellationem, etiamsi ab Episcopo fiat vti sedis apostolicæ delegato, censet idem *Ricc. in Prax. vt sup. par. 1. ref. 486.* nisi hæc ordinatio fiat in visitatione, tunc enim non datur appellatio saltem quo ad effectum suspensiuum *ex eod. Concilio sess. 13. de ref. cap. 1. & sess. 24. cap. 10.*

Obseruant tertiò, quod si in
13 loco minimè difficili, nec incommodo adesset oratorium, vel ecclesia cum fonte baptismali, & cęteris ad Parochiã necessarijs, ibique Parochus alium Sacerdotem proponeret, qui ibidem resideret, & sacramenta administraret, non posset in tali casu fieri separatio *ex eodem Conc. d. sess. 21. de ref. cap. 4. Menoch. cons. 477. nu. 9. Cost. remed. 76. quos refert, & sequitur Ric. in prax. par. 1. ref. 486. Barbos. de Offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 68.*

§. III.

Ex quibus fructibus reparari debeat Ecclesia Cathedralis.

14 REsp. quod reparari debet ex proprijs fructibus pro fabrica destinatis *cap. concesso cap. quatuor, & cap. de reditibus 12. q. 2.* si verò fructus huiusmodi nõ adsint, aut sufficientes non fuerint, onus reparandi spectat ad Episcopum de quarta suorum redituum tam futurorum, quam præteritorum *cap. vnio, & ibi, glos. 1. communiter recept. 10. q. 3. Barbat. cons. 26. num. 4. vol. 3. & alij quos refert, & sequitur Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Clerico debitore §. 13. num. 12. & seq.* vbi etiã notat, quod eodem modo tenetur Episcopus ad ornamenta, quæ sunt necessaria ad diuinum ministerium,

terium, quia æqualis est fauor fabricæ, & ornamentorum arg. cap. fin. de Testam. censet tamen *Ricc. in Collect. decis. 2350. par. 6.* quod Episcopus non tenetur ad reparationem, nisi de superfluis.

15 Quodsi quarta pars reditum Episcopi non sufficiat ad illius reparationem, contribuere tenentur pro rata reditum Canonici, & alij, qui in ecclesia possident beneficia *cap. 1. de Eccles. ædific. Rip. respons. 26. num. 10. Ric. in Collect. decis. 2636 par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 4. res. 348.* quod intelligendum est similiter de fructibus, qui supersunt detractis necessarijs, *vt d. Ricc. locis cit. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 64. num. 4. & 5.* non potest tamen Episcopus compellere Canonicos
16 & alios Clericos, nisi in casu, quo fabrica, seu reparatio esset necessaria *Bellett. loc. cit. num. 18.* & tunc concurrere debet consensus Episcopi, & Capituli simul, vel maioris partis illius *iuxt. cap. fin. de His quæ fiunt à maiori parte Cap.*

Si verò reditus E[illegible]copi, & Canonicorum non
17 test Episcopus fabr[illegible] eiusdem Ecclesiæ cathedralis fructus beneficiorum vacantium ad tempus applicare *Abb. in cap. 1. de Eccles. ædific. Io. Andr. in cap. si propter de Rescript. in 6. Felin. in cap. cum accessissent de constit. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. par. 4. res. 340. vbi de communi Barbos. d. p. 3. all. 64. nu. 5.* quod intellige, dummodò alteri non competant fructus primi anni, vt *d. Ricc. loc. cit. d. res. 340.*

Demum compellendi sunt Pa-
18 rochiani, *vt dicunt Doctores apud Barbos. d. all. 64. num. 5. Ricc. d. par. 4. res. 348. contra glos. in cap. quatuor ver. deceat 12. q. 2. & alios, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. cap. 46 numer. 3.* quod
19 absq. dubio procederet, si adesset particularis consuetudo, vt layci teneantur ad reparationem dictæ ecclesiæ *Ricc. in Prax. par. 4 d. res. 348. Barbos. par. 3. d. all. 64. n. 5. & alij apud Bellett. tit. de Cleric. debit. §. 13 num. 2.*

20 Obserua tamen, quod consuetudo huiusmodi ex vnico actu nō inducitur, sed requiruntur plures actus: secundò requiritur, quod populus fuerit in tali vsu animo inducendi consuetudinem latè *Rip. respons. 26. num. 2. & seq.*

§. IV.

Quinam teneantur ad reficiendas ecclesias inferiores.

21 ALiæ Ecclesiæ inferiores reficiendæ similiter debent ex fructibus pro fabrica destinatis, qui si non adsint, vel non fuerint sufficientes, cogendi sunt qui fructus ex dictis ecclesijs percipiunt, aut in illorum defectum Parochiani, si ecclesiæ parochiales sint: quod si nimia egestate omnes laborant, ad matrices, seu viciniores ecclesias transferri debent iuxta Conc. Tridentinum *sess. 21. de ref. cap. 7.*

Obseruant tamen Doctores communiter, parochos, aut alios
22 Beneficiatos non teneri ad re-

parationem ecclesiæ, neque ad paramenta, aut alia ad ornatum & vsum Altaris, & Sacristiæ necessaria, nisi de reditibus, qui eis supersunt vltra necessariam substentationem *cap. de his ex. de eccl. edific. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 1. res. 528. & part. 2. res. 476. & par. 4. res. 337. Barbos. loco cit. num. 6. Bellett. vbi supra §. 14 num. 1. & seq. & alij*: viuere enim debent de patrimonio Christi, cuius obsequio deputantur *cap. cum secundum de Præb.*

Ex quo infert Ricc. *in Prax. vt sup. par. 1. res. 528. Leo in Thes.* 23 *for. Eccles. par. 2. cap. 17. num. 48. & seq.* quod si fructus Ecclesiæ parochialis non excederent summam 100. ducatorum, non esset grauandus Rector pro reparatione Ecclesiæ, sed tunc ad omnia compellendi sunt Parochiani, quia hanc summam videtur præscripsisse Concilium ad honestam Rectoris substentationem *in sess. 24. de ref. cap. 13.* addit etiam Leo *loco cit. num. 53. & seq.* non semper cõdemnandum esse Rectorem ad totam illam quantitatem, quæ dictam summam ducatorũ 100. excedit, sed arbitrio boni viri, quia non est ita illa summa perstringenda, quin etiam pro qualitate loci, & personæ maiores reditus Paroeho debeantur. calculari autem debent huiusmodi 24 ducati eo modo, quo valor beneficiorum æstimari consueuit, vt videlicet à quinquennio proximè elapso annus sterilis cum fertili computetur deductis expensis, & oneribus *Gomes in Reg. de valor. exprim. q. vlt.*

25. An verò Commendatarius teneatur ad reparationem ecclesiæ? Respondet Ricc. *in Prax. par. 4. res. 347.* quod tenetur, si commẽda est perpetua, secus si temporalis, quia commenda perpetua dicitur titulus canonicus *Gom. in Reg. de Infirm. q. 13. & in Reg. de Trien. q. 5. Guid. Pap. dec. 152. & alij.*

Obtinentes etiam pensionem 26 tenentur pro rata ad Ecclesiæ reparationem, *vt decisum refert Ric. in Collect. decis. 492. par. 3. & dec. 2321. par. 6. & decis. 2926. par. 7.*

27 Item ad id tenentur etiam Patroni, si Ecclesiæ Iurispatronatus fuerint, quia percipiunt emolumentum à Iurepatronatus, scilicet fructus Iurispatronatus, qui in præsentatione consistunt, et habent honorantias primi loci in processionibus, & in sessionibus, & percipiunt etiam alimenta, ab ipsis ecclesijs in necessitate, *Concilium Tridentinum loco citat. d. sess. 21. cap. 7. Bellett. vbi supra §. 14. num. 10. Ricc in Prax. par. 1. res. 164. & par. 2. res. 476. & p. 4. res. 348.* vbi id intelligit deductis necessarijs alimentis.

28 Obseruant 2. quod si deducto necessario ad alimenta Beneficiatorum non supersunt reditus Ecclesiæ ad fabricam reparandam, tunc tenentur Parochiani *iuxta conciliam d. sess. 21. cap. 7. ità resoluunt DD. quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 64. n. 6. vbi etiam dixit, ità resoluisse Rot. decis. 545. n. 1. par. 1. Recentiss.* & tũc 29 pro modo substantiæ, seu bonorũ

Pa-

Parochiani cõferre debent ad huiusmodi reparationem, seu constructionem *arg. l. propter honorem C. Qui bon. ced. poss. & l. omnes prouinciarum C. de oper. publ. & dicit*
30 *Leo loco cit. n. 73.* hoc autem onus contribuendi fabricæ Ecclesiæ parochialis spectat ad Dominos ędiũ, non autem ad Conductores, quia huiusmodi onus est reale, *vt dicũt DD. apud Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. res. 351.*
31 Et hæc procedunt etiam quoad restaurationem domus Rectoris, qui enim tenentur ad refectionẽ Ecclesiæ, ijdem etiam tenentur ad refectionem domus Sacerdotalis *Bellet. d. §. 14. n. 4. & 9. vbi refert ità declarasse Sac. Cong. conc. Vgolin. de offic. Epis. cap. 14. §. 1. nu. 5. Monet. de Commut. vltim. volunt. c. 11. n. 149 Sperell. dec. 68. n. 4. & seq. quos refert Barbos. d. all. 64. nu. 4. &*
32 *seq.* vbi idem dicunt de Paramentis, ornamentis, calice, luminarijs, & alijs Ecclesiæ necessarijs.

Addit Isidor. Mosco. *de militan. Eccles. par 4. lib. 1. cap. 4. vers. primò itaq. considerandum, quem refert Barbos. d. par. 3. all. 102. n. 10.* quod
33 si mœnia monasteriorum monialium confracta sint, & monasterij facultates non suppeterent, fidelium eleemosinis restauranda essent, aut monialium Cosanguinei ad id cogerentur: per durat enim consanguinitatis vinculum, & obligatio illas conseruandi in debita honestate *cap. si quis dereliquerit 30. dist.* Quod si consanguinei inopia laborarent, ille compellendus esset, cuius auctoritate, vel potius voluntate fuit erectum monasterium, quoniam præuidere debebat huiusmodi necessitates futuras, *vt dicunt Doctores citati.*

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates, & alia loca pia Episcopi iurisdictioni subijciuntur.*
2 *Excipiuntur Hospitalia, quæ sub Regum protectione sunt.*
3 *An Episcopus visitare possit confraternitates existentes in ecclesijs Regularium, & n. 4.*
5 *An confraternitates erectæ absque auctoritate ordinarij subijciantur Iurisdictioni eiusdem ordinarij, & n. 6.*
7 *Bona locorum piorum non præscribuntur minori spatio 40. annorum.*
8 *Loca pia exempta sunt à solutione gabellarum.*
9 *An Episcopus visitare possit loca pia, si testator, vel fundator id prohibuit, & num. 10.*
11 *An Episcopus visitare possit Hospitale constructum à laico adhuc viuente, & num. 12.*
13 *Quæ Hospitalia censeantur esse sub Regum Protectione.*
14 *Protectio regia impetranda est in limine erectionis, alias non suffragatur.*
15 *An huiusmodi Hospitalia visitari possint ab Episcopo quoad decentiam diuini cultus, & ornamentorum.*
16 *Episcopus cognoscit, an Hospitale sit sub Regum protectione.*
17 *Episcopus compellit administratores locorum piorum ad soluendũ.*
18 *Executio in tali casu non suspenditur*

ditur per appellationem.

19 *Officiales locorum piorum si delinquunt in officijs, ab Episcopo puniuntur.*

20 *Non factis diligentijs contra debitores Ecclesiæ de proprio Administratores tenentur.*

21 *Tutor negligens in conueniendo debitores pupilli de proprio tenetur.*

22 *Exactor publicus quando teneatur de suo.*

23 *An loca pia teneantur ad procurationem, dum visitantur, & nu.* 24. 25. *&* 26.

27 *An Ecclesiæ, & alia loca pia visitata Equorum vecturas, & ferraturas præstare teneantur.*

28 *An Episcopus possit compellere cõfraternitates, vt ad processiones accedant.*

CAP. III.

De Confraternitatibus, & locis Pijs.

§. I.

An Confraternitates, & cætera loca pia Episcopo subijciantur.

1 COnfraternitates etiã laicorum, collegia quæcunque, Hospitalia, & loca pia omnia etiam exempta Episcopi iurisdictioni, & visitationi subijci constat ex cap. omnes Basilicæ 16 q. 7. *cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. cap. conquerente de offic. ordin. Conc. Trid. sess. 22. de ref. c.* 8. vbi tantum excipiuntur Confra-

2 ternitates, & Hospitalia, quæ sub Regum immediata protectione sunt. Vnde Episcopus visitare potest confraternitates personarum

3 sæcularium in Ecclesijs etiam Regularium exemptorum existentes exceptis tamen earum altaribus, seu Capellis, quæ intra easdem Ecclesias consistunt, *vt censuit Sac. Cong. apud Farinac. dec.* 210 *par.* 4. *Diuers. Ricc. in Prax. for. Eccl. par.* 4. *resol.* 579. *Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *all.* 75. *n.* 13 *&* 28. dicit-

4 tamen Dian. *par.* 1. *tract.* 2. *ref.* 101. quod Episcopus potest inquirere, an in dictis Capellis sacra decenter ministrentur.

§. II.

An Hospitalia, & Confraternitates erectæ sine ordinarij auctoritate subijciantur iurisdictioni Episcopi.

5 REsp. affirmatiuè, sufficit enim quod in eis opera charitatis exerceantur, ex quo pia loca dicuntur, *vt colligitur ex Conc. loco cit. d. c.* 8. *c. Tua nobis de testam. cap. non minus de immun. Eccles. ibi de bonis ecclesiasticis, & clericorũ & pauperum Christi vsibus deputatis:* quod etiam probatur ex l. omnia priuilegia *C. de Sacrosc. Eccles.* vbi priuilegia Ecclesijs concessa ad Hospitalia, & alia pia loca extenduntur, *& ità tenet. Nouar. de elect. for. sect.* 2. *quæst.* 56. *n.* 8. *Peregrin. de immun. cap.* 4. *n.* 64. *quos refert, & sequitur Diana par.* 4. *tr.* 1. *res.*

ref.37.Ricc.in Prax.for.Eccles.par. 4.ref.578.vbi citat Garc.de benefic. par.5.cap.1.n.602. & plures refert Gabr.Commun. conclus.lib.6. tit.de pia causa concl,1.n.5.& 6.& concl. 2.n.2.vers.contrarium. quod tantò magis procedit,si confraternitates,& hospitalia huiusmodi proprium haberent templum, vel in eis missæ celebrentur, aut ibi per tempus immemorabile hospitalitas seruata fuerit. *Gabr.d.conc.2.n. 5.& 6.Dian.par.4.tr.1.d.ref.37.* Vnde ad præscriptionem rerum pertinentium ad confraternitates, & hospitalia, seu collegia instituta pro substentatione studentium pauperum,vel aliorum egenorum tempus quadraginta annorum necessariò requiritur,etiam quando vnum hospitale seu collegium cõtra aliud vult præscribere *cap.de quarta cap.ad aures cap.illud de præscript.*& exempta sunt à solutione gabellarum *d.c.non minus de immun.Eccles Barbos.de offic.& pot.Epis.par.3.all.75.n.35.*

§. III.

An Episcopus possit visitare huiusmodi loca pia, quando in fundatione cautum est, quod ordinarius non possit se intromittere.

Affirmatiuã partem tenet Nau. *conf.3.de Relig.domib.Piusc. in Prax.Epis.par.2.c.3. nu.38.& alij apud Barbos.d.par.3.all.75.n.9.* alij verò tenent, Episcopum non posse loca pia visitare, quando testator Episcopum à visitatione excluserit, & hanc sententiam communem dicit Dian.*par.1.tract.2. ref.84.vbi refert, ità declarasse Sac. Cong.Rotã Romanam,& Paulu V. Ricc.in Prax.for.Eccles. p.4.resol.* 578.cui quidem opinioni fauere videtur Concilium Tridentinum *sess.22.de ref.c.9.*ibi,nisi secus fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset:quia licèt Episcopus non possit consentire in præiudicium, & derogationem iuris acquisiti Episcopatui, potest tamen iuri quærendo preiudicare *Barbos.d.all.75.nu.8.in fin.& alij communiter.* Vnde Sac.Cong.declarauit, quod licet Concilium *d.sess. 22.c.8.*annullet omnia priuilegia exemptionis hospitalibus,& locis pijs concessa in illis verbis *etiamsi exemptionum priuilegio sint munita*, tamen hæc verba intelligenda sunt de priuilegijs extra,& non in ipsa fundatione concessis,*prout refert Diana par.1.tract.2.resol.84.in fin.*

Obseruant tamen Doctores,quod etiam in tali casu ordinarius visitare potest eadem loca pia in ijs quæ pertinent ad obseruandam voluntatem Testatoris, & ideò videre potest,an bona dispensentur, & alia fiant secundum eiusdem testatoris mentem *Bald.in l.si quis ad declinãdam C.de Episc.& Cler. quem refert,& sequitur Gabr.cõmun.conclus.lib.6.tit.de pia causa concl.1.n.16.Nau.conf.3.de Relig. dom.& alij apud Barbos.par.3.d. all.75.n.6.& 7.& ità etiam censuit Sac.Cong. vt refert Ricc. in Prax. par.4.ref.579.* cũ enim Episcopus

sit

sit or[illegible]n piarum dispositionum [illegible] in vltima voluntate, quã etiã inter viuos exequutor *cap. nos quidem cap. si hæredes cap. Ioãnes de Testam. Conc. d. sess. 22. c. 8* etiam de iure ciuili *l. nulli C. de Episc. & Cler.* non potest propterea testator prohibere, quominus Episcopus exequatur eius voluntatem in concernentibus dispositionem ad pias causas *cap. tua nobis de testam. Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem pro redemptione:* priuata enim dispositio testatoris nõ potest generalem constitutionem legis, vel canonis immutare *glos. in d. cap. tua nobis in ver. interdici;* vnde reijci debet talis conditio tamquam turpis *Barbos. d. all. 75. num. 9.*

§. IV.

An Episcopus possit visitare Hospitale constructum à Layco ad huc viuente.

11 NEgatiuè respondent communiter DD. quia quando adhuc viuit fundator, habet plenam potestatem de illo ad suũ beneplacitum disponendi, vnde & illud alienare, ac destruere potest *Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia caus. conclus. 2. num. 7. Nauar. consil. 3. de Reiig. domib. Piasec. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 3. num. 38. & alij apud Barbos. d. all. 75. num. 3. & seq. & ità declar. esse Sac. Congregat. Concilij refert Vulp. in prax. Iudic. cap. 11. nu. 3. & seq.*

12 Limita, si Hospitale huiusmodi fundatum fuerit auctoritate Episcopi, vel habeat formam ecclesiæ, vel altare pro missarum celebratione, *vt dicunt Piasec. & Barbos. locis cit.*

§. V.

Quæ Confraternitates, seu Hospitalia sint, & esse intelligantur sub Regum immediata protectione

13 REsp. quod ea tantum loca pia intelliguntur esse sub immediata Regum protectione, quę expresè sub tali protectione reperiuntur, seu quæ ità à primęua eorum erectione fundata sunt, atque eo speciali priuilegio munita, vt scilicet locorum ordinarij iurisdictionem in illis exercere non possint: non autem omnia Hospitalia, seu loca pia, quæ sunt in Regum ditionibus aut Regnis, *vt censuit Sac. Congr. teste Leon. in Thes. for. Eccles. par. 4. c. 2. nu. 97. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 162. Barbos. par. 3. all. 75.*

14 *num. 16. & seq.* hęc autem protectio regia necessariò imploranda est in limine, & in principio erectionis, alioquin longè post erectionem auctoritate Episcopi factam est nulla, & non suffragatur, quia tunc non posset acquiri in præiudicium Episcopi, cui medio tempore ius quęsitum fuit *Ricc. vbi supra par. 4. ref. 167. vbi refert, ità fuisse resolutum in Rota coram Seraphin. decis. 1599.* posse tamen Episcopum visitare huiusmodi

15 Hospitalia, quæ sub immediata

Regum

Regum protectione sunt, quoad decentiam diuini cultus, & ornamentorum, dicit Gabr. Pereir. *in tract. de man. Reg. par. 2. c. 17. n. 12. quem refert & sequitur Dian. par. 1. tract. 2. ref. 101. Barbos. loco citat. num. 20. Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref 165.* quia cum hoc sit quid spirituale, ad ordinarium priuatiuè spectat.

16 An verò Hospitale sit sub Regum protectione, nec ne, non ad sæcularem, sed ad ecclesiasticum Iudicem spectat id cognoscere *Barbos. loco cit. d. all. 75. n. 16. & ità censuit Sacr. Congregat. teste Ricc. d. par. 4. ref. 579.*

§. VI.

An Episcopus possit procedere contra laicos administratores locorum piorum post redditam rationem ad soluendum, siue ad exequutionem.

17 REsp. affirmatiuè *clem. quia cõtingit de Relig. dom. Cõc. Trid. sess. 22. de ref. d. c. 8. Ricc. in Collect. dec. 714. par. 3. vbi alios refert.* quod procedit, siuè soli Ordinario ratio reddita fuerit, siuè cum alijs deputatis, *vt censuit Sac. Congreg. teste Vulp. in Prax. Iudic. fori Eccles. cap. 11. num. 7. Ricc. in Prax.*

18 *par. 4. ref. 579.* nec impeditur, aut suspenditur exequutio, si administratores appellauerint à condẽnatione, sed causa tantum deuoluitur ad Superiorem *Vulp. vbi supra nu. 8. Barbos. p. 3. all. 75. n. 62.* item dicti Administratores, seu officiales locorum piorum si deli-

19 querint in suis officijs, puniri etiã possunt ab Ordinario, *Ferr. qq. mor. par. 2. q. 20.*

Quæres, an prædicti Administratores condemnandi sint de proprio, si probetur, debitorem Ecclesiæ, contra quem non fuerunt factæ diligentiæ, tunc tem-

20 poris fuisse soluendo? Respondeo affirmatiuè *Genuens. in Practicab. Eccles. q. 442. quem refert, & sequitur Ferr. vbi supra par. 1. q. 35.*

21 exemplo Tutoris, cui negligentia in nõ conueniendo debitores pupilli imputatur *l. si tutor constitutus vbi glos. in ver. minus idonei ff. de Administr. Tut.* ità etiam exactor, & procurator publicus

22 si exactionem vltra annum protraxerit, fauore publico tenetur de suo cum reseruatione exigendi à debitorib. publicis *l. missi opinatores C. de exact. Tribut. lib. 10.*

§. VII.

An Societates, seu Confraternitates, & oratoria teneantur ad procurationem, dum visitantur.

23 AFfirmatiuè respondet Ricc. *in Prax. vt supra par. 4. ref. 152.*

24 Limita 1. quando huiusmodi cõfraternitates existunt in Ciuitate, vbi sita est Cathedra, quia tunc nulla Episcopo procuratio debetur, *vt censuit Sac. Coagreg. apud Pirsec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 65.*

25 Limitã 2. in Confraternitatibus,

bus, & alijs locis pijs pauperibus *Feder. conſ.* 105. *quem refert, & ſequitur Sylueſt. in ver. Hoſpitale num.* 16. *Pinſec. vbi ſupra.* contrariũ tamen videtur colligi ex tex. in cap. procurationes *de cenſibus*, vbi dicitur, quod quando Eccleſię viſitatæ ſunt pauperes, coniũgi debent cum alijs, quæ vnam procurationem componant ita vt ſingulæ illam non ſoluant, ſed coniunctim, vnde hanc ſententiam tenet Ricc. *in Prax. par.* 4. *reſ.* 153.

26 Limita 3. quando Epiſcopus per Diœceſim diſcurrit, vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat, ità *declarauit Sacr. Cong. teſte Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. p.* 3. *all.* 73. *num.* 51. *& ſeq. Ricc. in Prax. vt ſupra par.* 4. *reſ.* 156.

27 Obſerua tamen, quod Confraternitates, oratoria, & aliæ Eccleſiæ viſitatę equorum vecturas aut ferraturas pręſtare non tenẽtur *Clem.* 2. *de Cenſib.* niſi Viſitator ſit Prælatus à Papa delegatus, tũc enim ei debẽtur mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum commodè tranſire poſſit, *vt dicunt DD. quos refert & ſequitur Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par.* 3. *d. all.* 73. *num* 57.

§. VIII.

An Epiſcopus poſſit compellere Confraternitates Laicorum, vt ad proceſsiones accedant.

28 REſp. quod non poteſt eas cõpellere, ſed tantum inuitare, vt cenſuit *Sacr. Cong. Concil. prout refert Vulp. in Prax. Iudic. cap.* 10. *nu.* 9. *Ricc. in Prax. par.* 3. *reſ.* 146.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Eccleſiæ vtroque iure prohibetur.*
2 *Referuntur pœnæ contra Alienantes.*
3 *Quid veniat nomine pretioſorum mobilium.*
4 *An pretioſa mobilia poſsint abſq. aſſenſu apoſtolico conuerti in fabricam Eccleſię.*
5 *An extrau. Ambitioſæ procedat in rebus donatis cum ea conditione, vt Eccleſia poſſit illas alienare.*
6 *Fratres S. Franciſci de obſeruantia poſſunt bona ſibi relicta alienare ſine ſolemnitate.*
7 *An extrau. Ambitioſæ procedat in alienatione patrimonij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus.*
8 *An Clericus ſine licentia Ordinarij poſsit patrimonium huiuſmodi alienare, ſi tempore alienationis habeat congruam ſubſtentationem.*
9 *Particula, donec, eſt reſtrictiua temporis, & ſuſpendit facultatem ad tempus.*
10 *Si fiat inſtrumentum alienationis bonorum Eccleſiæ cum clauſula conſtituti, incurruntur pœnę d. extrau.*
11 *Limitatur, ſi pretium non fuit ſolutum, neque fuit de eo habita fides.*
12 *Extrau. Ambitioſę locum habet in bonis locorum piorum.*
13 *Quæ dicantur loca pia, & nu.* 14.
15 *An officiales, ſeu Adminiſtratores locorum*

lecorum piorum possint facere com promissum.

16 *An alienans particulas reliquiarum incurrat pœnas d. extrau.*

17 *Res alienatæ nullo restituto pretio ad Ecclesiam reuertuntur.*

18 *Datur emptori contra malè alienantem, & eius hæredes actio ad pretium, & interesse.*

19 *Declaratur, quando emptor est bonæ fidei, secus si malæ fidei.*

20 *Emptor recursum habet contra Ecclesiam quatenus est effecta locupletior.*

21 *Malæ fidei emptor debet fructus perceptos in pretium compensare.*

22 *Rector ipse, qui malè alienauit, potest alienationẽ tamquam nullã reuocare, ac bona repetere.*

23 *Alienatio ecclesiæ damnosa potest reuocari etiamsi præcesserint solẽnitates.*

24 *Alienatio est nulla volente Ecclesia, secus si Ecclesia velit stare alienationi.*

25 *Idem dicitur in minore.*

26 *Impetrato assensu apostolico cæteræ solemnitates iuris non sunt necessariæ.*

27 *Ecclesia potest pœnitere ante impetratum assensum Papæ, nõ autem post illum obtentum.*

28 *Per d. Extrau. non prohibetur alienatio ex causa necessaria.*

29 *Bona Ecclesiæ non possunt alienari pro debito, quod solui potest ex fructibus.*

30 *An contrahens cum Ecclesia teneatur esse sollicitus de versione, & num. 31. & 32.*

33 *Versio an ex confessione Prælati probetur.*

34 *Alienatio facta pro extinguendo censu dicitur facta causa vtilitatis, non necessitatis.*

35 *An d. extrau. sit vsu recepta.*

36 *In dubio præsumitur vsu recepta.*

37 *An Confessarius, & Iudex sequi debeant in hoc consuetudinem loci.*

38 *Doctoribus affirmantibus legem esse receptam, alijs verò negantibus, an possit quis tuta conscientia negantium sententiam sequi.*

39 *Per lapsum 30. annorum præsumitur beneplacitum apostolicum.*

40 *Hæc conclusio declaratur, & limitatur.*

41 *Vltra lapsum temporis requiritur obseruantia continuata per spatium 30. annorum.*

42 *Non currit præscriptio à tempore Rectoris malè alienantis, neq. post illius mortem, nisi data scientia Successoris.*

43 *Aduersus præscriptionem datur Ecclesiæ restitutio.*

CAP. IV.

De Alienatione rerum Ecclesiæ.

§. I.

Quas pœnas incurrant alienantes bona Ecclesiæ.

1 ALIENATIO rerũ Ecclesiæ vtroque iure Cæsareo videlicèt, & Canonico semper fuit prohibita, *vt constat ex l. iubemus 2. &*

in Auth. hoc ius porrectum C. de Sacrosanct. Eccles. & in lib. Decret. 12. q. 2 per tot. præsertim in cap. sine exceptione, & in lib. Decretalium in tit. De reb. Eccl. aliena. vel non. præcipuè in cap. nulli, & in eod. tit. in 6. vt obseruat etiam Quarant. in ver Alienatio rerum Ecclesiæ in princip. & hodiè attenditur præcipuè constitutio Pauli II. *quæ incip. Ambitiosæ relata inter extrau. commun. sub tit. de Reb. Eccles. non alien.* vbi alienantes bona Ecclesiæ immobilia, vel mobilia pretiosa sine beneplacito sedis Apostolicæ excommunicantur, ac priuantur eo ipso beneficijs, quorũ bona alienarunt: illi etiam, qui res alienatas receperint, excommunicationi subijciuntur, & contractus ipse nullus, & inualidus declaratur. Regulares verò vltrà præfatas pœnas incurrunt etiam ipso facto priuationem vocis actiuę, & passiuę, ac perpetuam inhabilitatem ad illam in posterũ obtinendam sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate *ex decreto Sac. Congregationis iussu Vrbani VIII. edito sub die 7. Septẽbris 1624. prout refert Bonacin. in tract. de Alienat. bonor. Eccles. disp. 2. q. vn. pun. 1. num. 8.*

2

§. II.

Quid veniat nomine pretiosorum mobilium.

3 RESP. quod veniunt vasa argẽtea, vestes pretiosę, quæ diutius seruari possunt, Grex ouium armentum Boum, præsepium equorum *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. res. 58. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 39.* item arbores fructiferę, & his similia. *Nau. cons. 7. de Reb. Eccles. alien. vel non Bonacin. loco cit. disp. 2. q. vn. pun. 2. nu. 8.* Quare vendi quidem possunt Agni, Arietes, Hirci, Hędi, & Vituli, non tamen potest alienari totus Grex sine solemnitate *Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. n. 8.* Dicit tamen Ricc. *in Prax. vt supra par. 1. res. 631.* quod huiusmodi pretiosa mobilia absque assensu Apostolico possunt alienari, quando illorum pretium conuertitur in fabricam eiusdem Ecclesiæ. 4

§. III.

An dispositio d. extrau. Ambitiosæ procedat in rebus donatis, vel legatis alicui Ecclesiæ cum expressa conditione, vt illas Ecclesia possit ad libitum alienare.

5 RESP. affirmatiuè, quia hęc cõditio tamquam illicita reijcitur *cap. tua nobis de Testamen. Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. num. 35. Barbos. d. par. 3. alleg. 95. numer. 70.* quod intellige, quando donantur, vel legãtur ecclesiæ capaci, secus si incapaci, quę non potest retinere in communi, quales sunt fratres Sancti Francisci 'de obseruantia, quia tunc possunt bona huiusmodi alienari sine solemnitate, & pretium in vtilitatem Ecclesię conuerti, etiamsi in tali legato facto incapaci caueatur 6

quod

quod non possint alienari *Quarant. in ver. Alienatio rerum eccle-siæ. nu. 32. & num. 41. vers. Sextò. Barbos. loco cit. num. 59. Ric. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 64. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia caus. concl. 2. nu. 14.*

§ IV.

An dispositio dictæ extrau. procedat in alienatione patrimonij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus.

7 RESp. negatiuè, quia in hoc Concilium Tridentinum *sess. 21. de ref. cap. 2.* requirit tantum licentiam Episcopi *Paris. de Resign. Benefic. lib. 2. q. 6. num 1, & 35. Nau. cons. 14. nu. 2. de Tempor. ordin. & in Man. cap. 22. num. 18. vers. tertiò, quos refert, & sequitur Ric. in Prax. for. Eccles. p. 1. res. 82.* vbi etiam dicit, quod si Clericus
8 tempore alienationis habeat cõgruam substentationem, tunc absque licentia Ordinarij poterit bona, ad quorum titulum ordinatus fuit, alienare, *& hanc sententiam tenent etiam Garc. Ceual. & alij apud Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 5. num. 41.* quia illa particula, donec aliunde habeant vnde viuere possint, apposita in Concilio loc. cit. est restrictiua temporis, & suspendit facultatem ad tempus *l. legatum ff. de Ann. leg.*

§. V.

An incurrantur pœnę d. Extrau. si fiat instrumentum alienationis bonorum Ecclesiæ cum clausula constituti.

10 RESp. affirmatiuè, quia per clausulam constituti regulariter transfertur omnis possessio, tàm naturalis, quàm ciuilis *Rot. coram Card. Caualer. dec. 128. n. 6.*
11 verum si pretium non fuit solutũ, neque fuit habita de eo fides, non incurruntur eo casu supradictæ pœnę, quia tunc neque dominiũ, neq; possessio aliqua per clausulam constituti transfertur *S. venditæ Instit. de Rer. diuis. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. nu. 11.*

§. VI.

An dispositio d. extrauag. locum habeat in bonis Hospitalium, & Confraternitatum.

12 RESpondet Vulp. *in Prax. Iudic. cap. 6. num. 25. & alij plures, quos refert, & sequitur Gab. comm. conclus. lib. 6. tit. de Pia causa conclus. 2. num. 9.* quod si confraternitates, & Hospitalia sint loca pia, requiritur solemnitas, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ, dicuntur autem locapia,
13 si sunt erecta auctoritate Episcopi, vel si bona eorum sint destinata in alimoniam pauperum, aut si ibi adsit campana, & publicè celebrentur diuina, vel si in illis ser-

uata sit hospitalitas per tempus immemorabile *latè Gabr. loco cit. concl.1. num.22. & d.concl.2. numer.5.& 6.*

14 Obserua tamen, quod quando in dictis Confraternitatibus exercentur opera charitatis, & pietatis, & exercitia spiritualia, semper dicuntur loca pia, etiamsi erectę nō fuerint auctoritate Episcopi, & ideō earum bona alienari non possunt sine assensu apostolico, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Diana p.4.tr.1. res.37.*

15 Vnde nec possunt Administratores facere compromissum de bonis huiusmodi locorum, quia compromissum est species alienationis *Antonin.var.resol. lib.2. res.2. num.4 Quarant. in ver. Alienatio rer.eccles.nu.20.* dicit tamen Ferr. *qq.mor.par.2.q.55.* quod cum licentia Episcopi, coram quo constare debet de vtilitate ecclesiæ, possunt officiales facere compromissum, exemplo Tutoris, vel Curatoris, qui licèt ex se non possit facere compromissum de rebus pupilli, & minoris, compromittere tamen potest cum solemnitate, & licentia Iudicis, *vt dicunt Doctores apud Gratian. discept. 586. num.52.* Sed hoc procedere potest, si compromissum fiat de rebus, quas Episcopi auctoritate ordinaria alienare possunt *iuxta cap. Terrulas 12.q.2.*

§. VII.

An Prælatus, aut Rector Ecclesiæ alienans particulas Reliquiarum insignium, aut in muro clausarum incurrat in excommunicationem d. extrau.

16 REsp. quod licèt huiusmodi Reliquiæ alienari non possint sine consensu Sedis Apostolicæ iuxta stilum Curiæ Romanæ, quia sunt res valdè pretiosæ, quæ seruando seruari possunt, illas tamen alienans non incurreret excommunicationem d. extrauag. quia ibi sermo videtur esse de bonis temporalibus pretio æstimabilibus, *vt d. Bonacin. d. tract. de Alien. bon. Eccles. quæst. vn. punct. 2. num.31. quicquid in contrarium dicat Barbos. de offic. & pot. Episc. par.3.all.95.num.39. Ricc. in Prax. for. Eccles. par.1. res.60.*

§. VIII.

An Ecclesia repetens bona malè alienata teneatur restituere pretium.

17 REsp. quod res alienatæ nullo restituto pretio regulariter reuertūtur ad Ecclesiā *c.1. de Schism. d. extrau. Ambitiosæ in fin. & quis igitur in Auth. de non alienan. &c.* Ecclesiæ verò competit interdictū vnde vi quoad res alienatas *Ricc. in collect. decis. 2164. par.6.*

18 Datur tamen emptori contra male

malè alienantem, & eius hæredes actio non solum ad pretium, sed etiam ad interesse §. 1. *in fin. in Auth. de alien. & emphiteusi Abb. in d. cap. 1. in fin. Leo in Thes. for. eccles. par. 1. cap. 15. nu. 64. Ricc. in collect. decis. 3054. & in Prax. for eccles. par. 1. res. 17. & par. 3. res. 559.*

19 quod procedit, quandò emptor est bonæ fidei, quia si esset malæ fidei, non potest agere ad interesse contra Prælatum malè alienantem, sed tantum ad pretium *iuxta l. fin. §. emptor, vbi glos. et DD. C. commun. de leg.*

Hæc tamen intellige, quando pretium versum non fuit in vtilitatem Ecclesiæ, secus si constiterit pecunias in vtilitatem Ecclesię fuisse erogatas, quia tunc emptor

20 recursum habebit cõtra Ecclesiã quatenus esset effecta locupletior *d. §. 1. in fin. in Auth. de Alien. & emphiteusi Marc. decis. 1076. & alij quos refert & sequitur Ricc. in col-*

21 *lect. dec. 2164. par. 6.* verum malæ fidei emptor cum fructus suos non fecerit, debet illos in pretium compensare *vt dic. Ricc. in Prax. par. 3. res. 559.*

§. IX.

An Rector ipse, qui malè, vel sine solemnitate alienauit, possit alienationem tãquam nullam reuocare, ac bona repetere.

22 REsp. affirmatiuè etiam non obstante iuramẽto *Franc. Marc. decis. 43. & 1075. Magon. decis. 61. Grammat. dec. 79. & alij apud Ricc. in prax. for. Eccles. par. 1. res. 118. & in collect. dec. 2164. par. 6.* quod pro

23 cedit etiamsi præcesserint solemnitates requisitæ, quia si alienatio huiusmodi esset damnosa Ecclesię, poterit ab eodem Rectore reuocari, ac rescindi per beneficium restitutionis *Grammat. d. decis. 79. Ricc. in collect. decis. 46. par. 1. Guid. Pap. dec. 159. & ibi Add.*

24 Notandum tamẽ est, quod alienatio rerum Ecclesiæ est nulla volente ecclesia, secus si ecclesia velet stare alienationi, quia huiusmodi solemnitates in fauorem ecclesiæ sunt introductæ, & ideò hæc nullitas non potest ab alio allegari *Cacheran. dec. 94. n. 25. Chartar. dec. 46. Put. dec. 310. li. 1. & dec. 365. n. 5. lib. 2. apud Ricc. in Collect. decis. 3054. parte 7. & in Prax. parte 1. resolutione 7.* sicut etiam dicitur de minore prohibito vendere

25 sine certa solemnitate, si velit actum valere *Rot. dec. 262. nu. 7. & seq. par. 3. Diuer.*

§. X.

An impetrato assensu apostolico sint adhuc necessariæ aliæ solemnitates à iure requisitæ.

26 REsp. negatiuè, quia Papa est Dominus, & dispensator omnium bonorum ecclesiarum, & ad eius libitum potest disponere *Rain. cons. 157. n. 4. & 11. Dec. cons. 142. num. 5. quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 6. n. 9.*

Sed obserua, quod licèt detur locus pœnitentiæ in alienatione rei ecclesiæ cum reseruatione bene-

ne-

neplaciti apostolici ante illius impetrationem, post illud tamen
27 obtentum ecclesia nō potest pœnitere, etiam antequam alienatio confirmetur *Ricc. in collect. decis. 706. & dec. 3054.*

§. XI.

An per d. extrauag. prohibeatur alienatio ex causa necessaria.

28 REsp. negatiuè, & ideò quando ecclesia est grauata per fidei commissum, potest restituere absque solemnitate *Quarant. in ver. alienatio nu. 45. limit. 16. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 61.* ita etiam si ex bonis mobilibus persolui non possit debitum ab ecclesia legitimè contractum, fieri potest exequutio, & subhastatio auctoritate Iudicis ecclesiastici super bonis stabilibus ecclesiæ *l. alienationes ff. famil. erciscund. Quarant. loco cit. n. 36.* vbi etiam dicit, quod in tali casu pro paruo debito non est distrahenda res magna
29 & si adsunt fructus pro satisfactione, non possunt alienari bona ecclesiæ, quia licèt Prælatus possit fructus ecclesiæ pro se retinere, hoc procedit, quando non subest necessitas alienandi *cap. hoc ius porrectum 10. q. 2. glos. in cap. 1. ver. defensore de Reb. eccles. non alien. in 6. Sylu. in ver. alienatio n. 2. Genuens. in Prax. Archiep. c. 89. n. 4.* Vnde alienandi rem ecclesiæ necessitas non dicitur, vbi ex fructibus ecclesiæ absque alienatione necessitatibus potest prouideri *Rot. in Bononien. S. Appollinaris 24. Martij, & 20. Iunij 1586. coram Orano.*

30 Notandum est etiam, quod si fiat alienatio ex causa necessaria, contrahens cum ecclesia tenetur esse sollicitus de versione, secus quando ex voluntaria *Rot. decis. 8. n. 10. & 11. decis. 29. n. 1. & dec. 287. n. 4. & seq. & dec. 681. nu. 5. par. 1. in Recent. vt refert Beitramin. ad Gregor. dec. 511. n. 33.* debet similiter probari pecuniam fuisse versam
31 in vtilitatem ecclesiæ in mutuo *d. §. 1. in fin. in Auth. de alienat. & emphiteus. Greg. d. decis. 511. n. 12. &*
32 in venditione facta pro soluendis debitis ecclesiæ *Add. ad Quarant. in ver. alienatio n. 36. littera h. Ricc. in collect. decis. 2336. par. 6. & dec. 3054. par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. res. 2. & 3.* vbi etiam di-
33 cit, quod versio probatur ex cōfessione Prælati concurrentibus alijs adminiculis, & coniecturis.
34 alienatio verò facta pro extinguendo censu dicitur facta causæ vtilitatis, non autem necessitatis, *vt decisum refert idem Ricc. in collect. dec. 3054. par. 7.*

§. XII.

An d. extrau. Pauli II. sit vsu recepta.

35 ALij asserunt d. extrau. in aliquibus locis nullatenus esse receptam *ità Sylu. in ver. excomm. 7. n. 83. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 6. n. 20. vbi alios refert;* alij verò dicunt in multis locis d. extrauagan' tem esse receptam quoad dispositionem principalem, & nullitatē

con-

contractus, non tamen quoad pœnam extrinsecam maximè priuationis beneficiorum *Nau. in man. cap. 27. nu. 150 Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resolut. 118. & alij apud Garc. de benefic. par. 2. capitulo. 1. num. 87. Quarant. in ver. alienatio numero 84.*

Alij verò aiunt, illam esse vbiq; receptã *ità Redoan. de Reb. eccles. q. 58. n. 25. Borgnin. dec. 43. à nu. 71. Mastrill. dec. 77. n. 8. Borrell. in sum. decis. par. 1. tit. 15. n. 51. & tit. 16. nu. 24. & seq. Garc. de Benefic. par. 2. c. 1. n. 41 & 42. & alij plures, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 49. vbi etiã dicit, ità in terminis fuisse resolutũ in Rot. Rom. in vna Brixien. locationis 5. Decembris 1594. coram Pegna, impressa apud Farinac. decis. 30. n. 5. par. 1. Recent.*

36 In dubio autẽ præsumitur vsu recepta, cum sit inserta in corpore iuris *Benintend. dec. 13. n. 9. Rot. decis. 262. n. 6. par. 3. Diuers. Ricc. in collect. decis. 1673. par. 5. & in Prax. for. eccles. par. 1. res. 91. vbi alias Rotæ decisiones refert*, & ideò non vsus debet probari *Benintend. loco cit. idem Ricc. in collect. decis. 3054. par. 7.*

37 Sed quæres, an confessarius, & Iudex in hoc sequi debeãt consuetudinem loci? affirmatiuè respondet Nau. *in man. c. 27. nu. 149. vbi citat Caiet.* addit *Azor. par. 1. lib. 2. cap. 19. q. 12. quem refert, & seq. Diana. par. 1. tract. 10. resol. 3.* quod si inter autores sint proba-
38 biles sententiæ, quibusdam affirmantibus, legem esse receptam, alijs contra negantibus, potest quis tuta conscientia sententiæ negantium adhærere.

§. XIII.

An in facto antiquo præsumatur solemnitas.

39 COmmunis est opinio, quod per lapsum 30 annorum præsumitur interuenisse beneplacitũ apostolicum, *vt dicunt Doctores quos refert. & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par 3. all. 95. n. 72.* hoc tamen procedit, quandò in instrumento nihil dicitur de solẽnitate *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 561. vbi alios refert*: secus si ex instrumento constaret, so-
40 lemnitatem fuisse defectiuam, & minus legitimam, vel si in contractu reseruetur beneplacitum Papę per clausulam, si, & quatenus beneplacitum, & consensus sedis apostolicæ interueniat, vel si mota fuerit lis super re alienata intra dictum spatium 30. annorum, tũc enim verè, & non præsumptiuè de assensu sedis apostolicæ constare debet *iuxta communem DD. sententiam Quarant. in ver. alienatio rerum ecclesiæ n. 46. Ricc. loco cit. &*
41 *in collect. dec. 3054. par. 7.* Quarè vltra lapsum tẽporis requiritur obseruantia continuata per totum spatium 30. annorum, de qua constare debet certitudinaliter, non autẽ præsumptiuè, *vt decisum refert Ricc. in collect. dec. 3125. par. 7.* neque curreret præscriptio à tẽ-
42 pore Prælati, seu Rectoris malè alienãtis, neque post illius mortẽ, nisi data scientia successoris, quãuis currat viuẽte Rectore, qui bene

ne, & cum solemnitatibus alienauit *Guid Pap. dec. 150. Quarāt. loco cit. Ricc. in collect. decis. 3054. par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 23.*

43 sed aduersus præscriptionem datur nihilominus ecclesiæ restitutio *Ricc. d. ref. 32. & in collect. decis. 2334. par. 6.*

SVMMARIVM.

1 *An locatio facta vltra triennium vitietur in totum & n. 2. & 3.*
4 *Non valet locatio vltra triennium cum clausula, quod tot sint locationes, quot triennia, neque pactum, vt transacto triennio renouetur.*
5 *Potest Prælatus locationem factā contra formam d. extrau. reuocare.*
6 *Si res ecclesiæ non fructificat nisi tertio quolibet anno, potest in nouem annos locari.*
7 *Ecclesia potest stare contractui inualido etiam inuito eo, cum quo contractum est.*
8 *An contractus vtilis ecclesiæ sit validus, si fiat sine solemnitate.*
9 *Quando dicatur contractus vtilis ecclesiæ.*
10 *Conductor tenetur ad pensionem etiamsi locatio facta fuerit vltra triennium.*
11 *An seruanda sit consuetudo locandi res ecclesiæ vltra triennium.*
12 *In quo casu emphiteuta excusetur a deuolutione.*
13 *An triennium huiusmodi possit ab Episcopo limitari ad vnum, vel duos annos.*
14 *An primus conductor præferatur secundo finita locatione.*
15 *Ecclesia si velit pro se retinere, non tenetur renouare locationem.*
16 *Ecclesia non potest cogi ad renouādam proximioribus agnatis rem emphiteoticam deuolutam ob lineam finitam, si velit pro se retinere.*
17 *Limitatur stante cōsuetudine immemorabili renouandi.*
18 *Agnati admittuntur ad renouationem, si ecclesia vellet extraneos inuestire.*
19 *Extraneo de ipsa emphiteusi inuestito Agnati non admittuntur amplius ad renouationem.*
20 *Idem dicitur si intra annum non petierint talem renouationem.*
21 *Primus conductor non præfertur, si promisit relinquere domum vacuam, liberam, & expeditam finita locatione.*
22 *nihil tam conuenit æquitati, quam vt pacta seruentur.*
23 *An vna Ecclesia possit rem communem locare inuita altera Ecclesia.*
24 *An Curatus alteri Curato possit commune prædium ad vitam locare.*

CAP. V.

De Locatione rerum Ecclesiæ.

TRES casus excipiuntur in d. extrau. Ambitiosæ, videlicèt locatio ad triennium, concessio emphyteusis in casibus à iure permissis, & alienatio bonorum, quæ seruando seruari non possunt, hic igitur agemus de Locatione.

§. I.

§. I.

An si locatio rerum ecclesiæ vltra triennium fiat, puta per sex annos, vitietur in totum.

1 ALij putant, locationem rerum Ecclesiæ factam ad plures annos validã esse quoad triẽnium *ità Quarant.in ver.alienatio rerum Ecclesiæ num.19.Clar. in §. Emphyteusis q.6. vers.scias tamen, & alij,quos refert, & sequitur Garc.de Benefic.par.2.c.1.n.61. & seq.*

2 Alij verò tenent, in totum vitiari; forma enim à lege præscripta esse videtur, nè rerum ecclesiæ locationes fiant vltra trienniũ; forma autem est indiuisibilis, seu indiuidua *Bart.cons.159.num.8. & alij apud Barbos.de offic. & potest. Episc.par.3. alleg.95.num.5. & ità dixit Rot.decis.709.num.6.par.1. Diuers. & in Brixien.locationis die 10.Decembris 1594.coram Pegna, inter collectas per Farinacc. decis. 30. num.3. & etiam in alijs causis* 6 *vt d.Genuens. in Prax. Archiepisc. cap.60.num.15. Ricc. in Prax. for. Eccles.par.1.ref. 113. & 117. & in Collect.dec.655.par.3. & dec.3054. par.7. vbi alias Rotæ decisiones recenset.*

3 Quod præcipuè procederet, quando ex coniecturis appareret, locatorem, vel conductorem non minori tempore rem illam, vel locaturum, vel conducturum *Rot.d.decis.709.nu.8.par.1.Diuers. Genuens.d.cap.60.num.14. Barbos. d.all.95.num.12.Ricc.in Prax. for.* 7 *Eccles.par.1.ref.115.* vel si pro toto tempore fieret sub vna pensione, quia tunc etiam in totum vitiatur, *vt decisum refert Ricc.d.ref. 115. & in Collect.decis.3054.p.7.*

4 vnde neque valeret locatio vltræ triennium cum clausula, quod tot sint locationes, quot triennia, neque valeret pactum, vt transacto triennio renouetur *Genuens.loco cit. Barbos. vbi supra nu.17.Ricc.in Prax.par.1.ref. 114.*

5 & ideò locationem huiusmodi cõtra formam d. extrau. factam etiam cũ reseruatione beneplaciti apostolici potest Prælatus,vel locator ante illud obtentum reuocare *Garc.de Benef.par.2.cap.1. numer.36. Barbos.dict. alleg.95. nu.71.Ricc.in Prax.par.1.ref.110. in fin.*

Et hæc procedunt in rebus Ecclesiæ, quæ quotannis coluntur, & ex eis fructus quolibet anno percipiuntur,tunc enim non possunt locari vltra triennium; alioquin, si res ecclesiæ talis sit conditionis,vt ex ea quolibet triẽnio

6 vnicus tantum fructus percipiatur, poterit in nouem annos locari, quia primum triennium æquiualet primo anno, ità secundum,& tertium: & si alternatim fructificat, poterit per sex annos locari *Rot.in Veliterna affictus 10. Decembris 1593.coram Litta Coulib.2.var.cap.16.nu 6. Quarant.vt supra num.25. Genuens.d. cap. 60. num.14.Barbos.par.3.d.all.95 n.4. Ricc.in Prax. par.1.ref. 111. & in Collect.dec.655.par.3. & dec.3054. par.7.*

7 Item si Rector Ecclesię vellet stare contractui, posset hoc facere

non obstante huiusmodi nullitate etiam inuito eo, cum quo contractum est, impetrando tamen absolutionem à censuris, ac Sedis Apostolicæ assensum, vel alias cum legitima solemnitate *Innoc. Abb. & alij in cap. 1. de His, quæ fiunt à Prælat. sin. cons. cap. Redoan. de Reb. eccles. rubr. 28. Sarmien. de Reditib. 1. par. cap. 2. n. 20. quos refert Garc. d. par. 2. cap. 1. num. 74. & ità tenuit Rot. decis. 133. nu. 12. par. 2. Diuers.* præsertim si contractus sit vtilis

8 ecclesiæ, tunc enim illum esse validum, etiamsi fiat sine solēnitate, dicunt plures Doctores, quos cumulat Gabr, *commun. conclus. lib. 3. tit. de Rer. alien. concl. 1.* vbi subdit, quod vnanimiter omnes videntur admittere, vt ecclesia possit contractum quamuis nullū propter eius vtilitatem ratificare *Barbos. par. 3. d. all. 95. nu. 25. vbi alios refert.*

9 Dicitur autem contractus vtilis, si res ecclesiæ in perpetuum concedatur pro eadem pensione, pro qua singulis annis locabatur, quia in locatione rei ecclesiæ in perpetuum regulariter fit diminutio sextæ partis pensionis, cum ecclesia tunc habeat certitudinem percipiendi singulis annis quid certum pensionis nomine, & liberetur à futuris periculis, *vt decisum refert Ricc. in Collect. dec. 3054. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 125.*

10 His adde, quod etiamsi locatio facta fuerit vltra triennium, non poterit Conductor, qui rem ecclesiæ detinuit, euitare solutionē pensionis sub prætextu, quod nō interuenit consensus Papæ *Garc. de Benef. d. par. 2. cap. 1. numer. 82. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 126.*

11 Addunt alij, quod si adesset cōsuetudo locandi vltra triennium, tunc poterit seruari *Paris. cons. 98 lib. 4. Macerat. lib. 2. var. res. cap. 17. nu. 16. & seq. Gam. decis. Lusit. 388. in fin. quos refert, & sequitur Ric. in Prax. par. 1. ref. 109.*

12 Ex dictis infertur, quod res emphyteotica, quæ non fructificat nisi tertio quoque anno, non denoluitur ecclesiæ, si emphyteuta non soluerit per quinquennium, neque per octo annos si non soluerit laico *iuxta term. cap. potuit de locat. & l. 2. C. de Iur. emphyt. Nau. in commen. de Alien. rer. eccles. num. 21, quem refert, & sequitur Quarant. in ver. Alienatio n. 18 Ricc. in Prax. par. 1. ref. 111.* quibus adde Couar. *var. lib. 2. cap. 16. n. 6.* vbi dicit, emphyteutam priuati cessantem à solutione per triennium nō cadere ab emphyteusi, si ex re emphyteotica quolibet biennio vnicus fructus colligatur, quia tunc necessarium est, quod cessetur à solutione canonis per sex annos.

13 An verò trienniū, de quo in d. *extrau. Ambitiosæ*, possit per edicta Episcoporum limitari ad vnū, vel duos annos? affirmatiuè Respondet Barbos. *loco cit. nu. 18. vbi citat Alex. & alios*, quia in d. extrau. non iubetur locationes fieri vsque ad triennium, sed prohibet tantum, nè vltrà fiant.

§. II.

§. II.

An facta locatione per triennium, si primus conductor vellet retinere rem locatam, præferatur secundo conductori.

14 REsp. affirmatiuè, si offerat augmentum pẽsionis, quod alter adiecit *per l. congruit & l. prædia C. de locat. præd. ciuil. vel Fiscal. lib.* 11. quarum legum æquitatem habere etiam locum in locatione rei ecclesiæ, dicit Rebuff. *Ceual. & alij apud Gratian. discep.* 357. *nu.* 42. *to.* 2. neque in hoc repugnat extrau. Ambitiosæ: quia in ea excipiũtur casus à iure permissi.

15 Hæc tamen conclusio limitatur primò, nisi ecclesia velit pro se retinere, quia tunc non tenetur renouare locationem *Rot. coram Greg. decis.* 45. *num.* 3.

16 Ità etiam si rem emphiteoticam deuolutam propter lineam finitam ecclesia velit pro se retinere, non potest cogi ad illam renouandam, seu confirmandam proximioribus agnatis, quia sicut ecclesia non posset agnatos non comprehensos in inuestitura cogere ad accipiendum inuestiturã, pariter & ipsa non debet cogi ad renouandum, quando vult pro se retinere, vt seruetur æqualitas *Benintend. dec.* 19. *Clar. in §. Emphiteusis q.* 44. *quam opinionem sæpius sequuta fuit Rota, vt testatur Ricc. in Prax. fori. eccles. par.* 1 *res.* 127. *& par.* 3. *res.* 159. *vbi de communi, & in Collect. decis.* 56. *par.* 1.

17 Secus esset, si adsit consuetudo immemorabilis renouandi, quia tunc ecclesia non potest pro se retinere, sed tenetur ad renouandum, sicut ab immemorabili tẽpore fieri consueuit *Ricc. d. res.* 127. *par.* 1.

18 Idem dicẽdum, si ecclesia vellet extraneos inuestire, quia tunc Agnati admittuntur ad renouationem *Benintend d. decis.* 19. *Ric. d. res.* 159. *par.* 3. quod intellige re

19 integra, antequam aliquis extraneus fuerit de ipsa emphiteusi inuestitus; immò etiamsi alius in

20 uestitus non fuerit, si intra annum à die, quo sciuerint emphiteusim esse finitam, non petierint talem renouationem, elapso anno amplius non audiuntur *Clar. in §. emphiteusis q.* 44. *& alij communiter.*

21 Secundò limitatur, quando Conductor promisit finita locatione relinquere domum vacuã, liberam, & expeditam, aut suo iuri expressè renunciauerit, quia tunc primus conductor non præfertur, sed tenetur rem locatam locatori statim restituere finita locatione *Rot. in Romana euacuationis* 2. *Decembris* 1615. *inter selectas à Farinac. dec.* 692. *num.* 9. *&* 11. prouisio enim hominis facit cessare prouisionem legis *l. fin. C. de Pact. conuent.* neq. tunc consideratur allegata æquitas, cum nihil tam conueniat æquitati, quã vt pacta seruentur *l.* 1. *ff. de Const. pec.*

S. III.

An si duæ Ecclesiæ habeant rem communem pro indiuiso locari solitam, possit altera ex dictis ecclesijs inuita altera rem locare.

23 REsp. affirmatiuè, dummodò vtiliter locet, & iuxta solitum, neque alteret formam locationis in præiudicium alterius: quod procedit etiam in priuatis, potest enim socius inuito socio rē communem pro indiuiso locare *Bart. inl. & hæc distinctio §. vlt. nu. 2. ff. locat. Rot. d. decis. 692. num. 3. & seq.*

Addit Ricc. *in Collect. dec. 655. p. 3* quod si duo Curati habeant præ-
24 dia indiuisa, alter alteri de consensu Episcopi poterit prędium ad vitam locare; sed hoc procedit in prædiolis *iuxta cap. terrulas 12. q. 2. vt nos infra dicemus.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ conditiones requirantur, vt concessio in emphiteusim fieri possit sine solemnitate.*
2 *Quando dicatur res solita concedi.*
3 *Euidens ecclesiæ vtilitas debet adesse tempore vltimæ concessionis.*
4 *Si alteretur solitum in substantialibus, concessio fieri non potest absque Sedis Apostolicæ beneplacito.*
5 *Quando dicatur alteratio circa substantialia, & num. 6. & 7.*
8 *In iure non est permissa concessio emphiteusis ecclesiæ vltra tres personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum, & nu. 9.*
10 *Declaratur, & limitatur supradicta conclusio, & numero. 11. & 12.*
13 *Quando res sterilis in emphiteusim datur ei, qui illam fertilem fecit, potest in perpetuum concedi.*
14 *An concessio in emphiteusim vitietur in totum, quando alteratur consuetudo.*
15 *An Prælatus possit sine solemnitate infeudare, vel in emphiteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis.*
16 *Et quid, si est incorporata mensæ ecclesiæ.*
17 *Et an possit de nouo concedi res data ecclesiæ cum pacto, quod alienari non possit.*

CAP. VI.

Quibus casibus concessio in emphiteusim absq. assensu apostolico fieri possit.

1 VT concessio in emphiteusim fieri possit sine solemnitate d. extrau. ambitiosæ, tres conditiones requiruntur, videlicet vt fiat de bonis solitis ab antiquo dari in emphiteusim, & cum euidēti vtilitate, & in casibus à iure permissis, *vt notant DD apud Quarant. in ver. alienatio n. 39. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 22. Bonac. in tract. de alien. bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 20.*

2 Di-

2 Dicitur autem res solita concedi, si præcesserint duæ concessiones sine solemnitate effectum sortitæ simul cum cursu 40. annorum secundùm communem opinionem *Quarant.in ver.alienatio num.40. clar.§ feudum q.13. vers. nunc pro intelligentia*; vel si præcedat vna tantum concessio cum solemnitate, quia tunc illicò dicitur res solita locari ità vt non requiratur lapsus 40.annorum *Genuens. in Prax.Archiep.cap.60.n.5.Clar.loco cit.Ricc.in collect.decis.3054.par.7. & in Prax.for.eccles.par.1.res.* 112. *quicquid dicat Piasec.in Prax. Episc.par.2.cap.5.n.32.vers.secundus casus Barbos.d.par.3.all.95. & alij.* verum ad hunc effectum vt dicatur valida, non præsumitur solēnitas spatio 30.annorum, sed de ea debet verè, & realiter constare, *decisum refert Ricc.in Prax.par.1. res.26.& d res.*112.

3 Euidens verò ecclesiæ vtilitas debet adesse tempore nouæ, seù vltimæ concessionis, & non sufficeret, illam adfuisse in antiqua, *& ità pluries decisum fuisse refert Genuens.d.cap.60.n.6.& 7.Barbos. d.all.95.nu.34.Ricc.in collect.decis. 3054.par.7. & in Prax. for. eccles. par. 1. resol.4.*

§. I.

Vtrum requiratur beneplacitum apostolicum, quando in concessione rei solitæ alienari alteratur solitum circa substantialia.

4 REsp.affirmatiuè, talis enim alteratio videtur noua alienatio *Clar in §. emphiteusis q.28. vers. aut verò, & in §. feudum q.13.vers.scias tamē Ricc.in Prax. for.eccles.par.1.res.26. & in collect. dec.3054. & hanc esse communem dicit Quarart.loco cit.n.40. Rot. in foro sempronien. seu Eugubina bonorum emphiteoticorum 7. Maij 1638.coram Coccino.*

5 Tunc autē alteratio censetur circa substantialia, quando in secunda inuestitura adijcitur noua conuentio, seu noua qualitas, puta si emphiteusis soleat concedi masculis, & concedatur fœminis *Genuens.in Prax.cap.60.n.6. Quarāt. loco cit.*

6 2. si pro extraneis concederetur, cū tamē esset solita cōcedi pro descendentibus *Clar. loco cit.Bonacin.d.tract. de alienat. bonor.eccles.disp.2.q.vn.pun.2.nu.20. Ricc.in Prax.par.1.res.26.& in collect.dec. 3054. par. 7.* Vnde si res alienata fuit cum pacto, quod non transeat ad extraneos, non poterit alienari, vt transeat absque solemnitatibus *Rot. in Imolen. bonorum 21. Maij 1593.coram Pamphilio, quam refert idem Ricc. in collect.decis.2342.par.6.*

7 3. si prima inuestitura esset pro filijs, & nepotibus, & secunda inuestitura esset pro filijs, nepotibus, & pronepotibus, vel in perpetuum *Bonac.loco cit.d.q.vn pun.2.n.20.Rot. in d.foro sempronien.seu Eugubina coram Coccino*, vbi dictum fuit,

8 quod in iure non est permissa concessio emphitheusis ecclesiæ vltra tres personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum, vt constat ex §. emphiteusim §. quia verò Leonis quidem §. quod autē dictum est vers. illum verò Auth. de

de non alienan.aut permut. quam
9 legem approbauit summus Pontifex in cap.nulli de Reb.eccles. nõ alien.ibi , & emphiteusis perpetuum contractum, per quẽ textũ corrigitur auth.*de alien.& emphit. in princip.vers. si verò*,vbi dicitur, emphiteusim rerũ ecclesiæ posse concedi etiam in perpetuum *ità resoluit Rot.in d.forosempronie, seu Eugubina, & alias decisiones refert Ricc.in collect.dec.*3054.*p.* 7. *& hanc esse communem d.Clar. in §.emphiteusis q.*34.

10 Hoc tamen procedit, quando simpliciter conceditur emphiteusis in tertiam generationem,nam in dubio etiam persona ipsius acquirentis computatur, & tunc Pater vti generatus ab aliquo dicitur in prima generatione passiuè susceptа, filius in secunda, & nepos in tertia cap. parentelæ 35.*q.* 5.*Castrens. in cons.*338.*nu.* 2.*lib.*2. *Rot. in d. forosempronien. coram Coccino.*

11 Secus esset, quando in inuestitura apposita sunt aliqua verba, ex quibus appareat, esse distinctã personam acquirentis ab alijs descendentibus, puta si concedatur alicui emphiteusis vsque ad tertiã generationem expletam , tunc enim comprehenduntur etiã pronepotes iuxta communemDoctorum sententiã,*vt d.Clar.in §. emphiteusis d.q.*34.idem dicendum,
12 si concedatur vsque ad tertiam ipsius acquirentis generationem, nisi fortè præcedat expressa determinatio personarum, puta si concedatur pro se, filijs, & nepotibus, & postea addita reperiantur verba illa, vsque in tertiam ipsius generationem, hoc enim casu hæc verba, nè contrarientur antecedentibus, debẽt similiter exponi pro recipiente, eiusque filijs, & nepotibus, *vt dicit Rota in d.forosempronie. seu Eugubina.*

13 Obserua tamen, quod quando res sterilis in emphiteusim datur ei,qui illã fertilem fecit, tunc potest etiam in perpetuum concedi *cap.ad aures deReb. Eccles. non alienan.& ibi glos.ver. hæreditario Ricc.in Prax.for.eccles.par.* 1.*resol.* 130. dicitur autẽ res sterilis, non modò si sit omninò sterilis, sed etiamsi aliquam modicam afferat vtilitatem *Idem Ricc.in collect.dec.* 3054.*par.*7.vbi etiam decisum refert, quod hoc casu vtilitas respicitur tempore primæ cõcessionis, quando bona erant sterilia, non autem tempore renouationis.

Quæres, an concessio in emphiteusim vitietur in totum, quando alteratur, seu mutatur consuetudo, vel potius subsistineatur quatenus facta est intra solitam formam ?

14 Resp.quod si recipit commodã diuisionem, tunc subsistinetur in ea parte, quia vtile per inutile non vitiatur, etiamsi vnica tantũ concessio facta esset : sed si daretur casus,in quo vtile ab inutili nõ possit commodè diuidi,tunc tota concessio vitiaretur *Clar.in §.emphiteusis q.*6.*vers.scias tamen & in §.feudum q.*13.*in fin.vbi dicit, hãc esse veriorem,& magis communem opinionem.* Vnde si prima concessio erat pro masculis tantum,& secunda fiat etiam pro fœminis, valebit

lebit quoad masculos tantum *Genuens. in prax. Archiep. cap. 60. nu. 6. vbi testatur de communi*, ità etiam si res ecclesiæ solita erat concedi in tertiam generationem, & concedatur vltra tres, valebit concessio vsque ad tertiã, licet quoad reliquas sit nulla *Rot. in Vlixbonẽ, 2. Iunij 1567. coram Sarmiento, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 115. & in collect. dec. 3054. par. 7. vbi etiam citat Castrẽs. in Auth. qui rem in fin. & ibi Dec. n. 22. Cagnol. n. 60. C. de sacros. eccles. & alios, & est communis opinio.*

§. II.

An Prælatus possit sine solemnitate infeudare, vel in emphiteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis.

15 REsp. negatiuè, & ideò quando res inculta data esset in emphiteusim, vt reduceretur ad culturam, si postea redacta ad culturam rediret ad ecclesiam, non poterit de nouo concedi absque assensu sedis apostolicæ, quia tunc fieri non posset cum euidenti ecclesiæ vtilitate *Piasec. in Prax. Ep. par. 2. cap. 5. numer. 32. Benintend. decis. 13. num. 8. Ricc. in Collect. dec. 2330. par. 6. & in Prax. par. 1. res. 4. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 33.* idem dicendum, quando ecclesia tempore primæ concessionis erat dines, nunc verò paupertate laboret *Genuens. in Prax. Archiep. c. 60. num. 6. vbi de commun.* secus esset si prima causa concessionis adhuc duraret *Ricc. in Prax. par. 1. d. res. 4. & in Collect. dec. 3054. par. 7.*

§. III.

An possit alienari res solita concedi, si est incorporata mensæ ecclesiæ.

16 REsp. negatiuè, & ideò si Prælatus expressè describi faciat rem reuersam inter bona mensæ, aut si collegerit fructus ipsius, prout solet facere de alijs rebus incorporatis, non poterit huiusmodi rem iterum in emphiteusim concedere, quia hic casus non reperitur à iure permissus *Clar. in §. feudum vers. nunc pro intelligẽtia Guid. Pap. dec. 154. nu. 3. Ricc. in collect. dec. 2342. p. 6. & decis. 3054. par. 7. Barbos. d. all. 95. nu. 29. & alij communiter.*

17 Addit Genuens. *in Prax. vt sup. cap. 60. n. 6.* quod nec potest de nouo concedi res data ecclesiæ cum conditione, & pacto, quod alienari non possit, hoc enim casu ecclesia huiusmodi rem neque ex causa necessitatis distrahere potest, si habeat alia bona *glos. in cap. verum de cõdit. app. Afflict. dec. 17. n. 5. vers. octauo.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicantur bona, quæ seruandò seruari non possunt, & num. 2.*

3 *Beneficiatus potest arbores infructiferas absque solemnitate alienar.*

4 *An*

4 *An beneficiatus, qui syluam inutilem, aut antiquum oliuetum extirpat, vt ibidem vineam plantet incidat in pœnas extrau. ambitiosæ.*

5 *Pecunia numeratur inter bona, quæ seruando seruari non possunt.*

6 *Quibus casibus pecunia cõputetur inter immobilia, & num. 7. & 8.*

9 *Pecunia deputata ad bona immobilia emenda insumi potest in emendis eisdem bonis absque assẽsu apostolico.*

10 *An fructus beneficij locari possint vltra triennium.*

11 *Quid, si quis obligat se actione personali ad dandam commoditatem percipiendi fructus vltra triennium.*

CAP. VII.

De bonis, quæ seruando seruari non possunt.

1 BOna quę seruando seruari non possunt, ea censentur, quæ triennio durare non solent quales sunt fructus, vestes attritę etiamsi pretiosæ fuerint, animalia superuacua, & his similia, *vt d. glos. sing. in l. vn. C. si adver. vsu cap. & alij apud Genuens. in Prax. Archiep. cap. 60. n. 10. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 76.*

2 Itẽ arbores opacę, vetustæ, corrũptæ, vel infructiferæ, quas Beneficiatus liberè potest incidere, præsertim si ex earũ incisione fũdus reddatur fructuosior *Nau. cõs. 6. nu. 2. de Reb. eccles. & c. Tiraq. de Retr. conuent. §. 5. glos. 1. à n. 23. vsq; ad 30. Redoan. de reb. eccles. q. 79. c. 7. quos refert, & sequitur Quarant. in ver. alienat. n. 33. Bonacin. in tract. de alienat. bonor eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 8.* & ideò Beneficiatus potest etiam huiusmodi arbores absque solemnitate alienare *Nauar. cons. 6. in fin. de reb. eccles.* etiamsi aliæ arbores non substituantur in locum inutiliũ *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 130. quicquid dicat Quarant. & Bonacin. locis cit. & alij.* Vnde pœnas dictæ extrauag. non incurreret Beneficiatus, qui oliuetum antiquum, quod modicos fructus reddit, aut syluam inutilem extirpat, vt ibidem vineam plantet *Nau. d. cons. 6. de reb. eccles. Ricc. in Prax. d. par. 1. res. 130.* quamuis contrarium teneat Bonacin. *loco cit. punct. 2. n. 8. vbi alios refert.*

5 Pecunia quoquè inter bona, quę seruando seruari non possunt regulariter numeratur *Genuens. d. c. 60. n. 11. Quarant. in ver. alienatio n. 25.* aliquando tamen computatur inter immobilia, videlicet si redacta sit ex venditione rei siue immobilis, siue mobilis pretiosæ *Quarant. vbi sup. n. 25. Bonacin. d. pun. 2. nu. 5. Barbos. de offic. & pot. Episs. par. 3. all. 95. n 41. contra Genuens. d. cap 60. n. 13. & alios per eũ relatos* : vel si destinata sit ex voluntate superioris, vel testatoris, aut donantis ad emptionem stabilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, qualis est pecunia, quæ pro monialium dote, aut substentatione traditur, *vt dicunt DD. citati, Ricc. in Prax for. eccles. parte 1. res. 67.* quod eo magis procedit in pe-

pecunia non otiosa, sed fructifera, qualis est pecunia in montibus, vel censibus collocata *clem. exiui §. cumque annui reditus de ver. sign. Bonacin. vbi sup. nu. 5. & alij communiter.*

9 Obserua tamen, quod pecunia deputata ad bona immobilia emẽda insumi potest absque assensu apostolico in emendis agris, aut in emenda, vel construenda domo necessaria, quia huiusmodi pecunia seruari solum debet, donec impendatur in vsum, ad quem fuit destinata *Genuens. d. cap. 60. num. 11. in fin. Bonacin. loco cit. n. 5. vers. obserua.*

10 An verò fructus beneficij locari possint vltra triennium? aliqui affirmant, tum quia fructus numerantur inter bona, quæ seruando seruari non possunt, tum etiam, quia extrau. ambitiosæ videtur locum habere in locationibus bonorum, & rerum, non verò in locationibus fructuum, & redituũ ità *Redoan. Zerol. & alij apud Garc. de benef. par. 2. cap. 1. n. 29. & apud Barbos. d. all. 95. n. 19.*

Sed contraria sententia est verior, tum quia per locationem cõstituitur ius in re *Bellam dec. 747. Couar. var. res. lib. 2. cap. 16. n. 1. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. p. 1. res. 116* tum quia fructus percipiendi, & nascituri cõputari debent inter bona, quæ seruando seruari possunt, tum quia *in extrau. ambitiosæ* fit mentio etiam de fructibus ibi, *ac de fructibus, & bonis ità Nau. in man. cap. 25. n. 137. & cons. 11. de reb. eccles. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 91. Ludou. Lopez Instruct. conse. 1. tom. cap. 199. Cened. in collect. 76. ad Decret. n. 3. Gutier. Can. qq. lib. 1. cap. 8. à nu. 15. & alij plures apud Garc. d. par. 2. cap. 2. n. 33. & seq. Barbos. loco cit. alleg. 95. n. 20.* idemque dicendum est de fructibus pensionis ecclesiasticæ, qui similiter vltra tres annos locari nequeunt *Nau. consil. 11. de reb. eccles. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. resolutione 110.*

11 Secus esset, quando quis obligat se actione personali ad dandã commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus vita sua durante, vel tanto tempore vltra triennũ, quia tunc non transfertur aliquod ius in re, sed tenetur dumtaxat exhibere conductori commoditatem percipiendi fructus *Bart. in l. Codicillis §. instituto nu. 4. ff. de leg. 2. Quarant. in ver. alienatio nu. 18. vers. tertiò declaratur, vbi citat Rebuff. & Molin. & de pensione tradit. Megal. tom. 1. var. res. 84. nu. 7. Nau. cons. 62. de Simon. Garc. de benef. p. 2. cap. 1. n. 38. quamuis contrarium teneant alij Doctores, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 110.*

SVMMARIVM.

1 *Vineolæ exiguæ aùctoritate Episcopi alienari possunt.*
2 *Quoad res exigui valoris sufficit aùctoritas Episcopi in locatione vltra triennium.*
3 *An sufficiat aùctoritas Vicarij Episcopi.*
4 *An prædium exiguum ecclesiæ vtile possit absque assensu Papæ alienari.*

5 *Et an possit alienari inconsulto Papa modica pars magni prædij ecclesiæ.*

6 *Quæ censeantur res exigui valoris.*

7 *An in permutatione inter ipsas Ecclesias requiratur beneplacitū apostolicum, & num.* 8.

9 *An transactio de re ecclesiæ possit fieri sine solemnitate. & nu.* 10.

11 *An Rector ecclesiæ possit absq. solemnitate cedere actionem ad rem mobilem.*

12 *Et an possit facere compromissum.*

13 *Quid, si ecclesiæ competit actio ad fundum, vel ad pecuniā alternatiuè.*

14 *An alienantes, vel recipientes res exigui valoris incidant in pœnas d. extrau. Ambitiosæ.*

CAP. VIII.

Quo casu sufficiat auctoritas Episcopi in alienatione rei Ecclesiæ.

§. I.

An in rebus exigui valoris sufficiat auctoritas Episcopi.

1 REsp. affirmatiuè, & ideò vineolæ exiguæ, & ecclesiæ minus vtiles auctoritate Episcopi alienari possunt, *cap. terrulas* 12. *q.* 2. cuius dispositioni neque per dictam *extrau. Ambitiosæ*, neque per decretum Concilij derogatū fuit, *vt censuit Sacr. Congregatio Concilij teste Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap.* 6. *num.* 26. *& refertur etiam inter Decis. Diuers. par.* 4. *dec.* 149. ratio videtur esse, quia 2 in *d. Extrau.* excipiuntur casus à iure permissi *Genuēsin Prax. Archiep. cap.* 60. *num.* 3. *Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *all.* 95. *num.* 50. vnde sufficit auctoritas Episcopi in locationevltra triennium quoad res exigui valoris, *Quarant. in ver. alienatio nu.* 18. *vers. secundò declaratur Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 1. *res.* 109. *Barbos. loco cit. d. all.* 95. *num.* 51. non tamen sufficeret 3 auctoritas Vicarij, seu officialis Episcopi, nisi habeat speciale mandatum, *vt decisum refert Ricc. in Collect. decis.* 2201. *par.* 6.

4 Secus dicendum est, quando prædium esset Ecclesiæ vtile, hoc enim casu licet sit exiguum, non tamen posset absque assensu sedis apostolicæ alienari *cap.* 1. *vbi glos.* 17. *q.* 4. quemadmodum nec potest absq. beneplacito Papæ alienari modica pars magni prædij ecclesiæ, quia hoc modo possent paulatim alienari omnia prædia ecclesiæ in fraudem legis *Genuen. d. cap.* 60. *nu.* 3. *in fin.* 5

§. II.

Quæ dicantur res modicæ, seu exigui valoris.

6 REsp. quod quando valor rei, quæ alienatur, summam 25. aureorum non excedit, solet pro pauca, aut modica summa reputari, *vt censuit Sac. Cong. Episcoporum* 22. *Maij* 1601. *apud Glian. in ver. Alienantes nu.* 7. sed alij Doctores id remittunt arbitrio Iudicis

tis, qui attendere debet consuetudinem locorum,& quantitatem rei, quæ alienatur *iuxta cap.cæterum de Donat.* item conditionem ecclesiæ, si est tenuis,vel multum abundans, & qualitatem temporum, & rerum *Quarant.vbi supra nu.41.Genuens.in Prax.d. cap.60. num.3.Ricc.in Prax.for.eccles. p.1. res.36.* vnde obseruat Barbos. *d. par.3.all.95.nu.* 51. quod modicũ potest esse vsque ad 50. aureos, alibi vsq.ad 20. & alibi vsq. ad 10. & etiam minus respectu qualitatis, & conditionis locorum, & ecclesiarum.

§. III.

An in permutatione rerum vnius ecclesiæ cum bonis alterius ecclesiæ sufficiat decretum Episcopi.

17 AFfirmatiuè respondent Doctores *apud Barbos.d.all.95. num.55. & seq.* tum quia hic casus est à iure permissus *in cap.1.de Reb.eccles.alien.* tum quia textus in *d.extrau.Ambitiosæ* videtur loqui de permutationibus faciendis cum laicis, vt colligitur ex illis verbis, *prophanis vsibus applicare*, & hoc casu non transfertur dominium in prophanos vsus, & *ità etiam tenet Vulp. in Prax. for. eccles.cap.6.num.15.* vbi dicit, validam tunc esse permutationem, si pro vtriusque ecclesiæ commoditate fiat *Ricc.in Prax.for.eccles. par.1.res.35.& 71.* vbi hanc sententiam admittit etiam in alienatione rei vnius ecclesiæ alteri facta.

18 Sed quidquid sit de iure, contrarium in praxi seruatur,nam si agitur de summa notabili, recurritur pro licẽtia ad sedem apostolicam, *vt d.Quarant.loc. cit.n.15. Barbos.vbi sup.nu.57.in fin.Ricc. d.res.35.& 71,in fin.*

§. IV.

An transactio de re ecclesiæ possit fieri sine solemnitate.

19 AFfirmatiuè respondent Doctores, modò sit de re dubia, cum euidenti ecclesiæ vtilitate,& possessio non sit penes ecclesiam, nam si per transactionem ecclesia rem relaxaret, in cuius possessione existit,tunc proculdubio solemnitates requiruntur, *vt post Rebuff.& Roland. d.Quarant.in ver. alienatio, numer. 43.vers.Duodecimò limita Ricc.in Collect.dec.3054.par.7. & in Prax.for.eccles.par.1.res.43. & alij apud Barbos.d all.95 num.63.* quod intellige, dummodò accedat etiam consensus Episcopi, qui cognoscere debet de euidenti ecclesiæ vtilitate *iuxta c. Statuimus de transact.* aliàs huiusmodi transactio non ligaret successorem, *vt d.glos. communiter recepta in cap. veniens ver.inter alios eod.tit.*

20 Alij verò distinguunt, aut agitur de modica summa,& tunc in transactione sufficit auctoritas Episcopi, aut agitur de summa notabili, & tunc requiritur beneplacitum sedis Apostolicæ,*vt constat ex d. c. veniens.de Transact. & ità practi-*

cari dicit Quarant. vbi sup. n. 43. in fin. præsertim. si in huiusmodi trãsactione remittantur iura, & actiones ad immobilia Ricc. in Prax. for. eccl. p. 3. ref. 163. Barbos. d. p. 3. all. 95. n. 46. vbi cit. Menoc. Valasc. & alios.

11 Ex quo resolnitur aliud dubiũ, an Rector ecclesiæ possit cedere actionem ad rem mobilẽ? in quo pariter distinguendum est, nam si huiusmodi actio competit ad rem mobilẽ, quæ seruando seruari non potest, tunc Rector potest actionẽ cedere, quemadmodum posset rẽ ipsã distrahere: aut verò actio cõpetit ad res mobiles, quæ seruãdo seruari possunt, & tunc nõ potest absq. beneplacito sedis Apostolicæ, modò sint notabilis valoris Ricc. in Prax. par. 3. ref 163.

12 Idem dicendum de compromisso, nam si illud fiat de rebus immobilibus, vel quę seruãdo seruari possunt, non valet sine sedis apostolicæ beneplacito, quia compromissum est species alienationis: secus si fiat de rebus, quæ seruando seruari non possunt iuxta ea, quæ supra diximus, & notat idẽ Ricc. in Prax. d. p. 3. ref. 165.

13 Sed quid, si ecclesiæ competit actio ad fundum, vel ad pecuniã alternatiuè? Resp. quod aut electio est ipsius ecclesiæ, & tunc sine licentia sedis apostolicę non potest ecclesia cedere, ac si ipsa actio ad immobile competeret: vel electio est debitoris, & tunc inspiciendus est finis, nam si ecclesiæ debitor soluet pecuniã, valet cessio, si verò consignet prædium, non valet, Bart. in l. si sic legatum §. vlt. n. 6. ff. de leg. 1. & in l. si ex legati causa nu. 6. ff. de verbor. oblig. idem Ricc. loco cit. d. ref. 163. vbi alios refert.

§. V.

An Alienantes, vel recipientes res exigui valoris incidant in censuras, & pœnas extr. ambitiosæ.

14 Resp. negatiuè, quia cum d. extrau. sanciuerit pœnas, & cẽsuras contra alienantes res ecclesiasticas maioris valoris inconsulto Rom. Pont. nõ debet extẽdi ad bona exigui valoris, pœnæ n. sũt restringendæ, non ampliandæ ità Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. ref. 383.

SVMMARIVM.

1 *Reus confugiens ad ecclesiam, inde extrahi non potest, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Quid si reus ligatus à ministris Curiæ ad ecclesiam confugiat, vel ab ea blanditijs, aut promissionibus educitur.*

6 *Ecclesia tenetur reo confugienti ad ecclesiam alimenta subministrare, si non habeat vnde viuat.*

7 *Non licet Curiæ sæculari ponere custodes circumcirca ecclesiam, nè ad reum alimenta deferãtur.*

8 *Reus dum existit in ecclesia non potest de iure damnari ad mortem, vel aliam pœnam corporalẽ.*

9 *Contrariũ de consuetudine seruat.*

10 *Ecclesia etiã non benedicta gaudet immunitate.*

11 *Eadem immunitate gaudet locus omnis diuinis officijs, dedicatus auctoritate Episcopi.*

12 *Ecclesia polluta, aut interdicta immunitate gaudet.*

13 *Item Ecclesia diruta, dummodò subsit spes refectionis.*

14 *Eadẽ immun. gaudet Cœmeteriũ.*

15 *Itẽ ostium, & porticus cœmeterij.*

16 An

16 An hoc procedat, quando cœmeterium non est benedictum.
17 Tota ecclesiæ fabrica gaudet immunitate,
18 Item campanile etiam ab ecclesia diſiũctũ, dũmodo sit intra 30. passus.
19 An confugiens ad ianuam ecclesiæ gaudeat immunitate.
20 Quid si amplectatur parietẽ ecclesiæ partis exterioris.
21 Quid si reus per caput, & humeros in loco sacro existeret, & tibias, ac pedes extra haberet.
22 Domus ecclesiæ existentes intra 30. vel 40. passus gaudẽt immunitate.
23 An platea eccles. gaudeat immun.
24 Scalæ ecclesiæ pertinentes ad publicã viã an gaudeant immunitate.
25 Immunitas ecclesiæ etiã vltra 30. aut 40. passus extenditur, vbi domus ecclesiæ plus spatij haberent.
26 Quid passus nomine intelligatur.
27 Huiusmodi passus desumẽdi sunt ab ecclesiæ ianuis per circuitũ.
28 Curia sæcularis non potest in domo Clerici laicorum bona perquirere.
29 Monasteria virorum, ac mulierũ eorumq. claustrum, ac viridariũ seu hortus sub clausura contentus gaudent immunitate.
30 Item Hospitale, seminarium puerorum, domus puellarum, vel orphanorum Episcopi auctoritate fundatæ, domus clericorum in cõmuni viuentium, ac priuata oratoria Episcopi auctoritate erecta.
31 Oratoria priuata auctoritate erecta an gaudeant immunitate.
32 Quando oratoria præsumãtur Episcopi auctoritate fundata.
33 An collegia Doctorum, seu scholarium immunitate gaudeant.
4 Palatiũ Episcopi etiam extra 40. passus situ gaudet immunitate.
35 An eadem immunitate gaudeant palatia Episcoporum titularium, vel extra Diœcesim existentium.
36 Palatia S.R.E. Cardinalium extra Vrbẽ Romã gaudent immunitate.
37 An existens supra tectum palatij Episcopalis, aut aliarũ domorũ ecclesiæ gaudeat immunitate.
38 Ad Episcopum spectat cognoscere, an reus captus sit in loco sacro.
39 An confugiens ad Sacerdotem sacram eucharistiam gestantẽ gaudeat immunitate.
40 Quid si non tangat Sacerdotem, sed solũ sit in cubiculo, vbi Sacerdos moratur pro cõmunicãdo infirmo.
41 Quid si hastam baldachini defert, vel se immiscat personis prosequentibus S. nctiss. Sacramentum
42 An gaudeat immunitate confugiẽs ad Sacerdotẽ deferentẽ oleũ sãctũ.
43 Sacerdos ipse, qui indutus cotta & stola extra ecclesiã incedit ad ministrandũ oleũ sanctũ, velad deferendum defunctũ in ecclesiã, gaudet immunitate.
44 Omnes delinquentes, exceptis casibus in cõstitutione Gregorij XIV. contentis, gaudent immunitate.
45 Fideles etiam excommunicati, & interdicti gaudent immunitate.
46 Item pagani, & Iudæi.
47 Clerici, exceptis casibus cõtentis in d. constit. Gregoriana, & alijs degradatione dignis, in reliquis gaudent immunitate.
48 An Regulares delinquentes gaudeant immunitate.
49 Cõmittentes delicta etiã atrocissima in d. constit. non excepta gaudent immunitate, etiamsi illa in ecclesia committantur.
50 Publici latrones immunitate priuantur.
51 Qui

51 *Qui dicantur publici latrones.*
52 *Decoctor etiam fraudulentus gaudet immunitate.*
53 *Non dicitur publicus latro, qui semel depredatus est etiam cum violentia.*
54 *Grassatores viarum priuantur immunitate.*
55 *Qui dicantur Grassatores viarũ.*
56 *Grassatores viarum, si sæpius tentauerint delicta, sed illa nõ perfecerint, non priuantur immunitate.*
57 *An priuentur immunitate, qui itinera priuata, vel occultas vias obsident.*
58 *Agrorum depopulatores priuantur immunitate.*
59 *An incendens agros, seu vineas priuetur immunitate.*
60 *Immunitate non gaudent qui homicidia, & mutilationes membrorum inipsis ecclesijs, eorumque Cœmeterijs committunt, & num. 61.*
62 *Quid si non ex proposito, sed ex subitanea rixa, vel ad alterius prouocationem homicidium perpetretur.*
63 *Vulnerans in ecclesia, si ex tali vulnere mors sequuta non sit, nõ priuatur immunitate.*
64 *Existens extra ecclesiam si alium occidat intra ecclesiam, non gaudet immunitate, secus si existens in Ecclesia alium occidat existẽtem extra ecclesiam.*
65 *Quid si aliquem violenter extraxerit ab ecclesia, & extra illam occiderit.*
66 *An mandans aliquem occidi in ecclesia, gaudeat immunitate.*
67 *Quid si homicidium commissum sit in Sacristia, Campanili, scholis, atrio, seu porticu ipsius ecclesiæ, aut sub ipsa ecclesia, vel super tectum.*
68 *Ex sanguinis, vel seminis effusione sequuta in cœmeterio, aut alijs locis ecclesiæ contiguis, ecclesia non polluitur, nec sacrilegiũ committitur.*
69 *Ad effectum pollutionis, seu violationis solus internus ambitus ecclesiæ spectatur, secus quoad priuilegium immunitatis.*
70 *An committens homicidium in ostio ecclesiæ gaudeat immunitate.*
71 *Committentes in ecclesijs alia delicta præter homicidia, & mutilationes, non priuantur immunitate.*
72 *Quid intelligatur nomine mẽbri*
73 *Digiti non sunt membra, sed pars membri.*
74 *Immunitate priuantur, qui proximum suum proditorie occidunt & quomodò id intelligatur.*
75 *Dicitur homicidium proditorium, etiam si quis alterum de facie ad faciem offendit incautum sine diffidatione.*
76 *An immunitate gaudeat qui aliũ veneno occidit.*
77 *Quid si filius occidat Patrem, vel Pater filium, vel frater fratrem.*
78 *An priuetur immunitate qui aliquem animo præmeditato occidit.*
79 *Quid si inimicum occiderit à tergo ex insidijs, vel dormientem.*
80 *Quid si occidat inimicum iam reconciliatum.*
81 *An priuetur immunitate qui proditorie vulnerauit, si ex eo vulnere mors sequuta non fuerit.*

82 Quid

82 Quid si infidelē proditorie occidat.
83 An committens abortum fœtus animati gaudeat immunitate.
84 Assassini priuantur immunitate, & qui dicantur Assassini.
85 Iudex, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit, ac testis, qui pretio falsum deposuit an gaudeant immunitate.
86 An dicatur homicida proditorius falsus testis, qui causa fuit, vt aliquis ad mortem damnatus fuerit.
87 An assassinium cōmittatur, si quis pretio accepto occidat infidelem.
88 Quid si tantum vulnerauit.
89 Quid si filium inimicum occiderit.
90 An mandantes sint rei assassinij, si homicidium sequutum non fuerit.
91 Fautores, auxiliatores, & receptatores assassinorum immunitate nō gaudent.
92 An immunitate priuetur mediator assassinij.
93 Assassinium probatur per probabilia argumenta, etiamsi non sint indubitata.
94 Hæretici priuantur immunitate, & qui veniant nomine hæreticorum.
95 Blasphemi hæreticales, & alij de hæresi suspecti non gaudent immunitate.
96 An apostata à religione gaudeat immunitate.
97 Quæ dicatur blasphemia hæreticalis, & quæ non hæreticalis.
98 Rei criminis lesæ maiestatis in personam Principis non gaudent immunitate, & quomodò hoc intelligatur.
99 An offendens cōsiliarium supremi Principis gaudeat immunitate.
100 An priuentur immunitate offendentes S.R.E. Cardinales, Nuncios apostolicos, Episcopos, vxorem, aut filium Regis, oratorem, Proregem, aut alios ministros Principis, aut Baronem.
101 An de hoc crimine lesæ maiestatis cognosci, & procedi possit post mortem delinquentis.
102 An confiscatio bonorum locum habeat, si crimen lesæ maiestatis committatur contra Principem inferiorem.
103 An gaudeant immunitate non reuelantes huiusmodi reos, aut illos defendentes post factum.
104 Clerici offendentes Principem an gaudeant immunitate.
105 Et an eadem immunitate gaudeat coniurans, seu machinans, vt tradat inimicis regnum, vel Ciuitatem.
106 Et quid si subditi per rebellionem resistunt Principi.
107 An reus possit capi in ecclesia, si dubitetur, eum commisisse crimen in constitutione Gregorij exceptum.
108 Episcopus in tali casu debet formare processum ad probandum, an delictum sit de exceptis, nec sufficeret processus factus per Curiam sæcularem.
109 De delicto in dicta constitutione excepto debet plenè, & concludenter constare.
110 Refertur declaratio Clementis Octaui.
111 An Episcopus absoluere possit ab excommunicatione contracta ob violatam ecclesiæ immunitatem.
112 Ad huiusmodi censuram incurren-

rendam non requiritur actus completus, sed sufficit attentatus, & quomodò id intelligatur.

CAP. IX.

De Immunitate Ecclesiastica.

§. I.

Quænam loca immunitate gaudeant.

1 PRæcipuum ecclesiarum priuilegium est, quod ad eas Reus confugiens inde extrahi non potest *cap. miror cum seq. 17. q. 4. capit. inter alia de Immun. Eccles. l. præsenti C. de His, qui ad Eccles. confug. & nouissimè statuit Greg. XIV. in constit. incip. Cum alias nonnulli, quã refert Quarant. in ver. Reuerentia diuinorum:* siue se exemerit è manibus familiæ, & liber confu
2 giat ad ecclesiam, siue ligatus se-
3 cum traxerit satellitem in ecclesiam, vtroque enim casu gaudet immunitate *Clar. §. fin. quæst. 30. vers. scias autem Dian. part. 1. trac. 1. res. 13. & par. 3. tr. 1. res. 36. & p. 4. tract. 1. res. 106. Lezan. in Sum. qq. regul. tom. 3. ver. Immunitas ecclesiarum num. 19. Locatell. de Quæst. iudic. inspect. 5. num. 162. vbi dicit, hanc esse æquiorem, & rationabiliorem sententiam,* quod procederet etiamsi postea aufugeret extra ecclesiam timore satellitum, vel inimicorum eum persequentium: hoc enim casu adhuc gauderet immunitate, & per conse-
4 quens esset restituendus ecclesiæ; quia tunc non sponte, sed coactè exiuit ab ecclesia, cum in hoc sufficiat timor futurus, *vt probat Ric. in prax. for. Eccles. par. 2. res. 430.* quamuis secus esset, si dum liga-
5 tus extra ecclesiam ad carcerem duceretur, se in terram proijceret intra atrium Ecclesiæ, tunc enim non gauderet immunitate, *vt d. Lezan. in Summ. qq. regul. tom 3. in ver. Immunitas ecclesiarum nu. 19. Ricc. in Collect. decis. 109. par. 1.* quemadmodum neq. hac immunitate gaudet qui ab ecclesia non extrahitur per vim, dolum, aut metum, sed precibus tantum, blãditijs, aut promissionibus educitur, hoc enim casu non est inuitus *Lezan. loc. cit. in ver. Immunitas ecclesiarum n. 18.*

6 Addunt DD. quod si reus confugiens ad ecclesiam non habeat, vnde viuat, vel si habeat, eo vti nõ potest, tenetur ipsa ecclesia, seu Clerici illius Ecclesiæ tam sæculares, quam regulares necessaria alimẽta illi subministrare *l. præsenti §. sanè C. de His, qui ad Eccles. confug. glos. in c. diffiniuit 17. q. 4. Lezan. vt supra num. 23. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 422. & alij apud Dian. par. 6. tract. 1. res. 33. vers. & tandem ad id.*

7 Quare non licet Curiæ sæculari ponere custodes circumcirca ecclesiam, in qua delinquens se recepit, nè ad eum alimenta deferantur, & si hoc faceret, esset violata immunitas ecclesiastica *Abb. in cap. inter alia num. 13. de Immu. eccles. Couar. var. res. lib. 2. cap. 20. numero 17. quos refert, & sequitur*

Vulp.

Vulp.in Prax.iudic.cap.3. nu. 25. Clar.d.§ fin.quæst..30.vers.quæro modò.

8 Item non potest reus, dum existit in ecclesia, damnari ad mortem, vel ad pœnam corporalem, puta ad exilium, triremes, verbera,vel perpetuum carcerem, *iuxt.tex.in cap.inter alia, vbi glos. in ver.puniẽdus de Immun.eccles. & c.id constituimus* 17.q.4. quã-

9 uis de consuetudine aliter seruetur: solent enim Iudices citare delinquentem,illumque condemnare ad mortem, vel ad aliam pœnã iuxta delicti qualitatẽ:nõ enim damnatur, vt mors,vel alia pœna corporalis exequutioni mãdetur, dum reus in ecclesia existit, sed dum licitè inferri poterit, *vt d. Farinac. in Prax.crim. to. 2. de Carcer.q. 28.n.77. ad fin.quem refert.Bonacin. to. 2. dis.3:q. 7.pun. 3.num.9,*

10 Hac autem immunitate gaudet non solum ecclesia benedicta, & consecrata, sed etiam non consecrata, nec benedicta, dummodò sit auctoritate Episcopi ædificata *cap. ecclesiæ de Immun. eccles. Bellett.Disquis. Cleric.par.1.tit. de fauor.Cleric.real.§.4.n.27.Barbos. in cap.tuarum num.10. de Priuil.*

11 atque etiam locus omnis diuinis officiis dedicatus auctoritate Episcopi primarium lapidem imponentis,aut ibi crucem erigentis, etiamsi non fuerint ibi celebrata diuina officia *cap. nulli liceat 12. q.2.cap.nemo ecclesiam. de Consecr. dist. 1. d.cap. ecclesiæ in fin.Sylu.in Sum.ver.Immunitas 1.q.1. Bellett. loco cit.nu.27. Bonacin.de Censur. in partic.disp.2.q.3.pun.16.§.4.n.2 Dian.par.6.tr.1.res.1.& alij, quicquid dicat glos.in d.cap.Eccles. ver. celebrantur,& alÿ quos refert, & sequitur Vulp.in Prax.Iudic. cap. 3.num.18.* quamuis enim ibi diuina officia nòndum celebrari cæperint, locus tamen adhuc est Deo dicatus, & ideò immunitate gaudere debet,vt expressè decernitur *in d.cap. eccles.* & *ità frequentiori interpretum consensu. receptum esse testatur Clar.§ fin.q. 30. vers.quæro si constructa, &c.* etiamsi ecclesia nondum sit perfectè constructa *Dian.d.par.6.tr.1 res.1.*

12 Neque huiusmodi priuilegium amittit ecclesia polluta, aut interdicta *Sylu. loco cit. Bellett.vbi supra n.24.& ità tenent alÿ Doctores communiter*, quemadmodum Clericus interdictus adhuc retinet sua priuilegia *Dian. plures referens d.par.6.tract.1.resol.1.* obsequium enim,quod ecclesijs debetur, ob Dei reuerentiam præstatur,& ideò propter hominum culpam cessare non debet; immò

13 etiamsi diruta sit, adhuc gaudet immunitate *l. in tantum ff. de Rer. diuis.* dummodò subsit spes refectionis; secus si auctoritate superioris destructa sit sine spe reædificationis *Clar.loco cit.q.30 versic. maius est dubium Vulp. in Prax. Iudic.cap.3 n.18.& alij apud Dian. d.par.6.tr.1.res.1.vers.verum affirmatiuæ sententiæ.*

14 Hoc etiam immunitatis priuilegium extenditur ad Cemeterium ecclesiæ *cap.consuluisti de Consecr. eccles.vel Altar. cap.cum ecclesia,*

vbi glos. in ver. cæmeteriȳs de immū. Eccles. etiãsi pollutum, & interdictũ *sit. Diana par. 6. tract. 1. res. 6.* siue cæmeterium sit contiguum ecclesiæ, siue separatum *cap. vn. de Consecr. eccles. in 6. Diana par. 4. tr. 1. res. 108. & par. 6. tract. 1. res. 6.* vbi id ex
15 tendit etiam ad ostium, & porticum cæmeterij, quod procedit, quando auctoritate Episcopi locus aliquis pro cęmeterio est deputatus *cap. ad hæc vbi glos. de Relig. domibus glos. in c. in ecclesiastico 13. q. 2. quam esse communiter receptã d. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 33. n. 21.* quamuis neque conse
16 cratus, neque benedictus sit, vt supra de ecclesia diximus *ex d. c. nulli liceat 12. q. 2. Dian. par. 6. tr. 1. res. 6.* nam si religiosum locũ vnus quisque sua voluntate facere poterat eo ipso, quod mortuum inferebat in locum suum, vel ipsius defuncti, *vt in l. in tantum ff. de Rer. diuis. & l. scriptus ff. de Relig. domib.* ità multo magis Episcopus locum à se deputatum pro mortuis sepeliendis religiosum facere potest, *vt constat ex d. cap. ad hæc, & d. l. in tantum vers. sacræ autem*
17 *res.* Eadem immunitate gaudet tota ecclesię fabrica, videlicet tectum, sacristia, scalæ, porticus, & atrium quolibet modo ecclesiæ ad hæren. *cap. si quis in atrio & cap. si quis contumax, vbi glos. ver. adhærẽtibus 17. q. 4. l. quæ religiosis ff. de rei vendic. Dian. par. 6. tr. 1. res. 1. & 3. & est communis opinio.* item cã-
18 panile, etiamsi disiunctum sit ab ecclesia, dummodò sit intra 30. passus *Dian. par. 4. tr. 1. res. 108.* Vn-
19 de confugiens ad ianuam ecclesię immunitate gaudet, etiamsi ecclesiam inueniat clausam, dummodò stet in limine ianuæ, vel portã manibus tangat, vel seram, aut quid simile apprehendat, *vt post Decian. & alios resoluit Loccatell. de Quæst. iudic. insp. 5. n. 163. Bonacin. de cẽsur. in par. disp. 2. q. 3. pun. 16.*
20 *§. 4. n. 19.* vel si parietem ecclesiæ partis exterioris fuerit amplexus, *vt dicunt Doctores apud Dian. par. 3. tr. 1. reso. 73. & par. 6. tr. 1. resol. 3.* etiamsi manu tantum tangat locum sacrum, & totum corpus esset extra locum sacrum *Ricc. in Prax. par. 2. res. 429. & p. 3. res. 560.* quia, si captus in scalis, vel ostio, aut atrio ecclesiæ, vel in spatio 30. passuum per circuitum ecclesiæ gaudet immunitate, multo magis in hoc casu, cum paries sit annexus & incorporatus ecclesiæ *Ricc. d. res. 560. Vulp. vbi sup. cap. 3. nu. 31.*
21 idemque dicendũ, si reus per prę-cipuam corporis partem, vt per caput, & humeros in loco sacro existeret, licèt tibias, & pedes extra haberet, tunc enim gauderet etiam immunitate *Dian. p. 6. tr. 1. res. 6. in fin. vbi citat Trullench. in Decal. tom. 1. lib. 1. capit. 11. dub. 1. n. 12.*
22 Eadem immunitate gaudent Clericorum ędes existentes intra 30. aut 40. passus *iuxtà c. sicut antiquitus 17. q. 4. Decian. tr. crimin. lib. 6. c. 25. n. 15. Ambrosin. de Immun. c. 10. num 8.* vbi ampliat, etiamsi in dictis ædibus habitent laici *Leo in Thes. for. eccles. par. 1. cap. 13. num. 5. Antonin. var. resol. lib. 1. res. 18. n. 4. Guazin. Defens. Rect. 1. cap. 37. nu. 24. Farinac. de Immun. eccles. n. 289*

Dian.

Dian. p. 6. tr. 1. ref. 2. vers. rectè etiã: dummodò huiusmodi ædes, seu domus sint ipsius ecclesiæ *Clar. d. q. 30. vers. Hinc est Dian. par. 3. tr. 1.*
23 *ref. 71. & p. 6. tr. 1. ref. 2.* vbi hoc priuilegium extendit etiam ad plateas ecclesiarum intra dictum spatium. Vnde domus laicorũ, sicut & viæ publicæ, cum non pertineant ad ecclesiam, non gaudent priuilegio immunitatis, quamuis sint proximæ ecclesijs *glos. in cap. quisquis inuentus ver. vel. domos 17. quæst. 4. Dian. d. par. 6. tract. 1. ref. 2.* Quarè si apertè constaret, scalas ecclesiæ pertinere ad publicam viam, illius
24 que partem esse, in tali casu immunitate non gauderent *Bonac. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 4. n. 7. & de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §.*
25 *4. n. 7.* extenditur tamen ecclesiæ immunitas etiam vltra 30. aut 40. passus, vbi domus, aut ædes Clericorum plus spatij haberent, *vt dicunt DD. apud Bonac. de censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 4. nu. 6.*
26 passus verò nomine intelligitur mensura quinque pedum: pes autẽ est spatium 15. digitorum *iuxta glos. communiter receptam in d. cap. sicut antiquitus ver. passus.* desumẽ
27 di verò sunt huiusmodi passus ab ecclesiæ ianuis per circuitũ *c. diffiniuit 17. q. 4.*
28 Adde, quod curia sæcularis non potest in domo Clerici etiam propria laicorũ bona perquirere, neque ea inde abstrahere: quia alias satellites omnes Clericorum domos euertere possent, bonaque eorum propria sub isto colore diripere, atque ità indirectè trahe rentur Clerici ad curiam sæcularem, vbi probare cogerentur, bona esse propria *Sperell. decis. 42. n. 14. & seq.*
29 Hac etiam immunitate gaudent monasteria virorum, & mulierum, eorumque clausstrum, ac viridarium, seu hortus sub clausura contentus, *vt constat ex ipsa constit. Greg XIV. ibi, ab ecclesijs, monasterijs, locisque sacris, & religiosis &c. Bellett. d. §. 4. nu. 37. Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 4. nu. 10. Dian. par. 6. tr. 1. ref. 6. vers. & tandem.*
30 Præterea extenditur huiusmodi immunitas ad omnia alia loca, quæ canonico iure religiosa censentur *vt etiam dicitur in d. constit. & notat. Bonacin. d. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 2. n. 1.* quale est Hospitale auctoritate Episcopi constructum *cap. ad hæc de Relig. dom. & dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 6. tr. 1. ref. 6. vers. sed transeamus*, seminarium quoque puerorum, domus puellarum, vel orphanorum Episcopi auctoritate fundatæ, domus clericorum in communi viuentium, quales sunt religiosissimi Patres oratorij S. Philippi Nerij *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 17. n. 10. Bonacin. d. pun. 16. §. 4. n. 10. Dian. par. 6. tract. 1. ref. 1. in fin.* item priuata oratoria Episcopi similiter auctoritate erecta *d. c. ad hæc*
31 *de Relig. dom. Sylu. in ver. Immunitas 1. q. 1. Dian. p. 6. tr. 1. ref. 1.* secus esset, si oratoria huiusmodi priuata auctoritate constructa sint, etiamsi in eis diuina officia de Episcopi licentia celebrẽtur, quia non ob id censentur perpetuò, & immutabiliter, seu simpliciter di-

cata cultui diuino *Bonacin.d.pun. 16.§.4.nu.14.Sylu. loco cit.clar.d.q. 30.vers.sed quid dicendum, vbi de communi*. in dubio autem præsu-
32 muntur auctoritate Episcopi fundata,si campanam publicam habeant, vel si publicè in eis celebretur admittendo quoscunque ad diuina officia *Bonacin in tract. de legib.disp.3.q.7.pun.4.n.15.& de Censur.in par.disp.2.q.3.pun.16.§. 4 n.15.*vel si instituta sint sub nomine alicuius sancti, & visitentur ab Episcopo *Dian.d.par.6. tract.1. resolutione.6.*

33 Addit Clar.*loc.cit.vers.in hoc autē*, scholas, hoc est collegia Doctorū, seu scholarium eadem immunitate gaudere : quamuis contrarium teneant alij Doctores *apud Gabr. commun.concl.lib.6.tit.de pia causa concl.1.n.19 & 20.* vbi dicit, quod quamuis dicantur loca pia, non tamen habent priuilegia alijs locis pijs concessa.

34 Eadem gaudet immunitate palatium Episcopi non solum si sit intra 40.passus *c. Episcopus vilem dist.41. & c.id constituimus 17.q. 4.* in quo conueniunt omnes Doctores, sed etiam quando situm est extra 40.passus, *vt d.glos. in d. c.id constituimus ver.vel domo Bellet.d.§. 4.n.35.vbi dicit,hanc esse communem sententiam,& alij plures,quos refert,& sequitur Dian.p. 1.tract. 1.resol.27.*etiamsi non habeat oratorium, in quo missa celebretur *idem Dian.par. 4.tr.1 res. 96.& par.6.tr.1.ref.4.*vbi ref.5.hoc
35 priuilegium extēdit etiam ad palatia, seu domos Episcoporum titularium, vel extra Diæcesim existentium, *quicquid in contrarium dicat Vulp.in Prax Iudic.cap 3.n. 19.Clar.d.q.30.vers.scias etiam, & alij apud Bonacin d.pun.16.§.4.n. 11.* ratio potissima est, quia hæc immunitas concessa est propter dignitatem personæ,ac propter muneris sanctitatem, quemadmodū tota familia Episcopi quamuis laica eius intuitu gaudet priuilegio
36 fori,&ideò etiam palatia S.R.E. Cardinalium immunitate gaudēt, *vt d.Clar.d.q.30.vers. item adde*, quod intellige extra vrbem *Romā Dian.p.1.tr.1.ref.37.& par. 6.tr.1. ref.5.*hoc enim priuilegium non seruatur in vrbe,vt consulatur bono publico, & delinquentes puniantur, qui vix puniri possent,si huiusmodi priuilegium obseruaretur, *vt nota t Bonacin.de Censur. in part.disp.2.q.3.pun.16.§.4.n.12.*

37 Quare existens etiam supra tectum palatij Episcopalis, aut aliarum domorum ecclesiæ intra tamen citatos fines *iuxta c.sicut antiquitus*, gauderet immunitate *Mar.Italia de immun.eccles.cap.4. §.9.n.42.& 25.Peregrin.eod.tract. cap.4.n.40.& 41.Sperell.decis 63.n. 8.& seq.Bonacin.d.pun.16.§.4. nu. 19.*tum quia existens supra tectum loci immunis dicitur esse intra situm eiusdem loci, tum quia domus ex tribus constat, fundamento, pariete, & tecto *glos.in.l. cum qui ædes ver.constent ff. de vsucap.* & ideò nō debent huiusmodi partes integrales diuerso iure censeri *d.l. cum qui ædes Mar.Ital. vbi sup.n.25.Sperel.loco cit.*

38 Ad iudicem autem ecclesiasticū spectat cognoscere, si controuersia

sia sit, an reus captus fuerit in loco sacro, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian.par.3. tr.1. ref.32.* quemadmodum si reus captus à iudice laico dicit, se esse clericum, huius rei cognitio ad ecclesiasticum Iudicem similiter pertinet *cap.si iudex de sent.excom.* Quæres an confugiens ad sacerdotem sacram Eucharistiam gestantem gaudeat immunitate?

39 Affirmatiuam sententiam tenēt communiter Doctores propter reuerentiam tanti sacramenti *Clar. §. fin. d. q. 30. vers. vltimò quæro Ambros.in de Immun.eccles.cap.10. n.9.Duard.in Bull,Cæn. Dom.lib. 2.can.15.q.16.n.8. Bellett. Disqui. cleric.p.1.tit.de fauor.cler.real.§.4 n. 38 Vulp.in Prax. Iud.c 3.n.16. & 17.& hanc esse magis communē opinionē dicit Farinac. tom. 1.de Carcer.q 28.num.11.* quod procedit etiamsi non tangat sacerdotē, sed solum sit in cubiculo, vbi sacerdos cum Sanctissimo Sacramento moratur pro cōmunicando infirmo *Dian,par.1.tract.1,ref 28.contra Bonacin.de Censur.in partic.disp.2.q.3.pun.16. §.4.n. 27. in fin.*

41 Eadem immunitate gaudet qui vel hastam Baldachini defert, vel se immiscet personis prosequentibus Sanctissimū Sacramentum, quia isti vna cum sacerdote conficiunt vnam ecclesiam *arg.l.quis quis C.ad l.Iul.maiest ità Mar.Ital. de Immun.eccles.lib.1.c.4.§.10.in fin.Peregr.eod.tract.c:4.nu. 79. in fin.Dian.d.ref. 28. Sperell. dec, 49. num 6.*

42 Secus esset,si quis confugeret ad sacerdotem non deferentem Sanctiss. Sacramentum: tunc enim nō gauderet immunitate, quamuis illum amplecteretur,& posset Curia sæcularis reum à Sacerdote auellere, etiamsi Sacerdos deferret oleum sanctum *Ricc. decis. 88. num.5.par.3. Dian.d. ref. 28.* gau-
43 deret tamen hac immunitate Sacerdos ipse,qui indutus cotta, & stola extra ecclesiā incederet ecclesiastica officia exequendo, vel ad deferendu m defunctum in Ecclesiam, vel ad ministrandū oleū sanctum, quia eadem reuerentia,quæ debetur ecclesiæ, debetur etiam Sacerdoti, dum in habitu sacerdotali diuina ministrat officia, *vt decisum refert Locatell. de Quæstion Iudic.inspect.5.n.164. Dian.par.6.tract.1.ref.25.in fin.*

S. II.

Quinam gaudeant ecclesiastica immunitate.

44 OMnes ad ecclesiam confugientes, etiamsi grauissima & enormia delicta commiserint, gaudent immunitate,exceptis tātum casibus *in d.Const.Greg.*XIV. contentis, vt tradunt communiter recentiores; quia Gregorius in d.constit.priuilegium immunitatis ad vnam tantum formam ibi expressam reduxit auferendo facultatem aliter iudicādi, & interpretandi,& ideò cum excepe-rit certos casus, consequenter voluit, vt in cęteris omnibus non exceptis immunitas seruetur nul-

la

la habita paritate, vel maioritate rationis *arg. l. nam quod liquidæ ff. de Pen. leg. c. 2. de Coniug. Leprof. Vulp. in Prax. for. eccles. cap. 3. num. 3. Lezan. in Summ. to. 3. ver. immunitas eccleſiarum nu. 16, Dian. par. 5. tract. 1. reſ. 2. & par. 6. tract. 1. reſ. 23. & 25. Bonacin. to. 3. de Cenſur. in part. diſp. 2. q. 3. pun. 16. §. 5. per tot. & alij.*

45 Dixi, omnes ad eccleſiam confugientes, vt comprehenderem, non ſolum fideles, etiam excommunicatos, & interdictos *Sylu. in ver. Immunitas 3. q. 2. Clar. d. q. 30. verſ. quæro etiã Dian. par. 6. tract.*

461 *reſ. 26.* ſed paganos etiam, atque Iudæos, qui eadem immunitate fruuntur etiamſi baptiſmum non petant: quia hoc priuilegium eſt conceſſum locis ſacris, non autem perſonis *Sylu. vbi ſupra Graff. p. 2. lib. 2. cap. 23. num. 20. & alij plures, quos refert, & ſequitur Dian. par. 1 tract. 1. reſ. 22. & par. 4. tract. 1. reſ. 50. & par. 5. tr. 1. reſ. 2. vbi refert, ità declaraſſe Sacr. Cong. Immunitatis, & hanc ſententiam frequentiori Auctorum calculo eſſe receptam dicit idem Dian. p. 6 tr. 1. reſ. 23. quãuis contrarium quoad Iudæos, & Paganos teneat Clar. d. q. 30. verſ. præterea quæro Nau. in man. c. 25. num. 20. Bellett. loco ſupra cit. n. 44. Bonacin. vbi ſupra §. 10. numer. 3. Ricc. in Prax. par. 2. reſ. 10.*

47 Dubium eſt, an Clerici, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ gaudeant hac immunitate: in quo nonnulli Doctores negatiuam partem tuentur exiſtimantes, eos de mãdato ſuorum ſuperiorum poſſe etiam in eccleſia capi, *ità Nauar. cap. 25. nu. 22. Sylu. in ver. immunitas 3. q. 3. Bellett. Diſquiſ. Cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. nu. 46. & hanc ſententiam eſſe vſu receptã teſtatur Lezan. in Summ. to. 3. ver. Immunitas eccleſiarum nu. 6. Genuenſ. in Prax. Archiep. cap. 17. nu. 11. Clar. §. fin. d. q. 30. verſ. vlterius quæro Ricc. in Collect. deciſ. 1792. par. 5. & alij apud Bonacin. loco cit. num. 5.* alias enim ſemper tuti eſſent in eorum clauſtris, ſeu eccleſiæ domibus, nec poſſẽt vmquam puniri, *vt obſeruat Sylu. loco cit.* alij mouentur ex eo, quia immunitas eccleſiæ non præiudicat poteſtati eccleſiaſticæ, & ideò fures, alioſque in Eccleſia delinquentes capi poſſe ab eccleſiaſticis miniſtris, & ab eccleſiaſtico iudice puniri, cenſet Bonacin. *de Cenſur. in par. d. diſp. 2. q. 3. pun. 16. §. 5. num. 7. Dian. par. 1 tract. 1. reſ. 2. & par. 6. tract. 1. reſ 9. in fin.* vnde deciſum refert Ricc. *in Collect. deciſ. 3177. par. 7.* poſſe ordinarium ſuis miniſtris mandare, vt Clericus capiatur etiam in eccleſia Regularium.

Sed contrariam ſententiam in puncto iuris cenſeo veriorem, tum quia Clerici nõ ſunt inferioris conditionis, quam laici, tum quia hoc priuilegium eſt conceſſum locis ſacris, & non perſonis, tum quia iura indiſtinctè loquũtur *Clar. loc. cit. & alij plures apud Locatell. loco cit. inſpect. 5. nu. 160. Dian. par. 1. tr. 1. reſ. 24. & par. 3. tr. 1. reſ. 35. vbi refert, ità declaraſſe Sac. Congreg. anno 1618. & par. 6. tr. 1. reſ. 26.* vbi etiã refert, Sac. Cõgreg. declaraſſe, Clericos ab Ecclẽ-

clesia extrahi non posse nisi in casibus exceptis in constitutione Gregorij, & in alijs degradatione dignis.

48 Obseruat tamen idē Dian *p.1. tr.1.res.25.in fin.* quod Regulares delinquentes immunitate non gaudent ex recepta consuetudine approbata à summis Pōtificibus, qui ex processibus causarum regularium, quæ ad sedem Apostolicam, vel ad Sac. Congreg. deferuntur, sciunt, superiores Regulares cōtra eōrum subditos ad capturam procedere etiam in proprijs ecclesijs, & conuentibus, & tamen de hoc eosdem superiores non puniunt, sed potius processus confectos, & sententias latas confirmant.

49 Dixi, etiamsi grauissima, & enormia delicta cōmiserint, quia etiam falsificantes monetam, Raptores Virginum, Sodomitæ, & alia delicta etiam atrocissima in d. constitutione Gregorij non excepta perpetrantes immunitate gaudent, etiamsi huiusmodi delicta in ecclesia committantur *Bonacin.d.disp 2.q.3.pu.16.§.5. Dian. par.5.tr.1.res.2. & par.6. tr. 1. res. 14. & 26. & alij communiter*; quāuis secus esset de iure communi, *vt constat ex cap.fin.de Immun. eccles.* qui textus licèt loquatur de homicidio, & mutilatione commissa in ecclesia, vel eius Cœmeterio, tamen ex identitate rationis ad alia etiam enormia crimina in eadem ecclesia patrata extendebatur, *vt obseruat Sylu. in ver. Immunitas 3. q. 2. Nau. c. 25. num. 20. & seq. Clar. d.q. 30. vers. item quæro.*

§. III.

Quinam priuentur ecclesiastica immunitate.

50 PLures casus excipiuntur *in d. constit. Gregorij* XIV. quorū primus est, si fuerint publici latrones: Tales autem sunt, qui in viis publicis extra vrbē depredātur, *vt dicūt DD. apud Bonacin. de Censur. in partic. d. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 6. n3.* publicus verò latro dici

51 tur vel ex notorietate facti, puta si publicè, & palā furatur, aut publicè trā seuntes in vijs inuadit, & spoliat, vel in mari palam prædas agit, aut qui ob frequētata latrocinia pro latrone cōmuniter habetur *Pan. in c. inter alia de Imm. quē refert, & sequitur Sylu. in ver. immunitas 3. q. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 13. & alij apud Bonacin. d. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 6. n. 2.* vel ex notorietate iuris, vt si crimen in iudicio aliquandò confessus sit, vel propter ipsum damnatus *Lez. in sum. to. 3. ver. Immunitas ecclesiarum n. 8.* tunc n. immunitate non gaudet, quamuis solitus fuerit furari absque alicuius occisione *Ricc. in Prax. par. 2. res. 12. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3, num. 4.*

52 Verum sub nomine publici latronis non includitur Decoctor etiam fraudolentus, quem immunitate gaudere latè probat Dian. *par. 1. tr. 1. res. 22. & par. 6. tract. 1. res. 17.*

53 Nec dicendus est publicus latro,

tro, qui semel, vel bis etiam cum violentia depredatus est, vt exinde immunitate ecclesiæ priuetur: quemadmodum ex vnico actu fornicationis non dicitur publica meretrix, neque publicus vsurarius, qui semel tantum commisit vsuram *Peguer. decis. Catalon. 40. quem refert Ricc. in Collect. decis. 1792. par. 5. & in Prax. for. eccles. par. 2. res. 12. & alij apud Dian. p. 6. tr. 1. res. 15.*

54 Secundò priuantur ecclesiastica immunitate publici viarum Grassatores, qui itinera frequentata vel publicas vias obsident, & viatores ex insidijs aggrediuntur, Grassator viarum dicitur is, qui
55 vias in vrbe obsidet *l. capitalium §. Grassatores ff. de Pœn.* publicus verò Grassator dicitur, qui ob frequentata in vijs publicis crimina fama publica talis existimatur *Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 6. nu. 3* vbi etiam *cum Farinac. Ambrosin. & alijs* obseruat, eum non priuari immunitate, qui semel, aut bis aliquem spoliauerit, sed requiritur, quod sæpius hoc crimen commiserit, quia verbum, *grassari*, frequentationem denotat, *idem dicit Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 3. n. 5. Ricc. in Collect. dec. 109. par. 1. Lez. in Sum. qq. reg. tom. 3. ver. Immunitas ecclesiarum num. 9.* quemadmodum neque ordinaria pœna punitur, nisi sæpius crimen huiusmodi commiserit, *vt in d. §. Grassatores, & dicit Peguer. dec. 40. apud Ricc. in Prax. par. 2. res. 12.*

56 Obserua tamen, quod huiusmodi Grassatores viarum si sæpius tentauerint delicta, sed illa non perfecerint, non sunt excludendi ab immunitate, quia delictum exceptum debet esse actu consummatum *Dian. par. 6. tract. 1. reso. 15. vbi citat Nouar. & alios.*

57 Obserua 2 quod qui itinera priuata, vel occultas vias obsident, non videntur priuari ecclesiastica immunitate, quia Pontifex loquitur de obsidentibus itinera frequentata, vel publicas vias *Lezã. loco cit. & alij apud Dian. d. parte 6. tract. 1 resolut. 15.*

58 Tertiò eadem immunitate priuantur agrorum depopulatores, hoc est qui segetes, aut fructus, seu vineas, aut agros deuastant *glos. in l. 1. ver. populator. C. quan. lic. vnicuique sin Iud. se vind.* quare non solum priuatur immunitate depopulator agri nocturnus, *de quo loquitur tex. in cap. inter alia de immun. eccles. Sylu. in ver. immunitas 3. q. 2. Nau. in man. cap. 25. num. 20. clar. §. fin. q. 30. vers. quæro nũquid,* verũ etiã quilibet depopulator etiam diurnus *per dictam constitutionem Greg. XIV. Vulp. d. cap. 3. n. 6. Dian. par. 6. tr. 1. res. 15. Lezan. to. 3 in ver. immunitas ecclesiarum n. 10. Bonacin. loco cit. n. 5.* vbi idem
59 dicit de incẽdente agros, seu vineas, secus de alijs incendiarijs.

60 Quartò priuantur immunitate qui homicidia, & mutilationes mẽbrorum in ipsis ecclesijs, eorumq. cæmeterijs committere non verentur. Quamuis autem Gregorius *in d. constit.* loquatur per particulam coniunctiuam, *&*, ibi, *quiue homicidia, & mutilationes &c.* tamen eum Doctores intelligunt

iuxta

iuxta cap. fin. de Immun. eccles. in quo occidentes, vel mutilãtes priuabantur ecclesiastica immunitate, alias enim nulli ferè homicidæ priuarentur hac immunitate, *vt post Farinac. & Peregrin. dicit Bonacin. de censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 7. n. 6. Lezan. in summ. qq. reg. tom. 3. ver. immunitas ecclesiarum num. 11.*

61 Ex quo infertur 1. eos immunitate priuari, qui lethaliter vulnerant in ecclesia, seu cæmeterio etiamsi vulneratus deinde extra ecclesiã decesserit: quia tunc delictum censetur commissum in ecclesia *Bonacin. ibidem nu. 5. & seq.* quod procedit quoad eos tantum qui ex proposito, & deliberatè occidunt, vel mutilant: non autem

62 si tale homicidium fuisset in ecclesia perpetratum ex rixa subitanea, seu ad alterius prouocationem, vel ad se defendendum *Farinac. de immun. eccles. cap. 16. num. 240. Guttier. pp. qq. lib. 3. q. 1. n. 3. 5. & seq. quos cum alijs refert Dian. p. 1. tr. 1. resol. 11. & par. 4. tr. 1. resol. 107. & par. 6 tr. 1. resol. 7. vbi etiam dicit, ità fuisse in vrbe decisum.* & ratio est, quia in tali casu occidens, vel mutilans non videtur habere animum irreuerentem offendendi, vel violandi ipsam ecclesiam.

63 Secus dicendum esset, si quis vulneraret in ecclesia etiam cum sanguinis effusione, sed ex tali vulnere mors sequuta non sit, tunc enim immunitate gaudebit, quia vulnerare non est mutilare, vel occidere *ità Doctores apud Dian. d. par. 6. tr. 1. resol. 7. vers. vnde ex his.*

64 Infertur 2. quod neque ei immunitas suffragatur, qui dum extra ecclesiam existit, plumbea pila per sclopum emissa, aut saxo, vel alio instrumento mutilat, vel occidit existentem in ecclesia *Farinac. Mar. Ital. Ambrosin. & alij apud Bonacin. vbi sup. nu. 2. Ricc. in collect. decis. 1792. part. 5. Vulp. in. Prax. iudic. cap. 3. n. 9.*

E contra vero si existens in ecclesia aliquo instrumento occidit alium extra ecclesiam existentem gaudebit immunitate, illa enim verba Gregorij, *quiuè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, earumque cæmeterijs committere non verentur*, denotant actum completum, & perfectum in ecclesia, & ideò non sufficit, quod delictum in ecclesia fuerit tantum inchoatum, *vt post Bonacinam tenet etiam Dian par. 1. tr. 1. resol. 9. contra Lezan. in sum. tom. 3. ver. immunitas ecclesiarum nu. 11. & alios*

65 Hinc etiam fit, vt si quis aliquem violenter extraxerit ab ecclesia, & extra illam occiderit, gaudere quoque debeat immunitate, quia in tali casu homicidium non committitur in ecclesia *Bonac. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 6. §. 2. n. 4. Castr. Palaus tom. 2. tract. 11. disp. vn. pun. 9. n. 18. quos refert, & sequitur Dian p. 6. tract. 1. resol. 7.*

66 Idem dicendum de eo, qui mãdauit, aliquem occidi in ecclesia hic enim morte sequuta gaudebit immunitate, quia *in prædicta constitutione Gregorij* expressum est, vt occidentes in ecclesijs non gaudeant immunitate, non autem mandantes: nec sub nomine oc-

cidentis mandans in pœnalibus comprehenditur, *vt dicunt Doctores apud Dian.p.6.tr.1.ref.7.*

67 Infertur 3.eum non priuari immunitate, qui ad ecclesiam confugit patrato homicidio in schalis, atrio, seu porticu, vel sacristia, Cãpanili, aut alia mansione ecclesiæ adhærente, aut sub ecclesia, vel super tectum, vel ostium ecclesiæ *Nau.in man.cap.27.n.256.Sylu.in ver.consecratio 2.nu.5.Dian.p.3.tr.1.ref.39.& par.6.tr.1.ref.7.vers.oritur Sperell.decis.61.per tot.* tum quia in tali casu homicidium non fuit cõmissũ in ecclesia, sed in locis extra ecclesiam: nam appellatione ecclesię in odiosis, seu pœnalibus non venit sacristia, & alia loca ecclesię adherentia; quia hæc non sunt principaliter Deo dicata, sed in quamdam consequentiam *Sanchez de matrim.lib.9.disp.15.n.31. Dian.vbi sup.d.ref.* 7.& ideò in dicta constitutione Gregorij fit specifica mentio de cæmeterio: tum quia paries intermedius separat ecclesiam ab alijs locis eidem ecclesiæ adhęrentibus *cap. vn.de cõsecr.eccles.in 6. vbi glos. in ver.pariete Nau.in Man.c.16.n.32.vers.*

68 *quartò* Vnde ex sanguinis, vel feminis effusione sequuta in cæmeterio, aut alijs locis ecclesiæ contiguis ecclesia non polluitur, nec sacrilegium committitur, *vt in d.cap.vn.de consecr.eccles.in 6.* quãuis gaudeant eiusdẽ ecclesiæ immunitate, *vt supra diximus, & obseruat etiam Bellett. disquis. cleric. tit.de fauor.cleric.real.§.4.n.31. & seq. & alij communiter.* Vnde qui furatus est in sacristia, vel monasterio non tenetur hanc circũstãtiam in confessione aperire *Dian.par.3.tr.4.ref.166.vbi alios refert.* & ratio est, quia ad effectum pollutionis, seu violationis, cum sit

69 pœnalis, solus internus ambitus ecclesiæ spectatur; secus quoad priuilegium immunitatis, quod cum sit fauorabile, latè est interpretandum *Dian.part.6.tr.1.ref.1. vers.nec obstat, vbi citat Decian. lib.3.cons.80.nu.19.& 22. Sperell. dec.63.n.10.& alios.*

70 An verò committens homicidium, aut mutilationem membri in ostio ecclesiæ gaudeat immunitate? negatiuè respondet Ricc. *in Prax.for.eccles.par.2.ref.* 4.

Infertur 4. quod committentes in ecclesijs, vel cæmeterijs aliæ delicta quamtumuis grauia prẽter homicidia, & mutilationes mem-

71 brorum, non priuantur ecclesiastica immunitate; quia priuatio immunitatis non est extendenda vltra casus *in d.constit.Gregorij* expressos, cum simus in odiosis, & pœnalibus *Lezan.in sum.to.3.ver. immunitas ecclesiarum n.11.*

72 Nomine autem membri intelligitur oculus, manus, pes, auris, lingua, vel aliud habens proprium officium distinctum à cæteris *Ricc. in Prax.for.eccles.part.2.ref.67.* vbi etiam dicit, quod mamilla in fœmina inter membra numeratur, quia habet officium per se distinctum; digiti verò non sunt mem-

73 bra, sed pars membri *l.item Ofilius ff.de edil.edict.*

74 Quintò priuantur immunitate qui proditoriè proximum suum occiderint, hoc est qui occidunt ho-

hominẽ omninò incautum, & nihil tale cogitantem, aut cogitare debentem *Giurb.cons.crim.20.n. 13. & seq. Lezan.in sum.qq.reg. tom.3. ver. immunitas ecclesiarum nu.12.* puta quando nullus præcedebat rancor, rixa, aut inimicitia, sed potius simulabatur amicitia, quia simul comedebant, vel simul erãt in itinere, & sic vnum gerebatur in corde, & aliud in verbis, *vt d. Bart.in l.respiciendum §. delinquũt n.1.ff. de Pœn. quem cõmuniter sequũtur Doctores Farinac. to.1.cõs. 76.n.7. Ambrosin.de immun. eccles. cap.6.nu.3. & 4. Bonacin.de censur. in p.disp.2.q.3.pun.16.§.8.nu.2. & 3 & alij apud Dian.part.6.tract.1. resolut.12.*

75 Dicitur etiam homicidium proditorium non solum quando quis alium retrò occidit, sed etiam quando alterum de facie ad faciẽ offendit incautum sine diffidatione *Ricc.in decis.Cur.Archiep.Neap. par.1.dec.80.n.2. & 3. Cephal. cons. 57.n.13.lib.1. Baiard. ad Clar.in §. homicidium n.22. & seq.*

76 Vnde immunitate non gauderet qui aliquem veneno occidit, quia talis dicitur proditor, cum fiat occultè, nec possit præcaueri *Caual. de Brach. reg.par.1. nu.80. Ricc.vt supra dec.168.n.1.par.1. Baiard.loco cit. & alij apud Dian.par. 1.tract.1.res.36. & par.6.tr.1. resol. 12.vers.sed quod asserit, & alij cõmuniter.*

77 Hac etiam immunitate priuatur filius occidens Patrem, aut pater occidens filium, vel frater fratrem, si occisus mortem prẽuidere non potuit *Bonacin. loco citato n.3. Lezan.vbi supra n.11.*

78 Secus esset, si quis aliquem animo deliberato, seu præmeditato occidat: non enim ex hoc priuandus est ecclesiastica immunitate, dummodò proditoriè non occiderit: quia *in cõstitutione Gregorij* non excipitur homicidium cõsultò, & deliberatè perpetratum, sed tantum homicidium proditorium; qui autem occidit de industria, & appensatè non occidit proditoriè *Gabali.in tract.de homicid. n.388. Tusch.tom.3.litt. E concl.11. nu.9. Charthar.in decis.crimin. dec. 95.per tot.quos refert, & sequitur Dian.par.6.tr.1.resol.13.* vbi etiam dicit, hoc ipsum procedere de iure communi ante dictam constitutionem.

79 Secundò non priuatur immunitate qui inimicũ occiderit à tergo cum tormento bellico ex insidijs, & animo deliberato, hic enim non dicitur proditor in rigore loquẽdo, quia occisus debuit se præcauere *Bart.in d.l.respiciẽdũ §. delinquũt n.1. Farinac.d.cons.76.n.7. & 8. Ricc.in collect.decis. 1792.p.5. Bero.cons.165.n.12. vol.3. Gratian. discept.380.n.40. Bonacin.loco cit.n. 3. Lezan.in sum. to.3.d.ver.immunitas ecclesiarum n.12. Baiard. ad Clar.d.§.homicidium n.25.vers. proditoriè & alij apud Dian.par.1. tr.1.res.5. & 35. Genuens.in Prax. Archiep.cap.76. vbi refert declarationem Clementis VIII. & est communis opinio,* quod procedit etiãsi quis occideret veneno inimicum
80 etiam dormientem, aut iam reconciliatum, quia semper remanent reliquiæ præteritæ inimicitię

vt post Rice. dicit Dian. par. 1. tr. 1. res. 35. par. 6. tr. 1. ref. 12. hoc tamen intellige, si noua inimicitiæ, seu occisionis causa post pacem, seu reconciliationem antea initam superueniat *Bonacin. loco citato d. §. 8. num. 5.*

81 Tertiò nec immunitate priuatur qui proditoriè vulnerauit, si ex eo vulnere mors sequuta non fuerit, quia *constitutio Greg. XIV.* non loquitur de vulnerantibus proditoriè, sed de ijs, qui proditoriè occidunt, & ideò ex vi verborum requirit actum consummatum cũ effectu subsequuto *Peregr. de imm. eccles. cap. 7. n. 13. Farinac. eod. tit. de Immun. cap. 9. n. 145 & seq. quos refert, & sequitur Dian. d. par. 1. tr. 1. res. 4. & par. 6. tr. 1. resol. 12. Vulp. in Prax. iudic. cap. 3. n. 10 Lezan. loco citat. ver. Immunitas ecclesiarum numer. 12.*

82 Quartò hac immunitate gaudet qui infidelem proditoriè occiderit: priuatio enim immunitatis imponitur occidẽti suum proximum *ex dicta constitutione Gregorij, ibi, qui proditoriè proximum suum occiderint*, infidelis verò strictè loquendo non videtur noster proximus, quia nobiscum non communicat in fide, neque in sacramentis, neque in ecclesia *Ambros. in c. 7. n. 12. quem refert Bonacin. de Cẽsur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 8. numer. 6.*

83 Quintò eadem immunitate gaudet procurans abortum fœtus animati sequuto effectu *Bonacin loco cit. n. 8. Dian. par. 7. tract. 5. res. vlt.* Quia infans in tali casu, cum non sit rationis capax, decipi nõ videtur: deceptio enim, & dolus erga illum tantum committitur, qui dolum cognoscere, & prę-cauere aliqua ratione potest: quãuis contrarium teneat Lezan. *in Sum. to. 3. ver. Immunitas ecclesiarum num. 12. Peregrin. de Immun. eccles. cap. 8. nu. 8. & alij apud præcitatos Doctores*, quia occiditur is, qui nullo pacto prævidit, vel præcauere potuit talem mortem.

84 Sextò priuãtur immunitate Assassini, hoc est qui accepto, seu promisso pretio aliquem occidunt incautum, vel occidi mandant, vel ad id cooperantur *glos. & DD. in cap. vn. de Homicid. in 6. Clar. in §. Assassinium in princ. Boss. tit. de mandat. ad homic. num. 14. Leza. in Sum. to. 3. ver. Immunitas ecclesiarum nu. 13. & alij apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 9. nu. 2. & 9.*

Dixi, *qui accepto, vel promisso pretio*, primò quia non videtur differentia, an actu detur, vel solùm promittatur *secundum Boss. loco cit. num. 14. & omnes*, secundò nè comprehenderem eos, qui aliquem occidunt nullo accepto, vel promisso pretio, sed mouẽtur spe alicuius præmij à mãdatore accipiendi *Lezan. loco cit. num. 13. Bonacin. vbi supra nu. 3. Dian. par. 1. tr. 1. ref. 18. in fin.* tertiò quia non sufficerent ad constituendum reũ assassinij sola verba vrbanitatis, seu sola promissio mandantis vaga, & iactatoria, vt si mandans diceret, se nunquam defuturum in mandatarij neceffitatibus: nec item sufficeret, si res paruæ quantitatis

titatis detur, parum enim pro nihilo reputatur; & ideò in his casibus immunitas locum habet *Bonacin. loco cit. Dian. par. 6. tr. 1. ref. 11.* neque si mandatarius acceperit pretium pro itinere faciendo ad occidendum: tunc enim non dicitur reus Assassinij, quia iste non dicitur occidere ob pretium *Lezan. vbi supra nu. 13*

85 An verò Iudex, qui pecunia corruptus innocentem ad mortē damnauit, aut testis, qui pretio falsum deposuit, ex quo innocens similiter ad mortem damnatus fuit, gaudeat immunitate? Resp. affirmatiuè, quia isti moraliter, & non phisicè occidunt; ab Immunitate autem excluditur qui propriè, non autē impropriè occidit; *& hanc sentētiam esse probabilem dicit Bonacin. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 6. §. 4. num. 8. Dian. par. 4. tr. 1. ref. 104.* quamuis alij contrarium sentiant. Vnde etiam falsum testem, qui nullo recepto pretio causa fuit, vt aliquis ad mortem

86 damnatus fierit, non dici homicidam proditorium propter eādem rationem, & ideò non esse priuādum immunitate tenet idē Dian. *par. 6. tr. 1. ref. 26. vers. quæro vndecimò, vbi citat Castr. Palaum. to. 2. tract. 11. disp. vn. pun. 10. num. 8.*

87 Dixi, *aliquem*, quia si rei natura spectetur, assassinium committi potest non solum occidendo Christianum, sed etiam infidelem *secundum Decian. Peregr. & Mar. Ital. apud Bonacin. d. §. 9. n. 9. & alios apud Dian. par. 6. tr. 1. ref. 11.* contrarium tamen quoad infidelem dicit Boss. *loco cit. nu. 22. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. num. 11. Clar. §. assassinium in princ. Ricc. in Prax for. eccles. par. 2. ref. 37. & alij*, quod videtur probari *ex cap. 1. de Homic. in 6. ibi, quempiam Christianum.*

88 Dixi, *occidunt incautum*, primò nè comprehenderem eos, qui accepta pecunia aliquem vulnerarunt, quia si non occidunt, non dicūtur propriè cōmittere crimē assassinij *Vulp. in Prax. c. 3. nu. 11 Dian. d. p. 6. tr. 1. ref. 11 se retractā. à priori sententia, quam docueras par. 1. tr. 1. re. 18.* Vndè qui accepit pecuniam solum ad vulnerandum, vel percutiendum, non autem ad occidendum, non est Assassinus *Lezan. in Sum. to. 3. verb. Immunitas ecclesiarum. numer. 13.*

89 Secundò nè comprehēderem similiter eos, qui suos inimicos socijs pecunia conductis occidunt, aut qui communem inimicum interficiunt, etiamsi ab alijs pecuniam adhoc acceperint, quia in tali casu non occidunt incautum *ità Farinac. Clar. Ambrosin. & alij apud Bonacin. de legib. disp. 3. q. 7. pun. 6. §. 4. num. 5. Lezan. loco cit. n. 13. Dian. par. 1. tr. 1. ref. 18. & par. 6 tra. 1. ref. 11.*

90 Dixi, *vel occidi mandant*, tum quia assassinium propriè committitur, dum datur mandatum ad occidendum, non autem ad vulnerandum *cap. 1, de Homicid. in 6.* tum quia etiam mandantes sunt huius criminis rei, etiamsi non sequatur homicidium, *vt in d. cap. 1.* quando saltē deuentū est ad actū insultus, vel vulnerum *Boss. in tit. de*

de mandat. ad homicid. nu. 16. quare etiam mandantem priuari immunitate resoluit Ricc. *in Collec. decis.* 1792. *par.* 5. *vbi citat Triuis. decis.* 18. *par.* 2.

91 Dixi, *vel cooperantur*, quia immunitate priuantur etiam fautores, auxiliatores, & receptatores Assassinorum: isti enim dicuntur etiam rei Assassinij *iuxta tex. in d. cap.* 1. *vbi glos. ver. receptaueritde Homicid. in* 6. cuius dispositio locum habet non tantum in eo genere personarum, quæ erant Infideles, & appellabantur Assassini, sed etiam in omnibus iuxta communem Doctorum sententiam *Boss. loco cit. d. nu.* 16. *Clar. in §. Assassinium in princ.* quod procedit. etiam *iuxta constitut. Gregor.* XIV quæ generaliter loquitur de reis Assassinij: *vnde ità resoluunt Farinac. Gutier. Peregrin. & alij apud Bonacin. d. §.* 9. *nu.* 7. *in fin. Lezan. loco cit. d. n.* 13. *Dian. p.* 4. *tr.* 1. *ref.* 33.

92 vbi tamen contrarium tenet in mediatore assassinij.

93 Hoc autem delictum probatur per probabilia argumenta, *vt in d. cap.* 1. *de Homicid. in* 6. *Boss. in tit. de Conuict. nu.* 55. *Clar. vbi sup. vers. præterea*, etiamsi indubitata non sint *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 2. *ref.* 36. vbi dicit, hanc esse communem: quod est speciale in hoc crimine propter illius atrocitatem, *vt dicit Ricc. ibidem d. par.* 2. *ref.* 38.

94 Septimò priuantur immunitate hæresis Rei, sub quorum nomine non tantum veniunt qui pertinaciter contra fidem sentiunt, & Apostatæ à fide, sed etiam schismatici, quiq. auxilium, aut fauorem hæreticis præbent, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. in partic. disp.* 2 *q.* 3. *pun.* 16 *§.* 10. vbi etiam notat, hoc procedere, etiamsi nondum declarati sint hæretici, sed tales sufficienter præsumantur.

95 Vnde non solum blasphemus hæreticalis, sed etiam quicunque alius de hæresi quouis modo suspectus, si ad ecclesiam confugiat, ab ea à ministris S. Officij indifferenter extrahitur, tum quia talis est reus criminis hæresis, tum quia cum error hæresis consistat in intellectu, non aliter declarari potest, nisi per ipsiusmet rei confessionem *Farinac. de Immun. eccles. cap.* 13. *numer.* 175. *quem cum alijs refert Dian. par.* 1. *tr.* 1. *ref.* 38. *& p.* 4. *tr.* 1. *ref.* 51. *Ricc. in Prax. for. eccl. par.* 2. *ref.* 9. *& in Collect. decis.* 75. *Lezan. in Sum. to.* 3. *ver. immunitas ecclesiarum num.* 14.

96 Hoc tamen non procedit in alijs blasphemis, quos gaudere immunitate tradit Nau. *cap.* 25. *num.* 20. *& alij apud Dian. par.* 6. *tr.* 1. *ref.* 26. neque in Apostata à religione, hic enim gaudet immunitate in omnibus alijs ecclesijs exceptis ecclesijs eiusdē religionis, à qua apostatauit *idem Dian. loco proximè citato d. ref.* 26. *vbi citat Farinac. de Immun. cap.* 13. *nu.* 169. *Ital. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 1. *numer.* 17. *Trullench. in Decal. to.* 1. *lib.* 1. *c.* 11. *dub.* 2. *nu.* 2. *& 3. & alios.*

97 Blasphemia verò hæreticalis ea censetur, quæ directè opponitur fidei confessioni: non hæreticalis ea est, quæ fidei confessioni non

oppo-

opponitur *Rice. in Prax. for. eccles. ar. 2. ref. 9.*

98 Octauò priuantur immunitate Reicriminis lęsę maiestatis in personam ipsiusmet Principis. Quod procedit tribus concurrentibus cõditionibus, quarum prima est, vt crimen committant in personam ipsiusmet Principis Superiorem in sua Iurisdictione non recognoscentis, qualis est Summus Pontifex, Imperator, Rex, & similes *Clar. in §. læsæ maiestatis vers. committitur Dian. par. 1. tr. 1. ref. 6. & alij communiter*. Secunda, vt subditi sint illius Principis ratione domicilij, vel originis *iuxta Clem. pastoralis vers. rursus de sent. & re Iud. Dian. vbi supra ref. 7. Lezan. in Sum tom. 3. ver. Immunitas ecclesiarum n. 15. & est communis opinio.* Tertia, vt exerceatur actio in damnum, & offensam personæ Principis, vt occidendo, vulnerando, percutiendo, coniurando, machinando, hostiliter insequendo personam Principis, aut reuelando hostibus secretum ipsius Principis, vt ab ipsis capiatur, *ità Doctores quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 11. nu. 10.* vbi idem dicit de consulentibus, auxiliantibus, aut fauorem præstantibus: isti enim omnes criminis lęsæ maiestatis in personam Principis rei sunt; quod procedit etiamsi effectus sequutus non fuerit: in hoc enim atrocissimo delicto punitur solus affectus, præsertim si deuentum fuerit ad actum proximũ *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. & est communis Doctorum sententia, vt dicit Clar. in §. læsæ Maiest. vers. scias autem.*

99 Hinc infertur primò, quod licèt offendens consiliarium supremi Principis, qui assistit lateri eius, dicatur reus læsæ maiestatis in primo capite, *vt in d. l. quisquis Boss. in tit. de crim. læs. maiest. n. 5. Guid. Pap. dec. 344. vbi etiam Add. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 3. num. 5. & alij communiter:* non tamen priuatur immunitate ecclesiastica, quia solum excipitur offendens personam ipsius Principis *Bonacin. loco cit. d. §. 11. num. 3. & seq. vbi citat Farinac. Peregr. Mar. Ital. & alios Dian. par. 1. tr. 1. ref. 20. & par. 6. tr. 1. ref. 18. Vulp. loco cit. & ità tenent omnes scribentes post bullam Gregorianam.*

100 Vnde hac immunitate gaudẽt offendentes S. R. Ecclesiæ Cardinales, Nuncios apostolicos, Episcopos, vxorem, aut filium Regis, Oratorem, Proregem, aut alios ministros Principis, qui superiorẽ recognoscunt, *vt dicunt citati Doctores*, & de offendente Baronem dicit Ricc. *in Prax. for. eccles. p. 2. ref. 3.*

101 Ità etiam quando crimen hoc committitur contra supremos Principes, de eo etiam post mortem delinquẽtis cognosci, & procedi potest, & defuncti memoria damnari *l. final. C. ad l. Iul. Maiest.* hoc tamen non procedit, quando committitur contra Principes inferiores: tunc enim morte delinquẽtis crimen extinguitur *iuxta communem sententiam, vt dic. Clar. in d. §. læsæ maiestatis vers. item licet*, immò subdit idẽ Clar.

ibidem

ibidem verſ. prætereà, quod de iure pœna confiſcationis bonorum non habet locum, quando committitur crimen læſę Maieſtatis cõtra Principem inferiorem: ſed cõtrarium in hoc videtur verius *per l. meminiſſe C. ad l. Iul. maieſt. auth. bona damnatorum, & ibi gloſ. in ver. fiſco, & ver. iubemus C. de bon. proſcript.* vbi quoad hoc crimẽ veteres leges confirmantur.

103 Infertur 2. quod ratum habentes, aut defendentes huiuſmodi delinquentes poſt factum, aut ſciẽtes delictum patrandum, ſed non reuelantes non ſunt immunitate priuandi: quia particula illa, *in perſonam*, indicat actionem poſitiuam; ratihabitio autem, & omiſſio reuelandi non importat huiuſmodi actionem, & influxum poſitiuum, *vt cum Peregr. & alijs obſeruat Bonacin. d. §. 11. n. 10. Dian. par. 1. tr. 1. reſ. 7. & par. 6. tract. 1 reſolutione 18.*

104 Infertur 3. Clericos offendentes Principem non eſſe cenſendos reos criminis læſæ maieſtatis, etiãſi nati ſint in terris eiuſdem Principis: quia per clericatum à laica poteſtate exempti ſunt *Clar. in d. §. læſæ maieſtat. verſ. Hinc infertur vbi de communi.*

105 Infertur 4. quod coniurans, ſeu machinans, vt tradat inimicis regnum, vel Ciuitatem, immunitate gaudet: quia in tali caſu delinquens non dicitur coniurare in perſonam Principis, nec facere actionem in offenſionem perſonæ, ſed dignitatis, quæ tali perſonæ cõpetit *Peregr. de immun. cap. 10. n. 7. Farinacc. in Apend. cap. 14. n. 190. Mar. Ital. de immun. lib. 1. cap. 5. §. 7. n. 45. & alij, quos refert, & ſequitur Dian. par. 4. tr. 1. reſ. 103.*

106 Infertur 5. quod licèt ſubditi per rebellionem reſiſtant ſuo Principi, illique non obediant, non tamen priuantur immunitate, ſi nõ offendant perſonã Principis *Dian. par. 1. tr. 1. reſ. 7. vbi citat etiam Peregr. de immun. cap. 10. n. 8.*

§. IV.

An reus poſſit capi in eccleſia, ſi dubitetur, eum commiſiſſe delictum aliquod in conſtitutione Gregorij exceptum.

107 SI curia ſæcularis prætẽdat, reum commiſiſſe aliquod crimen exceptum, poteſt idem reus cum expreſſa licẽtia Epiſcopi ſeruata forma dictæ cõſtitutionis capi, & in carceribus Curiæ eccleſiaſticæ reponi, & ibi detineri, donec per Epiſcopum cognoſcatur, an verè delictum exceptum commiſerit, *vt conſtat ex d. conſtit. & notat etiam Vulp. in Prax. Iudic. c. 3. n. 21. Clar. §. fin. q. 30. verſ. quæro modo*, & in tali caſu Epiſcopus de-
108 bet formare proceſsũ ad probandum, an delictum ſit de exceptis non enim ſufficeret, per curiam ſæculare oſtendi, & exhiberi Epiſcopo proceſſum ab eadem Curia fabricatum, quo conſtet delinquẽtem commiſiſſe crimen exceptum tum quia Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto à Iudice laico *Ricc. in collect dec. 1792. par. 5. Dian. part. 5 tr. 1. reſ. 9. & alij*, tum quia proceſſus factus à Iudi-

ce

et sæculari nullam fidem facit in curia ecclesiastica *l.fin. C. si à non comp.Iud. Vulp.d.c.3.n.22. Lezan. in ver. Immun. ecclesiarum.nu.28.*

109 Debet autem plenè, & concludenter constare de delicto in dicta constitutione excepto, antequam reum tradat curiæ seculari, quia per dictam constitutionem requiritur, vt verè constet de delicto, & ideò admitti non debent præsumptiones, & coniecturæ *Ricc. in Prax.for.eccles.part.2.res. 38.& in collect.dec.1792.p.5. & alij apud Dian.p.3.tr.1.res.38.& par.4. tr.1. res.112.& par.5 tr.1.res. 9.*

110 Refert tamen idem Ricc. *d.res. 38.in fin.* Clementem VIII.declarasse, quod sufficiunt sola indicia ad probandam qualitatem dictæ constitutionis.

§. V.

An Episcopus absoluere possit ab excommunicatione contracta ob violatam ecclesiæ immunitatem.

111 HIc non loquimur, an Episcopus absoluere possit ab huiusmodi excõmunicatione, quãdo crimen est occultum : in hoc enim casu certum est, quod Episcopus potest absoluere ex facultate sibi concessa *à Conc.Trid.sess. 24.de ref.cap.6.vt notat Bonacin.de Censur.in part.disp. 2.q.3. pun. 16. §.16.n.2.* sed sermo est, an Episcopus possit ab hac censura absoluere, quando crimen est publicũ.

Affirmatiuam sententiam in hoc tenet Vulp.*in Prax iudic.c.3. nu.29.Genuens.in Prax. Archiep.c. 17.n.3.& 4.Ricc.in Prax.for. eccles. par.2.res.333. & alij apud Dian.p. 1.tr.1.res.41.Barbos.de offic.& pot. Episc.par.3.alleg.51.n.72.Bonacin. loc.cit.n.1.*quia hic casus non reperitur expressè reseruatus *c. nuper de sent.excom.*

Alij verò asserũt, hanc censuram ob violationem immunitatis contractam, esse reseruatam summo Pontifici, sic enim decisum fuisse in sacræ pœnitẽtiariæ prætorio annuente Paulo V. testatur Peregr.*de immun.cap.15.n.16.quẽ refert Diã. loco cit.& itd declarasse Sac. Cong. dicit idem Dian.par.6.tr.1.resol.34. Lezan.in sum.to.3.ver. immunitas ecclesiarum n.21.*vbi etiam testatur de stilo curiæ Romanę.

112 Ad huiusmodi autem censuram incurrendam nõ requiritur actus completus, sed sufficit attentatus, quia Gregorius *in d.constit.* punit etiam attentantes, & ideò sufficit, quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem, etiamsi extractio non fuerit subsequuta *Peregr. de immun.c.14.nu.7.Mar.Ital.eod. tract.lib.1.cap.6.§.2.n.60.Farinac. de immun.cap.20.nu.322. quos refert.& sequitur Dian.par.1.tract 1. res.15.Lezan.loco cit nu.21.*non tamen sufficeret sola voluntas, seu ordinatio ad delinquendum: hæc enim regulariter non punitur, nisi processum sit ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum, *vt d.Ricc in Prax.part.3. resolut.488.*

SVMMARIVM.

1 Quando testamentum censeatur factum ad pias causas.
2 Quæ dicantur legata ad pias causas, & num. 3. 4. & 5.
6 Pauper etiam dicitur qui secundum qualitatem suæ personæ viuere non potest.
7 Beneficiarius potest aliquid donare consanguineis pauperibus.
8 An legatum dotis factum mulieri coniunctæ dicatur pium.
9 Exequutio legatorum piorum nõ differtur durante tempore Inuentarij per hæredem conficiendi.
10 Legata pia possunt capi propria auctoritate.
11 In legatis pijs fructus etiam à tẽpore mortis testatoris debentur.
12 Statur iuramento sacerdotis asserentis, missas esse celebratas.
13 Item in hoc præstatur fides libro Sacristiæ, in quo ab officiali deputato quotidie scribuntur missæ.
14 An possit purgari mora, si missæ non fuerint ea die à Testatore præscriptæ celebratæ.
15 Episcopus in legatis pijs est Iudex competens.
16 Item est exequutor piarum dispositionum tam viuentium quam defunctorum, & quomodò id intelligatur.
17 Episcopus cogit exequutores etiã exemptos ad reddendam rationẽ de testamentorum exequutionibus.
18 Episcopus est etiam exequutor in legatis prophanis.
19 Hæredibus seu exequutoribus à iure annus præfigitur ad soluendum legata tam pia, quam prophana.
20 Annus huiusmodi non currit nisi post monitionem.
21 Episcopus potest huiusmodi annum restringere etiam in legatis prophanis.
22 Transacto anno ad Episcopum deuoluitur ius exequendi.
23 Si Ecclesia, vel pauperes sint instituti hæredes, potest Episcopus coram suo Vicario petere, se immitti in possessionem bonorum.
24 Quid si hæres intra annum non potuit adimplere voluntatem defuncti.
25 Episcopus nõ succedit in exequutione post annum, si Testator prouidit exequutoribus de longiori tempore.
26 Exequutio legatorum prophanorum tam ad ecclesiasticum, quã ad sæcularem iudicem spectat, exequutio verò in legatis pijs ecclesiastico tantum competit.
27 De iure canonico duo testes cum Parocho sufficiunt in testamentis communibus, in testamentis verò ad pias causas duo tantum testes sufficiunt sine Parocho.
28 In Regnis Hispaniarum testamẽtum coram tribus testibus, & Notario confici potest.
29 An dispositio cap. cum esses, & cap. relatum primo de Testam. seruanda sit in terris Imperij, & quomodo id intelligatur.
30 locus non desinit esse de Terris Ecclesiæ, licet ecclesia committat alteri temporalem iurisdictionẽ illius loci.

31 Te-

31 *Testamentum factum à Clerico iuxta formam iuris Canonici valet vbique locorum.*

32 *Ius canonicum in testamento ad pias causas non exigit duos testes pro foro conscientiæ, sed pro foro externo.*

33 *In testamentis prophanis vltra Parochum & duos testes requiritur etiã quod testator sit ægrotus.*

34 *Testamentum factum coram alio sacerdote, qui non sit Parochus, non valet.*

35 *Quid si esset talis Sacerdos, cui loco Parochi omnis cura, & Sacramentorum administratio cõmissa fuerit.*

36 *Testamentum prius conditum cum solemnitate iuris reuocatur per secundum factum ad pias causas.*

37 *An in testamento condito secundum formam iuris canonici sufficiant testes fœminæ, & numero 38.*

39 *In quibuscumq. testamentis monachus est legitimus testis.*

40 *In testamento facto inter liberos sufficiunt duo testes etiam fœminæ.*

41 *In testamentis ad pias causas, & inter liberos non requiritur rogitus testium.*

42 *In eis sola subscriptio manu testatoris sine testibus facta vim testamenti obtinet.*

43 *Testamentum militis valet sine aliqua solemnitate.*

44 *An hoc priuilegio gaudeant milites nostri temporis, & nu. 45.*

46 *An testamentum militari iure conditum subsistat etiam post missionem.*

47 *An in testamentis ad causas prophanas conditis requiratur rogitus testium, & numer. 48. & 49.*

50 *Testamentum ad pias causas non subiacet legi positiuæ.*

51 *In testamẽto inter liberos præsumitur parentum deliberatio erga liberos.*

52 *Si ecclesia, seu pia causa instituta sit hæres, valet testamentum factum coram duobus testibus etiam quoad legata prophana, secus si pia causa non fuerit hæres instituta.*

53 *Legata pia debentur etiamsi testamentum sit inualidum.*

54 *Si testator cæpit facere testamentum & morte præuentus non absoluit, adhuc valet quoad relicta pia.*

55 *An testamentum inter liberos valeat, si testator morte præuentus illud perficere non potuit.*

56 *An vltima voluntas captatoria valeat in relictis ad pias causas.*

57 *Quid si testator simpliciter dixerit, committo dispositioni Titij omnia bona mea.*

58 *Valet testamentum ad pias causas etiam sine institutione heredis.*

59 *An præteritis liberis testamẽtũ, ac legata ad pias causas subsistineantur.*

60 *Testamentum nutu conditum fauore piæ causæ non irritatur.*

61 *Valet testamentum ad pias causas etiamsi hæreditas adita non sit.*

62 *Testamentum conditum cum solemnitatibus iuris, etiam ad*

pias causas reuocatur per secundum minus solemne ad pias causas.

63 *Legata pia semper debẽtur etiã si non possint adimpleri, vel de facto, vel de iure.*

64 *An detrahatur Falcidia de relictis ad pias causas.*

65 *Legata pia debent ante omnia detrahi, vt æs alienum.*

66 *An trebellianica detrahatur ex fideicommisso vniuersali.*

67 *Quid si restituenda sit hæreditas immediatè priuato, mediatè autem piæ causæ.*

68 *In quibus casibus Falcidia, & Trebellianica detrahatur de relictis pijs, & nu.69.70.& 71.*

72 *An Confraternitates laicorũ, & Hospitalia fundata absque Episcopi auctoritate censeantur pia causa.*

73 *Filiusfam. testari potest de peculio castrensi, vel quasi.*

74 *An possit filiusfam. de peculio profectitio, vel aduentitio testari ad pias causas.*

75 *Quoties iura requirunt consensum, non sufficit consensus tacitus, sed requiritur expressus.*

76 *Filiusfam. Patre permittente potest donare causa mortis.*

77 *An legata pia relicta ad vnum vsum possint ab Episcopo in aliũ vsum conuerti, & num.78.*

79 *An in hoc casu requirendus sit consensus hæredis, & ecclesiæ, cui legatur.*

80 *An potestas commutandi vltimas voluntates transeat in capitulũ sede vacante.*

81 *Non potest fieri commutatio ab Episcopo, quando Testator prouidit, quid faciendum sit de legato, vsu non impleto.*

82 *Quæ causa requiratur ad commutandas vltimas voluntates.*

CAP. X.

De Testamentis, & legatis Pijs.

§. I.

Quæ sint testamenta, & legata pia.

1 TEstamentum censetur factum ad pias causas, quando hæres est pia causa, aut quando substitutionis via hæreditas deuenit ad piã causam, & ideò si aliquis alius esset hæres, non censetur testamẽtum ad pias causas, quamuis ibi plura essent legata pia *Fagund. de Iust. lib.6.cap.3.nu.18.& 19. Molin.to.2. tract.2. disp.134.& alij, quos refert, & sequitur Diana p.7. tr.6.res.1. Bonacin. de Contract. disput,3.q.1.pun.3.nu.20.*

2 Legata verò ad pias causas ea intelliguntur, quæ præcipuè relicta sunt ob Dei, & Sanctorum honorem, vel animæ spiritualem salutem, videlicet, quæ ecclesiis, alijsque pijs locis, pupillis, pauperibus, & orphanis, & alijs miserabilibus personis, vel pro maritandis pauperibus virginibus, vel pro captiuorum redemptione, aut

aut pauperum, vel religiosorum, etiam consanguineorum substentatione, vel satisfactione pro peccatis, vel defunctorum suffragijs relinquuntur *Abb. in rubr. de test. num. 9. & in cap. relatum 1. num. 7. & ibi Barbat. nu. 14. eod. tit. Bart. in l. si quis Titio num. 4 ff. de leg. 2. Sylu. in ver. legatum 4. q. 1. Tiraq. in Præfat. tract. de Priuileg. Piæ causæ, & alii apud Dian. par. 7. tr. 6 res. 29. & 30. Bonacin. d. disp. 3. q. 17. pun. 8. §. 2. num. 1.*

3 Pia etiam censentur legata relicta Confraternitatibus laicorum, & Hospitalibus etiam non pijs, aut nõ fundatis auctoritate Episcopi, quia pro anima præsumuntur relicta *Gabr. commun. concluf. lib. 6. tit. de Pia causa concluf. 1. nu. 9. & 10. Mireſcott. lib. 2. var. cap. 72. nu. 21. & alij apud Dian. loco cit. d. res. 29. & 30.* item relicta pro malè ablatis, vel pro imagine alicuius Sancti depingenda, aut pro constructione monumenti *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 352. & in Collect. decis. 553. par. 3.* vel pro cõstruendis, vel reficiendis ecclesijs, seu monasterijs *Ricc. vbi supra*, vel pro retrahendis peccatoribus à statu peccati, videlicet si legatum fiat meretrici, vt ad meliorẽ redeat vitam *Bonacin. d. q. 17. pun. 8. §. 2. num. 1. vers. idem censeo.*

4 Inter pia numerantur etiam legata relicta ad vtilitatem publicam, puta pro constructione, siue refectione pontium, & viarũ &c. saltem quando necessitas imminet, vt *dicũt Doctores apud Dian. par. 7. tr. 6. res. 30.* vel si fiant intuitu pauperum, seu ratione causæ pię *Bonacin. vbi supra d. §. 2. nu. 1. vers. idem valet:* item legata alimẽtorum *l. mela ff. de Alim. & cib. leg.* quod intellige, quando relinquũtur pauperi, secus si relinquantur diuiti *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 82. nu. 10. & seq.* vbi etiã dicit, quod relictum causa studij censetur pium; quod procedit si fiat similiter in vtilitatem pauperum, *vt d. Bonacin. loco cit. d. §. 2. num. 1. vers. idem valet.*

5 Pium etiam censetur legatum, quod relinquitur regulari, seu moniali etiam consanguineę, quia cum huiusmodi personæ nil proprium habere possint in particulari, tale legatum censetur factum ecclesiæ *Menoch. de Præsumpt, lib. 4. præsumpt. 112. num. 10. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 7, tract. 12. res. 11.*

6 Sed notãdum est 1. quod pauper censetur etiam is, qui habet quidem bona sufficientia, vt possit viuere, non tamen secundum conditionem, & qualitatem suæ personæ, & ideò quod illi ea consideratione, & causa relinquitur, censetur relictum ad pias causas *Bart. in repet. l. 1, n. 34. C. de Sacr. eccles. Bald. in repet. d. l. 1. n. 97. Bonac. de contract. d. disp. 3. q. 17. pu. 8. §. 2. num. 1 vers. Idem dic. & alij apud Tiraq. loco cit.* paupertas enim non tantum consideratur ex capite deficientiæ victus, sed etiam iuxta personarum qualitatem *l. si quis ad declinandam vers. sin autem C. de Episc. & Cler. Nauar. de Redit. eccles. q. 1. mon. 27. num. 3.* & ideò licèt Nepos Beneficiarij, qui humilis erat conditionis, secundum

dum suam humilem conditionem habeat necessaria ad victum, tamen post acquisitam à Patruo dignitatem dicitur pauper, & per
7 consequens potest Beneficiarius ei de reditibus ecclesiæ aliquid donare, quò honorificè in sua domo conspiciatur: idemque dicendum est de fratre, vel sorore ipsius Beneficiarij, *vt d. Nau. loco cit. num. 4. Graff. Decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 6. & 27.* vbi etiã subdit, quod hoc debet esse tantum, quantum extraneis eiusdem qualitatis dari possit, non tamen quo superbi, vel ocioſi fiant, quia hoc est reprobatum per Concilium Tridentinum, *sess. 25. de ref. cap. 1.*

8 Notandum 2. quod tunc legatum dotis dicitur pium, quando est relictum personę extraneæ pauperi, secus si relinquatur mulieri coniunctæ, quia tunc etiam si sit pauper, videtur legatum potius factũ propter coniunctionem, & affectionem sanguinis, quam intuitu pietatis, etiamsi testator diceret, se dotem legare pro anima sua *Vulp. in Prax. iudic. c. 10. n. 14. vbi citat Dec. cons. 120. vol. 1. Vinc. de Frãch. dec. 4. & 565.* quod procedit quando in legato non primum fit mentio paupertatis, secus si paupertatis primò fiat mentio: tunc enim censetur legatum pium, etiã si relinquatur consanguineis, seu coniunctis, *vt post Iraq: Mantic. & alios d. Bonacin. d. q. 17. pun. 8. §. 2. num. 2.*

Notandum 3. quod inter cætera priuilegia legatis pijs concessa illud etiam numeratur, quod exequutio huiusmodi legatorum non
9 differtur durante tempore inuentarij per hæredem cõficiendi, im-
10 mò possunt capi propria auctoritate *Ricc. in Collect. decis. 215. p. 1.*
11 item in dictis legatis ad pias causas fructus non solum à die litis cõtestatæ, sed etiam a tempore mortis debentur: quemadmodum in legato relicto filijs in quantitate, in satisfactionem legitimę fructus etiam à die mortis debentur, & in legato pro dote fructus etiam debentur ex die nuptiarum *Vinc. de Frã. dec. 576. Mastrill. dec. 10. Gasp. Thes. decis. Rot. Taurin. 31. quos refert idem Ricc. in collect. decis. 589. parte. 3.*

12 Notandum 4. quod si fuerit legatum alicui ecclesiæ, vel sacerdoti pro celebrandis missis, stari debet iuramento Curati, vel Rectoris dictæ ecclesiæ, vel sacerdotis asserentis, missas esse celebratas *Mascard. de probat. concl. 709. n. 2. quem refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. c. 10. n. 13. Guid. Pap. dec. 614.* quemadmodum ex con-
13 suetudine præstatur fides libro sacristiæ, in quo ab officiali deputato quotidiè scribũtur missę, quæ in ecclesia celebrantur *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 365.* vbi etiam dicit, quod si ecclesia habet onus celebrandi certas missas quolibet die, sufficit probare, quod in ea totidem missæ à Religiosis celebrantur pro onerũ adimplemento.

14 An verò possit purgari mora, quando fit legatum pro celebrandis missis, vel Anniuersarijs certa die anni, vel mensis cum pacto resolutiuo, quod in casu negligẽtię

tran-

transeat ad aliam ecclesiam? negatiuè respondet *Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de pen. leg. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. res. 368.* vbi etiam notat, quod si Prælatus est negligens in adimplendis oneribus à testatore impositis, requiritur protestatio capituli contra Prælatum, alias omnes delinquerent.

§. II.

Quis sit Iudex competens in legatis pijs.

15 EPiscopum, seu Iudicem ecclesiasticum esse competentem in legatis pijs etiam contra laicos, constat *ex cap. nos quidem c. si heredes cap. tua nobis de Testam. Cõc. Trid. sess. 22. de ref. cap. 8. Ant. de Butr. in cap. relatum 1. n. 6 de testã. cum alijs, quos cumulat Tiraq. de Priuil. piæ causæ priuil. 149. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 9. n. 4. Couar. in d. cap. relatum 1. n. 13.* & non solum
16 est iudex competens, sed etiam exequutor omnium piarum dispositionum tam defunctorum, quam viuentium, vbi nullus alius fuerit nominatus exequutor *clem. vn. de Testam. §. si quis autem pro redemptione captiuorum Auth. de eccles. tit. Ricc. in collect. decis. 451. p. 2.* etiamsi testator prohibuerit, nè Episcopus se intromittat *d. c. tua nobis de Testam.* nisi testator vltra prohibitionẽ huiusmodi addiderit, quod si Episcopus in eius legatis se ingerat, tunc, & eo casu legata habeantur ac si nõ essent relicta: hoc enim casu non poterit Episcopus manus apponere, *vt dicunt Doctores apud Vulp. in Prax. iudic. cap. 10. n. 11.*

Verum si testator exequutores suę voluntatis nominauerit, ad ipsos spectat exequi voluntatem ipsius testatoris *iuxta l. nulli, ibi, & si quidem testator designauerit C. de Episc. & Cler.* nisi exequutores huiusmodi negligẽter se gerãt, quia tunc Episcopus exequitur *Garc. de benefic. p. 1. cap. 2. n. 98. quẽ refert Diana par. 1. tr. 2. res. 84.* vbi id limitat, quando in casu negligentię fundator, seu testator alios exequutores substituit, tunc enim, inquit, excluditur Episcopus, donec substituti constituantur in negligentia.

17 Potest tamen Episcopus tales exequutores siue laicos, siue religiosos, & alios exemptos cogere ad reddendam rationem de testamentorum exequutionibus, quas gesserunt, & si circa id deliquerint, eos punire non obstante priuilegio exemptionis *d. clem. vn. de Testam. Leo in Thes. for. eccles. par. 2. c. vlt. Ciarlin. controuers. forens. to. 1. cap. 21. quos refert, & sequitur Diana par. 7. tr. 6. res. 31. Rix. in collect. dec. 451. par. 2. & dec. 503. par. 3. & in Prax. for. eccles. p. 4. res. 579. vbi refert Sac. Cong. declarationem.*

18 Hæc etiam cura incumbit Episcopo, etiam si legata pia nõ sint *cap. indicante, & cap. Ioannes de Testam. c. vltima voluntas 13. q. 2. Host. in d. c. Ioannes n. 2. & 3. Abb. in rubr. c. cum esses n. 33. de testam. Syl. in ver. testamentum 2. n. 8. Ricc. in Collect. dec. 451. p. 2. & alij apud Genuens. in Prax. Archiep. cap. 69. n. 25. & hanc esse communem opinionem*

tm dicit Bonacin.de contract.disp. 3..q.17. pun. 8.§.10. & ratio est, tum quia defuncti inter miserabiles personas numerantur, cum sint destituti omni auxilio *arg.c.2.dist. 87.* quarum causas certum est spectare ad iudicem ecclesiasticum *cap.super quibusdam de verb. sign.* tum quia piũ satis est exequi voluntates defunctorum *l.vel.negare ff.quẽ. testam.aper.Genuens.loco cit.* tum etiam quia cũ hæres, seu exequutor, qui non adimplet voluntatem defuncti, peccet mortaliter secundùm negligentiæ qualitatẽ *vt dic. Nau.in Man.cap.25.n.65. & alij*, ideò ratione peccati efficitur laicus de foro Episcopi *iuxta c.nouit de Iudic.* ità *Barbos.de offic. & pot.Episc.par.3.all.82. num. 16. & 17.*

19 Hæredibus autem, seu exequutoribus à iure annus præfigitur ad soluendum legata, siue pia, siue prophana, vbi nullum tempus à testatore præfixum fuerit *d.l.nulli C.de Episc.& Cler. Auth.hoc amplius C.de fideicom. cap. nos quidẽ de Testam & notat etiam Genuens. loco cit.n* 25. annus verò huiusmo-
20 odi non aliter currere incipiet, nisi post vnicam saltem monitionem à Iudice personaliter faciendam, *vt colligitur ex d. cap. nos quidem. ibi, vt eam commoneas, & d.cap.tua nobis ibi, monitione præmissa de Testam.* quamuis possit Episcopus, præsertim ex iusta causa, huiusmodi annum restringere tam in lega-
21 tis pijs, quam in prophanis *Abb. in d.c. nos quidẽ n.11. & ibi Couar. n.5. & alij apud Barbos.d.all.82.nu.* 22. & 24. vbi dicit, quod in tali casu præmitti debet bina monitio quod præcipuè locum habet, quãdo hęres, seu exequutor copiam habet rei legatæ, tunc enim tenetur absque mora eamdem præstare *l.cum res legata, & l.si domus §.in pecunia ff.de leg.1.*

22 Transacto anno, siue alio breuiori tempore ab Episcopo præfigendo ad eumdem Episcopũ deuoluitur ius exequendi non solum in legatis pijs, sed etiam in alijs non pijs *d. cap. nos quidem de Testam.d.l.nulli C. de Episc. & Cler. authen.hoc amplius C.de fideicom. Host.in d.cap. Ioannes nu.2. & 3. Abb.in repet d.cap.cum esses nu.33. de Testam.Genuens.loco cit.Dian.p. 3.tract.1.res.21.Vulp.d.c.10. n.10.*
23 vbi etiam dicit, quod Episcopus coram suo Vicario potest petere, se immitti in possessionẽ bonorũ, si ecclesia, vel pauperes sint instituti hæredes *per doctrinam Baldi in l.si quis C.de Episc.& Cler.* quod
24 procedit etiam si hæres, aut exequutor testamenti non potuerit exequi intra annum, quia illud tempus non fuit præfixum in odiũ hæredis, siue exequutoris, sed potius in fauorem defuncti, nè diù eius voluntas differatur *vt ex d. c. nos quidẽ & d.l. nulli colligit Sylu. in ver.testamentum 2.nu.8.* hoc tamen locum habet in legatis alimẽtorum, aut ad pias causas, quę ob impedimentum retardari non debent *Tiraq.de Priuil.piæ caus.priuil.97. & alij apud Barbos. loco cit. n.23.* in alijs verò tempus à iure, vel ab homine præfinitum non currit legitimè impedito *ex reg.l. 1.in fin.C.de Annal. except.*

25 No-

25 Notandum est etiam, quod Episcopus non succedit in exequutione post annum, si testator prouidit exequutoribus de longiori tẽpore, *vt d. Kirchou. relat. in Syntag. opin. cõm. tit. de testam. exequut. c. 1. vers. Episcopus.*

Quamuis autem exequutio legatorum prophanorum tam ad iudicem ecclesiasticum, quam sæcularem spectet, *vt pluribus auctoritatibus, & Rotæ decisionibus probat*
26 *Barbos. d. all. 82. n. 2.* secus tamen est in legatis piis, quorum exequutio iudici ecclesiastico tantummodò competit, *vt constat ex §. si quis autem pro redemptione captiuorum auth. de eccles. tit. cap. tua nobis de Testam. Conc. Trid. sess. 22. de ref. c. 8. ferr. qq. mor. p. 1. q. 73. n. 12. & 13. & communem dicit Bonac. in tract. de cõtract. d. disp. 3. q. 17. pun. 8 §. 10. Dian. par. 4. tract. 1. ref. 99.* & hæc videtur verior sentẽtia, quicquid in contrarium dicat Couar. *in d. cap. nos quidem n. 8. Gutier. pract. lib. 1. q. 44. nu. 3. & alij, quos refert & sequitur Barbos. d. all. 82. nu. 17. vers. quæ quidem,* vbi resoluit, huiusmodi causas esse mixti fori.

§. III.

Quot testes sufficiant in testamento ad pias causas.

NOn mediocris est inter DD. controuersia circa huiusmodi testamenta ad pias causas, an videlicet requiratur vltra duos testes præsentia Parochi, siue sufficiant duo tantum testes, & ided videndum nobis est, in quibus terminis procedant cap. cum esses, & cap. relatum 1. de Testam. vt inde priuilegia pijs causis concessa facilius intelligamus.

27 Et omissis varijs Doctorũ opinionibus, quas enumerant *glos. Abb. Io. de Imol. in d. cap. cum esses,* mihi semper placuit sententia *Guil. Nasonis, quem refert, & sequitur Io. de Imol. in d. c. cum esses n. 11. vbi etiã Abb. n. 6. & 7. & ibidem Io. Andr. n. 2. de Testam. Specul. lib. 2. tit. de instrum. edition. §. compendiose n. 11.* videlicet, quod per ius canonicum duo testes cũ Parocho, vel si non interueniat Parochus, duo alij testes vltra supradictos, qui interueniãt loco Parochi, sufficiant in testamentis cõmunibus etiam ad non pias causas *per tex. in d. cap. cum esses*; in testamentis verò ad pias causas duo tãtum testes sufficiant sine Presbitero *per cap. relatum 1. eod. tit. de Testam.* hanc autem sententiam esse magis communem dicunt *Corn. cons. 261. n. 30. in fin. & n. 31. vol. 4. Clar. in §. testamentum q. 57. n. 1. & 3. vbi etiam dicit, quod hanc opinionem consuetudo approbat vbique locorum, & hanc esse receptissimam, & communem testatur Couar. in d. c. cũ esses n. 12. & 13. & in d. c. relatum 1. in princip. & ibidem Barbos. Valasc. decis. 74. nu. 4. 5. & 10. Marcellus Vulp. in prax. for. eccles. c. 10. n. 12. Kirchou. relat. in syntag. opin. com. tit. de Testam. cap. 24. in fin. & alij.*

28 Pari lege sancitum est in Regnis Hispaniarum, testamentum coram tribus testibus, & notario confici posse, *vt trad. Couar. d. cap*

cum esses n.1. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.4.n.4.

29 Quæ quidem conclusio cum hac distinctione recipienda est, vt quoad testamenta prophana, seu ad non pias causas procedat, & sit obseruanda in foro ecclesiastico vbique etiam in Terris imperij, & in Terris ecclesiæ in vtroq. foro tã ecclesiastico, quam sæculari: in relictis verò, seu dispositis ad pias causas procedat in vtroq. foro tã ecclesiastico, quam sęculari, non solum in Terris ecclesiæ, sed etiã in terris imperij, quia relicta ad pias causas vbique videntur esse sub iudicio Papæ, *vt d. Io. de Imol. in d. cap. cum esses n.13. & ibidem Io. Andr. n.9. vbi dicit, ità communiter seruari Couar. in d. cap. relatum 1.n.1. de Testam. & de communi testantur Corneus cons.168.n.3. circa med. vol.2. Clar. §. testamentum q.57.n.2. vbi cõtrarias sententias reij cit, cũ alijs apud Mascard. de Probat. concl.1352.n.27. & seq. Barbos. in d. cap. cum esses n.2. & 7. & in d.c. relatum n 2. Valer. in tract. de Differ. inter vtrumq. for. in ver. Testamentum differ.2.nu.1. vbi etiam de communi.*

30 Nec definit esse de Terris ecclesiæ, licèt ecclesia committat alteri temporalem iurisdictionem specialem illius Terræ *Clem. Pastoralis de Reiud. & obseruat Corn. cons.261. in fin. vol.4. Valasc. dec.74. n.7. post med. & alij apud Borrellum in Summa Decisionum to.2. tit.5. n.18. & 19.*

Sub hac tamen regula non cõprehenditur testamentum factum
31 à Clerico iuxta formam iuris Canonici, nam illud valet vbique locorum, etiam in foro sæculari, & in alijs Terris, quam ecclesiæ: cum enim Clerici legibus tantum diuinis, & Canonicis, non etiam ciuilibus subditi sint, consequenter in eorum testamentis cessant omnes ciuiles solemnitates, sed tantum inspiciendæ sunt solemnitates diuini iuris, & canonici *Vasq. de succes. creat. progress. p. par. lib.3. §.22.n.84. Valasc. decis.74.nu.13.*

Sed circa prędicta notandum est quod ius Canonicum non exi-
32 git duos testes pro foro conscientiæ, sed pro foro externo, & ideò in conscientia testamentũ ad pias causas valeret, & obligaret, dũmodò constet de mente Testatoris *Mazuchel. de cas. reser. disp.2. c.20. q.1.n.12. Less. lib.2. cap.19. dub.2.n.7. Layman. lib.3. tract.5. cap.2. nu.5. & alij, quos refert, & sequitur Diana par.7. tract.6 res.2.14. &* 18. vbi etiam dicit, quod si hæredi cõstet, testatorẽ reliquisse aliquid ad piã causam, licèt voce solum, & ità vt in foro externo probari non possit, in conscientiæ foro tenetur illud præstare *Bonacin. de contract. d. disp.3. q.1. pun.3.n.16. & seq. vbi de communi.*

33 addunt nonnulli DD. quod in testamentis prophanis non solum requiritur, quod interueniat proprius Parochus, aut loco illius duo alij testes, vt supra diximus, sed etiã quod testator sit infirmus, & in his terminis dicunt procedere *tex. in d.c. cum esses, ità Guid. Pap. dec.543.n.11. Barbos. in d. cap. cum esses. n.8.* vbi aduertit, eo tantum casu reprobari, & corrigi consue-

suetudinem, & leges ciuiles ampliorem numerum requirentes, ex ea ratione, quia infirmus non ità facilè semper potest conuocare testes, sed, vt potest, voluntatè suam explanat Parocho, qui vt medicus, & Iudex eius animæ in eo vitæ periculo, & conflictu frequenter adest cũ infirmo; & ideò addit Guid Pap. *loco cit. n.* 12. quod si infirmus ex illa infirmitate conualescceret, testamentum huiusmodi non valeret saltem vltra annum.

34 Si verò testamentum huiusmodi fieret coram alio sacerdote, nõ valeret, quia *tex. in d. cap. cum esses* loquitur de proprio Presbytero *Abb. speculat. & Io. de Imol. locis cit. Valasc. d. decis. 74. nu. 9. Borell. to. 2. tit. 5 n. 6. Barbos. in d. cap. cum esses n. 6. Genuens. in Practicabil. eccles. q. 660.* nisi esset talis Sacerdos,

35 cui loco Parochi omnis cura, & Sacramentorũ administratio cõmissa fuerit, quia tunc coram Parocho factum diceretur *Corn. cõs.* 18. *nu.* 12. *vol.* 2. *Borell. loco cit. n.* 5. nec inconuenit, quod Presbyter Parochialis ad testamentum accedat tamquam notarius, quia etiã tunc validum esset cum duobus testibus *Mascard. de Probat. conclus.* 1352. *nu.* 29. *Barbos. in d. cap. cum esses num.* 6.

36 Ex dictis sequitur, quod testamentum prius conditum cum solemnitate iuris communis reuocatur per testamentum ad pias causas saltem secundum ius gentium conditum: è contrà verò testamentum ad pias causas factum non infirmatur per secundũ minus solemne, etiamsi venientes ab intestato hæredes instituti sint, *vt post Panormit. Tiraq. & alios d. Dian. par.* 7. *tr.* 6. *res.* 25.

§. IV.

An in huiusmodi testamento condito secundum formam iuris canonici sufficiant testes fœminæ.

37 ALij dicunt, testes fœminas in huiusmodi testamento non sufficere, præsertim cum *cap. cum esses*, requirat testes idoneos, & ità tenuerunt DD. *quos refert*, & *sequitur Couar. in d. cap. cum esses num.* 14. *de testam.* & *communem dicit Clar. in* §. *testamentum q.* 57. *num.* 2. *in fin.* vbi requirit testes omni exceptione maiores: & de iure quidem ciuili certum est, quod fœmina quamuis honestissima non potest esse testis in testamento, *vt probat Couar. loco cit.* sed mihi magis placet sententia Abbat, *in d. cap. cum esses nu.* 3. & *Petr. de Anchar. ibidem num.* 6. vbi dicunt, eos, qui de iure naturali à testimonio repelluntur, vt domestici, inimici, pupilli, aut furiosi, & similes, etiam de iure canonico non esse in testamentis idoneos; illos verò, qui de iure ciuili tantummodò repelluntur, vt serui, & fœminæ, de iure canonico, quod imitatur ius naturale, posse esse testes, & *hanc esse cõmunem testatur Io. Crotus in tractat. de Testib. tit. Qui testes prohibentur esse in testamento, quiuè nõ. num.* 18. 19. & 20. vbi dicit quod omnes testes adhibiti in dicto te-

ſtamento poſſunt eſſe fœminæ: *hãc etiam eſſe communem dixit Iaſon. in l. hac cõſultiſſima n. 9. de teſtam.* quia textus *in d. cap. cum eſſes* non loquitur de idoneitate iuris ciuilis, ſed de idoneitate iuris gentium, ſeu diuini *Corn. conſ.* 168. *num. 3. verſ. fin. vol. 2. Valaſc. deciſ.* 74. *num.* 10. & 11. *Bonacin. de contract. diſp. 3. q. 1. pun. 3. nu.* 15. quemadmodum etiam in Codicillis fœmina poteſt eſſe teſtis *gloſ. in l. vlt. §. in omni ver. quinque*, & *ibi Bart. n. 7. C. de Codicill.* & *communem d. Crotus vbi ſupra nu.* 13.

38 Quę concluſio tantò magis procedit in teſtamento ad pias cauſas, in quibus duæ fœminæ ſatis erunt *Abb.* & *Anchar. locis cit. Iaſ. vt ſupra nu.* 8. *Crot. loco cit. nu.* 15.

39 & *alij apud Dian. par. 7. tract. 6. reſ.* 16. *Couar. in cap. relatum 1. nu. 5. de Teſtam.* vbi etiam dicit, in quibuſcumque teſtamentis monachos legitimos teſtes cenſeri, etiam abſque licentia Prælati, & *plures refert Tiraq. de Priuil. piæ cauſ. priuil.* 5. ità etiam in teſtamẽ-

40 to facto inter liberos duo teſtes ſufficiũt, etiãſi fœminæ ſint *Couar.*, & *Tiraq. locis cit.* & *deciſum refert. Ricc. in Collect. deciſ.* 332. *par.* 2.

§. V.

Vtrum requiratur in huiuſmodi teſtamentis rogitus teſtium.

41 IN teſtamento ad pias cauſas non requiritur rogitus, ſeu rogatio teſtium, cum etiam teſtamẽtum inter liberos coram duobus teſtibus valeat, etiamſi rogati non ſint *Bart. in repet. l. 1. nu. 76 C. de Sacroſ. eccleſ. late Tiraqu. loco cit. priuil. 3. Couar. in d. cap. relatum 1. num. 4.* & *ibidem Barboſ. num. 2. in fin. de Teſtam. Mandoſ. ad Lap. alleg. 29. littera A. qui teſtantur de communi*, & *alij apud Dian. par. 7. tr. 6. reſ.* 17. immò in eis ſola ſub-

42 ſcriptio manu teſtatoris ſine teſtibus facta vim teſtamenti obtinet, quemadmodum ſola ſubſcriptio, etiam ſine teſtibus ſufficit in teſtamento inter liberos *Tiraquell. de priuil. piæ cauſ. priuileg. 4. Valaſc. deciſ. 67. num. 8.* & *hanc eſſe communem dicit Couar. in d. c. relatum 1. n. 12.* & *alij apud Dian. loco cit. reſ.* 14. *Ricc. in Prax. ſor. eccleſ. par. 2. reſ.* 461. vbidicit, quod tex. *in d. cap. relatum de Teſtam.* requirens duos teſtes non excludit aliam formam teſtandi ad pias cauſas deductam ex alia forma teſtandi inter liberos *ex authen. quod ſine C. de Teſtam.* & *ex l. fin.* & *auth. ſi modo C. fam. erciſc.* ad valorem enim teſtamenti, ſeu legati ad pias cauſas ſufficit id, quod de iure naturali eſt ſufficiens, vt ſcilicet ſit poteſtas in diſponẽte, capacitas in eo, in cuius fauorem diſponitur, & libertas in diſpoſitione *Sylu. ver. legatum quæſt.* 10 *Bonacin. de Contract. diſput. 3. pun. 3. num. 16. Dian. d. reſ.* 14. *quæſtion.* 1.

43 Ita etiam teſtamentum militis valet ſine aliqua ſolemnitate, etiã ſi eſſet ſcriptum in clypeo eius sãguine rutilanti, dummodò per duos teſtes recognoſcatur eius manus *l. milites in expeditione* 15.

C. de

C. de Testam. milit. quo priuilegio
44 gaudent etiam milites nostri tem-
poris, dummodò actu sint milites
in numerum militum relati, & in
castris, siue in expeditione ver-
sentur *l. ne quidam C. eod.* immò
etiamsi actu in Castris non sint,
sed in loco propinquo ex Ducis
concessione fortè valetudinis cu-
randæ causa commorentur, ha-
beant tamen animum reuertendi
ad defenden. pro viribus Remp.
latè Dian. par. 7. tract. 6. res. 42. &
43.

45 Eodem etiam fruuntur priuile-
gio aliæ personæ non militantes,
dummodò sint in loco hostili. *glos.*
in l. Scriniarios ver. nullatenus C.
de Testam. milit. quæ in hoc est cõ-
muniter approbata, vt d. Clar. in
§ testamentum q. 15. in fin. huius-
modi verò testamenta militari in
46 re condita valent quidem non
tantum si in expeditione bellica
miles decedat, sed etiam post mis-
sionem subsistunt, & durant, non
tamen diutius anno *l. quod consti-*
tutum l. quod dicitur ff. de milit. te-
stam. quod intellige in honesta
missione, non in ignominiosa, il-
lorum enim testamenta, qui igno-
miniæ causa missi sunt, statim
iure militari valere desinunt *l. te-*
stamenta ff. eod.

47 In testamentis autem conditis
ad non pias causas Alex. *cons.* 70.
num. 21. *lib.* 2. tenuit, quod testes
debent esse rogati, quia hæc so-
lemnitas non reperitur correcta
à canone: *idem tenet Gratian.*
discept. forens. cap. 93. *num.* 1. *& seq.*
vbi refert, ità resoluisse Rotam in
Perusina bonorum 7. *Febr.* 1583.
coram Gyptio Barbos. in d. cap. cum
esses num. 7.

48 Contrarium tenet Abb. *in d. c.*
cum esses n. 3. *& 7. in fin.* vbi dicit,
de æquitate canonica non requi-
ri, quod testes se subscribant, vel
quod sint rogati, quia Papa solùm
nititur dispositioni iuris diuini, &
sanctorum Patrum: *eãdem senten-*
tiam sequitur Petr. de Anchar. in
d. cap. cum esses num. 6. *& ibidem*
Ant. de Butr. nu. 5. *& alij, quibus*
adde Genuens. in Practicab. eccles.
q. 660. vbi dicit, quod in testamẽ-
to facto coram Presbytero Paro-
chiali non requiritur præsentia
duorum testium, nec rogitus eo-
rum pro forma essentiali, sed tan-
tum ad probationem, & ideò si
alio quouis modo probaretur, te-
stamentum huiusmodi valeret e-
tiam sine præsentia, & rogitu te-
stium.

49 Prima tamen sententia com-
munis est, & tutior, & ideò ab ea
nõ est recedendum: quia in testa-
mentis subest maior timor falsi-
tatis, fraudis, & suspicionis, ideò
cautius est agendum adhibendo
rogitum testium, per quem tollí-
tur omnis suspicio, præsertim quia
testes debent considerare ex lo-
quela, & verbis testatoris, atque
ex alijs signis, quæ percipi possũt,
vtrum testator fuerit, & sit sanæ
mentis, & an verba testatoris pro
ferantur animo deliberato, *vt d.*
Gratian. d. cap. 93. *nu.* 1. *& seq.* vbi
etiam notat, quod sufficit rogitus
testium etiam præsumptus, vel ali-
quid tale, quod illi æquipolleat.

50 Diuersa est ratio de testamen-
tis factis ad pias causas, & inter li-
beros

beros; quia illa cum spiritu Dei agantur, non subiacent legi positiuę *Bart.in repet.l.1.n.82. C. de Sacros.Eccles.Lapus all.25 num.2. Ant. Fran. in addit.ad Abb. in c. cum esses nu.3.de Testam.* & ideò tam testamenta, quam legata ad pias causas etiam in foro sæculari iudicari debent secundùm canones, & iura diuina,& naturalia,seu gentium *Abb.in cap. relatũ 1.num.2.& ibidem Couar.nu.1.de Testam.Bart.in repet.d.l. 1.in fin. C.de Sacros. eccles.* in testamento
51 verò inter liberos præsumitur patrem deliberatio erga liberos, cum naturalis stimulus vrgeat Patrem ad cogitan. de filijs *l.amicissimos ff.de excus.Tut.Bald.in auth. quod sine n.3.C.de Testam.Tiraq. de Priuil.piæ caus. priuil.3.in fin.*

§. VI.

Quandò valeat testamentum factum ad pias causas coram duobus testibus sine Parocho

52 SVpra diximus, testamentum factum ad pias causas coram duobus tantum testibus valere *per textum in d. cap.relatum 1. de Testam.* sed hoc procedit, si testamentum principaliter fiat causa pietatis, hoc est si ecclesia, aut pia causa instituta sit hęres, tunc enim coram duobus testibus factum valet, etiam quoad legata prophana *Euerard.Iun.conf.27.n. 21.vol.1.Graff. de Success.§. testamentum q.18.num.7. Gratian. discept.605.num.23.& seq.Barbos.de Iur.eccles.lib.3.cap.27.num. 96. & alij apud Dian.par.7.tract. 6.res.4 & hanc esse communem dicit Clar. in §.testamẽtum q.6.vers.sed quæres.* Alioquin testamentum principaliter factum alio,quam pietatis respectu minus solemniter nõ instituta hærede pia causa nullũ erit, non tantum quoad principale, sed etiam quoad legata pia in eo contenta *secundùm Anton. de Butr. in cap. quod clericis n.10. vers. idem puto de for.compet.Alex conf.41.num.5.lib.1.& conf.177.n. 6.lib.2.Ruin.conf.1.num. 12. to. 2. Bartolom.Socin.conf.5. numer. 11. vol.3.*

53 Sed contrarium mihi videtur verius quoad legata pia, quæ etiã in tali casu debentur, etiamsi testamentum, in quo fuerunt relicta,sit inualidum,ità tenet *Couar. in d.cap.relatum 1.num. 3. de Testam.Bart. in repet.d.l.1.num. 60. C.de Sacros.Eccles.Federic. de Sen. conf.217. per tot.Io.Antonius Rubeus conf.72.num.5.vbi dicit hanc sententiam esse multum æquam Tiraq.de Priuil.piæ caus.priuil.80.in fin.& alij plures,quos refert,& sequitur Dian.par.7.tract.6.res.3.* & ratio est, tum quia legata pia non subijciuntur subtilitatibus legum, *vt d.Bart.loco cit.nu.66.* tum quia relicta in vltima voluntate etiam minus solemni debentur naturali obligatione, *secundùm Corneum conf.278.nu.1.vol.1.vbi dicit hanc esse communem Doctorum sententiam Bonacin.in tract. de Contract.disp.3.q.1.pun.3.nu.2. & seq.& præcipuè nu.14.*

54 Ex quo sequitur primò, quod si testator cæpit facere testamentũ,

vel

vel codicillum, & morte preuentus non absoluit, licèt quoad alia irritum sit *l. si quis cum testamentũ ff. qui testam. fac. poss.* valet tamen quoad relicta pia, quę in sua illa imperfecta dispositione iam expresserat *Abb. in cap. 1. & penult. de succes. ab intest. & alij apud Diana p. 7. tr. 6. res. 19. qui de communi testatur, & hanc etiam esse communem dicit Bonacin. d. disp. 3. q. 1. pun. 3. n. 21.* & in hoc testamen-

55 tum ad pias causas fauorabilius est testamento inter liberos: nam si testator ceperit inter liberos testari, & facta institutione, & alijs legatis, priusquam faceret aliud legatum, quod adhuc erat faciendũ, morte preuentus illud facere nõ potuit, tale testamentum non valet neq. substinetur etiam quoad iam perfectè disposita iuxta communem opinionem, *vt dicit Clarus §. testamentum q. 9. in fin. & alij.*

56 Sequitur 2. quod licèt vltima voluntas captatoria, scilicet, quę pendet ex alieno arbitrio, seu quę in alterius arbitrium cõfertur, regulariter non valeat, nihilominus in relictis ad pias causas valet *Bart. in repet. d l. 1. n. 64. C. de sacros. eccles. & de communi testatur. Clar. in §. testamentum quæstione 6. vers. quarto infertur* quæ cõclusio procedit tam in legatis, quam in institutione heredis *Bart. in l. captatorie ff. de leg. 1 latè Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia causa concl. 3. n. 1. & 7. vbi dicit, hanc esse magis communem*: quãuis hos terminos aliter explicet Marcellus Vulp. *in Prax. Iudic. for. eccles. c. 10. n. 6.* qui putat, captatoriã voluntatem propriè esse illam, per quam quis aliquem quærit inducere, vt sibi, vel alteri commodum in vltima voluntate relinquat, non autem quę in alienum confertur arbitrium, *& citat Cuman. in l. captatorias ff. de hæred. instit. Seraph. decis. 359. n. 11.*

57 Immò etiamsi non appareret expresse testatorẽ voluisse testari ad pias causas, sed simpliciter dixerit, committo dispositioni Titij omnia bona mea, valet huiusmodi dispositio, & intelligitur Titius grauatus, vt omnia bona distribuat ad pias causas *secundùm veriorem intellectum tex. in cap. cum tibi de testam. in quo conueniunt communiter legistæ, & Canonistæ, vt notat idem Clar. loco cit.*

58 Sequitur 3. quod valet testamẽtũ ad pias causas etiã sine institutione heredis, quia hæc necessaria est tantũ iure ciuili *Tiraq. de Priuil. piæ caus. priuil. 15. Barbat. cons. 8. vers. venio ad aliã dubitationem lib. 1. Paulus Castr. cõs. 97. lib. 1. & alij apud Dian. par. 7. tr. 6. res. 22.*

59 Sequitur 4. quod liberis præteritis non solum legata ad pias causas substinentur, sicut & cætera non pia *iuxta auth. ex causa C. de liber. præter.* verum si instituta sit hæres pia causa substinetur etiam testamentum fauore pię causę dũmodò eis relinquatur, legitima titulo legati, aut alio quouis titulo, licèt non titulo institutionis prout requiritur; quia quod iure institutionis debeat filijs relinqui legitima, est quædam iuris ciuilis obseruatio, quæ non est necessaria

ria in relictis ad pias causas, *vt dicunt communiter Doctores cũ Bart. in repet. d.l.1.n.62.C.de sacrosanct. eccles.* & ideò testamentum etiã nutu conditum fauore piæ causæ nõ irritatur *secundùm communem DD. sententiam Clar.in §.testamẽtum q.6.vers.quintò infertur Barbos.in d.cap.cum tibi n.4.de testam. & alij.*

60

61 Sequitur 5.quod valet testamẽtũ ad pias causas etiãsi hæreditas adita non sit, puta si ante aditam hæreditatem hæres decesserit, vel hereditatem repudiauerit *Bart. communiter receptus in repet. d.l. 1.nu.65.& 66.C.de Sacrosanct. Eccles.* quia in eo cessat omnis solemnitas iuris ciuilis.

62 Sequitur 6. quod testamentum conditum cum solemnitatibus iuris etiam ad pias causas reuocatur per secundum minus solemne ad pias causas,hoc enim secundum testamentum est perfectum in sua specie,cum in eo non requirantur solemnitates iuris ciuilis, *vt supra diximus Bonacin. de contract. disp.3.quæst.1.pun.3.n.16.vbi citat Bald.Iason.& alios Dian. par.7.tr. 6. resolutione 26.*

63 Sequitur 7. quod licèt, vbi voluntas testatoris impleri non potest, legatum reddatur caducũ vel habeat pro nõ scripto,& ideò conuertendum sit in vtilitatem hæredis, vel grauati *l.vnica §. in primo C.de Caduc. tollen.* hoc tamẽ non procedit in legatis pijs, quæ semper debentur, etiamsi non possent adimpleri vel de facto, *vt in d.cap.nos quidem de testam.* vel de iure, *vt in l.legatum 16.ff. de vsu, & vsufr. leg.* res enim ad pias causas relictæ liberæ sunt à lucratiuorũ inscriptionibus, *vt d.glos.in d.cap.nos quidem ver.in loco Syluver.legatum 4.n.12.& alii, quos refert, & sequitur Barbos. de off.& pot.Episc.par.3.alleg.83.n.3.*

§. VII.

Vtrum de relictis ad pias causas detrahatur falcidia.

64 FAlcidia regulariter cessat in ijs, quæ ad pias causas relicta sunt *auth.similiter C.ad l.Falcid.& tradunt cõmuniter Doctores.* quod indubiè procedit, quando relinquitur legatũ piæ causæ simpliciter, & in genere; si verò relinquatur ad certum, & determinatum vsum, puta ad constructionem alicuius capellæ, aliqui Doctores ità distinguunt: aut voluntas testatoris adimpleri potest cum detractione Falcidiæ, & tũc detrahitur: aut non potest adimpleri,& tunc non detrahitur, *Tiraq.de Priuil. piæ caus. priuil. 26. vers.secundò est limitandum Gabr. commun.conclus. lib.4.tit.ad Trebell.conclus.11. num.11.* sed veriùs videtur, quod in omnibus legatis ad piam causam indistinctè Falcidia detrahi non possit, quia *text. in d. Auth.similiter*, generaliter loquitur, & generaliter, & absq; hac distinctione loquuntur alij DD. *Roman.cons.239.nu.2. Franc. de Aretio cons.67.nu.10. vers. prima est Decius cons.299.num. 4.vol. 1.Decian.cons. 42. num.17. vol. 2. Capra cons.78.num.23.* præsertim

si

si facta fuerint ex causa onerosa sepulturæ, celebrationis missarũ, & anniuersariorum *Seraphin. dec. 1202. num. 3.* & multò magis si testator expressè legaret pro malè ablatorum restitutione, quia tunc huiusmodi legatum nullam omnino patitur diminutionem; hoc enim non censetur donum, sed debitũ ipsius testatoris, quod necessariò debet solui ex bonis hæreditatis *Feder. de Sen. conf. 250 Surd. in tract. de Alim. tit. 8. priuil. 30. num. 10.* ratio prædictorum est, quia Falcidia, vel trebellianica detrahitur ex dispositione iuris ciuilis, quod potestatem non habet circa legata pia *Bonacin. de Contract. disp. 3. q. 17. pun. 8. §. 2. n. 4.* quare huiusmodi legata pia
65 debent ante omnia detrahi, vt æs alienum *l. sed si non seruus, & l. æris alieni ff. ad l. Falcid.* & sic hæres habebit minorem quartã, & alij legatarij habebunt minus de legato *Bart. in authen. similiter num. 2. C. eod. tit. ad l. Falcid.*

66 Hinc fit, vt neque Trebellianica detrahatur ex fideicommisso vniuersali ad pias causas *Roma. conf. 239. num. 2. Ricc. in Collect. dec. 329. par. 2. Franc. de Aretio conf. 67. num. 10. post med. vbi de communi Barthol. Socin. conf. 116. num. 27. vol. 1. Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 75. nu. 52. Decius conf. 299. num. 4. vol. 1. vbi etiã de communi testatur, & hanc non solum communem, sed magis æquã esse fauore animæ dicit Guid. Pap. dec. 188. nu. 2. Vincent. de Franch. decis. 156. num. 7. Marescott. var. lib. 2. cap. 72. num. 11. & 12. Tiraq. de Priuil. piæ caus. priuil. 27. vbi dicit hanc esse magis cõm. & alij plurimi apud Gabriel. comm. concl. lib. 4. tit. ad Trebellian. conclus. 11. n. 2. vbi dicit, ità etiam in practica seruari, quicquid in contrarium dicat Oldrad. conf. 248. num. 6. & alij;* ratio principalis est, quia Falcidia, & Trebellianica equiparantur, & vbicunque cessat Falcidia, cessat etiam trebellianica *l. Marcellus vers. quod autem ff. ad Trebellian. glos. in auth. Vnde si parens C. de Inoff. testam Marescot. lib. 2. var. cap. 72. num. 11. & 12. Cacheranus dec. 147. num. 19.* & quod dicitur de Trebellianica, procedit etiam in Falcidia *Rot. dec. 71. num. 14. p. 6. Recent.*

67 Et hoc procedit, etiamsi restituenda sit hæreditas immediatè priuato, mediatè autem piæ causæ: quia etiam in tali casu non detrahitur trebellianica, *Bald. in l. Auia §. Titio ff. de Cond. & demon. Barthol. Socin. conf. 49. nu. 13. & conf. 115. nu. 6. vol. 4. Capra conf. 78. num. 24. Marescott. loco cit. num. 13. & alij plures apud Tiraq. de Priuil. piæ caus. priuil. 26. in princ.* & probatur ex *l. cum dotem, ibi, vt omissa interpositi, capientis persona spectetur ff. ad l. Falcid.* quod intellige, quandò fideicommissum est incontinenti restituendum piæ causæ, quia tũc primus esset tamquam nudus minister; & ideò consideranda est persona, cui facienda est restitutio, & non persona prima, *idem Socin. conf. 77. num. 9. vol. 1. & alij, quos refert, & sequitur Gabr. commun. conclus. lib. 4. tit. Ad Trebell*

concl. 11. nu. 5. aut quandò certum est, quod post mortem alicuius bona debent peruenire ad piam causam *Roman. cons. 206. numer. 7. Barthol. Socin. d. cons. 115. num. 6. Tiraq. d. priuil. 26. vers. sed hoc vltimum.* Secus esset, si hoc incertum sit, puta quia hæres est grauatus restituere pię causæ sub cõditione, tunc enim detrahitur trebellianica *Roman. & Socin. loc. cit. & alij apud Gabr. d. concluſ. 11. num. 5. & 6. & apud Tiraq. loco cit. d. priuil. 26. vers. sed hoc vltimũ*, vbi etiam dicunt, quod grauatus cauere debet de restituẽdo quartam retentam piæ causæ in euentum, quod fideicommisso sit locus *iuxta l. in lege falcidia non habetur ff. ad l. Falcid. & l. 1. ff. vt legator. seu fideicomm. nom. cau.*

68 Alij etiam casus sunt, in quibus Falcidia, & Trebellianica detrahitur de relictis pijs; videlicet quandò ipse testator ità disposuit, vt ex legato, aut fideicommisso ad pias causas Falcidia, seu Trebellianica detrahatur auth. sed cum testator *C. ad l. Falcid.*

69 Secundò quandò ecclesia, vel pia causa est hæres iustituta, & testator legauit alijs ecclesijs; hoc enim casu pia causa hęres instituta detrahet Falcidiam à legato facto alteri piæ causæ *secundùm Abb. in cap. cum causam num. 2. de Præb. & dignit. Gabr. commun. cõcluſ. lib. 4 tit. ad Trebell. concl. 11. n. 8. Tiraq. de Priuil. piæ cauſ. priuil. 26. vers. sed quod*; contrariam tamen sententiam verius tuentur alij Doctores asserentes, piam causam hæredem instituta non posse detrahere Falcidiã contra ecclesiam, quia in hoc ecclesia, & pia loca reperiuntur priuilegiata passiuè, nè patiantur detractationem, non autem actiuè, vt detrahant aduersus quoscumq; & ideò in detractioue facienda ecclesia instituta non vtitur iure speciali, vel aliqua prærogatiua, sed vtitur iure communi, quod exerceri nõ potest contra ecclesiã legatariã, quæ tali casu est specialiter priuilegiata *Magonius deris. floren. 130 num. 10. Riccius locis cit. & alij cõmuniter.*

70 Tertiò quandò testator plus legauit, quam habebat; quia tunc huiusmodi legata ad pias causas recipiunt diminutionem propter defectum patrimonij, sicut alia legata secundùm *Bart. in Authent. similiter C. adl. Falcidiã*, vbi etiam dicit, quod talia relicta ad pias causas minuuntur propter debitum iure naturæ, vt notat etiam *Gabr. d. concluſ. 11. in fin.*

71 Quartò licèt ex legato alimentorum facto pauperi, & egeno nõ detrahatur Falcidia, tamen pecunia relicta ad alimenta legi Falcidię subijcitur *l. Diui ff. ad l. Falcid. Gratian. deris. March. 48. nu. 3. in addit.*

72 Pia autem causa ad huiusmodi effectum censentur etiam Cõfraternitates, & Hospitalia sine auctoritate Episcopi fundata; quia non requiritur, quod locus sit pius, sed sufficit, quod opera pietatis exerceat; priuilegium enim non datur loco, sed causæ, cui relinquitur; & ideò relicta huiusmodi Cõfra-

fraternitatibus, & Hospitalibus Falcidiæ non subijciuntur *Marescott. lib.2. var.cap.72.nu.21. Gabr. commun.conclus.lib.6.tit. de Pia causa concl.1.num.7.9.& 10.*

§. VIII.

Virum filiusfam. disponere, seu testari possit ad pias causas.

73 TAm de iure canonico, quam ciuili potest filiusfam. testari de peculio castrensi, vel quasi castrensi etiam sine consensu Patris *c.licèt de sepult.in 6.l.fin.C. qui testam fac.poss l.filiusfam.in fin.ff. de Donat.* & ideò filiafam. poterit liberè sine consensu Patris de eius dote,& antefato tanquam de castrēsi peculio disponere, quia dos, & antefatum pari passu ambulant, & per omnia assimilantur, *vt d. Ricc.in Prax. for.eccles.par.1.resol.*
74 580. secus dicendum est de peculio profectitio, vel aduentitio; de hoc enim testari non potest filiusfam. ad pias causas sine consēsu Patris, *vt in d. cap.licet*; quamuis de iure ciuili nec Patre permittente filiusfam. testari possit *l. tam is §.1 ff. de Donat. caus. mor.* Non tamē sufficeret, quod testamentum fiat in Patris præsentia,
75 quia quoties iura requirunt consensum, non sufficit sola præsentia, aut consensus tacitus, sed requiritur expressus *glos. in c. Statutum §. in nullo de Rescript. in 6. latè Riccius in Prax. for. eccles. p.1. res.* 579. quod probatur, quia etiam filius-
76 fam. Patre permittente potest donare causa mortis *iuxta tex. in l. tam is §.1. ff. de Donat caus. mor.* tamen iste consensus non sufficit tacitus, sed expressus requiritur *l. filiusfam. §. pari autem ratione, vers. sed enim meminisse ff. de Donat. Bart. in d. l. tam is §.1. nu.6. & est communis Doctorum sententia.*

§. IX.

An legata pia relicta ad vnum vsum possint auctoritate Episcopi in alium vsum conuerti.

77 ALij absolutè negant existimātes, hāc facultatem solum competere summo Pontifici *per tex. in Clem. quia contingit de Relig. dom. & ità tenuit glos. ibidem ver. sedis apostolicę Card. Imol. Lap. & alij, quos refert, & sequitur Genuens. in Prax. Archiep. cap.19.n.1. Guid. Pap. dec.556. Nauar. cons.15. n.6. de reb. eccles. non alien. & alij plures apud Barbos. de off. & pot. Episc. p.3. alleg.83.n.1. & apud Diana par.2. tract.17. & 3. miscell. resol. 26. hanc etiam sententiā tenet Ricc. in collect. decis. 2417. par.6. & in Prax. for. eccles. p.4. res.276. & hanc esse communem dicit Vulp. in Prax. Indic. for. eccles. cap.10.n.15.* vbi subdit, quod quandò voluntas testatoris non potest adimpleri, & res legata non potest deseruire ad vsū destinatum propter aliquod impedimentum iuris, vel facti, tunc potest commutari in alios pios vsus auctoritate Episcopi, & hæc sēntentia probatur etiam ex Concilio Tridentino *sess.22. de ref. cap. 6. & sess.25. de ref. c.5.* vbi prohibetur, nè qualitatibus, seu conditioni-

bus in erectione, seu fundatione iurispatronatus per testatorem appositis derogetur: quod ità procedit, vt neque pro vna vice, ac de consensu hæredis, seu Patroni possit Episcopus alterare testatoris voluntatem, etiamsi id tenderet in vtilitatem Capellaniæ, quia per Concilium Tridentinum est sublata dicta potestas, & ante Cōcilium idē prohibebatur *in d. clē. Quia contingit. de Relig. dom. & ità declarasse Sac. Cong. testatur Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. res. 463. Marcellus Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 49. n. 25. & refertur etiā inter decis. Auers. par. 4. dec* 171.

78 Alij verò asserunt, posse Episcopum concurrente iusta, & rationabili causa legatum aliquod inæquale, aut in melius commutare requisito prius consensu hęredis, & Ecclesiæ, cui legatur, etiamsi posset impleri de facto, & de iure *Sylu. in ver. legatum 4. n. 12. idē Genuens. mutans opinionem in praxi cab. eccles. q. 213. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. loco cit. n. 4. Diana vbi supra Rota in vna Toletana Capellaniæ* 14. *Februarij* 1583. *coram Robusterio, quam refert Ricc. par. 7. dec.* 2796. *Barbos. de offi. & pot. Episc. par. 3. alleg.* 83. *n.* 5. vbi hanc facultatem extendit etiā ad Cardinales in eorū titulis, vbi de iure habent iurisdictionem Episopalem.

79 Addit tamen Bonacin. loco citato, quod si hæres, vel ecclesia, irrationabiliter dissentiat, potest Episcopus solus id præstare: sufficit enim præsumpta rationabilis defuncti voluntas, qui si viueret, rationabiliter responderet, vt hoc ipsum fieret, vt notat etiam *Genuens. d. cap.* 19. *n.* 4. *Barbos. d. alleg.* 83. *n.* 6. *Rot. in d. Toletana coram Robusterio.*

80 Huiusmodi etiam potestatem commutandi vltimas voluntates transire in capitulum sede vacante *dicit Dian. par.* 8. *tract.* 4. *res.* 34.

81 nisi fortè testator prouiderit quid faciendum sit de legato vsu non impleto: hoc enim casu non potest fieri commutatio ab Episcopo, neque à Capitulo sede vacante *l. libertō §. huius, & ibi Bart. ff. de Ann. legat. Sylu. loco cit.*

82 Quamuis autem Conc. Tridentinum *d. sess.* 22 *c.* 6. præscribat, cōmutationes vltimarum voluntatū non nisi ex iusta, & necessaria causa esse faciendas: tamen hæc verba Concilij non esse accipienda coniunctiuè, sed disiunctiuè, & sic Episcopum posse commutare legata, vel ex iusta, vel ex necessaria causa dicit Comitolus *Resp. mor. lib.* 7. *q.* 9. *quem refert, & sequutur Dian. loco cit.*

SVMMARIVM.

1 *An possit Rector ecclesiæ repudiare absque solemnitate hæreditatem, seu legatum eidem ecclesiæ relictū, & num.* 2.

3 *Quando acquisitio fit in eodem actu, in quo fit repudiatio, tunc ille actus acquisitionis nō habetur in consideratione, secus si fiant duo actus separati, & n.* 4.

5 *Datur actio contra Prælatum, qui ecclesiæ vtilitati non prospexit.*

6 *Ecclesia vti potest priuilegio restitutio-*

tionis in integrum, si ob renunciationem læsa fuit, nisi res illa acquisita fuerit alteri ecclesiæ.

7 *Capitulum potest agere, vbi tractatur de præiudicio ecclesiæ, & Episcopatus.*

8 *Si ecclesia est collegiata, non potest solus Rector remittere caducitatem.*

9 *Post declaratam caducitatem non potest Beneficiarius illam remittere.*

CAP. XI.

An, & quando Rector ecclesiæ repudians legatum seu hæreditatem ecclesiæ relictam, incurrat in censuras extrau. Ambitiosæ.

1 POsse Rectorem ecclesiæ repudiare legatum, siue hereditatem delatã nondum tamen ecclesiæ incorporatam absque assensu apostolico, tenent Doctores, *quos refert, & sequitur Bonacin. in tract. de alien. Bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 33. & ità decisum refert Ricc. in collect. decis. 1622. p. 5.* quia repudiatio non est alienatio *l. alienationis ff. de verb. sign.* & ideò repudiantem non incidere in penas *dictæ extrau.* dicunt DD. *apud Quarant. in ver. alienat. rer. eccles. n. 43. & hanc esse communiorem sententiam testatur Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. n. 33.* quẽadmodum potest solus Prælatus, seu Rector remittere caducitatẽ emphiteutæ ecclesiæ, *vt post Ias. in l. legatum num. 18. ff. de leg. 1. & alios dicit Quarãt. loco cit. n. 44. & alij apud Bonacin. vbi supra n. 21.*

2 Alij tamen putant, alienationẽ rerum ecclesiasticarum non solũ acquisitarum, sed etiam acquirẽdarum prohiberi, & ideò non posse Prælatum absque solemnitate renuntiare legatum, siue hæreditatem, tum quia huiusmodi res transeunt in ecclesiam ipso iure, & possessio absque traditione in eam transfertur *l. vt inter diuinum vbi Bart. C. de sacros. eccles.* tum etiam quia illis cedere non potest Prælatus, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur adijsse, & ità potius sumus in acquisito, quam in acquirendo, *ità Quarant. vbi supra num. 23. & 43. vers. Prælatus in fin. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 95. num. 54. vbi alios referunt.*

3 Quare distinguendi sunt duo casus: primus est, quando acquisitio fit in eodem actu, in quo fit repudiatio, & tunc ille actus acquisitionis non habetur in consideratione, tum quia est momẽtaneus, tum quia non est ordinatus principaliter ad acquirendum, siue adeundum, sed potius ad repudiãdum, & in tali casu nulla incurritur excommunicatio, neque aliæ pœnæ *d. extrau. Ambitiosæ Ricc. in Collect. decis. 3054. par. 7. vbi citat Peregrin. decis. 30. & 210. lib. 2. Vinc. de. Franch. dec. 14. n. 25. & seq. Put. dec. 519. lib. 2. & alias Rotæ decisiones.*

4 Secundus casus est, quãdo fiũt duos

duo actus separati, licèt in continenti, vnus post alium, puta si monasterium prius adiuisset hæreditatem, & deinde in eodem instrumẽto illi cedat, & renuntiet, & in hoc casu talis repudiatio est nulla, & repudiantes incurrunt pœnas *d. extrau.* quia non possunt sine debita solemnitate hæreditatem iam aditam repudiare *Barbos. d. par. 3. all. 116. nu. 35. Gratian. discep. t. 132. n. 26. & discept. 568. in fin. Rot. decis. 30. lib. 2. par. 3 Diuers. Bonacin. loco cit. d. disp. 2. q. vnica pun. 2. num. 34.*

5 Obserua tamen 1. quod datur actio contra Prælatum, seu Rectorem, qui officio suę administrationis malè fũctus Ecclesiæ vtiliti non prospexit *c. 2. 12. q. 4. glos. in c. fin. 16. q. 6.* Prælatus enim se habet ad ecclesiam tamquam Tutor, & Curator, & ideò vtilia, non inutilia agere potest *glos. in c. auditis ver. iure minoris de in integ.*
6 *restit.* Vnde potest ecclesia vti priuilegio restitutionis in integrum, si ob dictam renunciationem læsa fuit *Quarant. loco cit. n. 43.* dummodò res illa acquisita non fuerit alteri ecclesiæ, quia tunc melior esset conditio possidentis *secundũ Bonacin. in d. tract. de alien. bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 33. vers. secundò verum est, vbi cit. at Molin. Vasq. Ricc. & alios.*

7 Adde, quod capitulum potest agere, vbi tractatur de præiudicio ecclesiæ, & Episcopatus, quia illius defensio præsertim in arduis pertinet etiam ad Capitulum *Gregor. dec. 401. Roman. cons. 369. n. 21. Lap. all. 48. n. 8. vers. quæro quid in arduis, & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 114. n. 28. & all. 125. n. 8.*

Obserua 2 quod si ecclesia est collegiata, non potest solus Rector sine capitulo illi præiudicare ità vt si absque consensu Capituli reciperet pensionem ab emphiteuta, qui per triennium cessauerat à solutione, adhuc non censeatur remissa caducitas *Clar. in §. Emphiteusis q. 10. vers. sed nũquid & communem dicit mantic. de Tacit. & ambig. Cõuent. lib. 22. tit. 33. n. 13. quamuis contrarium sentiat Menoch. Mascard. & alij apud Barbos. d. p. 3. all. 95. n. 65.*

9 Obserua 3. quod post declaratã caducitatem non potest Beneficiarius illam remittere, quia censetur acquisitum ius ecclesiæ, cum emphiteuta incidat in caducitatẽ à die huiusmodi declarationis *Bonacin. loco cit. d. q. vn. pun. 2. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Quilibet sepeliendus est in sepulchro maiorum suorum.*

2 *Quid si ecclesia sepulchri maiorum sit interdicta.*

3 *Quid si Pater, & Auus in vna ecclesia sepulturã elegerint, alij verò maiores in alia, & n. 4.*

5 *Viuente Patre filius sepelitur in sepulchro Aui.*

6 *An possint parentes relicta sepultura maiorum filios sepelire in ecclesia parochiali.*

7 *Ascendentes non sequuntur sepulchra descendentium. An trãsuersales sequantur sepulchra suorum transuersalium, ibidem.*

8 *Vbi*

8 *Vbi sepeliri debent filij exhæredati spurij, & adoptiui, & n. 9. & 10.*

11 *Vxor cum viro suo est tumulanda. Quid si plures habuit viros, ibidē.*

12 *Quid si adulterium commisit, & separatio thori facta fuit.*

13 *Maritus nō sepelitur in sepulchro vxoris.*

14 *Si non adsit sepultura maiorum, vel mariti, quilibet in ecclesia parochiali sepelitur.*

15 *Quid si defunctus erat Parochianus duarum ecclesiarum.*

16 *Si ecclesia parochialis est interdicta, defunctus sepelitur in Cathedrali.*

17 *Principes in Cathedrali sepeliuntur, si non habent sepulturam maiorum.*

18 *Confratres alicuius societatis vbi sepeliri debent.*

19 *Si confratres eligant sepulturam in oratorio societatis, à Parocho, non autem à Capellano societatis, officiū super cadauere fieri debet.*

20 *Religiosus etiam Nouitius in monasterio sui ordinis sepeliēdus est.*

21 *Quid si à monasterio remotus ità sit, vt ad illud commodè deferri nequeat.*

22 *Vbi sepeliendi sunt qui hospitij causa recipiūtur in Conuentu Regularium, & ibi decedunt. An possint Regulares iisdem sacramenta ministrare, ibidem.*

23 *Quid dicendum sit de Regularium seruis, & familiaribus.*

24 *Vbi sepeliendi sunt Conuersi, & Tertiarij, seu Tertiariæ, & numero 25. & 26.*

27 *Qui beneficium habet in aliqua ecclesia, in illa sepeliri debet.*

28 *Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ vbi sepeliendi sunt.*

29 *Canonici, & Clerici ecclesiæ Cathedralis in eadem ecclesia sunt sepeliendi, etiamsi domum habeāt in diuersis Parochijs.*

30 *An in hoc casu ecclesiæ parochiali debeatur canonica portio.*

31 *In qua ecclesia sepeliri debet Rector ecclesiæ curatæ.*

32 *Clerici, qui beneficia non habent, in propriis Parochijs sunt sepeliendi. Qui dignitati, aut beneficio renunciauit, in Parochiali sepeliri debet, ibidem.*

33 *Vbi sepeliendi sunt exteri, Viatores, & Peregrini.*

34 *Episcopus, qui extra propriam Diœcesim decedit, vbi sepeliri debet.*

35 *Non potest Parochus plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum, quam ciuium.*

36 *Vbi sepelitur qui habet domicilium in vna parochia, & habitat in alia. Item vbi sepeliendi sunt officiales, scholares, famuli, nutrices, ac Cōductores domorum, ibidem.*

37 *Quid si in aliquo loco quis moretur causa recreationis.*

38 *Et quid si habeat domum hyemalē in Ciuitate, & æstiuam in Rure.*

39 *Si quis habens duo Domicilia in loco tertio sepulturam sibi elegerit, canonica portio diuidenda est inter Parochos vtriusque domicilij. Idem dicendum, si quis inhabitaret domum in confinio duarum Parochiarum.*

40 *Habens duo domicilia non electa sepultura sepelitur in ecclesia, à qua recepit sacramenta.*

41 *Cuius ecclesiæ Parochianus censen-*

sendus est qui habitat in confinio duarum ecclesiarum.

42 Quomodò probetur electio sepulturæ.

43 Electio sepulturæ facta ad suggestionem non valet.

44 Si infirmus in infirmitate sibi eligat sepulturam, & postea conualescat, an censeatur reuocasse illius electionem.

45 An Episcopus possit sibi eligere sepulturam extra Diœcesim.

46 An Religiosus possit sibi eligere sepulturam.

47 An filijfam. possint similiter sibi sepulturam eligere.

48 Quantum distare debeant sepulturæ ab Altaribus.

49 Non sunt consecranda altaria, sub quibus sepulta sunt defunctorum corpora, nisi ilis remotis.

50 An possit aliquid accipi pro loco sepulturæ, & num. 51.

52 Non requiritur aliqua solemnitas pro concedendo vsu sepulturæ.

53 De iure nihil recipi potest pro sepultura, aut Capella, secus si adesset consuetudo aliquid recipiendi ratione situs, vel dignioris loci.

54 Eleemosinæ consuetæ debent dari perpetuò.

55 Si adsit consuetudo rationabilis, quod laici aliquid tribuant pro ministratione sacramentorum, an possint ad illud compelli.

Et an illud licitè possit accipi, antequam præstentur actus spirituales, ibidem.

56 Non potest aliquid recipi pro sepultura, vbi non cadit considératio maioris honoris ratione dignioris loci.

57 Talis consuetudo in dubio inducta præsumitur causa auaritiæ vel cupiditatis, & quomodò in tali casu probetur huiusmodi consuetudo.

58 Ecclesiæ, seu Capellæ, quæ construũtur pro diuinis officijs, ac missis celebrandis, sine dote erigi non debent.

In sepultura alteri concessa non potest Episcopus eo inuito alienum mortuum inferre, ibidem.

59 Corpora excommunicatorum, si discerni possint ab alijs, debent exhumari.

60 Intelligitur de excõmunicatis denunciatis, vel notorijs Clericorum percussoribus.

61 Requiritur in hoc licẽtia Episcopi.

62 Excommunicatorum cadauera ex humanda non sunt, si in articulo mortis fuerunt absoluti.

63 Cadauer Parochiani alieni, vel illius, qui in alia ecclesia sibi elegit sepulturam, exhumari debet.

Quid sit restituendum in tali casu vltra cadauer, ibidem.

64 Ecclesia agens pro cadauere violẽter subtracto debet probare titulum.

65 Cadauer occisi potest exhumari de licentia Episcopi.

An Episcopus concedens licentiam incurrat irregularitatem, ibidem.

66 An possit concedi Curiæ sæculari copia sententiæ depositionis, siue degradationis verbalis, & renunciationis habitus clericalis.

67 An Episcopus teneatur concedere licentiam exhumandi cadauer occisi.

68 Recognitio in ecclesijs, & cœmeterijs non est facienda.

An Episcopus possit laico Iudici licen-

centiam cõcedere, vt examinet reũ vel testem in dictis locis.

69 *Laicus exhumare præsumens sine licentia Episcopi, est excommunicandus.*

70 *Ad quem spectet concedere licentiã transferendi cadauera de vno loco ad aliam, & n. 71.*

72 *An missus in exilium ab aliqua Ciuitate possit mortuus duci ad sepulturam illius ciuitatis.*

CAP. XII.

De sepulturis.

§. I.

Vbi debeat sepeliri qui nulla electa sepultura decedit.

1 DIco 1. quod si adest sepultura maiorum suorũ, in illa est sepeliendus *c. 1. de sepult. c. is qui eod. tit. in 6.* maiorum enim sepulchra parochiali ecclesię prępononntur *glos. in c. licet pater ver. vel in Parochiali eod. tit. in 6. Lauor. var. Elucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 11. nu. 118.* dũmodò ecclesia sepulchri maiorum non sit interdicta, quia tunc sepeliri debet in ecclesia Parochiali *Sylu. in ver. sepultura n. 8. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4 res. 294.*

3 Verum si Pater, & Auus in ecclesia v. gr. Regularium sepulturam elegerint, alij verò maiores in ecclesia Parochiali sepulti sint, tunc filij decedentes non electa sepultura sepeliendi sunt in illa ecclesia, in qua sepulti sunt Pater, & Auus, non autem in Parochiali; verisimile enim est, defunctum si testabilis, vel testatus fuisset, sibi electurum fuisse proximiorum sepulturam *Oltrad. cõs. 25. per tot. Lauor. d. tit. 2. cap. 11. n. 114. quicquid in cõtrarium dicat glos. in c. is qui ver. ab antiquo de sepult. in 6. Abb. in c. 1. n. 5. ex. eod. tit.* quãuis enim maiorum appellatio strictè, & propriè sumpta comprehendat superiores tantum vltra Tritauum *secundum glos. in l. quique ver. Parentes ff. de in ius voc.* 4 tamen etiam in Patre, & Auo eius significatio verificatur *l. si cohortalis C. de cohort. & Princip. lib. 12. ibi, cui maiorũ suorum.* Vnde si proauus, Auus, & Pater in tribus diuersis locis fuerunt sepulti, & filius decedit non electa sepultura, communiter seruatur, quod sepelitur cum patre *Io. Andr. in cap. is qui de sepult. in 6. Abb. in d. c. 1. n. 5. ex. de sepult.* viuente autem Patre filius sepelitur in sepulchro Aui *d. cap. licèt Pater de sepult. in 6. glos. in d. cap. i, qui ver. ab antiquo eodem tit. in 6.* 6 possunt tamen parentes, vel amici filios; vel alios sepelire in ecclesia Parochiali, vel in sepulchro maiorum; prout ipsi volunt *glos. in d. cap. licèt Pater ver. vel in Parochiali*, & ità de consuetudine seruatur.

7 Quamuis autem descendentes sequantur sepulchrum ascendentium, non tamen ascendentes sepulchra descendentium sequũtur: sicut nec transuersales sepulchra suorum transuersalium, nisi sint hæredes, & sepulchrum hæreditarium sit *Lauor. d. tit. 2. capit. 11. numero 121.*

8 Sed hic quæri potest, vbi sepeliri debent filij exhæredati, spurij, siue naturales, & adoptiui, siue arrogati?

Resp. 1. quod filius exhæredatus sepelitur in sepulchro Patris *l. si quis fuerit ff. de Relig. & sūpt. fun.*

9 Resp. 2. quod filius naturalis, siue spurius, qui viuente Patre ad eius contemplationem per Principem fuit legitimatus, sepelitur in sepulchro patris, secus si legitimetur post mortem patris, & pater in vita non petijt legitimari, tunc enim sepelitur in sepulchro matris *Lauor. var. elucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 11. numero 112.*

10 Resp. 3. quod filius adoptiuus, seu arrogatus si decedit viuente Patre, tunc nō sepelitur in sepulchro patris adoptantis, sed in sepulchro maiorum ipsius adoptantis, vt *in cap. licet Pater & glos. in d. c. iisqui ver. ab antiquo de sepult. in 6.* secus si decedat post mortem adoptantis, tunc enim cum finita sit adoptio, sepelietur vel in sepulchro patris naturalis, vel in Parochiali *iuxta formam d. cap. licèt pater de sepult. in 6. Lauor. d. tit. 2. cap. 11. n. 124.* finita enim adoptione finiuntur omnia iura ex ea prouenientia *l. in omni ff. de adopt.*

11 Dico 2. quod vxor, quæ sepulturam sibi non elegit, cum viro suo est tumulanda *c. Ebron. 13. q. 2. cap. de vxore de sepult.* etiamsi esset vidua, & reuersa ad domum paternam, quia adhuc retinet priuilegia mariti *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 294.* & si plures viros habuit, cum vltimo sepelitur *c. is qui §. mulier de sepult. in 6.* etiamsi iterum remanserit vidua *Ricc. vbi supra.*

12 Si verò vxor adulterium commisit, & separatio thori facta fuit, tunc priuabitur sepultura mariti *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. res.* 194. nisi maritus sibi eam reconciliauerit *Lauor. d. cap. 11. n. 135.*

13 E conuerso maritus non habēs propriam sepulturam non sepelietur in sepulchro vxoris, quia non sequitur vxoris domicilium, & dignitatem *Ricc. loco cit. Lauor. d. tit. 2. cap. 11. num. 140.*

14 Dico 3. quod si non adsit sepultura maiorum, seu mariti, defunctus, qui sibi non elegit sepulturam, in ecclesia parochiali regulariter sepelitur *cap. in nostra de*

15 *sepult. capit. licèt pater eod. tit. in 6.* si verò est Parochianus duarum ecclesiarum, & vtraque ecclesia habet ius funerandi, locus est prœuentioni *c. duobus de Rescript. in 6.* sed obuentiones quartæ diuidentur *cap. cum quis de sepult. in 6.* sed

16 si ecclesia parochialis sit interdicta, sepelietur in Cathedrali *Sylu. in ver. sepultura nu. 8. Ricc. d. par. 4. resolutione 294.*

17 Ab hac tamen regula excipiuntur Principes, qui si nō habeant sepulchrum maiorum suorum, sepeliendi sunt in Cathedrali, Episcopus enim est eorum Parochus, *vt dicit idem Ricc. loco supra cit.*

18 Ex his infertur 1. quod Confratres alicuius societatis, seu Congregationis in Parochiali sepeliri debent, etiamsi in eorum oratorijs adsit peculiaris sepultura pro Confratribus, dummodò ibi non elegerint expressè sepulturā Ge-

nuens.

niuens in Prax. Archiep. cap. 61. n. 8. quia priuilegia Confratribus concessa, vt in eorum oratorijs possint sepeliri, non sunt intelligenda in præiudicium Parochi *l. 2. §. si quis à Principe ff. Nè quid in loco publ.* huiusmodi enim priuilegia satis operantur, vt ibi sepeliantur, vbi alias minimè possent *Lauor. var. eluc. tom. 1. tit. 2. c. 11. nu. 106.*

19 quod si Confratres eligant sepulturam in oratorijs Confraternitatis, tunc officium super cadauere faciendum est à Parocho, intra cuius fines oratorium est situm, nō autem à Capellano Confraternitatis, *vt declarauit Sac. Cong. teste Lauor. loco cit. d. cap. 11. n. 107.*

20 Infertur 2. quod licèt Religiosus in monasterio sui ordinis sepeliri debeat siue sit professus, siue nouitius *c. 1. 16. q. 1. c. fin. de sepult. in 6. Sylu. in ver. sepultura nu. 8.* tamen si à monasterio suæ Religionis adeò remotus esset, vt ad illud

21 commodè deferri nequeat, in ecclesia parochiali tumulandus est, intra cuius fines moritur *Ant. de Butr. in cap. 1. n. 7. de sepult. Anchar. in d. cap. fin. vers. fin. eod. tit. in 6. & alij communiter.*

22 Infertur 3. eos etiam, qui hospitij causa recipiuntur in Conuētu Regularium, ibique infirmantur, & moriuntur, in Parochiali ecclesia sepeliendos esse, & tunc eisdem sacramenta à Parocho sūt administranda, *vt pluries resoluit Sac. Cong. teste Lauor. d. tit. 2. c. 11. n. 145.* secus dicendum est de Re-

23 gularium seruis, & familiaribus, quibus ijdem Regulares possunt ex priuilegijs sibi concessis vaticum, & extremam vnctionem durante eorum seruitio, & famulatu ministrare, dummodò actu seruiant, & degant intra septa monasterij *iuxta Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 11.* eisque etiam sepulturam in eorum ecclesijs dare possunt, *latè Mancin. in Pract. visit. infirm. pract. 8. dub. 12. 13 & 16.* confessiones verò dictorū seruorum, & familiarium audire nō possunt regulares, nisi fuerint ab Episcopo loci approbati *Conc. Trid. sess. 23. de ref. cap. 15. Mancin. loco citat. dub. 14. & alij communiter.*

24 Infertur 4. quod conuersi, qui nō sunt plenè translati, quia videlicet se, & bona sua non obtulerūt monasterio, nec mutauerunt habitum, in Parochia sepeliuntur *Lauor. d. tit. 2. cap. 11 n. 104. & 105.* secus esset, si se, & bona sua obtulerint monasterio, & habitum mutaueriunt, quia tunc in monasterio sepeliri debēt *d. cap. fin. de sepult. in 6. cap. de his ex. eod. tit.*

25 Item Tertiarij, si collegialiter viuant, aut cum claustralibus habitent, in ecclesijs fratrum, seu suæ religionis sepeliēdi sunt etiam inuito, ac minimè requisito Parocho: mulieres etiam, quæ de pœnitentia, seu Bizzocæ vocantur, si alibi sepulturam sibi non elegerint, in ecclesijs ordinis sepeliuntur, modò virginalem, vel cęlibē, aut castam vidualem sub expresso voto, & tertiariorum habitu vitam ducant, & vltra in ipsis ecclesijs earum communis sepultura reperiatur, alias in ecclesijs parochialibus sepeliendæ sunt *ex decreto Sac. Cong. Episcop. & regular.*

quod refert Lauor. d.tit. 2. cap. 11. nu. 102. & seq.

26 Verum etiamsi Tertiarij, vel tertiariæ supradictis qualitatibus careant, si tamen dum vixerint, in ecclesia Regularium sepulturam elegerint, in ea sepeliri debent, sed hoc casu Parochus est etiam adhibendus *Lezan. in sum qq. reg. to. 2. cap. 14. nu. 33. & to. 4. ver. Tertiarij n. 3. vbi refert decretum Sac. Congreg.*

27 Dico 4. eos, qui dignitatem, aut ecclesiasticum beneficium habent in aliqua ecclesia, in illa regulariter sepeliendos esse, si absque sepulturæ electione decedant *Vgolin. de offic. & pot. Episc. p. p. cap. 17. n. 8. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 25. n. 12. Innoc. in cap. 1. de sepult.*

28 Vnde Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ in eorum ecclesijs Cathedralibus sepeliuntur, etiãsi extra Ciuitatem, vbi habent sedẽ episcopalem, moriantur *arg. c. is qui de sepult. in 6. Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. p. 11. n. 51. & seq.* & si fortè duos Episcopatus habuisset, quorum vnus alteri vnitus est, sepelientur in ecclesia Cathedrali, cui vnita est altera Cathedralis: nã illa vt principalis habetur; si verò duos Episcopatus dispensatiuè habuissent, sepeliuntur in ecclesia Cathedrali, vbi ferè continuò residebant *Barbos. de offic. & pot. Episcop. par. 3. all. 114. n. 40.* vbi etiam dicit, quod Episcopi coadiutores in eadem Cathedrali sepeliuntur.

29 Item Dignitates, & Canonici, Capellani, seu beneficiati, & Clerici ecclesiæ Cathedralis debent in eadem ecclesia sepeliri, etiamsi domum habeant in diuersis Parochijs *Fusc. de visit. lib. 1. cap. 25. nu. 12. Vgolin. d. cap. 17. nu. 8. Lauor. d. tit. 2. cap. 11. n. 62. & seq.* Cathedralis enim non solum est generalis, sed etiam immediata parochialis ecclesia totius Ciuitatis, & diœcesis. 30 Si verò Canonici, & alij Clerici in diuersis Parochijs habitantes ab ecclesia parochiali ecclesiastica sacramenta in infirmitate recipiant, tunc eidem parochiali canonica portio debetur, quamuis in Cathedrali debeant sepeliri *c. cum super de sepult. Lap. all. 62.*

31 Ità etiam Rector ecclesiæ curatæ in eadem sepeliri debet *Innoc. in d. cap. 1. de sepult. Fusc. de visit. lib. 1. d. cap. 25. n. 12.* & si dispensatus esset ad plures parochiales, sepelitur in ea ecclesia, vbi residebat *Lauor. d. tit. 2. cap. 11. nu. 88.*

32 Cæteri Capellani, seu Beneficiati in ecclesijs, in quibus habẽt Capellanias, seu beneficia, tumulandi sunt: secus si beneficia non habeant, aut sint Capellani tantum amouibiles, quia tunc in proprijs parochijs sepeliri debent *cap. cum quis de sepult. in 6.* idemq. dicendum est, si quis dignitati, aut beneficio renũciauerit, hoc enim casu non sepelitur in ecclesia, in qua dignitatem, aut beneficium habebat, sed in Parochiali, in qua degit *Lauor. d. tit. 2. cap. 11. nu. 61. 86. & seq.*

§. II.

§. II.

Vbi sepeliendi sint exteri, viatores, & Peregrini.

33 REspondent nonnulli Doctores *apud Sylu.in ver. Sepultura num.*8. tales esse sepeliendos in Ecclesia maiori,seu Cathedrali,in qua de iure antiquo erat cõmunis sepultura *cap.vbicumq.* 13. *q.* 2.

Alij verò asserunt,quod sepeliri debent in Ecclesia parochiali, in qua decedunt,si nulla adsit cõsuetudo in contrarium *Seraphin. dec.*1135. *Ricc. in Prax. for. eccles. par.*4.*res.*193.*& hanc veriorem dicit Gratian.discept.*94.*num.* 73. *& communem dicit Sperell. decis.*87. *num.*12.*& seq.* præsertim si in Parochia moram traxerunt, vel veniant animo trahendi, vt scholares, vel sacramenta receperint à Sacerdote parochiali, *vt d. Sylu. loco cit. Ant.de Butr.in cap.*1.*nu.*9. *de Sepult.*

34 Limita si Episcopus decederet extra propriam Diœcesim, & in Ciuitate alterius Episcopi, quia tunc non in Parochiali, sed in Cathedrali illius Ciuitatis sepeliri debet, *vt dicunt DD.quos refert, & sequitur Barbos.de offic.& pot.Episc.par.*3.*all.*114.*num.*40.

35 Notandum est etiam quod non possũt Parochi plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum,quam ciuium:pauperum verò cadauera gratis sepelire debẽt *iuxta decreta Sac.Congregat.apud Lauor.var.elucubr.tom* 1. *tit.* 2. *c.* 10.*num.*7. *Barbos. de offic. & pot. Paroch.cap.*26.*num.*83.*&* 84.

§. III.

Vbi sepeliendus sit qui habet domicilium in vna Parochia, & habitat in alia.

36 REsp. quod sepeliendus est in ea Parochia, in qua decedit: vbi enim quis adpræsens habitat, & animum habet per aliquod notabile tempus permanẽdi, licèt non constituendi domicilium, ibi dicitur habere parochiam,vt cõtingit in officialibus, scholaribus, famulis, nutricibus, conductoribus domorum, & similibus *Ceuall.pract.quæst.commcont.commun.q.*458.*num.* 36. *Gratian.to.*1.*discept.*75.*num.*18 *& seq. Sylu.ver.Sepultura nu.*8. *Menoch. cons.*398.*nu.*25.*&* 26.*lib.*4. *Sanch. de matrim.lib.*3.*disp.*23.*sub nu.*12. *ver.& confirmatur Gutier.de Matrim.cap.*63.*num.*19. *vbi hanc opinionem dicit esse benigniorem, & veriorem.* & videtur probari *ex cap.fin.de Paroch. & cap.in nostra de Sepult.ibi, soluta quarta Parochiali Ecclesiæ,de cuius Parochia mortuorum corpora assumuntur*, vbi habitatio consideratur, non domicilium; eo enim ipso,quod aliquis percipit sacramenta in aliqua parochia, in dubio videtur ibi elegisse sepulturam *Sylu. in ver.Sepultura nu.*8. *Seraphin. dec.* 1135.*num.*3.*Gratian.to.* 1. *discept.* 94.*num.*74.*Sperell.decis.*87.*num.*6.

37 Hoc tamen intellige, dummodò non sit causa recreationis, vel

alia

alia statim rediturus ad propriam Parochiam, *vt d. Sanch. loco cit.* tũc enim esset sepeliendus in Parochia sui domicilij *cap. is qui de Sepult. in 6. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 88. num. 3. Rot. dec. 643. num. 2. par. 1. diuers.*

38 Verum si quis ruri permaneret animo habitandi pro maiore anni parte, vel haberet domum hyemalem in Ciuitate, & æstiuam in Rure, & æquali tempore modò in vna, modò in altera moretur, tunc efficitur vtriusque Parochiæ parochianus, vt qui in duobus locis æquè principale habet domicilium. & ideò in ea sepeliendus est, in qua decedit *Sylu. ver. confessor nu. 10. Sanch. de matrim. lib 3. disp. 23. sub num. 12. vers. & confirmatur. Sperell. decis. 87. n. 10. Rot. decis. 656 par. 1. Diuers.*

39 Si quis autem haberet duo domicilia se collocans æqualiter in vtroque, & in loco tertio eligeret sepulturam, ecclesiæ, in quibus habebat domicilia, inter se diuidere debent canonicam portionem *cap. cum quis de Sepult. in 6.* idemq. dicendum, si quis inhabitaret domum in confinio duarũ Parochiarum, vel duas domos coniunctas, quæ sint in duabus Parochijs; eadem enim ratione illæ duæ diuident quartam *glos. in d. cap. cum quis ver. domicilia.* si

40 verò non eligeret Sepulturam, in tali casu defunctus sepeliri debet in ecclesia, à qua recepit sacramenta *d. cap. cum quis de Sepult. in 6.*

41 Sed quæres, cuius Ecclesiæ Parochianus sit censendus is, qui habitat in confinio duarum ecclesiarum, seu qui habet domum, quæ ex vna parte sit de Parochia vniuscclesiæ, & ex alia, alterius ecclesiæ? Respond. quod talis dicitur Parochianus illius, ex qua domus aditum habet, quia ex aditu iudicatur de domo, cui cedat *l. si cui ædes ff. de leg. 3. Bart. in l. quod conclaue num. 6. ff. de damn. inf.* si verò domus habeat duas portas in diuersis parochijs, iudicatur de ea parochia, in qua resident porta principalis, & aditus magis frequentatus, *vt post Bart. d. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 32. num. 71. quibus adde Felin. in cap. omnes de maior. & obed. quem refert, & sequitur Riccius in Prax. for. eccles. p. 1. res. 520.* vbi etiam subdit, quod si aditus est à parte anteriori domus, & à parte posteriori, & vterque vicissim frequentetur, nihilominus cẽsetur esse Parochianus ecclesiæ à parte anteriori ex eo, quod illa pars censetur principalior, & nobilior *Bart. in l. cum in diuersis ff. de relig. & sumpt. funer.*

§. IV.

Quomodò probetur electio Sepulturæ

42 AD electionem Sepulturæ nõ requiritur scriptura, sed sufficit, si quis coram testibus in Ecclesijs, vel Regularium, vel alijs sibi sepulturam elegerit, *vt resoluit Sac. Congreg. Episc. & Regul. teste Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. cap. 11. nu. 121.* probatur autem huius-

huiusmodi electio, etiam per testamentum, & Codicillum inualidum, ac per scripturam propria manu subscriptam *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 294. num. 34.* & quamuis alias probanda esset per duos testes, sufficeret tamen, si testes huiusmodi essent singulares, videlicet si vnus audiuit in tali loco, & alius in alio *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 61. numer. 8. & hanc esse communem dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 575. & d. par. 4. res. 294. nu. 32.* subdit etiam Genuens. vbi supra, quod Neapoli in hoc statur dicto Confessarij, & ideò, vbi esset particularis cõsuetudo, esset seruanda.

43 Notandum tamen est, quod non valeret electio Sepulturæ facta ad suggestionem, videlicet, si Parochus dicat infirmo, vis sepeliri in Parochia, vel in alia Ecclesia, ipsam specialiter nominando, sed debet in genere interrogari, in qua Ecclesia velit sepeliri *Cravett. cons. 7. vol. 2. Bursat. cons. 226. num. 18. vol. 3. quos refert, & sequitur Ricc. d. par. 4. res. 294. num. 30.* vnde si quis põtè eligeret Sepulturam, deinde inductus fuisset per suggestionem ad aliam eligendam, sepeliendus est in prima electa, secunda enim fuit inualida ratione suggestionis *idem Ricc. d. res. 294. num. 39.*

Notan. secundò, quod si infirmus tempore infirmitatis sibi e-
44 legerit sepulturam, & postea conualescat, censetur reuocasse illius electionem: nisi ex coniecturis appareat de eius contraria voluntate, puta si huiusmodi electio fiat in testamento, vel alio instrumento publico, hoc enim casu non censetur reuocata electio sepulturæ per conualescentiam. *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. res. 312.*

45 Quæres primò, an Episcopus possit sibi eligere Sepulturam extra Diœcesim, vel extra Prouinciam. Resp. affirmatiuè, & tunc debent fieri expensæ ex bonis ipsius defuncti licèt acquisitis intuitu Ecclesiæ *Gemin. cons. 1. num. 5. Hyer. Vener. de exam. Episc. lib. 4. cap. 17. num. 7. Alzed. par. 1. cap. 12. num. 46. quos refert Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3 all. 114. n. 40.*

46 Quæres secundò, vtrùm Religiosi eligere possint sepulturam? Resp. negatiuè, nisi à Monasterio adeò remoti essent, vt ad illud cõmodè deferri nequeant *cap fin. de Sepultur. in sexto.* Tertiarij verò siue viri, siue fœminæ in propri's domibus habitantes, sepulturam vbi voluerint eligere possunt *ex cõstitutione Leonis X. quã refert Lezan. in Summa qq. reg. to. 2. cap. 14. nu. 27. & 33.*

47 Quæres tertiò vtrum filijsfam. possint sibi eligere Sepulturam? Resp. quod filij puberes siue masculi, siue fœminæ possunt sibi eligere sepulturam, etiam sine consensu Patris *cap. licet Pater, & ibi glos. de sepult. in 6.* impuberes verò non possunt, *vt in dicto capit. licet Pater.* etiamsi id facerent cũ auctoritate Tutoris: quia Tutor non potest ea perficere, quæ perficiuntur post mortem pupilli, quo tẽpore tutela expirauit *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. res. 294. n. 36*

hoc

hoc tamen limitatur, quando malitia suppleret ætatẽ, quia tũc etiã impuberes sepulturam sibi eligere possunt *Bart. in l. qui in potestate n. 3. vers. in vno tamen c. usu, & in l. si filius fam. post n. 2. ff. de testã. Lauor. d. cap. 11. n. 109.*

§. V.

Quantum distare debeant sepulturæ ab Altaribus.

48 Tã sepulturæ debent esse remotæ ab Altaribus, vt Sacerdos, qui Missam celebrat, supra defunctorum cadauera pedibus non cogatur insistere *capit. præcipiendum 13. q. 2. cap. non oportet de consecrat. dist. 1. Ricc. in collect. decis. 383 8. p. 8. Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. cap. 8. n. 14.* vbi refert, quod in actis ecclesiæ mediolanensis decretum fuit, vt sepulchrorum ostium longè absit ab Altaris scabellis ligneis, vel bradella cubitis ad minus tribus, sepulchra verò ipsa ad scabellum ligneum non pertingant.

Quare nemo sepeliẽdus est prope altare, seu sub bradellis: & si reperiantur sepulturæ iam constructæ, nõ debet super illo Altare celebrari, sed debet interdici, donec
49 corpora aliò transferantur, *vt resoluit Sac. Cong. testibus Lauor. & Ricc. locis cit.* vbi etiam dicũt, quod non sunt consecranda altaria, sub quibus sepulta sunt corpora mortuorum, nisi illis remotis.

§. VI.

Vtrum possit aliquid accipi pro loco sepulturæ.

50 Alij negant, *ità S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 4. ad 3. Sylu. in ver. sepultura n. 2. fusc. de visit. lib. 1. c. 25. n. 10. & alij, quos refert & sequitur Genuens. in Prax. Archiep. capit. 33. n. 20.* quia quando locus est pro sepeliendis fidelium corporibus deputatus auctoritate Episcopi, tunc dicitur esse quid spirituale, vel spiritualitati annexum *cap. ad hæc de Relig. dom. glos. comm. recepta in c. in ecclesiastico 13. q. 2. Lauor. var. elucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 10. num. 27.* quamuis in eo loco nullus sepultus sit *glos. in cap. abolendæ de sepult.* & ideò vendi non potest, nec aliquid recipi absque Simonia *d. cap. in ecclesiastico.* non obstante qualibet consuetudine *c. abolendæ de sepult. cap. non satis & cap. cum in ecclesiæ de Simon.* nisi sponte detur *cap. præcipiendum 13. q. 2. c. dilectus 2. de Simon.* Quare si sepultura destinata sit pro cõfratribus, aut alijs personis, & fieret pactum, vel taxa, vtsi extraneus velit ibi sepeliri, certum quid soluat, committeretur Simonia *cap. audiuimus eod. tit. de Simon. Sylu. in ver. sepultura n. 2.*

Ex quo infert Abb. *in cap. abolẽdæ n. 5. de sepult.* quod non potest licitè vendi vas lapideum, seu ligneũ aptum ad capiendum corpus defuncti, si est deputatum ad hunc vsum auctoritate Episcopi, quia tunc est religiosum.

51 Alij

51 Alij tamen Doctores putãt, posse aliquid recipi pro sepultura ratione situs, vel melioris, aut dignioris loci; & idem dicunt de Capella, tunc enim non venditur sepultura, seu Capella, sed dignior locus in ecclesia; locus autem ratione materiæ videtur pretio æstimabilis *Gratian. disœpt.* 210. *n.* 11. *Lauor. d. tit.* 2. *c.* 10. *nu.* 15. *& seq. vbi alios referunt, quibus adde Layman. in Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 10. *c. vlt. §.* 4. *n.* 37. *in fin.* vbi dicit, quod si quis certum locum ecclesiæ, vel cæmeterij sibi, suæq. familiæ tamquam proprium vendicare velit; non videtur esse prohibitum pro tali iure aliquid exigere, quia talis obligatio incumbens Clericis, quod alium in eo loco sepelire nõ possint, videtur esse pretio æstimabilis.

Ex quo infert Riccius *in Prax. for. eccles. p.* 1. *resol.* 572. quod potest etiam aliquid exigi ab hæredibus defuncti, qui ad aliam ecclesiam cadauer cupiunt trãsportare, quia cum id ab hęredibus petatur ad finem consequendi honorabiliorẽ locum in alia ecclesia, potest ille honor pretio æstimari.

Quod præsertim haberet locũ in ijs locis, vbi adest talis consuetudo, vt aliquid pro sepultura, seu Capella recipiatur *Lauor. & Layman. locis cit. Bonac. de Simon. disp.* 1. *q.* 6. *§.* 6. *nu.* 2. *idẽ in hoc casu dicit Sylu. in ver. sepultura d. n.* 2. *glos. in d. cap. abolẽdæ ver. exigere de sepult. quam esse commun. receptam d. Gabr. cons.* 190. *in princ. vol.* 2. vbi etiã dicit, quod Romæ viget consuetudo, vt sine pacto aliquid detur pro loco.

52 Neq. requiritur aliqua solemnitas in concedendo vsu sepulturæ, seu capellę, quia hęc non dicitur alienatio, sed concessio ad vsum, ad quem res fuit fabricata *Quarant. in ver. alienatio rer. eccl. n.* 29.

53 Quare licèt de iure nihil recipi possit pro sepultura, aut Capella, vt expresè cauetur *in d. c. non satis, & cap. cum in ecclesiæ de Simon.* in quibus terminis loquuntur omnes Doctores primæ sententię, *vt obseruat Gratian. d. discept* 210. *n.* 28. vbi tamen adest huiusmodi consuetudo aliquid recipiendi ratione situs, vel dignioris loci, tuta conscientia seruari potest *per tex. in cap. ad apostolicam de Simon.* per quem tex. derogatur *d. cap. non satis, & cap. cum in ecclesiæ:* ea enim quæ ab antiquo ecclesiæ, & ministris, quamuis eleemosinæ titulo,

54 tribui consueuerunt, omninò debentur, etiam de iure ciuili, nec debent vllo modo impediri *l. priuilegia C. de sacros. eccles.* Vnde si ciuitas dare consueuit ecclesiæ aliquam eleemosinam, non posset hoc per statutum immutari: eleemosinæ enim debitæ, seu consuetæ debent dari perpetuò *Bart. in d. l. priuilegia n.* 3. *quem sequuntur moderni communiter.* & ideò licèt Clerici non possint aliquid petere pro ministrandis Sacramentis, ta-

55 men si laici aliquid ex consuetudine laudabili soluere soliti sint, possunt compelli ad illius obseruantiam ministratis prius sacramẽtis, *vt in d. c. ad Apostolicam Abb. in cap. abolẽdæ n.* 7. *de sepult.* immò hæc, & alia consueta dari proactibus spiritualibus iam præstitis, li-

citè possunt accipi, antequam præstentur, & etiam interdum peti ad impediendas contentiones, & molestias, quæ alioqui probabiliter putantur futuræ *Nau. in Manual. cap. 23. n. 106. Vulp. in Prax Iudic. for. eccles. cap. 14. n. 6.* vbi dicit, quod peti potest pignus, vel fideiussor, quando experientia visum esset, quod ex post facto talis merces nō possit exigi, vel cum difficultate.

56 Vbi verò non cadit consideratio maioris honoris ratione dignioris loci, vt pro sepultura in Cœmeterio, & loco communi, nihil prorsus recipere licet, *vt decisum refert Lanor. d. tit. 2. capit. 10. numero 16.*

57 In dubio autem præsumitur, talem consuetudinem inductā causa auaritiæ, vel cupiditatis, quando enim agitur de solutione temporali facienda Clericis, in dubio contra eos est iudicandum, nè notentur auaritia *Abb. in cap. 1. nu. 6. de Decim. & alij apud Ricc. in Prax. for eccles. par. 1. res. 576.* & ideò quādo dubitaretur de huiusmodi cōsuetudine, quatuor conditiones probari debent: prima quod gratis, & sponte Parochiani soluerint nulla cogente necessitate, & nulla præcedente pactione, alias initiū fuisset Simoniacum: secunda quod prius administrata fuerint spiritualia, quam datum aliquid temporale, quia alias censeretur facta solutio pro redimenda vexatione: tertia quod id, quod soluitur, fuerit taxatum arbitrio Parochianorum, non clericorum, vt excludatur ōnis suspicio cupiditatis, & Simoniæ: quarta quod totus populus vel maior pars perseuerauerit in seruāda huiusmodi consuetudine, *ità Ricc. in Prax for. eccles. p. 1. res 576. Vulp. vbi supra n. 2. & seq. Gratian. d. discept. 210. num. 29. vbi alios refert, & censuit Sac. Congreg. apud Farinac. decis. 145. p. 4. Diuers.* Addit Vulp. *loco cit n. 5.* quod cum cōsuetudo sit quid facti, debet probari, quod sit legitimè præscripta spatio videlicet 10. annorum. Quare non sufficit probare, se esse in perceptione recipiendi, nisi hæc etiam probentur requisita, cum hoc possessorium habeat admixtam causam proprietatis *Gratian. loco cit.* vbi etiam dicit, quod hæc cognitio ad iudicem ecclesiasticū tantummodò spectat.

58 Quæ verò diximus de Capellis, seu Altaribus, intellige, quando solum ad ornatum ecclesiæ construuntur: secus enim dicendum esset de ecclesijs, & Capellis, quæ ædificātur, seu construuntur, vt ibi Missarum sacrificia, & alia diuina officia celebrentur; tūc enim erigi fine dote non debent *cap. nemo ecclesiam de consecr. dist. 1. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 91. n. 1. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 5. n. 2. Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 1.* in hoc enim casu cessat suspicio auaritiæ, & Simoniæ, cum dos assignetur pro ipsius ecclesiæ seu Capellæ conseruatione, vt inde necessaria tam ecclesiæ, seu Capellæ, quā Sacerdotibus, & Clericis subministrentur, *vt in d. cap. nemo.* dignus est enim operarius mercede sua *cap. 1. de sepult.*

Addit Dec. *in cap. quanto n. 56. & 57. de Iudic. Genuens. in Prax.*

Ar-

Archiep. cap. 33. num. 27. quod si Prælatus alicui sepulturam concessit in aliquo sepulcro ecclesiæ, vel Cœmeterij, non potest alteri facultatem concedere mortuum inferendi in tali sepulchro illo inuito, nisi ex magna causa.

§. VII.

An, & quando possint defunctorum cadauera exhumari.

59 IN duobus casibus exhumari posse cadauera dicit Alberic. *in l. ossa ff. de Relig. & sumpt. fun.* primò si ossa excommunicatorũ, vel hæreticorum, qui in articulo mortis ecclesiæ reconciliati non fuerint, sepulta sint in ecclesia, vel cœmeterio: tunc enim si discerni possint ab aliorum corporibus, debent exhumari, & ab ecclesia proijci *cap. sacris de sepul.* aliter locus sacer remanet violatus, & pollutus *cap consuluisti de Consecr. eccles. vel alt. Alter. de Censur. to. 1. disp. 10. lib. 1. c. 6. vers. Immò vt in eodem Nau. in man. c. 27. num. 257. vers. tertius casus est.* nec tantum exhumanda sunt, sed ecclesia, vel cœmeterium, in quo excommunicatorum corpora sepeliri contingit, debent etiam eo casu reconciliari, *vt in d. cap. consuluisti*, & antè reconciliationem fideles non possunt ibi sepeliri, nec diuina officia celebrari *cap. vn. de consecr. eccles. in 6. c. fin. ex. eod. tit. Syln. in ver. consecratio 2. q. 9. Alter. de Censur. to. 1. disp. 10. lib. 1. cap. 6. vers. addit.*

60 Sed hęc intellige de excommunicatis denuntiatis, aut notorijs Clericorum percussoribus *iuxta extrau. Ad euitanda Nau. in man. cap. 27. num. 35. & 36. Bonacin. de de Censur. in part. disp 2. q. 2. pun. 30. num. 4. contra Alter. d. to. 1. disp. 5. lib. 1. cap. 5. in fin. & alios.*

61 Horum autem cadauera exhumari non debent sine licentia Episcopi *l. ossa ff. de Relig. & sump. fun. Decian. in Tract. crimin. to. 2. lib. 6. cap. 44. num. 11. in fin. Rip. in Tract. de Pest. tit. de remed. prę ser- uat. cap. 4. num. 144.*

62 Si verò in articulo mortis excommunicati absoluantur etiam à simplici sacerdote, tunc in Ecclesia sepeliuntur: tenentur tamen hęredes, & propinqui, ad quos ipsorum bona peruenerunt pro eisdem satisfacere *cap. fin. de Sepul.*

63 Secundò quando quis sepeliuit Parochianum alienum, aut eum, qui in alia ecclesia sibi elegit sepulturam, tunc enim non solum corpus restituitur, si ab alijs discerni possit *iuxt. cit. cap. sacris*, sed etiam ea omnia, quæ ratione ipsius fuerunt acquisita *cap. ex parte, & cap. cum liberũ, vbi Abb. & Petr. de Anchar. de sepult. Sylu. in ver. sepultura nu. 11. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 294.* nisi amicabiliter inter se Parochi cõueniant *cap. ex parte 1. eod. tit. de sepult. Lauon. to. 1. tit. 2. cap. 9. n. 121.*

64 Obserua tamen, quod ecclesia agens pro cadauere violenter subtracto non solum de æquitate, sed etiã de rigore iuris debet probare titulum *Petr. de Anchar. in d. capitulo cum liberum num. 3.* nec

sufficeret in huiusmodi possessorio probare titulum apparenter iustum, *vt d. Abb. ibidem num.* 2. tum quia ex hoc sequi potest absurdum, nam si facta restitutione alia ecclesia postmodum obtineret in petitorio, iterum exhumãdum esset corpus contra *text. in l. nè corpora, & l. Diui fratres ff. de Relig. & sumpt. funer.* tum quia ita videtur fuisse definitum *in d. cap. cum liberum*, vbi fratres spoliati corpore defuncti deduxerũt titulum, *vt patet ibi, prout in vltima voluntate disposuit*, & textus concludit, id esse probandum ante restitutionem, *ibi, si ità esse inueneritis, vt rectè obseruat Pet. de Anchar. loco cit. nu.* 3.

65 Sed præter supradictos casus potest etiam exhumari cadauer occisi de licentia Episcopi ad effectum, vt indè capiantur informationes *Lauor. var. elucubr. to.* 1. *tit.* 2. *cap* 12. *num.* 56. *& seq. Bellet. Disquis. cleric. p.* 1. *tit.* 1. *§.* 5. *n.* 133. *& seq. Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 1. *ref.* 463. *Diamp. par.* 4. *tr.* 2. *ref.* 95. *& alij*, & tunc Episcopus concedẽs huiusmodi licentiam non incurrit aliquam irregularitatem, quia hic actus ostendendi cadauer occisi est remotissimus, & suapte natura non directus ad mortem, vel mutilationem *Nau. in man. cap.* 27. *num.* 211. *& alij communi-*

66 *ter*. Vnde eadem ratione potest concedi Curiæ sæculari copia sententiæ depositionis, siue degradationis verbalis, & renunciationis habitus clericalis clerici inquisiti de homicidio in Curia sæculari allegans se esse clericum: quia, quod aliquis sit, vel non sit Clericus, non est causa propinqua mortis, *vt decisum refert Genuens. in Prax. Archiep. cap.* 34. *n.* 12. *quamuis de hoc dubitet Dian. loco cit.*

67 Addit Genuens. vbi supra n. 11. quod non solum Episcopus potest huiusmodi licentiam concedere, sed quod etiam teneatur, nè delicta remaneant impunita, *iux. cap. vt famæ de sent. excom.* verum hoc esse remissum arbitrio Episcopi, declarauit Sacr. Congr. *super cõtrouers. Iurisdict. vt refert. Sperell. decis.* 51. *nu.* 17. & 18. cum euenire aliquando possit casus, in quo id minimè expediret,

68 Huiusmodi autem recognitio in ecclesijs, aut cœmeterijs facienda non est, sed cadauera aliò exportanda sunt *arg. capit. decet de Immun. eccles. in* 6. vbi ab ecclesijs, vel cœmeterijs omnis arcetur strepitus iudiciorum, *& notat Genuens. d. cap.* 34. *num.* 11. *vbi refert, ita statutum fuisse in Concilio prouinc. Mediolanen.* 5. *in tit. de eccles. & eor. cultu, & resoluit etiã eadem Sac. Cong. teste Sperell. d. decis.* 51. *num.* 18. Vnde non potest Episcopus concedere licentiam Iudici laico, vt examinet præsertim cum iuramento aliquem reum, vel testem in dictis locis, quia in *d. cap. decet*, ordinarius ad hæc exequenda, non ad ralaxanda executor deputatus est, *vt d. Io. Andr. in d. cap. decet numer.* 5. vbi cum Guliel. id limitat, quando vrgens, & euidens causa subesset.

69 Si verò laicus sine licentia Episcopi exhumare præsumeret, ex-

com-

communicandus est, cum nullam in ecclesia exercere possit iurisdictionem *d.cap.decet, vbi omnes de Immun.eccles.in 6.Genuens. loc. cit.nu.11.*

§. VIII.

Ad quem spectet concedere licentiam transferendi cadauera de vno ad alium locum.

70 LEge ciuili cautum erat, nè quis humanum corpus de vno ad alium locum transferret sine Augusti beneplacito *l. nemo C.de Relig. & sumpt. fun.* secus erat, si aliqua iusta, & necessaria causa intercedebat, quia tunc Rector Prouinciæ dispensabat *l.1.vbi glos. C.de Relig.& sumpt. fun.* vel si corpus perpetuæ sepulturæ nõdũ traditũ fuerat, sed depositum, siue ad tempus, tunc enim absq. licentia poterat transferri *l. si nec dum C.eod.tit.l.3. §. non perpetuæ ff.de Sepul. viol, glos. in d.l.nemo. Franc.Marc.par.1. decis.* 1065. *n.* 9.*Paul.de Castr.in d.l.1: in fin: C. de Relig.& sumpt.fun.*

71 Hodiè verò corpus humanum sepultum in vno loco non potest in alium transferri, nisi subsistente iusta causa, & cum licentia superioris; iste autem superior est Episcopus, ad quem pertinet cura rerum religiosarum, vel si nulla subest causa, erit Papa, sicut olim erat Princeps, scilicet Imperator, *vt d.Paul.de Castr. in d. l.1.nu.1.C.de Relig.& sumpt. fun. Franc.Marc.par.1.decis.*1056.*nu.7. & 9.in fin.* quocunque enim modo agatur de iure funerandi, cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum *Dec.in cap.quanto n.58.de Iudic.* immò etiam de iure ciuili Episcopo hęc facultas competebat, *vt constat ex l.ossa ff. de Relig.& sumpt. fun. Decian in tract. crim.to.2. lib.6.cap.44.n.5.vbi num.17.* dicit, quod non debent extrahi corpora etiã pro Anotomia sine licentia Episcopi, & Magistratus.

Iusta autem causa videtur esse, si quis vellet mutare sepulchrum suę posteritati, vt accidit, quando quis sacellum alibi construxit, velitque ibi suorum posterorum sepulchrum constituere, tunc enim potest Episcopus translationis huiusmodi licentiam concedere *Io. Dilectus de sepultur.tit.9.cautel. 4. n.2.& 3.relatus in Tractat.Diuers. to.8.par.1.fol.139. Decian. in tract. crimin.tom.2.lib.6. cap.44.nu.8.* & colligitur ex citata *l. Diui fratres ff.de Relig.& sumpt.fun.* vbi dicit, quod si corpus terræ traditum est in arcula hoc animo, vt non aliò transferatur, arcula tamen ipsa (si res exigat) in locum commodiorem transferri potest.

Ità etiam si corpus per diuersũ territoriũ transferri contingebat, de iure ciuili requirebatur licentia Præsidis *l. 3. §. non perpetuæ ff. de sepul.viol.Fran.Marc.dec.*1056. *n.*11. nunc autem requiritur licentia illius Diœcesani, seu Episcopi *Castrens.in d.l.1.n.1.C. de Relig.& sampt.fun.* pœnã tamen non imponitur deferenti corpora huiusmodi per oppida, licèt sine licentia id fieri non debeat *Albericus in l. nè corpora ff.de Relig.& sumpt.fun. Decian.in tract.crimin.to.2.lib.6.c.*

42.*n.*

42.n.22. Menoch.de Arb.Iud. lib.2. centur.4.casu 387.n.24.& 25. Farinac.var.quæstion.quæst.20.n.128 per.l.3.§.Diuus ff.de sepul.viol.

71 An verò missus in exilium ab aliqua Ciuitate possit mortuus duci ad sepultram illius Ciuitatis? Resp.non posse *Farinac.quæst.20. n.130.in fin.Lauor.var. elucubrat. tom.1.tit.2.cap.11.n.141.*

Huiusmodi enim pœna etiã post mortem manet, nec licet eum indè transferre alicubi, & sepelire inconsulto Principe *l.si quis in Insulam ff.de Cadau.punit.* impetranda est igitur licentia à Principe, quæ in huiusmodi casibus negari non debet *l.1.ff.eod.Farinac.& Lauor.locis citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Quid sit quarta funeralis.*
2 *In quo consistat quarta funeralis.*
3 *Non debetur de candelis, quas in manibus gestant religiosi, neque de Cereis Confraternitatum.*
4 *Quid veniat sub nomine funeraliũ & num.5.*
6 *Quid si defunctus sepeliatur in oratorio Confraternitatis.*
7 *Locorum consuetudo attenditur quoad quantitatem quartæ funeralis.*
8 *An Regulares teneantur soluere huiusmodi quartam, & n. 9.*
10 *Solutiones ex causa huiusmodi quartæ à Monachis particularibus factæ non præiudicant monasterio.*
11 *An valeant compositiones factæ inter Religiosos, & Parochos super iuribus parochialibus.*
12 *An Tertiaria teneantur ad solutionem Quartæ.*
13 *An possint Regulares huiusmodi Tertiarijs sacramenta ministrare.*

CAP. XIII.

De quarta funerali.

DEcreuit Sancta Tridentina Synodus *sess.25. de ref.cap.13.* vt quibuscunque in locis iam ante annos 40. Quarta, quæ funeraliũ dicitur, cathedrali, aut parochiali ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocũq. priuil. alijs monasterijs, Hospitalibus, aut quibuscunque locis pijs concessa, eadem posthac integro iure, & eadem portione, quę antea solebat Cathedrali, seu parochiali ecclesiæ persoluatur non obstantibus concessionibus, gratis, priuilegijs etiam mari magno nuncupatis, aut alijs quibuscunque.

1 Pro faciliori autem intelligentia notandum est 1. quod quarta funeralis est certa bonorum portio ecclesiæ parochiali debita propter ministerium sacramentorum *cap.1.de sepult* quę quidẽ olim debebatur de omnibus, quæ obueniebant ratione funeris, & de omnibus legatis factis ecclesię etiam Regularium, ad quam quis eligebat sepulturã *c.in nostra de sepult. Clem.dudum §.verum eod.tit.Sylu. in ver.Canonica portio q.9.* vsu tamen, & consuetudine generali ad
2 quartam funeralium restricta fuit *Card.in d.clem dudum §.verum Couar.in cap.fin.nu.6. de Testam.*

Molin.

Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 217. Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 39. art. 2. in fin. quos refert, & sequitur Rota in causa Elnen. Iurium parochialium 6. Iunij 1631. coram Queipo relat. per Dian. par. 7. post tract. 12. & ideò huiusmodi quarta cõsistit tãtum in cera, & alijs oblationibus, quæ deferuntur tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferri contigerit, *vt declarauit sanctæ memoriæ Pius V. 17. Kal. Iulij 1567. prout refert Lezan. in sum. to. 4. ver. Quarta funeralis n. 7. Rota in d. Elnen. Iurium parochialium* vbi etiam dicitur, quod de ea tantum loquitur Concilium Tridentinum *d. sess. 25. cap. 13.* non tamen debetur quarta de Candelis,
3 quas in manibus deferunt Religiosi, neque de cereis Confraternitatum sæcularium, aut piorum locorũ assiciantium funera *extrau. inter cũctas §. porrò de Priuil. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. res. 337. Lezan. loco cit. in ver. quarta funeralis n. 7. Sorb. in ver. Canonica portio n. 6. Sylu. eod. ver. in fin.*

4 Quare sub nomine funeralium veniunt cerei, qui circa crucem, vel cadauer deferri solent, maceries omnis, quæ supra corpus construitur, pannus siue laneus, siue sericeus, siue auro contextus, quo feretrum tegitur, & omnia quæ cũ funere computantur, & pro illo in ecclesia præparantur, siue alias efferuntur, *vt in d. extrauag. Inter cunctas §. porrò de Priuil. glos. in clem. dudum ver. funeralibus de sepult. Lezan. loco cit. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. res. 301.*

5 Ea etiam sub nomine funeraliũ continentur, quæ occasione funeris deueniunt, etiam postquam corpus fuerit in terra reconditũ & vsque ad 30. diem, & quamdiu fit memoria de funere *Barbos. de offic. Paroch. cap. 25. n. 27. vbi dicit ita de consuetudine seruari* & ideò, huiusmodi quarta Parocho debetur ex funeralibus sequenti die post funus solemniori põpa factis, quamuis ei funeris die data fuerit candelarum, & facum quarta, *vt censuit Sac. Cong. Episcop. & Regul. 3. Augusti 1621. teste Barbos. vbi supra num. 38.*

6 Hæc autem non debentur Capellano oratorij, seu Confraternitatum, si fortè defunctum ibi sepeliri contingat: sed debentur tãtum ecclesiæ parochiali *Rota in Borgomen. funeralium 7. Nouẽb. 1594. coram Card. Mantic.* quam refert *Ricc. d. p. 4. res. 301.*

7 Notandum 2 quod licèt hæc portio dicatur quarta, tamen canones non concordant in quota; nam alij dicunt esse quartam, alij tertiam, alij medietatem *glos. in cap. cum olim in ver. quartæ omniũ de Censib. Card. Caualer. decis. 247. n. 2.* & ideò quoad hoc locorum consuetudo est seruanda *Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5 nu. 36. vers. quota autẽ.* & in vrbe Parochi medietatem percipiunt candelarum, & intorsitiorum, quę in ecclesijs, etiam regularium circa funera accenduntur *ex decreto Congregationis RR. Præfectorum vrb. approbato ab Vrbano VIII. die 21. Martij 1629. prout refert Barbos. de offi. Paroch. cap. 25. n. 42.*

8 Notandum 3. quod regulares

per

per priuilegia Sedis Apostolicæ eximuntur ab omni quarta præterquã funeralium propriè, ideſt concomitantium funus *ex Conſtitutione Sixti IV. quam refert Sylu.in ver.Canonica portio in fin. & ità etiam ſtatuit Pius V. prout refert Rota in d. Elnen. Iurium parochialium*. & quamuis Sorb. *in ver.canonica portio*, referat, Nicholaum V. fratribus Carmelitanis indulſiſſe,vt nec etiam de funeralibus oblationibus teneantur ſoluere quartã,vel canonicam portionem, huic tamen conſtitutioni Nicolai derogatum eſſe in hac parte per conſtitutionem PijV. ſupra relatam *dicit Lezan.loco cit.in ver.Quarta funeralis nu.7.*

9 Notandum 4. quod Doctores duo copulatiuè requiruntad hoc vt Regulares comprehendantur ſub diſpoſitione Concilij *d.ſeſſ.25. cap.*13.videlicet, quod monaſterium ſit fundatum ante 40.annos ante Concilij publicationem, & quod eſſet ſolitum perſoluere dictam quartam; ex quo inferunt, quod monaſteria fundata ante concilium citra 40. annos, vel poſt Concilium, aut quæ in dies ædificantur, vel ædificabuntur, non tenentur ſoluere huiuſmodi quartam, dummodò talia monaſteria ſint eius Religionis, cui à Sede Apoſtolica ſit indultum, vt quartam funeralem ſoluere non debeat, aut eis ab eadem ſede communicata fuerint priuilegia earum Religionum, quæ ab huiuſmodi quarta eximuntur, *ita Rodriq. qq.reg.tom.*1. *q.*39. *art.* 2. *Mirand.in Man.to.*2.*q.*48. *art.* 7. *Ioann.de Cruc.de ſtat.Religion.l.*2 *cap.*9,*dub.*5.*Portell.in dub. Regul. ver.canonica portio num.* 1. *& ſeq. Nald.in Sum.ver.Sepultura nu.* 1. *quos refert, & ſequitur Lezan.in Sum.tom.*4.*d.ver.Quarta funeralis num.*5. *& ità etiam declarauit Pius V. in Conſtit.incip. Etſi Mẽdicantium, quam refert Barboſ. de offic.& pot.Paroch. cap.*25.*n.*14. *Lezan.vbi ſupra num.*6. *& tenuit Rota in Licien.Quartæ funeraliũ* 15. *Ian.* 1618. *coram Coccino, vt refert Ricc.in prax. for.eccleſ.p.* 3. *reſ.*336.*Barboſ.de offic.& pot.Epiſ par.*3.*alleg.*86. *numer.* 17. *& ſeq. Lezan.loco citat. numer.*6. *& cenſuit etiam Sacr. Cong. apud Quar. in ver. Priuilegia Regularium verſ.aliam declarationem Rot.in Licien.Quartæ* 27. *Iunij* 1642. *coram Rojas quam refert Dian. p.* 7. *poſt tract.*12.*& refertur etiam inter Deciſ.nouiſſim. Diuerſ. par.* 4. *deciſ.*20.

Hæc autem Pij V.conſtitutio in hoc nõ eſt reuocata à Greg. XIII. per aliam conſtitutionem,*quæ incip. In tanta*, quia Gregorius ſolum reuocauit præfatam conſtitutionem Pij V. quatenus per ipſam conceditur aliquid contrarium decretis Cõcilij Tridentini, non autem quatenus ipſa declarantur *Rota in d.Licien.& in Tarentin.Quartæ funeralis* 5.*Decembris* 1629. *corã Queipo apud Diã. loco cit.& notat.etiam Barboſ. de offic.Paroch.d.cap.*25.*num.* 14. *Lezan.in ver.Quarta funeralis n.* 6. vbi id etiam probat, ex deciſione Sac.Congregationis,& ex Conſtitutio-

tutione Pauli V. *incip. Decet. Romanum.*

Addit Portel: *quem refert, & sequitur Lezan. vbi supra num. 8. contra Nouar. in Lucer. Regul. ver. quarta num. 1.* quod hæc locum habent etiam in monasterijs monialium, quia Pius V. in d. Constitutione ipsarum expresse meminit.

Obseruant etiam Doctores, quod Concilium *d. cap. 13.* loquitur de Priuilegijs concessis à 40. annis citra; & ideò non procedit in priuilegijs antiquissimis cõcessis ante 40. annos ante Concilij, siue illius publicationem, quibus per dictum decretum nõ fuit derogatum, *& ità censuit Sac. Cong. teste Quarant. loco cit. vers. quasdã alias Rota in Hispalen. Quartæ funeralium 4. Iulij 1590. coram Pãphilio, & ità etiam declarasse Piũ Quintum dixit Rota in Tarentin. Quartæ funeralis 5. Decembr. 1629 coram Queipo, prout refert Diana loco cit.*

10 Notandum 5. quod solutiones ex causa huiusmodi quartæ à monachis particularibus factæ non præiudicant successoribus, seu monasterio; quia monachi particulares non possunt renunciare priuilegio toti ordini concesso *Rot. in d. Hispal. Quartæ funeraliũ 4. Iulij 1590. corã Pamphilio.* validæ tamen sunt compositiones
11 super iuribus parochialibus factę inter Prælatos conuentuales, & Parochos, etiamsi fiant absque licentia Superiorum Prouincialiũ, & Generalium; dummodò sint licitę, & fiant cum consensu Conuentus, nec irritentur per sequẽs Capitulum generale, vel prouinciale, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. de off. Paroch. d. cap. 25. num. 34.* vbi id probat ex decreto Leonis X. in Concilio Lateranen. & colligitur etiã ex constitutione Sixti IV. *quam refert Sorb. loco cit. num. 6.*

Notandum 6. quod Tertiariæ,
12 quas de pœnitentia, seu Bizzocas vocant, quartam funeralem de iure soluere debent, tum quia possunt alibi sibi eligere sepulturam extra ecclesias Religionis *ex decreto Sacr. Cong. Episcop. & Regul. apud Lauor. var. elucubr. to. 1. tit. 2. cap. 11. num. 103.* tum quia tales non sunt veræ religiosæ, ex quo non vouent solemniter tria vota, *vt d. Cordub. apud Sorb. in uer. Tertiarij vers. quoad resolutionem*: Vnde non possunt Regu-
13 lares Eucharistiæ Sacramentum die Paschatis resurrectionis eis ministrare, sicuti neque sacramẽtum pœnitentiæ, nisi fuerint ab ordinario loci approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas, *vt eadem Sacr. Congr. declarauit.* Quare cum ab ecclesia parochiali recipiant ecclesiastica sacramenta, consequenter quartam funeralem soluere debent *cap. 1. de sepult. cap. cum quis eod. tit. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *An missa celebrari possit in priuatis oratorijs de licentia Episcopi.*

2 *An priuilegia Regularium, qui-*

bus poterant in quouis loco honesto cum altare viatico celebrare, sint hodiè sublata.

3 *An Episcopus in particulari casu possit dispensare, vt missa extra ecclesiam celebretur.*

4 *An priuilegium Episcopis concessum in cap. vlt. de Priuil. in 6. sit hodiè reuocatum.*

5 *Episcopi hoc priuilegio vti non possunt in Vrbe Roma, nisi de licentia Papæ.*

6 *An eodem priuilegio vti possint in aliena Diœcesi, si Episcopus illius Diœcesis suo edicto prohibuerit, nè quis in suo Episcopatu celebret extra loca sacra.*

7 *An Episcopus possit onera missarum reducere.*

Et an eadem facultas competat Generalibus Ordinum, ibidem.

8 *Refertur in hoc decretum Sacr. Congregationis.*

9 *An Episcopus possit concedere, vt missa celebretur in alia ecclesia, vel Altare, si in loco constituto celebrari neque at-*

CAP. XIV.

De Sacrificio Missæ.

§. I.

An Episcopus possit concedere facultatem celebrandi missam in Capella domus priuatæ.

1 Vamuis ante Concilium Tridentinum celebrari posset de licẽtia Episcopi in priuatis Oratorijs super ara sacra portatili, *vt in cap. missarum cap. cõcedimus cap. si quis etiam de consecrat. dist.* 1. hodiè tamen hanc licentiam Episcopus nõ potest amplius concedere, *vt constat ex cod. Conc. sess.* 22. *in decret. de obseru. & euitand. in celebr. miss. & censuit etiam Sac. Cong. teste Riec. in Prax. for. eccles. par.* 1. *res.* 470. *Meg. al. var. resol. tom.* 2. *res.* 168. *num.* 11. *Nau. in man. cap.* 25. *nu.* 81. vbi etiam notat, quod per dictum Decretum

2 Concilij hodie sunt sublata Prædicatorum, & minorum priuilegia, per quæ poterant in quouis loco honesto cum altare viatico celebrare, *vt in cap. in his* 30. *de Priuil.* nisi à Sede Apostolica post Tridentinum fuerint confirmata; quemadmodum priuilegia Societatis Iesu fuisse à Gregorio XIII. confirmata cum derogatione Concilij testatur Barbos. *de offic. & pot. Episc. par.* 2. *all.* 23. *num.* 4. *& alij.*

3 Obseruant tamen Doctores, posse Episcopum in particulari casu concurrente necessitate, vel iusta causa dispensare, vt missa extra ecclesiam in loco honesto celebretur *ità Piasec. in Prax. Episc. par.* 2. *c.* 3. *n.* 21. *Barbos. loco cit. num.* 9. vbi hanc facultatem tribuit etiam Vicario Episcopi, *& alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de Sacram. disp.* 4. *q. vlt. pun.* 9. *n.* 11. immò addit Nau. *in Man. cap.* 25. *nu.* 81. posse etiam hodiè missas celebrari extra locũ sacrum sine licentia Episcopi propter necessitatem, quemadmodũ in tali casu licitũ erat ante Concilium

cilium Tridentinum *per cap. concedimus de Consecr. dist. 1.*

4 Obseruant 2. per hoc Concilij decretum non esse reuocatum priuilegium Episcopis concessum *in cap. vlt. de Priuil. in 6.* vbi Episcopis indulgetur, vt possint altare habere viaticum, & in eo celebrare vbicunque, ita tamen, vt non violent interdictum. *Nauar. cons. 5. de Priuil. & ità declarasse Sac. Cong. refert Valer. de differ. inter vtrumque for. ver. missa diff. 2. vers. hæc tamen regula Pagund. in quinque Eccles. præcept. par. 2. lib. 3. cap. 13. num. 19. Armend. in Addit. ad Recopil. leg. Nauar. lib. 1. tit. 18. l. 7. De Epis. numer. 73. quos refert Barbos. loco cit. num. 5.*

5 Hoc tamen priuilegio vti non possunt in Vrbe Roma, nisi de expressa concessione Papæ *Nau. cons. 5. de Priuil. Barbos. & Ricc. locis cit.* neque etiam in aliena

6 Diœcesi, si Episcopus illius Diœcesis recepit Concilium Tridentinum, ac suo edicto prohibuit, nè quis in suo Episcopatu celebret extra loca sacra: quia Episcopi auctoritate Concilij prædicti possunt statuere quæ sibi videntur iusta, & honesta tamquam delegati Papæ non obstantibus priuilegijs, *vt d. Nauar. cons. 5. de Priuil.*

§. II.

An Episcopus possit onera missarum reducere.

7 COncilium Tridentinum *sess. 25. de ref. c. 4.* concessit Episcopis, vt in Synodo Diœcesana, ac generalibus Ordinum, vt in suis Capitulis generalibus exiusta causa possent onera missarum ad minorem numerum reducere; quod etiam locum habere in Anniuersarijs, & officijs pro defunctis, censuit Sacr. Congr. Concilij *teste Quarant. in ver. missa & Piasec. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 3. num. 15.* Immò Episcopos id facere posse etiam absque Synodo, resoluit Nau. *cap. 25. nu. 138. Sorb. in ver. Missa 3. vers. vbi primò. Possevin. de offic. Curat. cap. 2. num. 25. quæst. 9. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Epis. par. 2. all. 29. num. 15.* vbi dicunt, quod hęc facultas eis cõpetit de iure communi, *contra Bonacin. & alios per eum relatos in tract. de Sacram. disp. 4. q. vlt. pun. 7. §. 2. n. 9.* secus dicendum est de Generalibus ordinum, nam quoad eos Cõcilium ius nouum constituit, & ideò huiusmodi reductionem facere non possunt, nisi in Capitulis generalibus, *vt dicunt Nau. & alij DD. supra citati, & alij apud Dian. par. 1. tract. 14. res. 4.*

8 Obseruant tamen Doctores, quod hæc facultas Episcopis, & Generalibus ordinum concessa intelligitur tantum de onere Missarum ante Concilium Tridenti-

num impositō, *vt censuit Sacr. Cong. teste Garc. de benef par. 7. c. 1. n. 132. Sorb. in ver. missa 3. vers. secundò notandum Dian. par. 1. tr. 14. ref. 2.* & ideò non possunt reducere onera vlla Missarum celebranda rum post concilium Tridentinum imposita, aut in limine fundationis, *vt declarauit Sac. Cong. Conc. teste Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 29. n. 16. & post 3. p. eiusdem tract. fol. 58. vers. ac primo districtè prohibet Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. vlt. pun. 7. §. 2. n. 10. & seq. Piasec. in Prax. par. 2. c. 3. n. 31. Dian. par. 1. tract. 14. ref. 1.*

9 Addit Barbos. *loco cit. n. 8. Bonacin. d. q. vlt. pun. 7. §. 4. nu. 4. & alij*, posse Episcopum ex iusta causa concedere, vt Missa in alia ecclesia, & in alio Altare celebretur, si nequeat celebrari in loco consti. tuto.

SVMMARIVM.

1 *In ecclesia Cathedrali tenetur Episcopus prædicare, in alijs per Parochos hoc munus est exercendum.*

2 *Quæ pœna puniatur Parochus omittens prædicationis officium.*

3 *An Parochus possit dare licentiã prædicandi in sua Parochia.*

4 *Qui teneantur ad præstandum stipendium, vel expensas Prædicatori.*

5 *In quo casu ad id teneatur Parochus, vel Populus.*

6 *Cui competat ius eligendi prædicatorem.*

7 *An in hoc sit attendenda immemorabilis consuetudo nominandi, vel præsentandi.*

8 *An si Episcopus eligere voluerit, possit compellere populum ad solitam eleemosinam præstandam, & num. 9.*

CAP. XV.

De munere euangelicæ prædicationis.

IN ecclesia Cathedrali Episcopus per seipsum, si legitimè impeditus non fuerit, ad prædicandum sanctum Iesu Christi euangelium tenetur; si verò legitimo detineatur impedimento, viros idoneos ad hoc officium exequēdum assumere debet *c. Episcopus nullam 88. dist. cap. inter cæteras de offic. ordin. Conc. Tridentinum sess. 5. de ref. cap. 2. & sess. 24. de ref. cap. 4.* in alijs verò ecclesijs per Parochos, siue eis impeditis, per alios ab Episcopo deputandos idem prædicationis munus est exercendum, *vt in d. sess. 24. cap. 4.* 1

2 Sed quæres 1. qua pœna puniēdus sit Parochus, qui omittit prædicationis officiū? Resp. quod pœna arbitraria punitur, cum in Cōcilio loco citato certa pœna nō exprimatur. *cap. de causis, vbi DD. de offic. deleg.*

3 Quæres 2. an Parochus possit dare licētiã prædicādi in sua Parochia? Respondent *Henriq. Mirand. & alij apud. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 76. n. 26. Dian. p. 3. tr. 2. ref. 111.* quod potest Parochus viro docto, & noto siue sæculari, siue regulari etiam nondum præsentato

to coram Episcopo cõcedere huiusmdi licentiam pro duabus, aut tribus vicibus: hoc tamen solum esse admittendum in oppidis, vbi non adest Episcopus, & in quibus talis vigeat consuetudo, dicit Lezan. *in sum.qq.reg.tom.1.c.* 20.*n.*4. si verò talis Prædicator fuerit semel approbatus ab ordinario loci, omnes concedunt, quod potest admitti à Parocho absque alia licentia *Nauar.in man.c.* 25.*n.* 141. *Possevin.de offic.Curat.cap.*3. *nu.*4. *Barbos.vbi supra num.*26.*in fin.& alij.*

4 Quæres 3. quinam teneantur ad præstandum stipendium, seu expensas Prædicatori? Resp.quod in sola ecclesia Cathedrali tenetur Episcopus, nisi ex consuetudine hoc onus ad alium spectet *ex decreto Pij V. & Sac.Cong.prout refert Leo in Thes.for.eccles. par.* 1.*c.* 8.*n.*6.*Barbos.p.*3.*all.*76.*nu.*11.*Ricc. in Prax.for.eccles.par.*1. *resol.* 478. *Vulp.in Prax.Iudic.cap.*41.*n.*40.in alijs verò ecclesijs tenenturij, qui hoc onus ex pacto, aut obligatione subire vel tenetur, vel solent *ex Conc.Trid.d.sess.*24. *cap.*4 si verò nulla adsit consuetudo, neque 5 adsint reditus particulares huic muneri destinati, tunc tenetur Parochus, si habet reditus sufficientes pro huiusmodi onere substentando: alias tenetur Populus, cui verbum Dei prædicatur *arg.c.cum ex offic.de Prescript. Leo vbi supra d.cap.*8.*n.*6.*Barbos.d.all.*76.*nu.*15. & 16.

6 Quæres 4.cui competat ius eligendi prædicatorem? Resp. quod Episcopus habet intentionem sũdatam eligendi prædicatores in ecclesijs suæ Diœcesis *ex d..cap inter cætera de offic.ordin.& ex Conc. d.sess.*24.*cap.*4.Vnde electio prædicatoris in cathedrali ecclesia ad 7 solum Episcopum spectat nulla habita ratione cuiuscunque consuetudinis immemorabilis, qua talis electio capitulo,vel Episcopo,vna cum capitulo, siue de eius consilio, aut cuiuis alteri competeret, *vt censuit Sac.Cong.teste Vulp.d.c.* 41. *n.*40.*Leo loco cit.n.*7.in alijs verò ecclesijs non esse sublatam immemorabilem consuetudinem nominandi, vel præsentandi Prædicatorem pro illis ecclesijs, tenent Doctores, *quos refert, & sequitur Barbos.d.all.*76.*n.*6.

8 Obserua tamen,quod si Episcopus Prædicatorem eligere voluerit in sua Cathedrali, non poterit compellere populum ad solitam eleemosinam Prædicatori præstandam; secus si Episcopus sineret,vt Populus nominaret, & solitus esset Populus eleemosinam præstare *vt censuit eadem Sac.Congr. apud Vulp.loco cit.Barbos.vt supra n.*11. *Farinac.dec.*157.*par.*4. *Diuers.*

9 Obserua 2. quod si in ecclesijs inferioribus facultas nominandi Prædicatorem vniuersitati ab immemorabili tempore competeret, & Episcopus talem nominationẽ sibi vendicauerit,non poterit amplius cogi populus ad præstandum stipendium Prædicatori, etiamsi antea illud præstare consueuerit, *ita decisum refert Barbos.par.*3. *d. all.*76.*n.*12.*Farinac.d.decis.* 157.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An, & quando ecclesia polluatur per humani sanguinis effusionem.*
2 *Quid si vulnus intra ecclesiam infligatur, sanguis tamen extra eam effundatur.*
3 *An percutiens aliquem in ecclesia sit ipso facto excommunicatus.*
4 *Ecclesia polluitur etiam per voluntariam seminis humani effusionem.*
5 *Et an per copulam matrimonialem sequutam in ecclesia.*
6 *Ecclesia polluitur per homicidiũ in ea commissum, etiamsi mors sequatur extra ecclesiam.*
7 *Item polluitur, si in ea sepelitur infidelis, etiam si infans sit, & filius alicuius fidelis, & quomodò id intelligatur.*
8 *Item si sepelitur excommunicatus, & quomodo hoc intelligatur.*
9 *An ecclesia violetur per sepulturam hominis nominatim interdicti.*
10 *An ecclesia ab Episcopo excommunicato publico consecrata, vel benedicta censeatur polluta:*
11 *Quæ requirantur, vt ecclesia polluta dicatur, & num. 12. 13. & 14.*
15 *An simplex Sacerdos possit reconciliare ecclesiam pollutam.*
16 *An Episcopus & eius Vicarius dispensare possit, vt in ecclesia polluta celebretur.*
17 *An Ecclesia in dubio præsumatur consecrata.*
18 *Cuius expensis reconciliatio ecclesiæ pollutæ fieri debeat.*
19 *Quam pœnam incurrat celebrãs in ecclesia polluta, & num. 20.*

CAP. XVI.

Quo Casu in Ecclesia polluta, diuina officia celebrari nequeant.

§. I.

Quibus casibus Ecclesia polluatur:

1 RESp. ecclesiam pollui primò per humani sanguinis effusionem intra ecclesiam *cap. proposuisti & cap. vlt. de Consecr. Eccles. cap. vn. eod. tit. in 6.* sufficit autem ad hunc effectum, vt vulnus intra ecclesiam inflictum sit, quãuis sanguis effundatur extra, vel in aliquo vase *Ancharan. in dicto capitulo vn. quem refert, & sequitur Megal. var. to. 2. res. 168. nu. 5. Bonacin. de Matrim. q. 4. pun. vlt. num. 20.* non tamen sufficeret, quod sanguis in illa effundatur, si vulnus extra inflictum sit *Nauar. in man. cap. 27. num. 256.*

2 Quare non censetur polluta ecclesia, si quis aliquem in ea percutiat citra sanguinis effusionem, etiamsi carnes contundat, vel ossa frangat *Sylu. in ver. consec. 2. num. 5. Nauar. loco cit. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. vlt. num. 20. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 28. num. 54. Ricc. in Prax. for. eccles.*

eccles. par. 3. res. 257. nisi fortè huiusmodi percussio tumorem causauerit, aut liuorem ex verberibus, & opus sit, vt tumor, seu liuor ferro aperiatur; tunc enim dicetur ecclesia polluta, etiamsi sanguis extra ecclesiam effundatur *iuxta glos. comm. recept. in cap. vn. ver. sanguinis de consecrat. eccles. in 6. Barbos. in cap. tuarum num. 4. de Priuil. Sylu. in ver. consecratio 2. num. 5. Bonacin. loco cit. d. nu. 20. Megal. to. 2. res. 168. nu. 5.* non est enim necesse, vt sanguis tunc effundatur in ecclesia, sed sufficit, vt causa naturalis eius effusionis ibi detur, vt infra dicemus de Homicidio in ecclesia commisso, *Dian. par. 6. tr. 6. res. 47. Ricc. in Prax. par. 3. res. 258. Bonac. loco cit. Nau. d. cap. 27. num. 256. & alij communiter*: quamuis contrarium teneat Barbos. *par. 2. all. 28. num. 24.* vbi perpendit, quòd iura tantum loquuntur de effusione sanguinis intra ecclesiam, non autem de vulnere, *vt ex cap. vn. de Consecr. eccles. in 6. & cap. vlt. ex. eod. tit. & cap. tuarum de Priuil.* & ideò putat, ecclesiam non censeri pollutam, si vulnus intra infligatur, sanguis tamen extra ecclesiam effundatur propter recessum repentinum ab eadem; & hanc sententiam probabilem dicit Dian. *d. p. 6. tr. 6. res. 47.* quia violatio est pœna, & ideò strictè interpretanda *iuxta l. si Præses ff. de Pœn.*

3 An verò percutientes aliquem in ecclesia sint ipso facto excommunicati? affirmatiuè respondet Megal. *var. to. 2. res. 168. nu. 21. ex Conc. Tolet. 12. c. 10. relato in c. Diffiniuit 17. q. 4.* vltra sacrilegium, quod in tali casu committunt, *vt d. S. Tho. 2. 2. q. 99. art. 1. & 3.*

4 Secundò polluitur ecclesia per voluntariam seminis humani effusionem *cap. vlt. de Consecr. eccles. d. cap. vn. eod. tit. in 6.* etiam per copulam matrimonialem in ecclesia quomodolibet sequutam, *secundùm Nauar. cap. 16. num. 32.* sed alij contrarium sustinent, quãdo coniuges ibi coguntur diù cõmorari: & copula coniugalis occultè habetur ex legitima necessitate, puta si periculum incontinentiæ adsit in alio coniuge, *ità Sylu. ver. consecratio nu. 5. Bonac. de Matrim. q. 4. pun. vlt. nu. 6. Barbos. loco cit. nu. 48. & in cap. significasti num. 3. de Adult.* Si verò actualis seminis effusio non intra, sed extra ecclesiam contingat, ecclesia non erit polluta; quia iura principaliter ad effusionem ipsã, non verò ad hunc actum simpliciter se referunt, *vt d. Barbos. d. all. 28. num. 51.*

6 Tertiò polluitur ecclesia per homicidium ibidem perpetratũ, quamuis sine sanguinis effusione *cap. si motum de Consecr. dist. 1. gl. in d. cap. vn. ver. sanguinis Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 5. Nau. c. 27. num. 256.* etiamsi extra ecclesiam post plures menses quis moriatur, dummodò vulnus intra ecclesiã acceperit, & ex eo decesserit *Sylu. vbi supra num. 5. & alij communiter, quamuis contrarium teneant DD. apud Dian. par. 6. tr. 6. res. 47.*

7 Quartò polluitur, si in ea se-

pe-

peliatur infidelis, etiamsi infans sit & filius alicuius fidelis *c. ecclesiam de consecr. dist. 1. Bonacin. loco cit. n.* 23. si tamen in vtero matris mortuus sit, vna cum matre fideli sepeliri potest: quia mater cum fœtu vnum corpus cẽsetur *Laiman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 5. nu.* 8. *Bonacin. vbi supra n.* 24. secus esset si filius in vtero matris adhuc viueret, & moriatur in ecclesia eo quod mater aperta non fuerit ex negligentia, aut malitia: tunc enim ecclesia polluitur propter homicidium culpabile in ecclesia sequutum *Sylu & Bonac. locis cit.*

8 Quintò polluitur, si ibidem sepelitur excommunicatus *cap. consuluisti de consecr. eccles.* quod intelige de excommunicato vitando, si videlicet publicè denuntiatus sit, aut notorius Clerici percussor fuerit *iuxta extrauag. ad euitanda Nau. cap. 27. n. 35. & conf. 10. n. 2. de Hæret. Bonacin. de matrim. d. q. 4. pun. vlt. n.* 27. nisi fortè ecclesia propter signa contritionis, quę excommunicatus in vita, & mortis articulo ostendit, ipsum absoluerit etiam post mortem; tunc enim cum pro eo sit orandum, poterit similiter intra ecclesiam sepeliri *Barbos. p. 2. all.* 28. *n.* 52.

9 An verò per sepulturam hominis personaliter, aut nominatim interdicti ecclesia violetur? Resp. negatiuè, quia hic casus non est in iure expressus *Laiman. loco cit. c. 5. numero* 8.

10 Addunt alij, ecclesiam pollui, quando per Episcopum excommunicatum publicum consecratur, aut benedicitur *Sylu. in ver. benedictio n. 6. & in ver. consecratio 2. n. 5. Piusec. in Prax. Episc. par. 1. c. 5. n. 6. Barbos. p. 2. all. 27. n. 28. & alij:* sed contrarium videtur verius, quia hęc violatio nullo iure fundata est, *vt d. Layman. d. lib 5. tr. 5. c. 5. n. 9. Bonac. de matrim. q. 4. pũ. vlt. n.* 22. sicut enim Baptismus ab excommunicato, & hæretico collatus validus est, & iterari non debet, ità & ecclesia ab Episcopo excommunicato, & hæretico validè consecratur, dummodò fidē Sanctissimæ Trinitatis tenuerit *c. eccles. de consecr. dist. 1.*

11 Porrò vt Ecclesia polluta dicatur, requiritur primò, vt factum sit notorium iuris, aut facti notitia, quia ecclesia non iudicat de occultis *Sylu. in ver. consecratio 2. n. 5. Laiman. loco cit. n. 8. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 479. & alij apud Barbos. par. 2. d. alleg. 28. n. 37. & est communis opinio:* & ideò pollutio occulta non impedit celebrationē Missarum *Nau. c. 27. n. 256.* occultũ autem in hoc casu dicitur, non solum quãdo nulli adsunt testes, sed etiam quando id per testes probari potest, non tamen est publica fama notatum *glos. recept. in c. quis aliquando §. huc ergo secreta de Pœnit. dist. 1. & in c. de manifesta 2. q. 1. Barbos. d. all. 28 n. 39.* & ideò non dicitur ecclesia polluta ad effectum vt indigeat reconciliatione, si tres, aut quatuor testes id sciant, modò auctor criminis non sit accusatus in iudicio *Riccius in Prax. for. eccles. p. 3. res. 260.* Vnde licèt Sacerdos ex Sacramẽtali cõfessione sciat, in ecclesia effusionē sanguinis, aut seminis contigisse,

po-

poterit tamē in eadē celebrare, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. all.* 28. *n.* 41. idem dicendum, si delinquēs secretò extra confessionem reuelauerit Sacerdoti, se violasse ecclesiam, modò crimen sit alijs occultum; tunc enim non efficitur publicum ex tali secreta reuelatione; & ideò idem Sacerdos poterit ibidem celebrare *Ricc. d. p.* 3. *res.* 260. vbi etiam addit quod in eadem ecclesia poterit diuina celebrare etiam ipsemet Sacerdos, qui in hoc fortè deliquerit.

Addunt DD quod nō est necessaria reconciliatio, quando ecclesia fuit occultè violata, & post violationem, antequam publicaretur, confectum in ea fuit Missæ sacrificium, quia censetur ecclesia sufficienter reconciliata per præsentiam Sanctissimi corporis Christi *ità Sylu. in ver. consecratio* 2. *n.* 5. *Auil. p.* 5. *de Censur. disp.* 7. *dub.* 3. *& alij, quos refert, & sequitur Bonacin. d. q.* 4. *pun. vlt. nu.* 27. *Ricc. in Prax. par.* 3. *res.* 262. *& alij communiter.* alij tamen contrarium tenent *per tex. in cap. significasti de Adulter.* vbi adulterium cum sacerdote intra ecclesiam à principio occultè contigit, & tamen quia postea per confessionem mulieris adulterę publicè factam de crimine constitit, præcepit summus Pōtifex, vt ecclesia reconciliaretur, *ità Laÿman. loco. cit. n.* 13. *Barbos. d. all.* 28. *n.* 37. *&* 50.

Quandò verò pollutio notoria est, ecclesia omninò reconciliari debet, etiāsi Sacerdos post violationē ibidē missā celebrauerit *vt d. Ric. in Prax. for. eccl. p.* 3. *d. res.* 262

12 Secundò requiritur, vt violatio intra ecclesiam sequatur *iuxta communem Doctorum sententiam*. nomine autem ecclesię in tali casu intelligitur totū illud spatium, quod pertinet ad internum corpus ecclesiæ à tecto interiori vsq. ad pauimentum, & à parte interna portæ maioris ipsius ecclesiæ vsque ad vltimum parietem Capellæ maioris, *vt post Fagund. notat Barbos. d. p.* 2. *all.* 28. *n.* 22. Vnde non violatur ecclesia, si effusio sāguinis, vel seminis, aut mors sequatur etiam super tectum ecclesię, vel subtus eam *glos. in cap. vn. ver. sanguinis de consecr. eccles. in* 6. *Sylu. in ver. consecratio* 2. *n.* 5. *Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 1. *res.* 479. *Nau. d. cap.* 27. *n.* 256. *Layman. lib.* 5. *tr.* 5. *cap.* 5. *n.* 7. neque si sequatur in sacristia, vel Campanili, aut cemeterio, seu alio loco à reliquo ecclesiæ corpore per parietem interme dium seiuncto, licèt de vno ad alterum ingressus pateat: tunc enim altero ex dictis locis violato, alter violatus non censetur *cap. vn. de Consecr. eccles. in* 6. *latè Barbos. d. alleg.* 28. *n.* 45. quamuis polluta ecclesia pollutum etiam censeatur cemeterium, si contiguum sit eidem: & ideò antequam reconcialiatum fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri, *vt in d. cap. vn.* obserua tamen, quod reconciliata ecclesia reconciliatum etiam censetur cæmeterium ità vt alia recōciliatione non indigeat, si per accidens, seu accessoriè violetur propter ecclesiæ violationem *Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 2. *alleg.* 27. *numero* 34. *& alij communiter in d. cap. vn.*

de Consecratio. eccles. in 6.

Si verò in porta ecclesię, seu cęmeterij sequatur seminis, aut sanguinis effusio, vel mors, tam cæmeterium, quam ecclesia polluta censetur *Barbos. d. alleg. 28. numero 20.*

Sed hæc procedunt, quando ecclesia consecrata est, vel saltem benedicta, quamuis enim ecclesia etiam non cõsecrata, nec benedicta immunitate gaudeat *iuxta c. penult. de imm. eccles.* tamen quoad violationem, de qua agimus, incurrendam, strictius accipitur locus sacer pro eo solummodò, qui vel consecratus, vel benedictus est & ideò si ecclesia benedicta saltẽ non sit, non polluitur, neque reconciliatione indiget, quãuis ibi diuina officia fuerint celebrata. *Barbos. in cap. tuarum num. 10. de Priuil.*

13 Tertiò requiritur, quod actio sit voluntaria, & iniuriosa *Ricc. in Prax. par. 1. res. 479. & alij communiter.* Vnde si percussio, vel homicidium fiat ad sui defensionem cũ moderamine inculpatæ tutelę, vel ab amente, vel à puero vsum rationis non habente, ecclesia non polluitur: quia huiusmodi actiones non sunt propriè iniuriosæ *Sylu. in ver. consecratio 2. n. 5. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. vlt. n. 20. & alij apud Ricc. loco cit. & apud Barbos. d. all. 28. n. 1. & 43.* idemque dicendum est, si effusio seminis in somnijs fiat *Nauar. d. cap. 27. numero 257.*

14 Quartò nõ sufficeret aliquarum guttarum sanguinis emissio, quia iura requirunt effusionem, quæ largitatem denotat, *vt post sel. & Panor. d. Nauar. d. cap. 27. n. 256. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. in d. cap. tuarum n. 3. de Priuil.* verum hæc ratio non concludit, quia effusio non semper abundantiam significat; & ideò etiam per modicam sanguinis humani effusionem ecclesia polluitur, nisi fortè esset vna, vel altera gutta, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 261.* requiritur tamen percussio grauis, nam si leuis fuerit, non polluitur ecclesia, licèt sanguis copiosè effundatur; percussio enim, quæ ad mortalem culpam nõ sufficit, neque ad pollutionem ecclesiæ sufficiens erit, *vt dicunt Doctores apud Barbos. d. all. 28. n. 36.* vbi exemplificat in rixa puerorum.

§. IV.

An quilibet Sacerdos possit reconciliare ecclesiam pollutam.

15 REsp. quod reconciliatio ecclesiæ non consecratæ potest fieri à solo Præsbytero, & cum aqua à seipso benedicta; si verò ecclesia fuerit consecrata, reconciliatio facienda est ab Episcopo, & cum aqua benedicta ab ipso, aut ab alio Episcopo *cap. aqua, & cap. fin. & ibi Doctores de Consecr. eccles. Nau. in man. d. cap. 27. nu. 256. Bonacin. de matr. q. 4. pun. vlt. nu.* 16 *27.* vbi etiam dicit, quod potest Episcopus, vel eius Vicarius dispensare, vt interim in ecclesia 17 polluta celebretur. In dubio autem ecclesia non præsumitur con-

se-

secrata, *vt constat ex cap. solemnitates de consecr. dist.* 1. & ideò tunc poterit à solo Sacerdote reconciliari *glos. commun. recepta in c. vlt. ver. lauetur de Consecr. eccles.* hoc tamen intellige quoad ecclesias inferiores, non autem quoad Cathedralem, quæ semper præsumitur consecrata; & ideò à solo Episcopo erit reconcilianda *Ricc. in Prax. vt supra p.* 1. *res.* 479.

§. III.

Cuius expensis reconciliatio Ecclesiæ pollutæ fieri debeat.

18 REsp quod debet fieri expensis eius, qui illam violauit, si certus sit; si verò violans nescitur, vel est pauper, reconcilianda est expensis Parochianorum *Ricc. in collect. dec.* 3264. *p.* 8. vbi verò adest in hoc particularis cõsuetudo, vel statutum, seruari debet, *vt didem Ricc. in collect. dec.* 2247 *p.* 6.

§. IV.

Quam pœnam incurrat celebrans in ecclesia polluta.

19 ALij dicunt, celebrantem in ecclesia polluta ante reconciliationem esse interdictũ ab ingressu ecclesiæ, ità *Lap. quem refert, & sequitur Sylu. ver. consecratio* 2. *n.* 9. *per. cap. Episcoporum de Priuil. in* 6. Alij censent, illum esse suspensum, *vt Azor. & Graff apud Bonacin. tract. de matrim. q.* 4. *pun. vlt. num.* 26.

Alij putant, celebrantem incurrere irregularitatem, *vt d. Hostien. in cap. vlt. de Consecr. dist.* 1. *quem refert Megal. var. res. to.* 2. *reso.* 168. *nu* 16. *& ità etiam sentire videtur Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 3. *resol.* 262. vbi dicit, Sacerdotem esse irregularem, si celebraret contra prohibitionem superioris, qui expressè interdiceret celebrationẽ diuinorum in loco violato.

20 Verum licèt in tali ecclesia ante reconciliationem diuina officia celebrari non possint, nec mortui sepeliri, *vt in cap. vn. de consecr. eccles. in* 6. tamen qui talia ageret, nullam ex dictis pœnis incurreret, cum non sit in iure expressa *Megal. loco cit. n.* 17. *Nau. cap.* 25. *nu.* 83. *Bonacin. qui de communi tellatur in tract. de matrim. d. q.* 4. *pun. vlt. nu.* 26. *vbi citat Sayr. lib.* 5. *de cẽsur. cap.* 14 *num.* 36. *Henriq. lib.* 9 *capit.* 27. *num.* 7. *& alios.* quia tamen hæc faciendo temerè agit *cap is, qui de sent. excomm. in* 6. ideò potest suspendi *iuxta cap. tuarum de Priuil.* vel alia pœna extraordinaria erit puniendus, *vt d. Megal. d. res.* 168. *n.* 17. *vbi alios refert.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia antiquam consecrationem quando amittat.*
2 *Quid si tectum ecclesiæ corruerit.*
3 *Et quid si parietes ecclesiæ paulatim per partes decidant, & paulatim reparentur.*
4 *An cæmeterium violetur per parietum reparationem, vel constructionem.*
5 *Ecclesia consecrata iterum con-*

secranda non est, sed reconcilianda.

A quo reconcilianda sit, si polluatur ibid.

6 *An ante reconciliationem possint in tali ecclesia celebrari diuina officia.*

7 *Altare si semel violetur, est iterum consecrandum.*

8 *Quomodo altare execratur, & num. 9.*

10 *Execrata ecclesia non execratur altare, polluta tamen ecclesia altare etiam censetur polutum, & quomodò hoc intelligatur.*

11 *Calix, & patena quando execrantur, & nu. 12.*

13 *An si stola fiat de planeta benedicta, debeat iterum benedici. Quid si de stola fiat manipulus. ibidem*

14 *Quid si sacerdos bona fide celebrauit cum calice, aut patena non consecrata, vel cum vestimentis nondum benedictis.*

15 *An Abbates regulares possint benedicere campanas, calices, corporalia, & vestes ad vsum ecclesiarum sibi non subiectarum.*

CAP. VLT.

Quibus modis consecratio, & benedictio amittitur.

1 Ecclesia antiquam consecrationem tũc amittit, si totum ædificium siue casu fortuito, siue consultò in totum destruatur quoad tectum, & parietes, *vt d. gloss. communiter recepta in cap. de fabrica ver. innouata de consecr. dist. 1.* idēque dicendum, si corruat maior pars ecclesiæ *gloss. in cap. proposuisti ver. reconciliari de consecr. eccl. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 5. num. 4. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 27. num. 13.* aut si parietes ecclesiæ ab igne in totum, vel in maiori parte combusti fuerint *cap. ecclesijs vbi gloss. in ver. exustæ de Consecr. dist. 1. gloss. in d. cap. proposuisti Sylu. in ver. consecratio 2. num. 4.* quando scilicet ita comburuntur, vt destruantur, vel decrustentur; cõsecratio enim ecclesię ineſt in Crusta parietum, vbi linitio, & cruces fiunt; *vt post gloss. in d. cap. ecclesijs d. Syluc. loc. cit. & alij apud Barbos. d. all. 27. nu. 18 & 38.*

2 Hoc tamen non procedit, si solum tectum corruerit, aut combustum sit integris, aut illæsis remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro maiori parte; tunc enim ecclesia execrata non censetur *cap. ligneis vbi gloss. de Consecr. eccles.* etiamsi aliqua pars parietum consumpta fuerit, dummodò modica sit *gloss. in d. cap. proposuisti ver. reconciliari eod. titul.* quod arbitrio Episcopi relinquitur, *vt post Host. dicit Piases. d. p. 1. cap. 5. num. 4.*

3 Secundò neque esset reconsecranda ecclesia, si parietes paulatim per partes decidant, & paulatim reparentur, etiamsi cursu temporis vniuersa materia, quæ antea erat, modò non extet, sed noua in totum superuenerit; hoc enim casu ad summum aquæ tantum

tum benedictæ aspersione esset exorcizanda *glos. in d. c. proposuisti ver. reconciliari, & in d. cap. de fabrica ver. innouata Sylu. loco cit. n. 4. vers. tertius est Barbos. d. par. 2. all. 27. nu. 19.* dicitur enim semper eadem Ecclesia, sicut Populus censetur semper idem, licèt aliqui nascantur, & moriantur alij; & idem patet de eodem animali, cuius partes continuè corrumpuntur per calorem naturalem, & generantur per potentiam nutritiuam, *vt notatur in l. proponebatur ff. de Iudic.*

Hoc tamen intellige, quando pars addita est minor: secus si modicę parti parietis ecclesiæ cōsecratæ addatur magna pars, quia pars maior non trahitur ad formam partis minoris, sed è contrario *Azor. par. 2. lib. 9. c. 4. quæst. 6. quem refert,* & *sequitur Barbos. d. all. 27. num. 19*

4 Tertiò cœmeterium nunquam violatur per parietum reparationem, aut eorum constructionem, vel diruptionem, *vt d. Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 6. in fin.*

5 Quartò si ecclesia iam consecrata polluatur, iterum consecranda non est, sed reconcilianda per proprium Episcopum, aut alium Episcopum de ipsius licentia *cap. proposuisti de consecr. eccl.* si verò ecclesia consecrata non fuerit, poterit simplex sacerdos ipsam reconciliare cum aqua à se ipso benedicta absque alia Episcopi licentia *cap. si ecclesia eod. tit. & dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 4. res. 91.*

6 Addit Piasec. *d. p. 1. cap. 5. nu. 5.* quod vbi reconciliatio haberi nō posset per Episcopum, potest Ecclesia polluta lauari aqua exorcizata, & ibidem interim celebrari, donec reconcilietur per Episcopum *per text. in d. cap. si eccles. de consecr. eccles*

7 Si verò altare semel violetur, non reconciliatur amplius, sed iterum est consecrandum siue sit solo fixum, siue portatile *Piasec. loco cit. d. cap. 5. nu. 8. vers. violatur altare.*

8 Sed quæres, quomodò altare execratur? *Resp.* quod altare tam fixum, quam portatile execratur, si fuerit enormiter læsum, vel sigillum, sub quo reliquiæ cōduntur, frangatur: vel si lapis, sub quo sunt reliquiæ, amoueatur *Sylu. in ver. altare num. 6. Barbos. d. par. 2. all. 27. num. 25. & seq.* vbi etiam notat, quod sublatis reliquijs altare execratum censetur, quia in altaris consecratione reliquiæ sunt ponendæ; id autē relinquitur iudicio Episcopi, qui ex re oculis subiecta facilius dignoscere potest, num violatio sequuta sit, vel non *Sylu. & Piasec. locis proximè cit.*

9 Præterea altare fixum execratur, si mota fuit iunctura, qua mensa stipiti adhæret: vel si quid de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam moueatur: quia consecratio altaris præsertim intelligitur esse in coniunctione mensæ, scilicet lapidis superioris, & structurę inferioris *glos. in cap. si motum de consecr. dist. 1. Sylu. in ver. altare num. 6. Barbos. d. all. 27. num. 26.* idem dicendum, si mensa

a principalis altaris de loco moueatur, si sit affixa altari; secus si mensa huiusmodi nunquam fuit affixa, sed solum supraposita altari: tunc enim ea mota cum sibi adhærentibus non execratur altare, quia ipsa mensa tunc est altare portatile, quod de vno loco ad alium deferri potest sine execratione illius *glos. in d. cap. si motum Sylu. in ver. altare num. 7.*

10 Sed obserua, quod execrata ecclesia nō execratur altare, quia consecratio ecclesiæ consistit in parietibus, & separata est à consecratione altaris, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. p. 2. all. 27. nu. 26.* polluta tamen ecclesia altare etiā pollutum censetur, quia pollutio concernit totum corpus ecclesiæ *Sylu. in ver. altare vers. fin.* vbi hoc intelligit de altare stabili, non autem de portatili.

11 Similiter calix, & patena execrantur, si amittant formam suā, vel si notabiliter frāgantur ità vt nō possint inseruire ad vsum præfixum *Sylu. in ver. calix num. 2. & alij communiter*; idemq. dicendū est de vestibus sacris, vt de Amictu, Alba, cingulo, manipulo, stola, & casula, *vt d. idem Sylu. in ver. benedictio num. 6. Lezan. in Sum. to. 4. ver. vestes sacræ num. 5.* quænam verò censeatur notabilis fractio, remittitur arbitrio Episcopi, vt supra diximus.

12 Item cōsecrationem amittunt, quando deaurata sunt, & iterum postea deaurantur: tunc enim iterum debent consecrari, quia consecratio calicis, & patenæ fit præcipuè propter cōtactum corporis, & sanguinis Christi Domini: posita autem noua deauratione contactus non potest fieri in parte consecrata, cum aurum additum non sit consecratum *Azor. instit. mor. par. 1. lib. 10. cap. 28. q. 4. Vgolin. de Potest. Episc. cap. 31. n. 3. vers. 2, Reginald: in Prax. for. pœn. lib. 29. num. 199. & alij quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 27. num. 38: & hæc est communis opinio:* alij tamen contrarium sentiunt, quia illa noua deauratio censetur consecrata eo ipso quo consecratæ additur, *ità tenet Layman: in Theolog: mor: lib: 5: tr: 5: c. 6. num. 7. Coninch. de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 3. num. 246. quos refert Dian. par. 2. tr. 1. ref. 3. quibus adde Sylu. in ver. Calix. nu. 2.* vbi dicit, consecrationem ità esse in superficie auri, vt etiam remaneat in argento, præsertim cum aurum subtiliter in calice circumponatur; vnde per nouam deaurationem non execratur; quemadmodum neque ecclesia per dealbationem; quare hæc opinio mihi probabilis videt, & tuta in praxi.

13 Ex dictis sequitur, quod si stola fiat de planeta benedicta, debet iterum benedici; quia tunc forma mutatur, *vt d. Fusc. & Vgolin. apud Barbos. d. p. 2. all. 27. n. 45.* secus si de stola fiat manipulus, vel de manipulo stola, tunc enim iterum non benedicuntur, quia non videntur differre in forma, nisi quod vnum est altero breuius *Sylu. in ver. benedictio n. 6. Lezan. in Sum. tom. 4. ver. vestes sacræ n. 6. & est communis.*

14 His adde, quod si Sacerdos

bona

bona fide celebrauerit cum calice, aut patena non consecrata, aut cum vestimentis nondum benedictis, poterunt alij Sacerdotes cum ijsdem rebus ritè celebrare: quia per primam celebrationem bona fide factam consecratæ, seu benedictæ remanserũt; quemadmodum ecclesia polluta censetur reconciliata, si in ea bona fide ab aliquo Sacerdote celebratum est, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. p. 1. tr. 14. res. 69.*

35 Quæres, an Abbates regulares possint benedicere campanas, calices, corporalia, & vestes aduersum alterius loci, quam proprij monasterij? Resp. negatiuè *per capit. Abbates iuncta glos. in ver. tonsuram de Priuileg. in 6.* nisi habeant specialia priuilegia, quibus Concilium Tridentinum nequaquam derogasse resoluit Sacr. Cong. *die 10. Nouembris 2614. teste Dian. p. 3. tr. 2. de Dubijs Regul. res. 15. & notat etiam Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. d. all. 27. num. 36.* vbi refert, huiusmodi priuilegium fuisse ab Innocentio VIII. anno 1489. ad petitionem Ioannis Abbatis Cistercienſis concessum illi, & quatuor primis Coabbatibus eius. Refert etiam Sorb. *in ver. Benedicere*, eumdem Pontificem anno 1487. concessisse Prioribus Congreg. S. Iustinę, & Vicarijs in absentia Priorum, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscunq. monasterij, vt benedicere possint corporalia, vestimenta, cæteraq. ornamenta ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia, tam pro vsu proprij monasterij, quam aliarum ecclesiarum.

An verò aliæ Religiones participãtes frui possint huiusmodi priuilegio? negat Ludou. Mirand. *quem refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 27. num. 36. Dian. par. 3. tr. 2. res. 15. in fin.* Sed quoad corporalia, & vestimenta, & alia ornamenta ecclesiastica, in quibus vnctio non requiritur, affirmat Sorb. *loco cit.* ità etiam posse Abbates, & alios Prælatos regulares ex cõsuetudine legitimè præscripta benedicere corporalia, atque alia paramenta etiam ecclesiæ nõ suæ, in quibus similiter vnctio nõ requiritur, tenet Sylu. *in ver. benedictio num. 5.* vbi etiam subdit, quod ex vi huiusmodi consuetudinis non possunt benedicere calicem, quia hæc benedictio ratione vnctionis est ordinis episcopalis, & ideò prescribi nequit *cap. aqua de Consecr. Eccles.*

Obserua tamen quod Sacr. Cõgregatio Prælatis Regularibus prohibuit, nè possint benedicere paramenta ecclesiarum sibi non subiectarum, etiamsi adsit consuetudo in contrarium, *vt refert Dian. d. p. 3. tr. 2. res. 40.*

Finis Libri Primi.

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER SECNDVS.

DE SACRIS ORDINIBVS.

SVMMARIVM.

1 POTEST quis ordines recipere tam ab Episcopo originis, quam ab Episcopo domicilij, siue beneficij.
2 Electo semel vno Episcopo non potest variare.
3 An hoc procedat quoad ordines minores.
4 Quinam dicatur originarius, siue oriundus.
5 An possit quis ordinari ab Episcopo originis paternæ, si pater tempore natiuitatis illius filij aliò transtulerat domicilium.
6 Vbi ordinandi sint infantes expositi.
7 A quo Episcopo promoueri debent filij illegitimi.
8 Quid dicendum sit de ijs, qui in aliquo loco fortuitò, vel in peregrinatione nascuntur.
9 An promoueri quis possit ad ordines in loco, vbi baptizatus est.
10 Ad suscipiendos ordines attenditur, vel domicilium proprium filij, vel Patris.
11 Domicilium etiam momento temporis constitui potest, & quomodò id intelligatur.
12 Ex quibus coniecturis colligatur animus perpetuò manendi:
13 Scholares, Castellani, & famuli an contrahant domicilium in loco, in quo morantur.
14 Habens domicilium in duobus locis, ab alterutro Episcopo potest ordinari, & quomodò hoc intelligatur.
15 A quo Episcopo ordinandi sint Regulares.
16 Patres Societatis Iesu à quocunque

cunq. catholico Antistite ordinari possunt.

17 A quo ordinari debent Nouitij. Nouitij ad sacros ordines quando promoueri possint, ibidem.

18 An Abbas regularis Nouitijs suis possit ordines conferre.

19 Ad ordines suscipiendos sufficit beneficium etiam tenue.

20 Ratione patrimonij præcise nullus acquirit forum.

21 Habens plura beneficia in diuersis Diœcesibus, ab vnoquoq; illarũ Antistite promoueri potest.

22 Quid si in vna Diœcesi haberet beneficium residentiam requirens, & in alia beneficium simplex.

23 An ad hoc sufficiat sola collatio beneficij sine possessione, vel pensio super beneficio.

24 An Episcopus possit ordines conferre familiari suo non subdito.

25 Quid dicendum de famulis familiarium Episcopi.

26 Quid de magistro actorum.

27 Et quid de familiaribus Papæ, vel Cardinalium, & Episcoporum in Curia residentium.

28 Triennium, quo debent familiares cum Episcopo commorari, debet esse continuum, & quomodò id intelligatur.

29 An ad hunc effectum sufficiat, quod triennium incœperit, antequam esset Episcopus.

30 An si Episcopus ordinet familiarem suum ad minores ordines, debeat illi conferre beneficium.

31 An familiaris remaneat suspensus ab ordinis executione, si Episcopus ei statim beneficium non conferat.

32 An si Episcopus suo familiari conferat beneficium, possit illi ornes cõferre non expectato triennio.

33 An Episcopus possit familiarem suum ordinare ad titulum patrimonij, vel pensionis, & an tunc teneatur illi conferre beneficium.

CAP. I.

Quis censeatur proprius Episcopus quoad ordines suscipiendos.

§. I.

A quo Episcopo ordinari debeat qui in vna Diœcesi habet beneficium, in alia natus est, & in alia commoratur.

1 REsp. hoc esse repositum in electione ipsius ordinandi, quia cum tribus hisce modis quoad ordines suscipiẽdos efficiatur subditus Episcopi tam originis, quam domicilij, & beneficij, ideò ab alterutro, quem maluerit, potest ordinari, siue litteras dimissorias accipere *cap. cum nullus de Tempor. ordin. in 6. Rota dec. 6. p. 4. Diuers.* verum electo semel vno Episcopo siue domicilij, siue beneficij, vel originis, non potest Clericus pro recipiendis alijs ordinibus ad alios Episcopos accedere; quia variatio in ordinibus, quemadmodum in beneficialibus prohibet r *Ricc. in Prax for. eccles. par. 1. resol.*

275. Vnde si quis primò ad subdiaconatum ab episcopo originis ad titulum beneficij, vel patrimonij ordinatus fuerit sine licentia illius episcopi non posset ab alio Episcopo ratione domicilij alibi contracti promoueri ad Diaconatum, & presbyteratum: quia tunc factus est subditus Episcopi originis, qui ordinauit *Quærant in ver. ordo vers. circa tertium Piasec. in Prax. Episc. p. 1. cap. 1. n. 10. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 4 num. 41. Bonacin. de sacram. disp. 8. q. vn. pun. 4. nu. 20.* cui quidem sententiæ fauere videtur Concilium Tridentinum *sess. 23. de ref. cap. 16. ibi, quod si locum inconsulto Epi-* 6
scopo deseruerit, ei sacrorum exer-
3 *citium interdicatur*; hoc tamen non procedere quoad ordines minores, sed tantum quoad sacros dicit Barbos. *loco cit. n. 41.*

4 Notandum est autem primò, quod originarius, siue oriundus non solũ dicitur à natiuitate propria, *vt in l. 1. ff. ad Municip.* sed 7
etiam à paterna, *vt in l. assumptio §. 1. ff. eod. tit.* dummodò filius sit legitimus *tuxt. l. cũ legitimæ vbi gloss. ff. de stat. hom.* & ideò poterit quis ordinari ab Episcopo loci, seu Diœcesis, vbi ipse, vel eius pater natus est *Nau. cons. 19 de Tempor. ordin. & alij plures, quos cumulat* 8
Barbos. vbi supra par. 2. alleg. 4. n. 2.
& seq. quod Doctores intelligũt,
5 dummodò pater tempore cõceptionis, & natiuitatis filij domicilium aliò non transtulerit relicta Ciuitate, vel loco originis: quia tunc filius non potest dici originarius, vel naturalis loci iam prius deserti à Patre *Cæs. de Graff. dec. 15. de Probat. Balb. dec. 22. Rubin. dec. 67. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 269. & in collect. decis. 1583.* vbi etiam notat, quod tunc dicitur deserta Ciuitas, si ciuis habitat extra Ciuitatem, vel locum: contrarium tamen declarauit Sac Cong. Concilij *die 16. Decẽb. 1599. & 12. Augusti 1628. & 7. Aprilis 1629.* scilicet, quod quis ordinari potest ab Episcopo originis paternæ, tametsi pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam Diœcesim iam transtulerat domicilium, *vt refert Dian. p. 4. tr. 4. ref. 148.*

Quæres 1. vbi ordinandi sint infantes expositi? Resp. quod cum istorum ignorentur parentes, & locus originis propriæ, ordinari debent ab Episcopo eius loci, vbi nati sunt, vel expositi *ad not. per Bart. in l. 1. num. 21. ff. ad municip. Barbos. d. par. 2. alleg. 4. num. 17 vbi alios refert.*

Quæres 2. à quo Episcopo promoueri debent filij illegitimi, vel vulgo quæsiti? Resp. quod ab Episcopo loci materne originis, vel vbi ipsi nati sunt, ordinari debent *vt ex. l. 1. ff. ad municip. & dum legitimæ ff. de stat. hom. dicit Barbos. d. alleg. 4. num. 15.*

Quæres 3. quid dicendum sit de ijs, qui in aliquo loco fortuitò sic in peregrinatione nascuntur? Resp. quod in tali casu non sunt promouendi ab Episcopo eius loci, vbi nati sunt, quia non inspicitur quod per accidens est, *vt d. Hanniq. & Vasq. apud Bonacin. d. disp. 8. q. vn. pun. 4. n. 13.* sed ordina-

ri debent ab Episcopo loci paternæ originis *l. filius C. de municip. lib.* 10. *Barbos. d. par.* 2. *alleg.* 4. *n.* 18. & 19 vbi idem dicit de eo, qui in mari natus fuit: quod intellige, si filij sint legitimi, nam illegitimi ordinandi sunt in tali casu ab Episcopo loci maternę originis, quia isti matris originem sequuntur, *vt in d. l. cum legitimæ ff. de stat. hom.*

9 Quæres 4. an promoueri quis possit ad ordines in loco, vbi baptizatus est, licèt ibi natus non sit? Resp. affirmatiuè, quia sicut per manumissionẽ quis sortitur forũ, & dicitur nasci, ità per baptismũ *Bart. in l. ciues nu.* 4. *C. de Incol. lib.* 10. *Barbos. d. alleg.* 4. *num.* 3. *Piasec. vbi supra n.* 9. & *alij.*

30 Notandum 2. quod ad effectum suscipiendi ordines attenditur vel domicilium proprium filij; quod potest constituere vbicunque ipse voluerit, *vt in l. placet & l. non vtique ff. ad municip.* vel domicilium Patris *l. filios C. de municip. lib.* 10. modò filius sit legitimus, quia illegitimus, vel vulgo quæsitus matris domicilium sequitur *iuxta tex. in d. l. cum legitimæ ff. de stat. hom.* si verò desit patris domicilium, maternum erit sequendum *Piasec. in Prax. Episc. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 9. *Vulp. in Prax. iudic. c.* 7 *n.* 24. *Barbos. d. alleg.* 4. *num.* 16.

11 Potest autem constitui domicilium etiam momento temporis, si quis habeat animũ perpetuò manendi in aliquo loco *Nau. cons.* 2. *de Tempor. ordin. Vulp. d. capit.* 7. *num.* 25. *Barbos. vbi supra p.* 2. *alleg.* 4. *num.* 24. sed in tali casu non solum requiritur expressa talis animi declaratio medio iuramento, sed etiam aliquod signum assumpti domicilij, puta si emerit domum *glos. in l.* 2. *C. de Incol. lib.* 10. & *ità decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 1. *res.* 274. non tamen sufficit sola emptio domus, nisi concurrat etiam animus perpetuò manendi *l. Libertus § sola domus ff. ad municip. Sylu. in ver. domicilium n.* 1. *Piasec. in Prax. Episcop par.* 1. *cap.* 1. *n.* 9.

12 Si verò de animo dubitetur, recurrendum est ad coniecturas, quarum præcipua ea est, si quis cũ tota familia omnia bona sua, vel maiorem partem transtulerit *l. ciues vbi DD. C. de Incol. lib.* 10. vel si assidua probetur habitatio non minori spatio decem annorum, quia tunc præsumitur animus perpetuò manendi *Vulp. d. cap.* 7. *nu.* 25. *Piasec. par.* 1. *cap.* 1. *num* 9. & *alij*

13 *communiter*: nisi adsit aliquod indicium in contrarium, vt accidit in scholaribus, & famulis, qui ad tempus in loco commorari consueuerunt *l.* 2. *vbi Bart. & alij C. de Incol. lib.* 10. si tamen finito studio aut seruitio in eodem loco per decennium, & vltra scholares, vel famuli commorati fuerint, tunc censeretur, eos magis habere animum domicilium contrahendi, quam seruiendi, vel studendi, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. loco cit. par.* 2. *alleg.* 4. *numero* 29.

14 Si verò quis habeat in duobus locis domicilium, & æqualiter se collocet in vtroque *iuxta capitulũ* 2. *de sepult. in* 6. *l. Labeo, & l. assumptio ff. ad munic.* ab alterutro Episco-

scopo poterit tunc ordinari: quia ratione vtriusque domicilij vtriq. Episcopo sit subditus, *vt probat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 275. & alij.* secus si huiusmodi domicilia non essent æque principaliter contracta, quia tunc principalius semper est attendendum *Menoch. cons. 398. n. 23. Ludouic. decis. Perus. 85. nu. 5. quos refert Barbos. loco cit. alleg. 4. n. 39.*

15 Regulares verò ordinari debent ab Episcopo loci, in quo situm est monasterium, etiamsi non habeant animum ibi perpetuò manendi *ex decreto Sac. Cong. quod refert Piasec. d. par. 1. cap. 1. n. 14. Quarant. in ver. ordo vers. quantum verò Barbos. d. alleg. 4. n. 61.* vbi etiam dicit, quod si Regulares degant in monasterijs sitis, in loco nullius Diœcesis, ordinari debent ab Episcopo viciniori.

16 Verum ab hac obligatione excipiuntur Patres societatis Iesu, quibus Gregorius XIII. indulsit, vt à quocunque catholico Antistite ordinari possint ad quosuis ordines etiam maiores, *vt in eius cõstitutione, quæ incip. Pium, & vtile, relata per Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 1. n. 48.*

17 Nouitij quoque ordinandi sunt ab Episcopo, in cuius diœcesi sitũ est monasterium, vbi morantur tempore nouitiatus, etiam si alibi nati sint *arg. cap. cum nullus §. religiosi de Tempor. ord. in 6. Vulp. in Prax. iudic. c. 7. n. 9. & alij quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol. 258.* vbi dicit, quod etiam ad Episcopum spectat litteras dimissorias nouitijs concedere. Quod intellige quoad ordines minores, nam ante emissam professionem ad sacros promoueri non possunt, nisi fortè habeant titulum beneficij, vel patrimonij sufficientis ad victum *iuxta formã Concilij Tridentini sess. 21. de ref. c. 2. vt statuit Pius V. in eius constitutione incipien. Romanus Pontifex quam refert Quaran. in ver. ordo vers. secunda constitutio, vide Ricc. loco cit. d. res. 258.*

18 Vnde Abbatem regularẽ nouitijs suis minores ordines non posse conferre resoluit Vulp. *in Prax. Iudic. c. 7. n. 9. Ricc. in Prax. vt supra par. 4. res. 587. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 23. § 3. in commen. lit. G. Fr. Emman. quæst. regul. to. 3. q. 23. ar. 2. in fin. Sayr. de cens. lib. 4. c. 13. n. 5. Nald. in sum. ver. nouitius n. 9. & alij, quos refert & sequitur Barbos. de offic. & pot. Epis. d. par. 2. all. 3. n. 8. & all. 4. n. 63. & all. 7. nu. 33.* quia nouitij non subduntur irreuocabiliter Abbati, cum ad libitum possint ad sęculum redire: ex quo infert Vulp. *& Ricc. locis citat.* Abbatem ordinãtem nouitios incurrere pœnas contentas *in Conc. Trid. sess. 23. de ref. cap. 10.*

19 Notandum 3. quod ad ordines susc ipiendos sufficit beneficium, etiam tenue, siue sit simplex, siue residẽtiam requirens; quia *tex. in d. cap. cum nullus*, non explicat valorem, neque qualitatem beneficij *Bonacin. de sacram. disp. 8. q. vn. pun. 4. n. 14. Vulp. in Prax. Iudic. c. 7. num. 27. Garc. de Benef. par. 2. cap. 4. num. 8. & alij apud Dian. par. 4. tr. 4. res. 51.* vbi addit, hoc procedere, etiamsi beneficium sit tenuissimum

simum, & non reddat nisi duos aureos, vel circa dummodò huiusmodi beneficio patrimonium sufficiens ad victum adiungatur *iuxta dispositionem Concilij Tridentini sess. 21. de ref. cap. 2.* quicquid in contrarium dicant alij DD. nam si beneficium duorum ducatorum est sufficiens, vt quis gaudeat priuilegio fori, *vt resoluit Sac. Cong. apud Dian. loco cit.* quare non erit sufficiens, vt quis tamquam subditus ad ordines promoueatur?

20 Amplia etiamsi patrimonium existeret in alia Diœcesi, quia ad Episcopum beneficij adhuc spectabit ordinatio: nam ratione patrimonij præcisè nullus acquirit forum, nec fit subditus Episcopi loci, in quo existit *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 4. num. 58. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 271. & 272.*

21 Vnde si quis haberet plura beneficia in diuersis Diœcesibus, ab vnoquoque illarum Antistite promoueri posset *Anchar. in d. cap. cū nullus num. 1. Garc. de Benef. par. 2. cap. 4. num. 1. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. loco cit. d. all. 4. nu. 51. Ricc. in Prax. par. 2. resol. 49.* vbi etiam dicit, quod vterque Episcopus potest dispensare super illegitimitate, & interstitijs.

22 Censeo tamen, quod si in vna Diœcesi quis haberet beneficium residentiam requirens, & in alia beneficium simplex, præferendus esset Episcopus beneficij residentiam requirentis, cum in tali casu concurrat & ratio beneficij, & ratio domicilij *ad trad. per Barbos. & alios DD. in cap. 1. de Treug. & pac.* Clericus enim obtinens beneficium cum residētia habet domicilium, & est ciuis illius Diœcesis, in qua tale beneficium sitū est *Sylu. in ver. domic. n. 1. Bart. in l. 1. num. 13. ff. ad municip. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 1. nu. 9. vers. & ex ista.*

23 Non tamen sufficeret ad ordines suscipiendos sola collatio beneficij sine possessione, neque pensio super beneficio *Ricc. in Prax. par. 1. ref. 272. Barbos. par. 2. all. 4. n. 55. & 57. vbi cit. Vgolin. Marchin. Campan. Garc. & alios.*

§. II.

An Episcopus possit ordines conferre familiari suo non subdito.

24 REsp. affirmatiuè, dūmodò per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacunq. fraude cessante statim reipsa illi conferat *Conc. Trid. sess. 23. de ref. cap. 9.* quo casu posse Episcopum eidem litteras dimissorias concedere, dicit Barbos. *d. p. 2. all. 5. nu. 16.* Hoc tamen Doctores communiter intelligunt de Episcopo ordinario, & Diœcesim habente, nam Episcopo titulari id expressè prohibetur ab eodem Concilio *in sess. 14. de ref. cap. 2.*

25 Quæres 1. an famuli familiarij Episcopi gaudeāt priuilegio Tridentini d. cap. 9. affirmatiuè respondet Sanch. *in opusc. to. 1. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 24. quem refert, & sequitur Dian. p. 4. tr. 4. ref. 145. Barbos. d. par. 2. all. 5. nu. 6.* dummodò

dò expensis Episcopi alantur, & præsentes inseruiãt, putant enim, triennium à Concilio fuisse præfixum, vt Episcopus cognoscere posset familiarium mores, & ideò non posse Episcopum ordinare eos familiares, vel eorum famulos, qui absentes fuerint in regione remota, etiamsi ipsius Episopi sumptibus vixerint, quia absentium mores non potest cognoscere, *vide Quarant. in ver. ordo vers. limita in eo Piasec. in Pra. Episc. par. 1. cap. 1. nu. 15. Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 4. n. 18. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 276.*

26 Addit Gratian. *dec. March. 133. Anton. var. resol. lib. 1. res. 75. & alij quos refert, & sequitur Barbos. dicta all. 5. num. 18.* quod etiam magister Actorum Curię Episcopalis vti familiaris potest in tali casu ab Episcopo ordinari.

27 Officiales quoque, seu familiares Papæ, vel Cardinalium, & Episcoporum in Curia residentiũ sufficientem titulum habentes, & alia à iure requisita, post triennũ seruitutis posse de licentia ipsorũ à Vicario Summi Pontificis promoueri etiam ad sacros ordines, dicit Armendar. *apud Barbos. d. all. 5. nu. 19. vbi etiam citat Molfes. in Sum. Theol. mor. tract. 2. cap. 2. num. 32. in fin. & Marchin. tract. 1. p. 5. c. 9. post num. 15. vers. sexto.*

28 Obseruant tamen Doctores, quod triennium, quo debent familiares cum Episcopo commorari, debet esse continuum *Bonac. de Censur. in part. disp. 3. q. 1. pun. 11. num. 7. & alij apud Barbos. d. all. 5. nu. 9. Ricc. in Prax. par. 1. res. 277.* vbi idlimitat, si per modicum tempus, aut ex causa legitimi impedimenti, puta infirmitatis, vel similis abessent.

29 An verò ad hunc effectum sufficiat, quod triẽnium inceperit, ante quam esset Episcopus? affirmatiuè respondent DD. *quos refert, & sequitur Vulp. d. cap. 7. n. 19. Ricc. in Prax. vt supra par. 1. res. 278. Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. vn. d. pun. 4. num. 16.* vbi etiã dicunt, ità declarasse Sac. Congreg.

30 Quæres 2. an Episcopus debeat familiari suo conferre beneficium, si illum ordinet tantũ ad minores ordines? affirmatiuè resp. Doctores, siue talis familiaris ordinetur ad sacros ordines, siuè ad minores, vel primam tonsuram *ità Nau. cons. 11. de Tempor. ordin. Bonacin. de Sacram. disp. 8 q. vn. punct. 4. num. 17. & ità declarasse Sac. Cong. & Rotam Romanam dicit Quarant. in ver. ordo vers. limita in eo Vulp. in Prax. Iudic. d. cap. 7. num. 18. Barbos. d. p. 2. all. 5. nu. 11.* vbi etiam notat quod collatio beneficij facta post sex menses non dicitur facta secundum mentem Concilij, quia tempus sex mensium est longum tempus.

31 Obseruat tamen Bonacin. *de Censur. in par. disp. 3. q. 1. pun. 11. num. 12:* quod familiaris bona fide cum spe beneficij statim obtinendi ordinatus non remanet suspensus ab ordinis exequutione, si Episcopus ei statim beneficium non conferat, aut si moriatur nõdum collato beneficio, quia vbi

non

non est culpa, par est, vt neque sit pœna *l. Sancimus C. de Pœnis.* Addunt alij, quod si Episcopus con-
32 ferat suo familiari aliquod beneficium in sua Diœcesi, potest statim illum ordinare non expectato triennio, quia tunc non ordinat pretextu familiaritatis, sed ratione beneficij; quemadmodũ si daret beneficium cuicumque extraneo, posset illum statim ordinare *ex d. cap. cum nullus de tẽp. ord. in 6 ità Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20, num. 25. quem refert, & sequitur Dian. d. par. 4. tr. 4. ref 145. Barbos. d. all. 5. num. 11.*

33 Quæres tertiò, an Episcopus possit familiarem suum ordinare ad titulum patrimonij, vel pensionis ob necessitatem, vel vtilitatem propriæ ecclesiæ? affirmatiuè respondet Garc. *Armend. & Merchin. apud Barbos. d. par. 2. all. 5. num. 12. & seq. & ità censuisse Sacr. Congregationem referunt Ricc. in Prax. fòr. eccles. par. 3. res. 450. Bonacin. de censur. in par. disp. 3. q. 1. pun. 11. nu. 11.* vbi etiam dicit, quod in hoc casu non tenetur Episcopus illi beneficium conferre, cum habeat vnde viuere possit.

SVMMARIVM.

1 *An possit quis ordinari ad titulum Capellaniæ amouibilis, & quid si fuerit iam ad illius titulum ordinatus.*

2 *Obtinens Capellaniam amouibilem in Capella Papæ an possit ad eius titulum ordinari.*

3 *An possit quis ordinari ad titulum Capellaniæ non collatiuæ.*

4 *Quando censeatur testator facere Capellaniam non collatiuã, & num 5. & 6.*

7 *Testator simpliciter instituens Capellaniam non prohibendo collationem videtur velle instituere ecclesiasticum beneficium.*

8 *An possit quis ordinari ad titulum Capellaniæ nõ collatiuæ tãquã ad titulum patrimonij.*

9 *An Capellaniæ ad nutum Patroni concessa possit auferri sine causa.*

10 *An possit quis ordinari ad subdiaconatum, & Diaconatum ad titulum beneficij, cuius fructus lucrari non potest, nisi post susceptum Presbyteratum.*

11 *An Clericus Seminarij possit ordinari ad titulum seruitij præstandi in aliquo beneficio eidẽ Seminario vnito.*

12 *Qui ordinatur sine titulo, aut patrimonio sciente Episcopo nullam pœnam incurrit, sed Episcopus tenetur ei victũ præbere.*

Suspensionem incurrit qui cum falsõ, aut fiduciario titulo ordinatur, ibidem.

13 *Eandem suspensionem incurrit, qui sacris initiatur sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo victum.*

Quam pœnam subeat Episcopus in tali casu, ibidem.

14 *Religiosi, qui ante professionem promouentur absque titulo, eandem suspensionem incurrunt.*

15 *In Religiosis Societatis Iesu prima professio cum triplici voto simplici in hac parte sufficiẽtem titulum præbet.*

16 *Hac suspẽsione ligatur Religiosus*

sus nulliter professus, si sacros ordines suscipiat.

37 An Episcopus possit ab hac suspensione absoluere suos subditos.

38 Ordinatus ad subdiaconatū sine titulo, vel cum titulo insufficiēti non potest ad superiores ordines ascendere.

Ad quid teneatur Episcopus ordinans in tali casu, ibidem.

39 An Episcopus ordinatum sine titulo possit ad ordinis exequutionem habilitare.

40 An possit quis promoueri ad titulum bonorum mobilium.

41 Et an possit ordinari ad titulum patrimonij, quod consistit in censu perpetuo, vel vitalitio.

42 An suspensionem incurrat habens patrimonium sufficiens, si tale patrimonium nō fuerit sibi expresse in titulum assignatum.

43 An ordinatus cum sola fideiussione alimentorum prædicta suspensione afficiatur.

44 Ad quid teneatur Episcopus, si alijs tituli scrutinium commisit.

45 An suspensionem incurrat qui falsò probauit, se habere titulū sufficientem, sed reuera non erat sufficiens.

46 Qui coadiutoriam obtinuit cum futura successione an possit ordines sacros absque alio titulo suscipere.

47 Quid si quis ordinetur ad titulū bonorum, quæ sūt obligata alijs creditoribus.

48 An Clericus teneatur bona sibi à Patre pro titulo assignata in partitione hæreditatis paternæ conferre, aut in legitimam computare.

49 An pater possit huiusmodi donationem reuocare propter ingratitudinem.

50 An filius cogere possit Patrem ad sibi assignandum patrimonium.

51 An pater teneatur iterum patrimonium assignare, si illud filius amisit.

52 Quando patrimonium donatum Clerico causa suscipiendi sacros ordines transeat ad hæredes ipsius Clerici.

53 An suspensionem incurrat qui ordinatur cum patrimonio sibi donato cum pacto non petendi, seu non molestandi Donantem super re donata.

54 Quid si fiat pactum de illo reddēdo, seu restituendo post ordinationem.

55 Si in Resignatione beneficij non fiat mentio, quod ad illius titulum promotus fuerit, beneficium tunc non vacaret per resignationem, sed per mortem.

Item in tali casu Resignanti competit actio spolij, ibidem.

56 An nulla sit etiam resignatio ex causa permutationis, non facta dicta expressione.

57 Quid si resignatio fiat cum pensione sufficienti ad congruam substentationem.

58 An in alienatione patrimonij requiratur Episcopi licentia, si alienans habeat beneficium, seu alia bona ad victum sufficientia.

59 Ad quid teneatur Episcopus admittens alienationem patrimonij, si Clericus non habeat vnde viuere possit.

40 *An huiusmodi priuilegio de non alienando patrimonium sine Episcopi licentia posit Clericus renunciare.*

CAP. II.

De titulo, seu patrimonio requisito ad ordines sacros.

STATVIT Sacr. Trid. Synodus, nè quis deinceps Clericus 3
sæcularis, quamuis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueatur, nisi prius legitimè constet, eum beneficiũ ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere; patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum, *vt in sess. 21. de ref. cap. 2.* vbi antiquorum canonum pœnæ super his innouantur.

1 Ex quo obseruant Doctores, non posse aliquem ordinari ad titulũ Capellaniæ amouibilis, quia titulus debet esse perpetuus *Paris. de Resign. Benef. lib. 2. q. 6. nu. 2. & 3. vbi dicit, hanc esse cõmunẽ, & alij apud Garc. de Benef. par. 1. c. 2. §. 1. num. 83.* quamuis si ad titulũ huiusmodi Capellaniæ ordinãtus iam fuerit, non posset ab ea amoueri, nisi habita alia prouisione sufficienti, etiam in præiudicium Patronorum, qui sibi ipsis imputare debent, quòd talem permiserint ad huiusmodi Capellaniam promoueri, *vt post Paris. & Gõzal. dicit Piasec. in Prax. Episc. p. 1. cap. 1. nu. 45. in fin.*

2 Hoc tamen limitant, si quis obtineret Capellaniam in Capella Papæ; quia tunc poterit ad illius titulum ordinari, licèt sit ad nutum amouibilis *Nauar. cons. 20 de Tempor. ordin. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 19 num. 30.*

Obseruant 2. quod nec potest quis ordinari ad titulum Capellaniæ non collatiuæ, quę scilicet à laicis absque institutione ordinarij confertur, quia huiusmodi Capellania nõ est ecclesiasticum beneficium *Nau. cons. 7. de Præb. Ricc. in Prax. jur. eccles. par. 4. res. 185.*

4 Sed quæres, quandò censeatur testator facere Capellaniam non collatiuam? Respondent nonnulli Doctores, quod de iure Capellaniæ cum onere, vt certus numerus missarum celebretur, cõstitutæ de bonis temporalibus, & sine Episcopi consensu censentur laicales, & temporales: ad cõstituendum enim beneficium requiritur consensus Episcopi, alias non dicitur beneficium, sed pia donatio, seu pium legatum; & ideò tunc laicus deputare potest personam habilem, idest Sacerdotem pro missis celebrãdis cum certa eleemosyna, *vt d. Guid. Pap. dec. 187. Sarnen. in Reg. de Annal. q. 20. Nau. cons. 5. num. 1. & cons. 7. num. 1. de Præb. Viuian. in Prax. Iurispatr. par. 2. lib. 6. c. 10. nu. 51.*

5 Hoc

5 Hoc tamen procedit in Capellanijs institutis inter viuos, & statim effectuatis per positionem Capellani; cum enim fundator non requisiuerit auctoritatē ordinarij, non videtur velle facere beneficium ecclesiasticum, sed Capellaniam non collatiuā *Garc. d.cap.2.§.1.nu.*111. quod locum habet, etiamsi fundator esset Episcopus, modò huiusmodi Capellaniam non Episcopali auctoritate, sed priuata, & communi laicorum de bonis proprijs fundauerit *Nau.conſ.7.de Præb.Ricc.in Prax.par.4.reſ.*136.

6 Idem dicendum, si testator, vel fundator expressè disposuit, quod ordinarius non se intromittat in exequutione Capellaniæ faciendo collationem, & Canonicam institutionem Capellano à Patronis nominato; vel si ex verbis fundationis constet, testatorem non habuisse animum fundandi Capellaniam ecclesiasticam, sed solum cōstituere iuspatronatus laicorum cum onere certarum missarum, puta si dixerit, quod possit Capellania amoueri, & remoueri cum causa, & sine causa, & quod tam laicus, quam Clericus possideant bona annexa prędictæ Capellaniæ, & alia verba similia, quæ repugnant naturæ beneficij ecclesiastici *Nauar. cōſ.* 5. & 7. *de Præben. Ceuall. practqq. commun.con.comm.q.*282. *n.*28. *Seraphin.deciſ.*611. *num.*3.

7 Secus esset, si testator simpliciter instituit Capellaniam non prohibendo collationem, quia tunc videtur velle instituere beneficiū ecclesiasticum *Garc. loco cit. cap.*2. *§.*1. *num.*109. *Ceuall. d.q.*282. *numero* 28.

8 An verò possit quis ordinari ad titulum Capellaniæ non collatiuę tamquam ad titulum patrimonij, si sit perpetua? affirmatiuè respondet *Garc. loco cit. numero.*112.

9 Quæres 2. an Capellania ad nutum Patroni concessa possit auferri sine causa? Resp; quod si in fundatione cautum sit, vt etiam sine causa Capellanus remouerī possit, tunc res transit absque difficultate. Si verò ità cautum non sit in fundatione, non potest remoueri absque causa, *vt d. Ceual. loc.citat.q.*425. *in fin.* contrarium tamen tenet Gutier. *pract.qq. lib.* 3. *q.*11. *num.*18. *& seq.* qui nullam aliam causam requirit ad hoc, vt Patronus id facere possit, quam eius voluntatem.

10 Quæres 3. an possit quis ordinari ad ordines subdiaconatus, & Diaconatus ad titulum beneficij, seu Capellaniæ perpetuæ collatiuæ, cuius fructus lucrari non potest, nisi post susceptum presbyteratum? affirmatiuè respondent Doctores, *quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. p.*2 *all.*19. *nu.*29.

11 Quæres 4. an Clericus Seminarij, si ei assignentur certi annui reditus pro seruitio beneficij eidem Seminario vniti, possit ad titulum huiusmodi seruitij ordinari? affirmat Iul. Cęs. Madius *de Sacr ordin. cap.*5. *num.*20. *Læl. Zech. de Rep. Eccleſiaſt. rub. de Cleric. ſub num.*7. *Zerolin Prax Epiſ.*

par. 1. ver. Seminarium §. 6. & alij, & ità etiam declarauit Greg. XIII. *prout refert Barbos. loco cit. d. all. 19. num. 31.* vbi etiam dicit, quod hæc assignatio cessat, postquam ille aliundè se æquè substentare poterit.

12 Obseruãt 3. quod si quis ordinatur sine titulo, aut patrimonio sciente Episcopo nullam pœnam incurrit. sed Episcopus tenetur ordinato victum præbere, donec eidem de beneficio prouideat *iuxta cap. cum secundum de Præben.* per quem tex. corrigitur *c. neminem, & c. sanctorum* 70. *dist.* vbi pœna suspensionis ipso facto infligatur, *vt d. Nau. cons. 1. n. 45. de constit.* idem dicendũ, si quis exposuit, se habere titulum, sed non sufficientem; quia hoc etiam casu nulla incurritur suspensio, sed ordinatus potest agere contra Episcopum ad suplementum alimentorum, si Episcopus sciens, vel scire debens eum ordinauerit *glos. in cap. tuis de Præb. Vulp. in Prax. iudic. cap. 8. n. 8. Quarant. in ver. ordo vers. secundus casus, & vers. secundò extende,* vbi etiam dicit, quod Capitulum sede vacante, seu eius Vicarius tenetur subdito sine titulo cum eius licentia, & dimissorijs ordinato alimenta subministrare.

Si verò per fraudem quis ordinatur cum falso patrimonij, aut beneficij titulo, aliqua demonstrãdo per quæ ordinator probabiliter ei credidit, & credere debuit, tunc Episcopus eum alere non tenetur *Nauar. cons. 14. de Tempor. Ordin. Barbos. in d. cap. cum secundum num. 6. Ricc. in Prax. p. 3. resol. 453. Sylu. in ver. Archidiaconus q. 8. & alij communiter:* & ipse ordinatus incurrit suspensionem ipso iure contentam *in d. c. neminem, & cap. sanctorum secũdùm Nau. cons. 14. num. 4. de tempor. ordin. Quarãt. loco cit. vers. tertius casus Vulp. vbi supra, & alios apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 3. q. 1. pun. 8. n. 1. & seq.* sed contrarium tenet Dian. *par. 9. tract. 16. res. 5. & par. 3. tr. 4 res. 184. & par 5. tr. 10. resol. 50. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 1. num. 42. Bellet. Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 5. num. 66. & alij,* quorum opinio probatur, tum quia textus *in d. cap. neminem, & c. sanctorum* fuerunt iam antiquati & correcti per *d. cap. cum secundũ de Præb. vt supra diximus*, tum quia Sac. Cong. declarauit, Concilium Tridentinum *in d. sess. 21. c. 2.* innouasse tantum pœnas *d. cap. cũ secundum*, non autem aliorum canonum, *prout refert Vulp. in Prax. iudic. cap. 8. n. 9. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 574.* vbi ex hoc deducit, quod ordinatus cum ficto patrimonio de iure non est suspensus.

Hodiè verò qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciarijs patrimonij titulis scienter se ad ordines promoueri fecerint, suspensionis pœnam eo ipso incurrunt non quidẽ ex vi constitutionis Sixti V. contra malè promotos *incip. sanctum, & salutare*, quia hanc moderatus fuit Clemens VIII. alia sua constit. *incip. Romanum Pontificem*, quam refert *Quarant. in ver. ordo*, sed per constitutionẽ Vrbani VIII. *quæ incip. secretis æternæ prouiden-*

tiæ

tia, vt d. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 20. n. 33. & 34. Bonacin. d. disp. 3. q. 1. pun. 8. n. 31.

13 Quæres 1. an aliquam pœnam incurrant qui sacris initiantur sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo victum? Resp. quod taliter ordinati suspensionē incurrunt, & ordinator à collatione ordinum per triennium suspēditur *per text. in c. penult. de Simon. Nauar. cap. 27. num. 158. Barbos. de offic. & pot. Episc. par 2. allegat. 20. numero 28.*

14 Quæres 2. quam pœnam incurrant Clerici religiosi, siue sæculares more religiosorum viuentes in communi, qui ante professionem promouentur absque titulo seu patrimonio? Resp. quod similiter suspensionem incurrunt *ex constitutione Pij V. quæ incip. Romanus Pōtifex relat. per Quarant. in ver. ordo vers. secunda constitutio Vulp. in Prax. Iudic. cap. 8. n. 16. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 1. n. 44.*

15 Excipiuntur tamē Religiosi societatis Iesu etiam scholares, & primam solummodò professionē emittentes, qui ordinari possunt, & debent sine titulo patrimonij, & beneficij: quāuis enim statim post biennium non emittant professionem solemnem, sed simplicem, nihilominus professio illa cum triplici voto simplici in hac parte sufficientē titulum præbet *ex priuilegio Gregorij XIII. vt notat Barbos. d. all. 20. n. 37. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 280.*

16 Adde, quod hac etiam suspensione ligatur Religiosus nulliter professus, quia sine titulo suscipit ordines, *vt decisum refert Ricc. in Prax. vt supra d. p. 1. ref. 280. Dian. par. 4. tract. 2. ref. 82.* vbi etiam monet Episcopos, vt ordines sacros non conferāt Regulari, nisi iuret in actis Cancellarię, se sponte professionem emisisse, vel ratam habuisse.

17 Quæres 3. an Episcopus possit ab hac suspensione absoluere suos subditos? affirmat Bonacin. *de censur. disp. 3. q. 1. pun. 5. §. 1. n. 1. & de censur. in par. disp. 3. q. 1. pun. 8. nu. 31.* vbi excipit vltramontanos, qui in tali casu absolui debent à Papa
18 per dictam constitutionem Vrbani VIII. sed non possunt tales ordinati sine titulo ad superiores ordines ascendere, nisi prius cōstet de verò titulo, etiamsi absque dolo, & fallacijs ad titulum aliquē ordinati fuerint, quem postea à creditoribus euinci contigit nulla eorum culpa considerata, quia iura simpliciter prohibēt, ne quis sine verò titulo suscipiat quemlibet ordinem sacrum, & non subdiaconatum tantum, *vt ex Concilio Tridentino probat Quarant. in d. ver. ordo vers. an verò.*

Idem dicendum, si quis cum titulo non sufficienti ad honestā sui substētationem promotus fuerit ad ordinem subdiaconatus: tūc enim supplemento non habito nequit ascendere ad Diaconatum, & ad Presbyteratum, *vt d. idem Quarant. vbi supra vers. secundus casus.* Vnde Episcopus adhuc tenetur prouidere de alimentis, seu beneficio, etiamsi ordinem contulerit ei, qui iam in sacris constitutus erat, si verum, ac sufficientem titu-

tulum non habeat *Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 5. n. 22. Quarant. loco cit. vers. obligationem Episcopi, & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. allegat. 20. num. 22.*

19 Subdit tamen Quarant. *loco cit. d. vers. an verò*, quod si constet aliquem post adeptum Sacerdotium vero titulo carere, sed sub ficto, & supposito titulo promotũ fuisse, potest Episcopus cum eo dispensare, ipsumque ad Sacerdotalis ordinis execuutionem habilitare, præuia absolutione à suspensione, modò id fuerit occultum vigore Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. capit. 6.*

20 Quæres 4. an possit quis ordinari ad titulum bonorum mobiliũ? affirmatiuè respondent nonnulli Doctores, si statim huiusmodi bona mobilia possunt conuerti in bona stabilia, *ità Azor. instit. mor. par. 2. lib. 3. c. 4. quæst. 7. Graff. conf. 4. de Tempor. ordin. quos refert. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 284.* sed contrarium est verius: huiusmodi enim patrimonium consistere debet in bonis stabilibus, ex quibus possit ordinandus annuos reditus percipere, *vt censuit Sac. Cong. teste Ricc. in Prax. vt supra par. 3. ref. 453.* & ideò non est aliquis admittẽdus ad sacros ordines, nisi prius stabile sibi parauerit, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. par. 2. all. 19. nu. 55.* Vnde ordinatus ad titulum bonorum mobilium suspensionem incurreret: quia in tali casu remanet sine legitimo titulo *Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 5. n. 32.* quamuis contrarium teneat Nauar. *conf. 34. de Tempor. ordin.* vbi dicit, ordinatum ad titulum rerũ mobilium nullam incurrere suspensionem, aut aliam pœnam, sed tunc debet curare ordinatus, vt quam primum res mobiles in immobiles conuertantur.

21 Quæres 5. an legitimè quis ordinetur ad titulum patrimonij, quod consistit in censu perpetuò, & redimibili, siue vitalitio? affirmat Garc. *de Benef. par. 2. cap. 5. nu. 45. & 79. & ità censuisse Sac. Cong. refert Ricc. in Prax. par. 3. ref. 450. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 19. n. 55. & 56.* vbi addit, in ipsa tituli erectione ab Episcopo hanc cautionem esse adhibendam, vt in casu redemptionis, seu extinctionis pecuniæ iterum quam primũ in beneficium eiusdem promoti reinuestiatur.

22 Addit glos. *in cap. si Episcopus ver. tit. de Præb. in 6. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 450.* quod habens patrimonium sufficiens potest promoueri ad sacros ordines, licèt expressè non assignetur sibi patrimonium in titulum, quia tunc patrimonium succedit loco tituli: illumque in tali casu suspensione non affici dicit Nauar. *conf. 19. de Tempor. ordin. quamuis cõtrarium teneat Io. Andr. in d. cap. si Episcop.*

23 Quæres 6. an ordinatus cum sola fideiussione alimentorum à prædicta suspensione excusetur? affirmat Grilenzon. *conf. 14. per tot. quẽ refert Dian. p. 5. tr. 10. ref. 48. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 452.* vbi dicunt, quod per hanc fideiussionem videtur satisfieri menti Concilij, quæ fuit, nè Clerici mendi-

ca-

care cogantur.

Sed alij hanc sententiam non admittunt, nisi quando adesset penuria Sacerdotum: quia obligatio ista personalis non est res immobilis, & pacificè possessa, & per illam ordinandus haberet quidē ius ad rem, sed non ius in re. Nau. *cons. 34. in fin. de Tempor. ordin.* vbi dicit, quod mens Concilij fuit, vt patrimoniū huiusmodi in immobilibus consistat *& alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 19. n. 73.* vbi etiam refert S. Congreg. declarationem.

24 Quæres 7. ad quid teneatur Episcopus, si tituli inuestigationem, seu scrutinium Archidiacono, vel examinatoribus, aut Vicario generali commisit, & isti negligenter se gesserint, vel ad eorum falsam relationē aliquis sine vero titulo ordinatus fuerit? Resp. quod tunc actio petendi alimenta dabitur contra ipsos, & in subsidium contra Episcopum *glos. in capit. ad hæc in ver. examinentur de offic. Archid. Sylu. in ver. Archidiaconus q. 8. Quarant. in ver. ordo vers. obligationem.*

25 Quæres 8. an suspensionem incurrat Clericus ordinatus ad sacros ordines, qui falsò probauit, se habere titulum sufficientem, sed re vera non erat sufficiens? Resp. affirmatiuè, si notabiliter sit insufficiens, secus si parum deficeret, siue quantitas, quæ non esset notabilis arbitrio boni viri *Nau. cons. 23. de Tempor. ordin.* vbi dicit, quod defectus quinq. respectu viginti quinq. videtur esse notabilis *Quarant. in ver. ordo vers. 2. casus in fin.*

26 Quæres 9. an suspensionem incurrat qui coadiutoriam obtinuit cum futura successione, si ordines sacros absque alio titulo suscipiat? Resp. affirmatiuè, hic enim non dicitur beneficium pacificè possidere, nisi fortè in constitutione coadiutoriæ assignata ei fuisset certa quantitas sufficiens ad substentationem: tunc enim potest ordinibus initiari, non tamquam ad titulum beneficij, sed potius tamquam ad titulum pensionis, *vt de Bonacin. de censur. in par. disp. 3. q. 1. pun. 8. nu. 12. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 19. n. 23.* vbi nu. 60. addit, quod neque filius, qui amplum expectat ex bonis paternis, aut maternis patrimonium, potest ordinari, nisi expressè illud constituatur à Patre.

27 Quæres 10. vtrum hac suspensione afficiatur qui ordinatur ad titulum patrimonij, seu bonorum, quæ alijs creditoribus sunt obligata? Resp. affirmatiuè, si ita ære alieno grauatus est, vt soluto debito ei non remaneat patrimoniū sufficiens ad ipsius substentationē *Nau. cons. 18. de Tempor. ordin. Bonacin. loco cit. n. 16. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 19. n. 55.* qui hoc limitant, si huiusmodi bona non sint hypothecę subiecta, quia tunc ordinatus habet dominium illorum bonorum, & ius ad fructus; & ideò titulus in præfatis bonis validè constituitur: sed verius puto, quod etiam in hoc casu suspensio incurratur: quando es alienum debetur purè, & nulla iusta exceptione impediri potest *ad notpen Nau. loco cit. num. 2.* bona enim

enim illa dicuntur alicuius, quæ superſunt deducto ære alieno *l. ſubſignatum §. bona ff. de verb. ſign.*

28 Quæres 11. an Clericus teneatur huiuſmodi bona ſibi pro titulo à Patre aſſignata in partitione hæreditatis paternę conferre, aut in legitimam computare? Negat Ricc. *in Collect.deciſ.566.par.3.& in Prax. for. eccleſ. p.1. reſ.532.& alij apud Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſc.par.2.all.19.nu.63.* ſed mihi æquior videtur contraria opinio; ea enim, quæ donãtur ob cauſam ex ſua natura conferri debent, quemadmodum donatio propter nuptias, cum præſumantur tradita in compenſationem legitimæ *l.quoniam C.de Inoff.teſt.* traditio autem horum bonorum pro conſtituendo patrimonio nõ eſt donatio omninò liberalis, ſed ob cauſam conſtituendi filium in eo ſtatu, nè abiectè, & indecorè viuat, *ità Vulp.in Prax.iudic.c.6. num.6.& & alij, quos refert, & ſequitur Bonacin.de contract.diſp. 3.q.6.pun. 7.§.1. num. 14. & hanc eſſe communem dicit Graff. deciſ. aur.par.1.lib.2.cap.97. num.68.* & ideò huiuſmodi donationes non inſinuantur, *vt d.Barboſ. loc.cit.d. p.2.all.20.nu.28.* non tamen tenetur conferre fructus, quos percepit ex dicta donatione *Vulp. loco cit.vbi citat Couar in cap.Rainald. §.1.num.7. de Teſtam.Molin. de Iuſt.lib.1.diſp.238.in fin.*

29 Quæres 12. an Pater huiuſmodi donationem poſſit reuocare propter ingratitudinem? Reſp. negatiuè, quia per ſacros ordines cenſetur filius contrahere ſpirituale coniugium, ſicut nec poteſt reuocari propter ingratitudinem donatio facta cauſa matrimonij carnalis *Ricc.in Collect.deciſ.19. p.1. latè Squillan.de Priuileg.Cleric. cap.12.num.26.*

30 Addunt nonnulli Doctores, quod quemadmodum filius poteſt cogere patrem, vt ſibi conſtituat donationẽ propter nuptias, cum vxorem ducere intendit *iuxta l.fin.C.de dot.promiſ.* ità etiam volens promoueri ad ſacros ordines poteſt illum cogere ad ſibi aſſignandum patrimonium; valet enim argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale, *ità Auend. reſpon. 17.nu.4. Sanch.de matrim. lib.4.diſp.26.ſub.nu.7. Genuenſ. in Practicab.eccleſ.q.624.& alij apud Barboſ.loco cit.par.2.all.19.n.63.*

31 Addunt 2. quod pater tenetur patrimonium iterum aſſignare, ſi illud filius amiſit, dummodò conditio patris non ſit effecta deterior; ſi enim ſubſtantia Patris diminuta ſit, non tenetur iterum patrimonium aſſignare, prout neque tenetur ad redotandam filiã quæ dotem amiſit, niſi in quantum adeſt virtus eiuſdem ſubſtãtiæ *Menoch.conſ.370 lib.4.quem refert, & ſequitur Ricc.in Prax. for.eccleſ.par.4.reſ.88.*

32 Addunt 3. quod donatio patrimonij abſolutè, & illimitatè facta Clerico cauſa ſuſcipiendi ſacros ordines mortuo donatario tranſit ad hęredes ipſius donatarij, nõ autem ad donantem, ſeu eius hęredes *Galet.in Margar. caſ. conſc. ver. conditio verſ.2. quem refert Barboſ.*

Barbos.d.par.2.all.19.num 90.

33 Queres 13, an afficiatur hac suspensione qui ordinatur cum patrimonio promisso, vel donato à Patre, fratre, vel alijs cum pacto non petendi, seu eos non molestandi super re donata? affirmatiuè respondent nonnulli Doctores *per tex.in cap.per.tuas 3.& cap.pen. de Simon.* vbi suspenditur qui sacris initiatur sine patrimonio cũ pacto non petendi ab Episcopo victum, & qui ordinatur ad præsentationem alicuius beneficiarij cũ simili pacto nihil ab eo petendi, *Ità Nauar.in man.cap.27.nu. 158. Vulp.in Prax.Iudic.cap.8.num.8. & alij.*

Verum hanc sententiam meritò alij reijciunt, quia in dictis textibus sermo tantum est de paciscente cum ordinante, vel præsentante, *vt obseruat idem Nau. sibi contrarius in cons. 17. de Tempor. ordin. Barbos.in d.cap. per tuas, & cap.pen.de Simon.* vbi exemplificat in Archidiacono, vel alia persona in simili dignitate constituta, cuius officium est examinare ordinandos, & inquirere, an habeant sufficientem titulum, & postea illos præsentare Episcopo ordinatori. Vnde cum casus sit dissimilis, pœna suspensionis contenta in dictis iuribus non est extendenda ad paciscentẽ cum Donatore, Patre, & alijs *Nauar.d.cons.17. Tolet.in Instruct.Sacerd.lib.1.cap.15.post n.5. Henriq.in sum.lib.10.c.17.§.3. in Commen.littera O Garc.de Benef.p.2.cap.5.n.168. quos refert, & sequitur Quarant.in ver.ordo vers.quod intellige Barb.in d.c.per tuas de Sim.*

Censeo tamen, taliter ordinatũ incurrere suspensionem contentã in d.constitutione Vrbani VIII. *incipi.secretis Diuinæ prouidentiæ*, cum hic in tali casu promotus fuerit cum ficto, aut fiduciario titulo.

34 Quæres 14. vtrum hac suspensione ligetur qui ordinatur ad titulum patrimonij sibi donati cum pacto, seu conditione illud reddendi, & restituendi post ordinationem? negat Fr. Eman. *in sum. tom.2.cap.15.nu.3. Petr.de Ledesm. in sum.par.1.de Sacram.ordin. cap 7.concl.6.diffic.3. Garc.d.cap.5.à nu 161. & alij apud Quaran. loco cit. vers.quod intellige Barbos.in d.cap. per tuas num.7.* quia hic à principio ordinatus fuit cum vero titulo, cui post ordinationem non potest renunciari sine licentia Episcopi, & si fiat renunciatio, esset nulla per decretum Concilij Tridentini *d.sess.21.capit.2.* Vnde si quis post factam huiusmodi renunciationem ad reliquos sacros ordines ascenderet, non incurreret aliquam censuram, vel irregularitatem, quia talis renunciatio nõ valet, *vt d.Nau.in man.cap.27.nu. 158. & cons.17.de Tempor. ordin. Vulp.in Prax iudic.cap.6.n.6. Quarant.in ver. ordo vers. quotidianus casus Riccius in Collect decis. 566. parte 3.*

An verò donans patrimonium possit in donatione apponere pactum, & conditionem, vt sibi restituatur, cum ordinatus adeptus fuerit beneficium, vel alia bona ad victum sufficientia? affirmatiuè respondent Doctores *apud Barbos. d.par.2.all.19.n.59. & all.20.nu.31.*

vbi dicit, quod huiusmodi pactum non est contra mentem, & constitutionem Concilij.

35 Ita etiam si in resignatione beneficij non fiat mentio, quod ad illius titulum promotus fuerit, beneficium eo casu non vacaret per resignationem, sed per mortem, quia resignatio absque tali expressione facta irritatur per Concilium loco cit. & ideò non abdicatur ius à resignante, *vt dixit Rota in Leodien. Canonicatus S. Io. 28. Iunij 1621. coram R. P. D. Rembold. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 19. num. 34.* & in tali casu resignāti competit actio spolij, *vt resoluit Sacr. Congr. & Rota in Aretina plebis 19. Nouembris 1602. coram Card. Millino, vt refert Piasec. in Prax. Episc. p. 1. c. 1. nu. 44.* immò hanc expressionem requiri pro forma, nec posse adimplerj per æquipollens dicit Beltramin. *ad Greg. dec. 441. nu. 9. vbi plures decisiones refert.*

36 Addunt Doctores, quod nulla etiam est resignatio ex causa permutationis non facta dicta expressione, nisi fortè permutans dimisso beneficio, ad cuius titulum ordinatus fuerat, assequatur pacificam possessionem alterius beneficij ad sui congruam substētationem sufficientis, *vt censuit Sacr. Congr. apud Greg. decis. 441. num. 3.*

37 An verò resignatio sit nulla nō facta huiusmodi mentione, si fiat cum pensione sufficienti ad congruam substentationem? valere in tali casu resignationem tenet Nauar. *cons. 4. de Renunc. & alij*, quia tūc cessat finalis ratio, videlicet dedecoris clericalis, propter quam Concilium in textu prohibuit resignationem beneficij in titulum assignati: sed alij contrarium sustinent, quia id traditum est pro forma, & indistinctè annullatur resignatio aliter facta *Rot. in d. Leodien. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 19. n. 42. vbi citat Garc. par. 2. cap. 5. nu. 215. Vgolin. de potest. Episc. c. 26. §. 8. nu. 4. Homobon. tract. 2. cap 2. q. 23. in fin.*

38 Quæres 15. an in alienatione patrimonij requiratur Episcopi licentia, si alienans habeat beneficium, seu alia bona, ex quibus commodè viuere possit? Alij negant, quia dictio illa posita in Concilio d. cap. 2. *donec beneficiū ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant &c.* restringit vsque ad illud tempus, & eo elapso permittit *per text. in l. generaliter ff. de decur. & hæc est cōmunis opinio*: alii verò tenent, quod etiam in hoc casu Episcopi licentia requiritur; ad Episcopū enim spectat cognoscere, an talis ordinatus beneficium sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat vnde viuere possit *Bursat. cons. 178 nu. 55. lib. 2. Cened. pp. & canon. qq. lib. 1. q. 11. n. 9. & alij apud Barbos. d. all. 19. nu. 90. vbi hanc dicit veriorem*. Vnde alienantem sine licentia posse puniri eiusdem Episcopi arbitrio, tenet Vulp. *in Prax. Iudic. cap. 6. nu. 6. Ferr. qq. mor. par. 2. q. 32. nu. 4. & 6.*

39 Obseruat tamen Ricc. *in Collect. dec. 566. par. 3.* quod si ordinarius

vius admittat patrimonij alienationem, seu resignationem beneficij, teneret quidem alienatio, vel resignatio, sed si clericus non habeat vnde viuere possit, tunc ordinarius sciens, vel scire debēs tenebitur eidem Clerico alimenta ministrare de proprio *iuxta cap cum secundum de Præb.*

40 Addit Quarant. *in ver. ordo vers. quod intellige*, Concilium loco cit. prouidisse bono publico, & decori Ecclesiæ, quod consistit in hoc ordinandorum titulo, nè in opprobrium status clericalis mēdicare cogantur: & ideò huic priuilegio neque cum iuramento renunciari potest *ad tex. in cap. si diligenti de for. compet.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ordinans dispensat cũ Regularibus super interstitijs, non autem Prælatus regularis.*
2 *An hæc facultas competat Vicario Episcopi.*
3 *Et an competat Vicario Capitulari.*
4 *Si Abbates suis subditis ordines minores conferant, an possint cũ illis super interstitijs dispensare.*
5 *Subditi in hoc casu qui dicantur.*
6 *Quæ causa requiratur in dispẽsatione interstitiorum.*
7 *Patres Societatis Iesu etiam extra tempora, & absque vlla fũctione in ipsis ordinibus, aut obseruatione interstitiorum promoueri possunt.*
8 *An hoc priuilegium ad alias Religiones communicantes extendatur.*
9 *An Episcopus possit dispensare cum familiari suo super interstitijs.*
Et an possit illum habilitare ad minores ordines, si esset illegitimus, ibidem.
10 *An aliquam pœnam incurrant suscipientes ordines non seruatis temporum interstitijs.*
Et an Episcopus ordinans in tali casu incurrat in aliquam pœnã, ibidem.
11 *Quando præsumatur tacita dispensatio.*
12 *An Episcopus quatuor minores ordines possit eadem die vni cõferre.*

CAP. III.

De Temporum interstitijs.

§. I.

Ad quem spectet dispensare super interstitijs cum Regularibus.

1 REsp. quod licèt Episcopus ordinator nõ possit dispensare super interstitijs cum non Diœcesano, nisi hoc in dimissorijs expressè concedatur, *vt censuit Sac. Cong. die 9. Augusti* 1593. diuersum tamen est quoad Regulares, cum quibus non Prælatus regularis, sed Episcopus ordinans in hoc dispensat, qui tamen quo ad causam dispensationis iudicium formare debet ex attestatione Præla-

ti regularis *Sorb. in Compend. priuil. mendic. ver. ordines sacri vers. quoad secundum Prosp. de Augusti. in addit. ad Quaran. in ver. ordo in fin. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 3. ver. interstitia nu. 1. Ricc. in Prax. for. eccles. pa^te. 4. ref. 214. & ita resoluisse Sacr. Cong. d. Piasec. loc. cit. nu. 50. Dian. p. 3. tr. 2. ref. 112. idem Ricc in Collect, dec. 576. p. 3. Vulp. in Prax. iudic. cap. 7. n. 12. Bonac. de Censur. in part. disp. 3. q. 1. pun. 4. §. 2. n. 8.*

2 Hanc autem facultatem dispẽsandi super interstitijs competere etiam Vicario Episcopi, tenet Sbrozz. *de Vic. Episc. lib. 2. q. 43. n. 28. & 29. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 2. all. 18. nu. 6.* vbi addũt, quod in hoc non obstat Concil. Tridentinum *sess. 23. de ref. cap. 13. & 14.* id remittens arbitrio Episcopi, quia Vicarius sub Episcopi nomine continetur, nisi expresse excludatur,

3 Vnde eamdem facultatem etiam ad Vicarium Capituli Sede Vacante extẽdit Bonacin. *d. disp. 3. q. 1. pun. 4. §. 2. num. 5. & censuit etiam Sacr. Cong. teste Quarant. in ver. capitulum Sede vacante q. 10. vers. & refertur.*

4 Item Abbates, quando suis regularibus subditis ordines minores conferunt iuxta concessam ipsis facultatem à Concilio Tridentino *sess. 23. de ref. cap. 10.* posse super interstitijs dispensare tradit Sorb. *in ver. ordines sacri vers. quando*

5 *verò Vulp. in Prax. Iudic. c. 7. n. 11. in fin.* subditi autem ad hunc effectum dicuntur, qui sub Abbatis ordinantis regula professi sunt *Ricc. in Prax. p. 4. ref. 585. & alij.*

6 Obseruant tamen Doctores quod grauior causa requiritur in dispensatione interstitiorum inter Diaconatum, & sacerdotium, quam inter cæteros ordines: nam Concilium Tridentinum dispẽsationem huiusmodi quoad minores, & Diaconatum arbitrio Episcopi simpliciter remittit; à susceptione verò postremi ordinis minoris ad subdiaconatum exigit necessitatem, vel vtilitatem; sed à Diaconatu ad presbyteratum vtramque coniunctim requirit, scilicet necessitatem, & vtilitatem *vt in sess. 23. de ref. cap. 11. 13. & 14. & notat Bonacin. de Sacram disp. 8. q. vn. pun. 6. num. 2. & de Censur. in part. disp. 3. q. 1. pun. 4. §. 2. n. 3. & seq. Barbos. par. 2. all. 18. nu. 5. Vulp. in Prax. iudic. d. cap 7. nu. 7. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 215.*

7 Patres verò Societatis Iesu ad sacros ordines etiam Presbyteratum etiam extra tempora, absque vlla functione in ipsis ordinibus, aut obseruatione interstitiorum promoueri possunt *ex Constitutione Gregor. XIII. vt refert Barbos. d. par. 2. all. 17. num. 7.* quod priuilegium ad alias religiones

8 communicantes mũlti Doctores extendunt, etiamsi Gregorius in ind. constitut. huiusmodi gratiæ communicationem alijs Religionibus interdixerit: quia Pontifices successores Gregorij priuilegia dictæ Societatis alijs Religionibus sine vlla limitatione concesserunt, *Portell. in Dub. regul. ver. ordines sacri num. 4. Homobon. de exam. eccles. to. 1. tract. 2. cap. 1. q. 3. Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. num.*

num. 188. *Hyeron. Rodriq. in Compend. qq. reg. resol.* 106. *nu.* 7. *& alij, quos refert, & sequitur Dian. p.* 3. *tr.* 2. *res.* 31. *&* 112. vbi etiam dicit, simile priuilegiũ à Clemẽte VIII. concessum fuisse Patribus Congregationis S. Ioannis Euangelistæ in Portugallia.

§. II.

An Episcopus possit dispensare cum familiari suo triennali super Interstitijs.

9 NEgat Ricc. *in Prax. for. eccl. par.* 1. *res.* 276. *&* 218. *Nau. cons.* 12. *&* 13. *de Tempor. ordin. Quarant. in ver. ordo vers. limita in eo Vulp. in Prax. Iudic. cap.* 7. *num.* 18. vbi etiam dicunt, quod neque potest Episcopus illum habilitare ad minores ordines, si esset illegitimus: ratio est, quia potestas ordinandi familiarem suum nõ subditum est exorbitans à iure communi, & ideò non debet extendi *cap. quæ à iure de reg. Iur. in* 6. *Nau. cons.* 12. *de Temp. ordin. & hæc est communis opinio.* Alij tamen putant, posse Episcopum in interstitijs dispensare dummodò familiari suo beneficium statim conferat iuxta Conc. Tridentinum *sess.* 23. *de ref. cap.* 9. eo enim ipso quod Concilium dat Episcopis facultatem in tali casu suos familiares ordinandi, consequenter videtur illis concedere necessaria ad talem ordinationem faciendam, vt est dispensatio in interstitijs, *ita censuit Sac. Cong. teste Ioan. de Cruc. in Direct. Consc. par.* 2. *de Sacrament. ordin. dub.* 43. *concl.* 2. *quem refert, & sequitur Dian. par.* 3. *tr.* 4. *res.* 190. quod secundùm omnes haberet locum, si Episcopus familiari suo prius conferat beneficium, tunc enim ratione beneficij collati fit illi subditus, & ideò poterit Episcopus cum eo super interstitijs dispensare, *vt decisum refert Barbos. d. par.* 2. *all.* 5. *nu.* 15 præsertim si arctetur intra certum tempus ad suscipiendos ordines propter beneficium acceptum.

§. III.

An suscipientes ordines non seruatis temporum interstitijs aliquam pœnam incurrant.

10 REspondent communiter Doctores, quod licèt in tali casu ab Episcopo suspendi, & alijs pœnis puniri possint ob transgressionem canonis, non tamen sunt ipso iure suspensi, neque irregulares; quia talis pœna in iure expressa non reperitur *Nau, cons.* 4. *&* 6. *de Tempor. ordin. Piasec. loco cit. num.* 50. *vers. nullam Dian. p.* 3. *tr.* 2. *res.* 32. *Barbos. d. all.* 18. *nu.* 14. *Vulp. d. cap.* 7. *num.* 17. *Bonacin. de Censur. in par. disp.* 3. *q.* 1. *punct.* 4 § 2. *num.* 1. *Ric. in Prax. for. eccles. p.* 4. *res.* 217. vbi etiam dicunt, quod neque Episcopus vllam pœnam incurrit, si ordinaret subditum non seruatis interstitijs; peccaret tamen mortaliter recipiẽs ordines in tali casu secundùm *Nauar. d. cons.* 4. *Barbos. d. all.* 18. *nu.* 14. *Bonacin.*

*nacia.loco cit.licèt contrarium teneat Henriq.in sum.lib.6.c.10.§.3. quem refert Ricc.in Prax.p.4.n.11. resol.217.*præsumitur verò tacita dispensatio, si Episcopus ordinans, vel dimissorias concedens nouerit ordinandum indigere dispensatione interstitiorum *Car.de Graff. Menoch.Maiol.& alij apud.Bonacin.vbi supra d.§.2.n.7.*

12. Queres, an Episcopus quatuor minores ordines possit eadem die vni conferre? Resp.negatiuè, nisi fortè in aliquo loco talis adesset consuetudo *ex decreto Sac.Congr. apud farinac.decis.185.p.4. Diuers.*

SVMMARIVM.

1 *Quilibet debet habere scientiam, qua possit explere ea, quæ incumbunt ordini,vel officio.*
2 *In beneficijs maior, & minor requiritur scientia pro diuersitate muneris,*
3 *Quæ scientia requiratur ad beneficium simplex.*
4 *Quæ scientia requiratur in Canonicatibus.*
5 *Quæ scientia requiratur in Promouendo ad beneficium curatũ & in dignitatibus habentibus Iurisdictionem.*
6 *Non potest Episcopus cum penitus illitterato dispensare.*
Collatio beneficij facta penitus illitterato est nulla ipso iure,ibidem.
7 *Quando possit Episcopus dispensare cum eo, qui parum scit.*
8 *Quæ scientia sufficiat in Religiosis.*
9 *Et quæ in Clericis pauperibus ad obtinendum simplex beneficium.*
10 *An Illitterati quoad obtenta beneficia sint tolerandi.*
11 *Parochialium ecclesiarum Rectoribus imperitis Episcopus dare potest coadiutorem.*
Quando Parochus dicatur imperitus,ibidem.
12 *Si Reditus ecclesiæ non sufficiant Coadiutori,& coadiuto,Parocho primum prouidendum est, deinde in subsidium tenentur Parochiani ad alimenta Coadiutoris.*
13 *Si parochi præter imperitiã turpiter viuant, beneficio sunt priuandi.*
14 *Admissus ad sacros ordines censetur absque alio examine habilis ad beneficia simplicia.*

CAP. IV.

Quæ scientia ad ordines requiratur, & an Episcopus possit in hoc dispensare.

1 QVilibet Clericus debet habere talem scientiã, qua arbitrio Iudicis possit explere ea, quæ incumbunt ordini,beneficio, dignitati, & officio, ad quæ assumitur *c.tales 23. dist. Bellet.Disquis.Cleric.tit.1.§.4.n.21.& 38.Ricc.in Prax.for.eccl.p.4.resol.* 75. Vnde ad singulos ordines Sacra Tridentina Synodus certam scientiam præscripsit, *vt in sess. 23.de rf.cap.4.vbi sermo est de prima tonsura, & cap.5. & 11.vbi de mi-*

minoribus ordinibus, & cap. 13. vbi de Subdiaconatu, & Diaconatu, & cap. 14. vbi de Presbyteratu.

2 In beneficijs etiam maior, & minor requiritur scientia pro di-
3 uersitate muneris, seu officij; nam ad beneficium simplex, quod seruitium aliquod non requirit, nec ordinem aliquē habet annexum, sufficit, quod Clericus sciat fidei rudimenta, legere, ac scribere, & quod aliquantulum linguam latinam intelligat, *vt d. Garc. par. 7. c. 7. nu. 8. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 340. & par. 4. ref. 75.*

4 In ijs verò beneficijs, in quibus requiritur industria, & consilium vt in Canonicatibus, & dignitatibus iurisdictionem non habentibus, mediocris scientia requiritur, ea scilicet, quæ necessaria est ad eorum munus explendum *Bellett. vbi supra n. 27. & 28. Ricc. in Prax. p. 4. ref. 75.* vel saltem vt habilis, & idoneus censeatur, qui infra annum eam addiscat, qua ad debitum ordinem promoueri possit *secundū Bonac. in tract. de Hor. Canon. disp. 2. q. 3. pun. 3. n. 1.*

5 Maior autem scientia desideratur in promouendo ad beneficiū curatum, cum debeat ministrare sacramēta, & euangeliū declarare *ceā te, & c. pen. de ætat. & qual.* eminentior verò in dignitatibus habētibus iurisdictionem *cap. 1. in fin. de Consang. & affin.* Vnde per Cōcilium Tridentinum *sess. 24. de ref. c. 12.* sancitum est, vt Archidiaconi sint Doctores, seu magistri in Sac. Theologia, vel licentiati in iure canonico: idemque statuitur quoad scholasterias *in sess. 23. de ref. cap. 18.*

6 Non potest autem Episcopus cū penitus illitterato, hoc est cum eo, qui legere nescit, dispensare quoad primam tonsuram, & ordines suscipiendum *cap. nullus de Tempor. ordin. in 6. Bellett. par. 1. tit. 1. §. 4. n. 3. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 46. n. 11.* quamuis, si de facto ordinetur, recipiat caracterem: ex quo enim est baptizatus, capax est etiam omnium Sacramentorum, vt docent communiter Doctores: neque potest cum tali illitterato dispēsare quoad suscipiēdum beneficiū: immò in tali casu collatio beneficij esset nulla ipso iure *latè Garc. de Benefic. par. 7. cap. 7. n. 12. & seq. Barbos. par. 3. all. 63. nu. 1.*

7 Si verò ordinādus aliquod principium Grammaticæ habuerit, aut modicum quid sciat, & ostendat spem addiscendi in futurum, poterit Episcopus cum eo dispensare; minor enim scientia sufficit, si adsit spes addiscendi in futurum, *ità Rebuff. Menoch. Henriq. Sanch. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. par. 2. all. 46. n. 13* præsertim in ijs, quæ vsu, & exercitio addiscī solent, vt in cantu, in quo regulariter non fit examen *Garc. d. p. 7. cap. 7. n. 6. & 7.* & in tali casu si beneficium confertur ijs, qui penitus illitterati non sunt, prouisio illis facta non est nulla ipso iure, etiāsi careant scientia ad illud requisita, sed venit irritanda, *vt ex Conc. Trid. sess. 7. de ref. cap 3. probat Barbos. p. 3. d. all. 63. n. 3.*

8 Quare poterit Episcopus ad sacros ordines admittere Religiosos, qui sciunt benè legere, & cantare

tare, etiamsi in lingua latina aliqualiter deficiant; sic enim in aliorum societate, & pro officijs Religionis videntur idonei ministri: præsertim cum regulariter nō ordinentur ad curam animarum habendam, sed solum assistendum in Choro, diuinisque officijs *cap. nullus de Tempor. ordin. in 6. Portel. in Dub. Regul ver. ordines sacri nu. 6. Henriq. lib. 10. cap. 16. n. 2. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 21. dub. 34. num. 5. Hyeron. Rodriq. in compend. qq. regul. ref. 52. num. 22. Peirin. tr. 2. de Relig. Prælat. quæst. 3. cap. 7. n. 20. quos refert Diana par. 1. tr. 16. resol. 29. & par. 3. tr. 2. res. 86. & par. 4. tr. 2. res. 74. & alij apud Barbos. p. 2. all. 46. num. 14. & apud Bellett. loco cit. tit. 1. §. 4. num. 4.*

9 Idem dicendum est secundùm aliquos de Clericis pauperibus, quibus ad obtinendum beneficiū simplex sufficit, vt tantum sciant, quantum simplex laicus, vel aliquantulùm plus circa sacramenta, *vt post Innoc. Io. And. Host. & alios dicit Bellet. loco cit. n. 26. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 75.*

10 Vnde quoad obtenta beneficia tolerari possunt Illitterati, si alias honestæ vitę sint, & ex longo vsu, & rerum experientia sciant rectè exercere omnia ad suum officium spectantia, vel si charitatis perfectio scientiæ defectum suppleat *Camp. in Diuers. Iur. Can. rub. 5. cap. 5. num. 3. quem refert, & sequitur Barbos. d. par. 3. all. 63. numer. 5.*

Si verò Parochialium ecclesiarum

11 Rectores sint, poterit eis ordinarius coadiutorem deputare cum assignatione partis fructuum pro sufficienti victu iuxta formam Concilij *sess. 21. de ref. cap. 6.* dicitur autem Parochus imperitus ad effectum vt illi dādus sit Coadiutor, quando esset inhabilis ad explendum ea, quæ incumbunt muneri, & oneri beneficij, quod obtinet *Ricc. in Prax. par. 4. res. 553.*

12 Verum si reditus ecclesiæ Coadiutori, & Coadiuto nō sufficiant, Parocho primum prouidendū est, deinde in subsidium tenentur Parochiani ad alimenta Coadiutoris, *vt d. Barbos. par. 3. all. 63. n. 15.*

13 Si verò Parochus præter imperitiā turpiter, & scandalosè viuat, beneficio priuandus est seruata forma Concilij *d. cap 6.*

14 His adde, quod si quis admissus fuerit ad sacros ordines præsumitur habilis, & idoneus ad beneficia simplicia, ità vt nouo examine opus non sit *cap. accepimus de ætat. & qual. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. resolut. 340.*

SVMMARIVM.

1 *Corpore vitiatus ad ordines non est promouendus.*

2 *An incurrat nouam irregularitatem, si absque dispensatione promoueatur.*

3 *Quis dicatur corpore vitiatus.*

4 *Membrum quomodo sumatur.*

5 *Censetur irregularis qui amisit partem membri, quæ aut deformitatem generet, aut inhabilem redderet ad officium exequendū.*

6 *In defectu, qui vel impedit vsum ordinis, vel notabilem gignit deformitatem, solus Papa dispensat.*

7 *In*

7 *In quo casu dispensare potest Episcopus.*
8 *Ad quem spectet dispensare cum Regularibus in leui corporis, seu membri defectu.*
9 *Quale dicatur leue vitium.*
10 *An possit Episcopus dispensare in defectu notabili, si post susceptos ordines superuenerit.*

CAP. V.

An, & quando Episcopus dispensare possit cum corpore vitiatis.

1 Orpore vitiatus regulariter ad ordines promoueri non debet ex duplici causa: primò propter inhabilitatem ad officium exequēdum: secundò propter deformitatem ad scandalum tollendum *cap. 1. & tot. tit. de Corp. vitiat. Sylu. in ver. corpore vitiatus nu. 2. Garc. de Benef. par. 7. cap. 12. nu. 3. & 30.* quamuis non incurrat nouam irregularitatem, si absque dispensatione promoueatur, & in ordinibus suceptis ministrauerit: 2 quia irregularitas non est vera suspensio, nec censura ecclesiastica, & ideò celebrans illa irretitus nullam violat censuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatē *Nau. cap. 27. num. 194. & cons. 6. de ætat. & qual.* vbi etiam obseruat, quod Sedes Apostolica quando dispensat cum irregularibus, qui celebrarunt, solum dispēsat super irregularitate, quam ante celebrationem incurrunt: *idem d. Camp. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. al. 42. nu. 61.* 3 dicitur autem corporevitiatus qui est mutilatus, vel debilitatus membro, ideſt qui caret membro, vel habet quidem membrum, sed inefficax, vt oculū cęcum, manum aridam, & huiusmodi *Sylu. loco cit. num. 1. Nau. d. cap. 27. num. 200. Bonacin. de Cens. disp. 7. q. 2. pun. 2. num. 1. & alij.*

4 Membrum verò secundùm Doctores sumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatū, siue distinctam operationem: & ideò neque digiti, neque dentes inter membra numerantur *Clar. § fin. q. 69. vers. itē quæro*, vbi etiā addit, quod statutum puniens abscindentem membrum nō habet locum in abscindente alicui digitum *Barbos. d. par. 2. all. 42. n. 36.* 5 *& alij communiter.* censetur tamē ad hunc effectum irregularis qui non totum membrum amisit, sed partem, quæ aut deformitatem scandalosam generet *iuxta cap. 1. de Corp. vitiat.* aut inhabilē redderet ad officium exequendum, puta si præcisus esset pollex, aut quiuis alius digitus requisitus ad consecrationem *cap. fin. vbi glos. in ver. deformitatem eod. tit. capit. presbyterum de Cler. ægrot. Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 62 num. 4.*

6 Dico igitur primò, quòd in defectu, seu vitio alicuius membri, seu partis membri, quod vel impedit vsum, & exercitium ordinis, vel notabilem gignit deformitatem, aut horrorem, solus Papa dispensat, *Doctores in*

c *ap. significauit de Corp. vitiat. Nauar. cap. 27. nu. 200. vers. Octauo. Garc. par. 7. cap. 12. num. 30. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. d. all. 42. num. 57.* siue huiusmodi vitium contractum sit ex culpa: siue sine culpa: siue ex causa iusta, siue iniusta: siue ex causa naturali, siue accidentali *cap. si euangelica 55. dist. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 2. pun. 2. nu. 1. Sylu. in ver. corpore vitiatus num. 3.*

7 Dico 2. quod in leuibus vitijs, seu defectibus Episcopus dispensare potest, etiamsi culpa præcesserit *cap. 1. & ibi glos. in ver. suscepit de Corp. vitiat. Rot. in Romana pensionis 3. Iunij 1583. Coram Card. Seraphino, quam refert Garc. par. 7. cap. 12. num. 30. Barbos. d. all. 42. num. 39. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 271.* & in tali casu Episcopus dispensat non solum quoad ordines minores, sed etiam quoad sacros, *vt post Campan. dicit Barbos. loco cit. num. 59.* & potest etiam conferre beneficium simplex, *vt decisum refert Garc. par. 7. cap. 12. nu. 19. & 20.* dummodò illius non sit incapax, vt si in cæcitatem inciderit *Less. de Iustit. lib. 2. cap. 34. n. 130. quẽ refert Barbos. d. all. 42. nu. 56.*

Quodnam verò dicatur modicum, seu leue vitium, & quæ notabilis deformitas, relinquitur arbitrio ipsius Episcopi *Nau. d. c. 27 num. 200. vers. sexto. Sylu. vbi sup. nu. 2. Dian. par. 4. tr. 2. ref. 73. & alij apud Bellett. Disquis. cleric. par. 1. tit. 1. §. 7. num. 26.*

8 Et hæc procedunt etiam quoad Regulares exẽptos, cum quibus non Prælatus regularis, sed Episcopus, ad quem spectat ordines conferre, in huiusmodi defectu dispensat *Sylu. loc. cit. nu. 2. Nau. d. cap. 27. nu. 200. Bonacin. vbi supra d. pun. 2. nu. 36. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. ref. 271. & alij apud Barbos. d. all. 42. num. 61. licèt contrarium teneat Peirin. Auil. Laym. Suar. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 2, ref. 73:*

9 Dicitur autem leue vitium, si quis careret vngula pollicis, dũmodò ad frangendam hostiam sit in pollice ipso potens *cap. 1. & c. fin. de Corp. vitiat.* secundò si maculam habeat in oculo, quæ non inducat magnam deformitatem, neque scandalum pariat *cap. cum de tua eod. tit. Garc. par. 7. cap. 12. num. 30. Bellett. tit. 1. d §. 7 nu. 24.* Tertiò, si habens vtrumque oculum integrum careat visu oculi dextri, & sinistro, quantum satis est ad bene celebrandum, cernat: aut si careat visu oculi sinistri, & visu oculi dextri tantum valeat, vt sine indecora faciei ad populũ conuersione legere possit, nam magis deformitas, quam defectus visus videtur in hoc expensus *Nau. cap. 27. num. 199. vers. quarto Bonacin. d. disp. 7. q. 2. pun. 2. num. 2. Barbos. d. all 42. num. 31. Dian. p. 4. tr. 2. ref. 73.* vbi dicit, quod ad hoc inseruire potest missalis accommodatio. Quartò si careat auris cartilagine in modica quantitate, præsertim quãdo potest capillis ità tegi, vt valeat sine scandalo ministrare, *vt dicunt DD. apud Bonacin. de Censur. d. disp. 7. q. 2. pun. 2. nu. 8.* quia externa illa car-

cartilago non est membrum, sed potius tutela, & ornamentum auris *Couar. Henriq. & alij apud Barbos. vbi supra num. 39.* vnde abscindentem huiusmodi cartilaginem non esse irregularem, tenent Doctores, *quos refert, & sequitur Dian. p. 4. tr. 2. ref. 26.* Quintò si absq. propria culpa claudus efficiatur *d. cap. 1. vbi glos. de Corp. vitiat. c. si quis in infirmitate. 55. dist.* nisi sit talis, quem oporteat cum baculo accedere ad altare *cap. nullus Episcopus & ibi glos. in ver. cum baculo de Consecr. dist. 1.*

10 Si verò post susceptos ordines vitium aliquod, seu defectus corporis etiam notabilis superuenerit impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij ordinis, tunc excepto altaris ministerio potest Episcopus in reliquis officijs, ad quæ clericus nō impeditur, dispensare *cap. significauit vbi glos. in ver. nostra de Corp. vitiat.* quod procedit, quando talis defectus ex propria culpa processit, tunc enim requiritur Episcopi dispensatio: cæterū si talis defectus absque culpa superuenerit, tunc licèt Clericus nō possit illū actū, seu officiū, ad quod ob talem defectū redditur inhabilis, exercere, reliqua tamen officia iure proprio poterit peragere *cap: presbyterum de Cler. ægr.* & ideò Sacerdos, qui post Sacerdotium effectus est impotens ad missam celebrandam, potest confessiones audire, & alia officia exercere *Nauar. cons. 6. de æt. & qualit. Bellett. tit. 1. §. 7. num. 27. & 28. Bonac. in loco cit. pun: 2 num. 25. & alij apud Barbos. in cap. presbyterum num. 3. de Cler. ægrot. & d. all. 42. num. 45. Gart. d. par. 7. c. 12. num. 18. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *An infames, & criminosi ad ordines promoueri possint.*
2 *Notorium quomodò intelligatur.*
3 *Criminosi occulti ordinari non prohibentur.*
4 *Valet electio, & collatio beneficij facta criminoso occulto, secus si criminosus sit publicus.*
5 *Declaratur supradicta conclusio.*
6 *Iuris infamia ex quibus delictis contrahatur.*
7 *Quando infamia facti incurratur.*
8 *An infamia notoria Patris noceat filio.*
9 *Vilitas vxoris aliquandò nocet viro.*
10 *An filij paganorum, vel Iudæorum sint irregulares.*
11 *Quando potest Episcopus Neophitum ad ordines promouere*
12 *In Infamia Iuris solus Papa dispensat.*
13 *An huiusmodi infamia possit tolli per Principem laicum.*
14 *Et an possit auferri per Episcopū, & num. 15.*
16 *In Infamia facti potest Episcopus liberè dispensare.*
17 *Infamia facti tollitur etiam per emendationem vitæ.*
Quando aliquis emendatus præsumatur, ibidem.
18 *Infamia, quæ ex hominum oblocutione processit, contrario eorum dicto tollitur.*

19 *An condemnatus ad triremes sit irregularis.*

Etquid si virgis cæsus fuit per sententiam Iudicis, ibidem.

CAP. VI.

An Episcopus cum Infamibus, & criminosis ad ordines dispensare possit.

COmmunis est conclusio, quod infames, vel qui notorio crimine enormi, & depositione digno notantur, ad ordines promoueri nō possunt *vt tradūt DD. in c. extenore de Tēp. ordin. & in c. fin. de furt.* notoriū autem dicitur quoad hoc, quod est confessum à parte in iudicio, vel super quo est lata sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, aut est adeò manifestū, vt nulla tergiuersatione celari possit, veluti si illud sciat euidenter maior pars populi, vicinorum, aut Collegij *Nau. in man. c. 25. nu. 73. & alij apud Bonacin. de Censu. disp. 7. q. 3. pun. 1. n. 2.* vnde non sufficeret, quod probari posset, 5 aut sit fama de eo, aut sit confessum extra iudicialiter, *vt dicit eidem Nauar. cap. 27. n. 248. vbi citat S. Antonin. 3. par. tit. 28. capit. 6. §. 7.*

3 Criminosi verò, & infames occulti si promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi, quia nullum crimen occultum, quamuis graue, & enorme, induc- 6 it irregularitatem, nisi illud, de quo à iure specialiter statuitur, vt homicidium *Nau ibidem d. n. 248 Henriq. lib. 14. cap. 5. num. 2. Valen. tom. 4. disp. 7. quæst. 19 pun. 3. Tolet. lib. 1. cap. 74. num. 3. Auil. de Censur. 7. par. disp. 4. dub. 7. concl. 1. & alij apud Garc. de Benefic. par. 7. cap. 8. num. 68. Barbos. in d. cap. ex. tenore n. 3, de Tempor. ordin. Dian. par. 4. tr. 2. res. 93.* vnde valida etiā 4 esset electio, seu collatio beneficij facta infami, vel criminoso occulto, si tale crimen non inducat irregularitatem, seu inhabilitatē ad beneficia *Nau. d. cap. 27. num. 251. vers. sexto, & cons. 1. num. 51. de Constit. & cons. 10. num. 3. de Simon. & alij, quos refert, & sequitur Garc. d. par. 7. cap. 8. nu. 47. & seq.* vbi dicit, quod non est textus, qui conuincat nullitatem dictæ prouisionis, quamuis possit irritari, *vt dixit Rot. decis. 426. p. r. Diuers.* secus si criminosus sit publicus, quia tunc collatio esset irrita ipso iure, vt de publico Aleatore, & vsurario *est tex. in cap. inter dilectos de excess. Prælat. Rot. dicta dec. 426. Ric. in Collect. decis. 2772. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 3. pun. 1. num. 11.*

Sed hæc intellige quoad infames infamia iuris, nam si sint infames infamia facti, semper erunt irregulares, cum hæc consistat in vitæ sordibus, & vilitate diuulgata: & ideò non potest esse occulta, *vt post Felin. & Auil. obseruat Garc. d. cap. 8. num. 14. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 2. all. 43. nu. 18. in fin.*

Iuris autem infamia contrahitur ex ijs delictis, quibus ecclesiasticæ

stice, vel seculares leges infamiam adiungunt: infames enim secundùm leges sunt etiam infames secundùm canones *c. infames c. omnes verò 6. q.* 1. quale est crimen Apostasiæ à fide, raptus mulierum, periurij in iudicio, maleficij, Simoniæ, Sodomiæ, hæresis, lesæ maiestatis, Lenocinij, prostitutionis propriæ filiæ, vel neptis, & alia crimina, quæ recenset Barbos. *de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 43. nu. 25. Bonacin. de censur. disp. 7. q. 3. pun. 1. n. 2. Sylu. in ver. infamia n. 9. Bellet. tit. 1. §. 10. per tot.*

7 Infamia verò facti incurritur, cum opinio alicuius grauata est apud bonos, & graues viros super aliquo crimine *Sylu: in ver. infamia n. 2. Garc. d. par. 7. cap. 8. n.* 14.

Obserua tamen, quod infamiã non faciunt dicta paucorum, nec multarum leuium personarum, modò apud bonos, & graues non sit opinio læsa *Sylu. loco cit. n. 3. & alij communiter*. Quare ad inducendam huiusmodi infamiam facti quatuor conditiones à doctoribus requiruntur; prima, quod sit opinio communis: secunda vt ab ipsis pluribus voce manifestetur: tertia vt infamia sit apud bonos, & graues viros: quarta vt oriatur ex suspicione probabili, *ità Sanch. in opusc. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 4. quẽ refert Barbos. d. all. 43. n.* 17. His adde quintam conditionem, vt infamia sit de eo crimine, quod iuris infamiam annexam habet: crimina enim, quæ iuris infamiam non habent annexam, non inducunt irregularitatem, etiamsi delinquẽs factus sit infamis ob publicitatem criminis, *vt dicit Coninch. apud Bonacin. de censur. disp. 7. q. 3. pun. 1. numer.* 5.

8 An verò infamia notoria Patris noceat filio quoad ordines suscipiendos? Resp. quod non nocet, nisi in casibus in iure expressis, quale est crimen hæresis: filius enim hæretici incurrit irregularitatem ex infamia patris, qui in hæresi non emendatus decessit *cap. quicunque §. hæretici, & cap. Statutum de hæret. in 6. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. res.* 487.

Limita in locis hæresi valdè infectis, vbi hanc irregularitatem ex infamia filij hæreticorum non incurrunt, *vt obseruat Tanner. in 3. par. disp. 6. quæst.* 10. *dub.* 10. *nu:* 201. *quem refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 2. res.* 45.

Limita 2. si filius natus esset ante lapsum parentis in hæresim, tunc enim non incideret in hanc irregularitatem: quemadmodum neque subiacet pœnis filius rei criminis læsæ maiestatis natus ante delictum *Bonacin. de censur disp. 7. q. 3 pun. 7. n. 9. vbi citat Nauar. Vgolin. Simanc. Less. & alios.*

9 His adde quod vilitas vxoris aliquando nocet viro: nam si duceret mulierem scurrilem, fœnam, aut publicam fabularum actricẽ etiam virginem, ea mortua ordinari non debet *cap. si quis viduam 2. dist. 34. Nau. cap. 27. num. 196 Bellett. Disquis. Cleric. par. 1. tit. 1. §. 6. num.* 34.

10 Sed quæres, an filij Paganorum, vel Iudæorum sint irregulares? Resp. Affirmatiuè, modò in adulta ætate conuertantur ad fidem *cap.*

Neo-

Neophytus 61.*dist.Nauar.in man. cap.*27.*num.*205.*Bonacin. loco. cit. disp.*7.*q.*2.*pun.*1.*num.*4 & 5.si verò baptizati sint ab infantia nullã contrahunt irregularitatem, quia hæc irregularitas non est in iure expressa *Dian.par.*4.*tr.*2.*ref.* 50.

11 Potest tamen Episcopus post dilationem aliquam temporis Neophitum, seu recenter in adulta ętate ad fidem conuersum ad ordines promouere, si in rebus fidei bene instructus, & idoneus reperiatur; & tunc Episcopus non dispensat in irregularitate, sed declarat irregularitatem cessasse: iura enim certum tempus non præscribunt *Barbos.de offic.& pot.Episcop.p.*2.*all.*10.*n.*8.*Bonacin. d. disp.* 7.*q.*2.*pun.*1.*nu.*5.*Dian.d.ref.*50.vbi etiam dicunt, quod post decem annos à baptismo susceptο Neophytus non est amplius irregularis.

12 In infamia vero iuris solus Papa dispensat *Nau.cap.*27. *nu.* 204. *Barbos.p.*2.*all.*43 *n.*31. potest tamẽ

13 infamia iuris tolli etiam per Principem, qui superiorem non recognoscat *Sylu.in ver.infamia n.*16. *& seq.*vbi etiam dicit, quod restitutus per Principem si egerit pœnitentiam, non indiget alia dispensatione, *& ità etiam tenent alij apud Barbos.d.all.*43.*num.*20, *Bonacin.d.dips.*7.*q.*3.*pun.*1.*num.*6 vbi obseruat, quod tunc Princeps laicus tantummodò indirectè dispensat super huiusmodi irregularitate, seu impedimento, quatenus aufert infamiam, qua sublata tollitur irregularitas.

14 Ità etiam infamia huiusmodi potest tolli per Episcopum dispensando in adulterio, & alijs minoribus delictis *iuxta capitulum atsi Clerici §.* 1. *de Iudic.* nam dispensando directè super delicto, quod non sit grauius adulterio, indirectè, & accessoriè infamiam demit *Sylu.in ver. infamia num.* 16. *Nau.d.cap.*27.*num.*204. *Bonacin. loco cit.nu.*6.*vers.tertiò.*

15 Addit Henriq.*quem refert Barbos.d.all.*43.*n.* 31. quod Episcopus superueniente infamia iuris dispẽsare potest, vt talis infamis retineat vsum ordinum, & beneficia, quamuis nequeat dispensare, vt de nouo obtineat.

16 In infamia verò facti liberè potest Episcopus dispensare *Nauar. d.cap.*27 *nu.*204.*Mirand. in man. Pralat.to.*2.*q.*8.*ar.*5.*concl.*1.*Ioan. à Cruc.de stat.Relig.lib.*1. *cap.*6. *dub.* 17.*concl.*2.*& alij apud Barbos. d.p.* 2. *all.* 43.*nu.*31.vbi etiam subdit, quod si Episcopus infamem,& turpem personam ordinauerit in Clericum intelligitur cum eo dispensasse circa infamiam in casibus sibi à iure permissis.

17 Tolli etiam potest hęc facti infamia per emendationem vitæ *Bonacin.loco cit.num.* 5. *&* 6. *Dian.p.* 4.*tr.*2.*ref.*93.*& alij cõmuniter.* sed ad probandum, aliquẽ esse emendatum non satis est, illum esse cõtritum, & confessum, sed exterior requiritur satisfactio; & ideò non aliter emendatus præsumitur, quã si trium annorum interuallo ab improbè factis se abstinuerit, & in rectis, honestisque actionibus sese exercuerit *Mascard.de Probat. concl.*465.*nu.* 10. *quem refert Barbos.*

bos. d. alleg. 43. num. 23. præterquã in reatu periurij, cuius emendatio non detrahit infamiam inde prouenientem *cap. testimonium de Testib.* Vnde infamem iam emendatum posse absque alia dispensatione ordines susscipere, & susceptos exercere dicit Bonacin. *d. disp. 7. q. 3. pun. 1. n. 7. & seq.*

18 Addit Abb. *Campan. Suar. & alij apud. Barbos. d. all. 43. n. 21.* infamiã, quæ ex hominum ablocutione processit, contrario eorum dicto tolli.

19 Vltimò obseruat Ricc. *decis. 119. par. 1: Homobon. in conf. Casuum Conscien. vol. 1. par. 4. resp. 158. quos refert, & sequitur Diana p. 4. tr. 2. res. 83.* eum, qui damnatus ad triremes in eis steterit, posse absque alia dispensatione ad ordines promoueri, & in susceptis ministrare, quia non est in iure expressum, cõdemnatum ad remigandum contrahere infamiam; quod intellige, dummodò crimen, pro quo damnatus fuit, iuris infamiam nõ habeat annexam, vt supra diximus *cum Bonacin. de censur. d. disp. 7. q. 3. pun. 1. n. 5.* contrarium tamen tenet Cãpan. *in Diuers. Iur. can. rub. 21. cap. 18. nu. 16. Lezan. in sum. qq. reg. cap. 16. n. 32. & alij apud Barbos. d. p. 2. all. 43. n. 15.* qui asserunt, talem esse irregularem; idemque de eo, qui virgis cæsus fuit præcedẽte Iudicis sententia, dicit Nau. *cõs. 43. de Tempor. ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi ab ecclesiasticis ordinibus arcentur, & quare.*

2 *An expositi censendi sint legitimi.*

3 *Potest Episcopus cum illegitimis quoad minores ordines, & simplex beneficium dispensare.*

4 *An, & quando Episcopus possit dispensare cum illegitimo quoad Canonicatum ecclesiæ Collegiatæ, & dimidias portiones ecclesiæ Cathedralis.*

5 *Et an possit in tali casu quoad Canonicatũ eiusdem ecclesiæ Cathedralis dispensare.*

6 *Episcopus non potest cum illegitimo dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium.*

7 *Dispensatus à Papa ad beneficiũ curatum, si vnum iam fuerit assequutus, non potest vigore eiusdem dispensationis alterum assequi.*

8 *Episcopus scienter promouens illegitimum an intelligatur cum eo dispensasse.*

9 *An Episcopus ex iure nouo Concilij Tridentini sess. 24. de ref. c. 6. possit dispensare cum illegitimis ad maiores ordines, & beneficia curata.*

10 *Et an possit dispensare, si illegitimus iam ordinatus fuerit.*

11 *An legitimatus censeatur factus habilis ad ordines, & beneficia.*

12 *An per ingressum Religionis tollatur irregularitas ex defectu natalium.*

13 *Et an tollatur irregularitas ex vsu ordinis contracta.*

14 *An illegitimus per professionem habilitetur ad Prælaturas.*

15 *Si professio est nulla, non tollitur irregularitas ex defectu natalium.*

16 An

16 *An electi à religione reincidãt in irregularitatẽ ex defectu natalium.*

17 *An Episcopus possit dispensare cum illegitimo iam in sacris constituto ad Canonicatum ecclesiæ Cathedralis.*

18 *An Canonicus in sacris Nothus in Synodo votum habere possit.*

19 *An Episcopus possit cum illegitimo in sacris constituto dispensare ad beneficium curatum.*

CAP. VII.

An illegitimi ad ordines admitti possint.

1 OMnes illegitimi siue Mãzeres, siue spurij, siue nothi, siue naturales ab ecclesiasticis ordinibus regulariter arcentur, *vt in cap. 1. de fil. Presbit. cap. innotuit de elect. c. per venerabilem Qui fil. sint legit.* idque sancitum fuit primò propter dignitatem clericalem, quæ huiusmodi vilibus personis cõferri non debet *cap. inter dilectos de excess. Prælat.* secundò propter detestationem criminis paterni *cap. vergentis de Hæret.* tertiò quia tales paterna crimina imitari consueuerunt *c. si quis cum militibus 6. q. 1. vt rectè notat Sylu. in ver. illegitimus num. 1.*

2 Filij verò expositi, quorum parentes ignorantur, illegitimi non censentur, tum quia in dubio facti nullus præsumendus est irregularis excepto facto homicidij, tum etiam quia melior est cõditio possidentis *Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 47. num. 32. & alij communiter:* quamuis alij contrarium sentiant, quia vt plurimum filij illegitimi, non autem legitimi exponi solent, & ideò hanc sententiam vti probabiliorem sequitur Bonacin. *de censur. disp. 7. q. 2. pun. 3. n. 10.*

3 Potest autem Episcopus ex iure communi cum illegitimis dispensare quoad minores ordines, & simplex beneficium *capit. 1. de fil. Presbyt. in 6.* immò etiam quoad

4 Canonicatum ecclesię Collegiatæ, & dimidias portiones, seu inferiora beneficia ecclesiæ Cathedralis, modò ordinem sacrum priuilegio consuetudine, aut statuto non requirant *Bellett. disquis. cleric. p. 1. tit. 1. §. 3. num. 26. Garc. de Benef. p. 7. c. 2. num. 69 Vulp. in Prax. Iudic. cap. 47. nu. 15. & 16. & alij apud Dian. par. 4. tr. 2. ref. 64. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 45. n. 20. & seq.* vbi hanc facultatem extendunt etiam ad Capitulum sede vacante; nequit tamẽ cum talibus ad maiores ordines, vel beneficia curam animarum habentia dispensare, *vt in d. cap. 1. de fil. presbyt. in 6.* idẽque dicendum est de alijs beneficijs, quibus ordo sacer annexus est,

5 vt sunt hodiè Canonicatus ecclesiæ Cathedralis ex Concilio Tridentino *sess. 24. de ref. cap. 12. Zerol. in Prax. p. par. ver. Canonici §. 3. Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. Less. de iustit. lib. 2. cap. 34. num. 86. & alij, quos refert & sequitur Garc. d. par. 7. cap. 2. num 65. Vulp. d. cap. 47. nu. 15. & 16. quicquid dicat glos. in d. cap. 1. ver. beneficium Nauar. conf. 4. num. 4. de fil. Presbyt. & alij* existimantes, posse Episcopum dispen-

spensare etiam ad Canonicatum ecclesię Cathedralis, quorum opinio procedit tantum de iure antiquo, *vt d. Vulp. vbi supra, & alij apud Barbos. d. all. 45. nu. 32. & 33.*

6 Neque potest Episcopus dispẽsare cum illegitimo super pluralitate beneficiorum simplicium, vt plura possit retinere, quia ad vnũ simplex dispẽsatio à iure illi conceditur *in d. c. 1. de fil. Presbyt. in 6.* quod loquitur in singulari, & ideò cum simus in materia prohibitiua non extenditur ad plura *Sylu. in ver. beneficium 3. num. 17. & alij apud Gar. loco cit. p. 7. cap. 2. nu. 50.*

7 Immò etiamsi dispensatus fuerit à Papa, vt possit habere quodcunque beneficium curatum, & virtute dispensationis vnum fuerit assequutus, non poterit illo renunciato vigore eiusdem dispẽsationis alterũ assequi *Barbos. d. all. 45. nu. 36. in fin.*

8 Quare si Episcopus sciens promouet illegitimum, seu alium, qui de iure promoueri non potest, intelligitur cum eo dispensasse in casibus, in quibus potest dispensare, quia consensus, non tam ex verbis, quam ex factis elicitur *l. de quibus ff. de leg. Oldrad. cons. 329. num. 4. & 5. & cons. 330. per tot. Natt. cons. 402. num 29. Roman. cons. 216. num. 7. Maiol. de Irregul. cap. 51. num 8. Henriq. in Sum. lib. 14. cap. 17. §. 4. lit. P. & alij, quos refert Barbos. par. 2. d. all. 45. num. 37.* præsumitur autem, ordinarium habere certam notitiam impetrantium suæ Diœcesis, cum præsumatur eam frequenter visitare *idem Barbos. par. 3. all. 58. in princ.* Contrarium tamen tenet Nauar. *cons. 4. n. 2. de Simon. Bellet. d. tit. 1. §. 3. n. 35. Vulp. in Prax. Iudic. d. c. 47. nu. 23.* qui hanc differentiam esse dicunt inter Papam, & inferiorem, quod non Papa faciendo aliquid, quod non potest valere propter aliquem defectum iuris, nisi dispenset, si sciat illum defectum, videtur tacitè dispensare, non autem inferior eo, nisi expressè dicat, se dispensare.

9 Sed quæres, an Episcopus ex iure nouo Concilij Tridẽtini *sess. 24. de ref. cap. 6.* possit dispensare cum illegitimis ad maiores ordines, & beneficia curata? affirmatiuè respondent nonnulli Doctores, tum quia licèt hæc irregularitas causet in homine quemdam defectum, tamen intrinsecè depẽdet à crimine Parentum, & ideò huiusmodi crimen, si occultum sit, comprehenditur sub decreto Concilij: tum etiam quia licèt dispensatio postquam est concessa in particulari casu sit odiosa, & strictè interpretanda, potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & latissimè interpretanda *capit. fin. de Simon ità Auila in tract. de Censur. par. 7. disp. 3. dub. 7. cuius sententiam probabilem dicit Coninch. de Sacram. disp 18. dub. 14. num. 117. & alij apud Dian. par. 2. tract. 1. miscell. ref 21. & par. 4. tr. 2. ref. 64. Layman in Theol. mor. lib. 1. tract. 5 cap. 5. num. 2.*

Alij tamen negant, tum quia talis irregularitas non prouenit ex delicto, sed ex defectu; quia licèt Parentes filium illegitimum sine peccato in amentia genera-

rent, etiam fieret irregularis, tum etiam quia Concilium non loquitur de irregularitate orta ex delicto alieno, sed proprio, ità *Nau. cap. 27. num. 194. in fin. Piasec. in Prax. par. 1. cap. 1. nu. 56. Layman. loco cit. Vulp. d. cap. 47. num. 18. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 39. num. 44. vers. vndecimo. Dian. p. 4. tr. 2. res. 64. & par 7. tr. 2. res. 24. vbi citat Marchin. de Sacram. ordin. tr. 1. par. 10. cap. 1. diffic. 3. num. 14. & hæc est communis, & probabilior sententia.*

10 Obseruant autem Doctores, quod si illegitimus iam ordinatus fuerit siue bona, siue mala fide occultum natalium defectum subticendo, potest Episcopus in tali casu dispensare, vt in susceptis ministret *ex cap. nisi cum pridem. S. personæ de Renunc. ità Layman. loco cit. num. 2. Nau. cons. 4. n. 2. de fil. Presb. Dian. p. 4. tr. 2. res. 64. & p. 7. tr. 2. d. res. 24.*

11 Quæres 2. an legitimatus censeatur factus habilis ad ordines, & beneficia? Resp. 1. quod si est legitimatus a Papa, censetur habilitatus ad ordines, & beneficia, & etiam ad dignitates, & ad alia omnia, ad quæ se extendit potestas legitimantis ac si reuera esset legitimus *cap. per venerabilem, & ibi DD. Qui fil. sint legit.* legitimatus verò per rescriptum Principis intelligitur habilitatus ad honores, & officia secularia, non verò ad ordines, seu beneficia *Vulp. in Prax. Iudic. c. 47. n. 11. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 2. pun. 3. nu. 14.*

Resp: 2: quod legitimatus per subsequens matrimonium absque alia dispensatione potest promoueri ad ordines sacros, dignitates, & alia beneficia etiam ad Episcopatum, si tempore conceptionis parentes apti fuerint ad legitimum matrimonium contrahendum *glos. in ver. coniugata in c. innotuit. de elect. Sylu. in ver. illegitimus q. 3. & hanc esse communem dicit Vulp. d. cap. 47. n. 30.* non tamen fieret habilis ad dignitatem Cardinalatus in tali casu, vt *ex Constitutione Sixti V. incip. Postquam verus, edita tertio Nonas Decembris* 1588. *obseruat idem Vulp. loco cit.*

12 Quæres 3: an irregularitas ex defectu natalium tollatur per ingressum religionis? Resp; affirmatiuè *ex c. 1. de fil. Presbyt.* quod intellige, postquam illegitimus solemnem professionem emiserit, per quam verus Religiosus efficitur, tunc enim eo ipso redditur aptus ad omnes ordines etiam sacros suscipiendos *Barbos. & alij in d. cap. 1:* & ratio est quia filius illegitimus per professionem in approbata religione emissam a iure legitimatur, & ideò monasterium ex persona talis filij in religionem ingressi eius Patri ab intestato succedit *iuxta l. communium C. de Natural. lib. Ricc. in Prax. for. eccl. p. 3. res 586. vbi citat Bald. in l. 1. C. de sacros. eccl. Duenn. in reg. 366. in 3. limit. Tiraquell. de Pia caus. priuil. 29. Marsil. in singul. 223. Paleot. in tract. de Nothis, & Spur. c. 45. num. 6. Euerard. cons. 239. num. 6.*

Obserua tamen, quod hæc irregu-

regularitas in Societate Iesu tollitur per emissionem trium votorum simplicium post biennium, quia per illa quis efficitur verè religiosus, *vt post Turrian. de Censur. lib. 9. disp. 71. dub. 2. notat. Dian. par. 4. tr. 2. ref. 66.*

13 Addit Sanch. *in Summ. tom. 2. lib 5. cap. 5. nu. 10. Bartholom. de Vecchis in Prax. Nouit. disp. 13. dub. 6. num. 3. quos refert Dian. loc. cit. ref. 65.* quòd per professionem Religionis deletur etiam irregularitas ex vsu ordinis contracta, vt si illegitimus in sæculo absque dispensatione ad ordines promotus fuisset.

14 An verò illegitimus per professionem in Religione factam habilitetur ad Prælaturas intra Religionem, vel extra eam obtinendas? negatiuè respondeo attento iure communi, *vt notant communiter Doctores in d. c. 1. de fil. Presbyt. Bellett. tit. 1. §. 3. num. 46. & alij:* & ideò ad eas promoueri non potest absque dispensatione Papæ *vt d. glos. ibidem in ver. ad Prælationem Sylu. in ver. Illegitimus num. 8.*

Potest tamen huiusmodi dispensatio concedi etiam à superioribus Regularibus ex priuilegio Sixti IV. & Iulij secundi, *vt dicit Sorb. in ver. Dispensatio §. 12. & 13. & in Annot. vers. Ideo Iulius Papa*, quod priuilegium adhuc durat non obstantibus constitutionibus Sixti V. *quarum altera incip. Cum de omnibus, altera, Ad Romanũ spectat*, quia fuerunt reductæ ad terminos iuris per aliã constitutionem Gregorij XIV *quæ incip. Circumspecta*, in qua conceditur Prælatis singulorum ordinum, vt possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælaturas, & dignitates in Capitulo tamen generali, vel prouinciali, *vt refert Quarant. in ver. Monasteria, & Conuentus Barbos. in d. cap. 1. n. 5. de fil. Presbyt. Dian. par. 4. tr. 2. ref. 65.*

Verum per huiusmodi dispensationem à Prælatis Regularibus obtentam illegitimus solum habilitatur ad Prælationes in Religione, nõ autem ad dignitates extra illam obtinendas *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 586.* & ideò non potest esse Vicarius Episcopi propter eius præheminentiam, & iurisdictionem, *vt dicunt Doctores apud Barbos. in d. capit. 1. num. 8. & de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. num. 13.* nec posset beneficium curatum extra religionem obtinere *Sylu. in ver. illegitimus num. 8.* immò si dispensatus fuerit in vna Religione, & deinde aliam intret, non poterit in secunda religione obtinere Prælaturas absque noua dispensatione, *vt resoluunt Fr. Emman. & Campan. apud Barbos. in d. cap. 1. nu. 6. de fil. Presbyt.*

15 Hæc tamen limita quando professio esset nulla ex aliquo capite, tunc enim irregularitas huiusmodi ex defectu natalium non tollitur: quia hæc non est vera professio, *vt post Ricc. dicit Barbos. loco proxime citato num. 9. & hunc esse communem sensum Doctorum obseruat Dian. par. 4. tr. 2. ref. 66.*

16 An verò electi à Religione re-

incidant in irregularitatem ex defectu natalium? negatiuè respondent Doctores *apud Dian. p. 4. tr. 2. resol. 66. quibus adde Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 45. n. 38.* vbi idem dicit quoad dimissos ex Societate Iesu: quamuis contrarium in hoc teneat Turrian. *de Censur. lib. 9. disp. 71. dub. 2.* vbi quis dimitteretur à Societate ante susceptionem ordinis, & hanc sententiam sequitur etiam *Dian. loco cit.*

Notandum tamen est, quod hodiè electi à Religione, & extra illam degentes sunt perpetuò suspensi ab exercitio ordinum sublata ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, ac moderandi *ex decreto Sac. Congreg. sub die 21. Septem. 1624. quod refert Dian. vbi supra.*

17 Quæres 4. an Episcopus possit dispensare cum illegitimo iam in sacris constituto ad Canonicatum ecclesiæ Cathedralis? Resp. affirmatiuè, tum quia ex communi Doctorum sensu ideò Episcopus non potest hodiè dispensare ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, quia non potest dispensare ad sacros ordines, quos huiusmodi Canonicatus habent annexos ex dispositione Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. cap. 12.* ergo poterit Episcopus dispensare, si illegitimus iam fuerit dispensatus quoad ordines sacros, & in hoc casu admitti potest opinio Nauar. *d. cons. 4. nu. 4. de fil. Presbyt.* tum quia Canonicatus huiusmodi dicuntur beneficia simplicia, *vt d. glos. in cap. 1. ver. beneficium de fil. Presbyt. in 6. Nau. d. cons. 4. eod. tit. & communem dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 403.* constat autem, Episcopum dispensare posse cum illegitimo ad simplex beneficium ex eodem textu *in d. cap. 1.* tum etiam quia licèt illegitimus sit inhabilis ad obtinendum pensiones, tamen si dispensatus fuerit ad Clericatum, non indiget aliqua dispensatione ad eas obtinendas, quia illegitimus non est inhabilis ad pensiones, nisi ratione Clericatus, *vt dixit Rot. in Veronen. Pensionis 3. Iunij 1572 coram Robusterio, & in Cæsaraugustana pensionis 19. Febr. 1590. coram Gypsio, & in Colimbrien. pensionis 11. Febr. 1598. coram Seraphino, quas refert Ricc. in Prax. vt supra par. 1. res. 194. Bellett. Disquis. Cleric. par. 1. tit. 1. §. 3. nu. 29.*

18 Censuit tamen Sac. Congreg. Concilij, Canonicum in sacris nothum in Synodo vti Canonicum votum habere non posse, *prout refertur inter decis. nouiss. Diuers. par. 4. dec. 65.*

Verum ad huiusmodi Canonicatus tales illegitimi admittendi non sunt, nisi cum causa, & eorū suffragantibus meritis, puta si essent viri insignes doctrina, vel bonitate *iuxta cap. innotuit §. multa enim de elect.*

19 An verò possit Episcopus cum tali illegitimo in sacris constituto dispensare ad beneficium curatū, vel ad dignitates, & personatus? Respondeo negatiuè, quia id expressè prohibetur *in cap. fin. de fil. Presbyt. & cap. 1. eod. tit. in 6.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Homicidium est triplex, necessarium, voluntarium, & casuale, & num. 2. 3. & 4.*
5 *Episcopus dispensare non potest cum homicida voluntario.*
6 *Nec Prælatus regularis in hoc casu potest cum suis subditis dispensare.*
7 *An possit Episcopus cum tali homicida dispensare quoad retinendum beneficium antea obtẽtum.*
8 *An homicidium, & irregularitas priuent homicidam beneficio ipso iure.*
9 *An Episcopus possit in homicidio casuali dispensare.*
10 *Et an possit dispensare in homicidio commisso causa defensionis non seruato moderamine inculpatæ tutelæ.*
11 *Et an in irregularitate contracta ex mutilatione alicuius mẽbri.*
12 *An possit Episcopus dispensare in homicidio percutientis prægnantem sine intentione causandi abortum.*
13 *Et an in homicidio commisso ex repentina ira, vel rixa.*
14 *Quid si quis mandauit committi homicidium in persona vnius, & commissum fuit in persona alterius.*
15 *Et quid si vertit infirmum intẽtione accelerandæ mortis, nè tamdiù patiatur.*
An incurrat irregularitatem reuoluens infirmum, vt facilius somnum, vel cibum capiat, si mors ex aliqua culpa accelleretur, ibidem.
16 *An Episcopus dispensare possit in irregularitate proueniente ex homicidio facto à ministris iustitiæ, vel in bello iusto, & numer. 17. & 18.*
19 *Quinam incurrant irregularitatem ex defectu lenitatis.*
20 *An imminente magno scandalo, vel vrgente alia magna necessitate possit Episcopus cum homicida voluntario occulto dispensare.*

CAP. VIII.

An Episcopus dispensare possit cum homicida quoad ordines suscipiendos.

1 IN maiori intelligẽtia notandũ est, quod triplex est homicidiũ, aliud enim est necessarium, aliud voluntarium, aliud casuale; homicidium necessarium est quod vitãdæ mortis causa committitur seruato moderamine inculpatæ tutelę *iuxta l. 1. C. vnde vi, & clem. vn. de Homicid. volunt.* dicitur autẽ quis tali moderamine vti, quando non poterat se defendere, aut tueri, nisi eo modo, quo se defendit *iuxta tex. in d. clem. vn. & DD. in d. l. 1. C. vnde vi.* quod circa tria consistit, scilicet circa modum, vt si quis fuisset insultatus sine armis, non poterit sel defendendo percutere cum armis: secundò circa tempus, vt fiat in continenti, & illicò facto insultu: Tertiò circa causam,
2 vt

vt tanta, & talis propulsatio sit, quanta est necessitas defensionis, & non vltra *Clar.in §.homicidium vers.scias tamē, & alij apud Vulp. in Prax.Iudic.cap.1.num* 41.& de hoc non loquimur, quia ex tali homicidio nulla insurgit irregularitas, vt expressè constat *ex dicta clem.vn.de Homic.volunt.*

3 Homicidium voluntarium dicitur quod est illicitum, intentum siue volitum in se *Nau. in man. c. 27.nu.240.Bonacin.de censur. disp. 7.q.4.pun.8.num. 1.Dian. par. 4.tr. 2.resol.33.Garc.de benef.par.7. cap. 11.num.44.Ricc.in Prax.for.eccles. par.3.ref.266.* & ideò necesse est, 5 vt in illo perpetrando adsit volūtas directa, & expressa, & non sufficit, vt sit voluntarium in causa *Turrian. de cēsur.lib.9.disp.63.dub. 1.quem refert Dian.loco cit.res.* 72. requiritur etiā in hoc plenus vsus rationis, *vt d.Ricc.in Prax.vt sup. par.1.ref.461.Dian.par.4. tr. 2.ref. 67.*Vnde si furiosus,infans,vel dormiens hominem occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit *d.Clem.vn.de Homic.volunt.*

4 Homicidium verò casuale dicitur quod non est formaliter intētum, *vt d.Bonac.in tract.de Restit. disp.2.q.vlt. sect.2.pun.2. num.1.*& est quando prēter intentionē contingit propter exercitium rei illicitæ, vel etiam licitæ non adhibita diligentia *S.Tho.2.2.q. 64.art.8. Sylu.in ver.homicidium 2. num. 1.* nam si quis det operam rei licitæ 6 debitam adhibens diligentiam, & ex hoc homicidiū sequatur, non incurrit homicidij reatum *secundùm S.Th.loco cit.*nec incidit in irregularitatem *cap.lator cap.dilectus filius,& cap.ex litteris de Homic.volunt.*immò addūt nonnulli Doctores, quod si adhibeatur debita diligentia, non incurritur irregularitas,etiamsi homicidium sequutum fuerit dando operam rei illicitæ,tum quia nullo iure expressum est,ex homicidio huiusmodi prouenire irregularitatem, tum quia in hoc casu non intercedit culpa homicidii, cum ratione diligentiæ præstitæ homicidium non censeatur plenè voluntarium, *ità Hēriq.Hurtad.Coninch.& alij apud Dian.part.4.tr.2.res.* 20.

Dico igitur 1.quod licèt ante Concilium Tridentinum posset Episcopus dispensare cum homicida voluntario quoad beneficium simplex, & ordines minores, *vt ex cap.2.de Cleric.pugn.in duell. colligit Nauar.cons.45.de Homicid.*hodiè tamen nullo modò dispensare potest,etiamsi homicidium huiusmodi sit occultum, vt constat ex eodem Concilio *sess.14.de ref.c. 7. & sess.24.cap.6. Nauar. in man.c. 27.nu.240.in fin.Tolet. in sum. lib. 1.cap.31.Sayr.de censur.lib.6.cap.7. num.14.& 15.& alij apud Barbos. de offic.& pot.Episc.par.2.alleg. 39. num.59.Piasec.in Prax. Episcop.p. 1.cap.1.num. 60.vers. regulariter Ricc.in Prax.for.eccles.par.1. resol. 473.& p.3.res.264.Garc.de Benefic. par.7.cap.6.num.5.Dian.par.7.tr.2. res.33.& alij communiter.*

Vnde neque potest Prælatus regularis cum suis subditis in hoc casu dispensare *Sorb.in ver.dispensatio in fin.quicquid dicat Portel.in dub.regul.ver.dispensare num.8.& alij*

alij apud Dian.par.3.tr.2.ref.45.& par.7.tr.5.ref.21.

7 Putant tamen nonnulli Doctores, quod licèt non possit Episcopus dispensare cum tali homicida quoad beneficium obtinendū, potest tamen, quando delictum est occultum, dispensare quoad retinendum beneficium antea obtētum, siue sit simplex, siue curatū, dūmodò per alīū illud exerceat, *ità Nauar.cons.45. num 1.de Homicid. Marchin.de sacram. ordin. tract.1.par.9.cap.1.diffic.3.num. 3. Alzed.in Prax.Episc.par.2.cap.6.n. 7.& alij apud Dian.par.7.tr.2.ref.* 34. sed hanc sentētiam reijcit Barbos.*loco cit.d.par.2.all.39.num.61.* vbi ponderat illa verba Concilij, *sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuò careat*, subdit tamen ibidem, quod hoc decretum Concilij non extenditur ad pensiones.

8 Addunt alij, quod homicidium & irregularitas non priuant homicidam suo beneficio ipso iure, & ideò Clericus homicida antequā condemnetur de homicidio, licitè retinet beneficiū, quod ante irregularitatem obtinuerat *cap.Clericis Nè cler.vel mon.cap.ex litteris de excess.prælat.Io. Franc.Leo in Thes.for.eccles.par.3.cap.4.Graff. p. 1.decis.lib.2.cap.62. nu.11. Barbos. in cap veritatis num.3. de Dol.& contum.*immò posse clericum etiā retinere beneficium, quod impetrauit post irregularitatem incursam dicit Dian.*par.4.tract.2.ref.79. vbi citat Sylu.in ver. excommunicatio 4.num.4.*

9 Dico 2. quod in homicidio casuali publico Episcopus dispensare potest quoad minores ordines, & simplex beneficium *cap. ad audientiam de Homicid.& cap.2.de Cler.pugn.in duell. Nauar.in man. cap.27.n.240.in fin.* vbi addit, posse Episcopum in tali casu etiam dispensare ad retinendum curatum iam obtentum, licèt non ad obtinendum; Si verò sit occultum, poterit dispensare cum tali homicida etiam quoad ordines sacros, & beneficia curata obtinenda vigore Concilij Tridentini *d.sess. 24.c. 6.* vbi tantum excipitur homicidium voluntarium *ità Graff.p. 1. lib.2.cap.62.nu.10. Piasec. in Prax. Episc.par.1.cap.1.num.57. & alij, quos latè congerit Barbos. de offic. & potest.Episc.par.2.alleg.39.n.47. & seq. Dian.par.7.tr.2.ref.31.*

Videtur tamen obstare aliud decretum eiusdem Concilij *sess. 14. de ref.cap.7.ibi, si verò homicidiū non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & Altaris ministerium, & beneficia quæcunque, ac dignitates iure quodammodò dispensatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit.* Vnde circa intellectum huius textus varij varia dixerunt, vt notat Barbos.*d.p.2. all. 39.num.54.* sed vide Bonacin. *de censur.disp.7.q.4.pun. vlt.nu.9.* vbi dicit, Concilium *d.cap.7* non agere de homicidio occulto, sed publi-

blico quoad obtinendam dispensationem in foro externo, idque colligit ex illis verbis, *qui non nisi causa cognita, & probatis precibus &c.*

10 Ex dictis inferunt Doctores, Episcopum dispensare posse in homicidio commisso causa defensionis non seruato moderamine inculpatæ tutelæ, quia tale homicidium, licèt non sit merè necessariũ, habet tamen vim necessarij, quatenus vitãdæ mortis causa fit *Nau. in man.cap.27.num.239.vers.secũdò Piasec.d.par.1.cap.1.n.57. Dian. par.7.tr.2.ref.29.Ricc.in Prax. p.3. ref.266.Barbos.d.all.39.nu.53. Bonacin.de censur.disp.7.q.4. pun.vlt. numer 9.*

11 Inferunt 2.posse Episcopum dispensare in irregularitate contracta ex mutilatione alicuius mẽbri, quia mutilatio non est homicidium *Piasec.loco citato d.nu. 57. & ità censuit Sac.Cong. teste Ricc. in Prax.for eccles.par:1.ref.457 Bonacin.loco cit.num.11. & hanc esse communem dicit Dian.par.4. tr. 2. ref.71.& p.7:tr.2.ref.28.*vbi etiam notat, mutilantem membrum inimici iam mortui non incurrere irregularitatem, quia membrum mortui non dicitur, nec est simpliciter membrum.

12 Inferunt 3.Episcopũ posse etiam dispensare in homicidio percutiẽtis prẽgnantem in vtero fine intẽtione causandi abortum, quia, vel hoc casuale est, licèt punibile, *vt d.Ricc.in Prax.par.1.ref.458. & p. 3.resol.266.Barbos.loco cit.num.50. Dian.par.7.tr.2.ref.30.* vel potius mixtum ex casuali, & voluntario; cũ enim non sit ex proposito directo, & formali, simpliciter, ac perfectè voluntarium dici non potest *S.Th.2.2.q.64.art.8.Nauar.cap.27. numero 219.*

13 Inferunt 4.Episcopum posse dispensare in homicidio volito non ex consilio, aut matura deliberatione facto, sed ex repentina ira, vel rixa *Auila de Censur. p.7. disp. 6.sect.2.dub.1.& sect.5.dub.5.concl. 2.Coninch.de Sacram.disp. 18.dub. 14.num.111.& alij, quos refert, & sequitur Dian.par.1.tr.15.ref.19.& par.4.tract.2.ref.72. & par.7. tr.2. ref 32.*vbi dicit, quod Concilium *d.sess:14:cap:7:*requirit, vt homicidium fiat animo deliberato, *prout etiam respondit Sacr:Cong:teste Barbos:par:2.all.39:nu.52.* Sed cõtrarium tenet Molin. *Suar: & alij apud Bonacin.d.disp.7:q.4:pun:vlt. numero 6.* quia licèt rixa inopinatè orta sit, potest tamen quis libera voluntate directè intendere mortem alterius; & ideò hanc sẽtentiam esse probabiliorem dicit idem Diana *par:1:tract.15.d. resolutione 19.*

14 Inferunt 5. posse Episcopum dispensare cum eo, qui mandauit, committi homicidium in persona vnius, sed fuit commissum in persona alterius, vel ipsius mandatarij: quia tale homicidium non est propriè voluntarium respectu mãdantis, sed casuale culpabile *Garc: de Benef.p.7.cap.11.num.44. & alij apud Barbos.d.p.2.alleg.39.nu. 52. Dian.par.4.tr.2.ref.12.& par.7. tr. 2.ref.30.*idem dicunt, si mandauit seruo, vt alterum tantum percuteret, non autem occideret, licèt

mors

mors deinde sequuta fuerit *Bonacin.di.disp.7.q.4.punct.vlt. num.8. Ricc.in Prax.vt sup.par.1.ref.456. & 458.& p.3.ref.266.* Vnde Sylu. *in ver.homicidium 2. q.22. & alij quos refert,& sequitur Dian.par.4. tr.2.ref.10.*tenent, eum non esse irregularem, qui alium vulnerauit vulnere non lhetali, etiamsi vulneratus ex propria, aut medici culpa, aut incuria decesserit: quia vulnerans in tali casu non est causa mortis, licèt morti occasionem dederit.

15 Inferunt 6.posse Episcopum dispensare cum eo, qui vertit infirmum intentione accelerādæ mortis, nè tamdiù patiatur, quia homicidium voluntarium, de quo agit Concilium *d.sess.14.cap.7.*illud est, quod illicitè per insidias,& ex proposito fit, *vt cum Auil. tenet Barbos.d.all.39.nu.47.* sed contrarium tuetur Henriq.*apud Bonacin. de Censur.d.disp.7.q.4.pun.vlt. nu. 10.quia mors inde sequens videtur directè volita, & intenta.*

Verum si quis bona fide,& animo iuuandi reuoluat infirmum, vt facilius somnum, vel cibum capiat, irregularitatem nullo modo incurrit, etiamsi mors ex aliqua culpa acceleretur: modò non sit culpa lata, aut negligentia notabilis, sed adhibuerit illam diligētiā, quam communiter adhibent homines illius professionis *Nau.c. 27.num.228.Mancin.in Pract. visit. infirm. pract. 10.dub.4. & cō. munem dicit Bonac. de censur.disp. 7.q.4.pun.7 num.12.*vbi etiam notat,quod non sunt facilè admittēdi scrupuli in hac materia.

16 Inferunt 7.posse Episcopum dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio licito, siue facto auctoritate legitima à ministris iustitię, vel in bello iusto *latè Barbos.d.par.2.all.39.nu.47. Dian. par.4.tr.2.ref.69.& par.7.tr.2.resol. 26.& 27.*vbi dicunt, quod sub nomine homicidij voluntarij illud tantum comprehenditur,quod est illicitum, & iniustum.

17 Immò Auil.*Sanch.fagund.& alij apud Barbos.loco cit.num.26.& 27.* asserunt, posse Episcopum cum iudice sententiam sanguinis exequente dispensare, etiamsi id alibi notorium sit, & ex actis iudicij constet: dummodò in Ciuitate, seu loco, in quo petitur dispensatio, sit occultum, neque adsit periculum diffamationis propter locorum distantiam.

18 Contrarium tamen tenet Bonacin.*d.disp.7.q.4.pun.vlt.nu.4.& 10. Garc.de Benefic.par.7 cap.11.n. 40. & alij* afferentes,Episcopum in tali casu non posse dispensare, quia hæc irregularitas non prouenit ex delicto: & hæc sententia videtur probabilior.

19 Addunt alij,quod irregularitatem prædictam ex defectu lenitatis incurrunt tantum ministri iustitiæ, quia in iuribus, in quibus fit mentio irregularitatis ex defectu lenitatis, sermo tantum est de iudicibus, & alijs officialibus cōcurrentibus ad occisionē, aut mutilationem, vt publicis personis, & ministris iustitiæ, *ità cum Vasq: d:Turrian.de Cens.lib.7. disp.66. dub:3:Hurtad. disp.2. de irregul. diff.11.nu.39.quos refert,& sequi-*

tur Dian. in Addit. secundar. ad 1. 2. & 3. part. ref. 15. vbi ab huiusmodi irregularitate excusat vendentes, aut donantes instrumenta ad interficiendos delinquentes.

20 Vltimò obseruant DD. quod imminente magno scandalo, vel vrgente alia magna necessitate, & difficili existente recursu ad Papam propter inopiam, vel magnam distantiam potest Episcopus in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario occulto dispensare ex tacita Summi Pontificis commissione: non enim credendum est, Papam sibi reseruasse dispensationem in tãto animarum periculo, *ità Petrus Corneio in 3. par. D. Thom. tract. 5. de Irregul. disp. 1. dub. 4. q. 4. Anil. de Censur. par. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 3. & alij apud Dian. par. 4. tr. 2. ref.* 100. *quibus adde Sylu. in ver. dispensatio num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Quid, & quotuplex sit bigamia.*

2 *Quid requiratur ad bigamiam contrahendam.*

3 *Qui primò accipit Virginem, sed non cognoscit & ea mortua cõtrahit cum alia virgine, & eã cognoscit, non est bigamus.*

4 *Bigamiam non incurrit, qui fictè contrahit secundum matrimonium, vt extorqueat copulã.*

5 *Non oritur bigamia, nec irregularitas in foro conscientiæ ex copula absque seminis virilis emissione.*

6 *Non est bigamus qui ducit mulierem à se ipso cognitam ante matrimonium.*

7 *Non est irregularis qui susceptis minoribus ordinibus, aut emisso simplici castitatis voto contrahit, aut consummat matrimonium.*

8 *In bigamiam incurrit qui iudicio suo virginem duxit, sed tãdem inuenit eam corruptam, & cognoscit.*

An error, vel ignorantia à bigamia excuset, ibidem.

9 *Quid si quis cognouerit vxorem quæ adulterata fuerit per vim, aut metum.*

10 *Bigami sunt inhabiles ad ordines.*

11 *Itẽ sunt inhabiles ad beneficia.*

12 *An clericus in sacris constitutus contrahens matrimonium amittat ipso facto beneficia*

13 *An bigamus possit habere pensionem.*

14 *An Clericus coniugatus possit puniri a Iudice laico, si in bigamiam inciderit.*

15 *In bigamia vera, vel interpretatiua Episcopus non potest dispensare.*

16 *An Episcopus incidat in aliquã pœnam, si scienter ordinet bigamum.*

17 *An Prælati regulares possint dispensare in tali bigamia.*

18 *In bigamia huiusmodi solus Papa dispensat.*

19 *An Episcopus dispensare possit in bigamia interpretatiua orta ex delicto occulto.*

20 *An possit Episcopus dispensare, in bigamia similitudinaria.*

Et an Prælatus regularis possit in

in ea cum suis subditis dispensare. ibidem.

21 *An, & in quo casu coniugati ad ordines promoueri possint.*

22 *An vir sacris initiatus de licentia vxoris manentis in sæculo cũ voto castitatis possit cum ea habitare.*

CAP. IX.

Vtrum Bigami ad ordines promoueri possint.

1 BIgamia est quędam irregularitas consurgens ex multiplici matrimonio contracto, & consummato *Sylu. in ver. Bigamia & alij*: nam qui plura matrimonia contraxit, cum diuiserit carnem suam in plures, non potest aptè significare vnionem Iesu Christi cum ecclesia vnica sua sponsa *Bellett. Disquis. Cleric. par. 1. tit. 1. §. 6. num. 1. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 3. ver. Bigamus*. Vnde huiusmodi irregularitas alio nomine vocatur ex defectu Sacramenti *cap. debitum de Bigam.* & ideò per Baptismũ non tollitur *cap. Acutius 26. dist.* licèt per eum tollatur irregularitas homicidij *Sylu. loco cit. q. 4. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 2. pun. 5. num. 13. Dian. par. 4. tr. 2. ref. 51.* & ratio est, quia hic defectus æquè inuenitur in matrimonio ante baptismum, ac post illum inito, *vt obseruat Sanch. apud Barbos. de offic. & pot. Epis. par. 2. all. 49. n. 3.* neque tollitur per professionem in religione approbata, licèt per eam tollatur defectus natalium *Lezan. loco cit. nu. 9.*

Triplex autem est bigamia, alia vera, alia interpretatiua, alia similitudinaria; vera est, quando quis verè duas vxores legitimè duxit, easque carnali copula cognouit: interpretatiua est, quãdoquis reuera nõ contraxit cum duabus, sed secundùm interpretationem iuris cum duabus censetur contraxisse, puta si contraxit cum duabus inualidè, vel cum vna validè, cũ alia inualidè, vel cũ vidua, aut corrupta validè *glos. in c. 2. ver. in bigamis de Bigam. Nauar. in Man. cap. 27. num. 195. & conf. 1. de Bigam. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 32. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 2. pun. 5. numer. 2. Garc. de Benef. par. 7. cap. 6. nu. 15. Barbos. d. par. 2. all. 49. n. 4.* Similitudinaria est, quando quis post solemne castitatis votum emissũ in professione religionis, vel in susceptione sacrorum ordinum cum aliqua etiam vnica matrimonium contrahit, & consummat, siue illa fuerit virgo, siue non *c. quotquot 27. q. 1. Barbos. loc. cit. num. 15. Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 32.* vel quando quis habet duas vxores, vnam de iure, aliam de facto successiuè, aut simul *secundùm Sylu. in ver. bigamia q. 2. Ricc. d. ref. 32.* Sed alij Doctores hunc casum ad bigamiam interpretatiuam rectiùs referunt. dicitur autem similitudinaria, quia adstrictus voto solemni cẽsetur spirituales quasdam nuptias contraxisse cum Christo Domino & ecclesia: & ideò si per carnale ma-

matrimonium cum aliqua coniũgitur, censetur duo matrimonia celebrare, nõ quidẽ vera, sed similitudinaria *Nau.d.cõs 1.de big.Bonac.d.disp.7.q.2.pun.5.n.2. in fin.*

2 Ex dictis colligitur, duo coniunctim ad bigamiam requiri: primò, vt matrimonium cum duabus contrahatur verè, aut interpretatiuè, aut similitudinariè. Secundò vt subsequatur copula, *ità Bonacin.d.disp.7.q 2.pun.5.n.4. Barbos.d.all.49.num 12.& alij cõmuniter.* nec sufficit quæcumque copula, sed requiritur copula subsequuta animò maritali cum seminis virilis emissione in vase debito, vt colligitur ex communi sensu Doctorum. dixi, *subsequuta animo maritali*, quia hæc irregularitas non incurritur sine matrimonio de iure, aut de facto cõtracto *c.nuper de Big.* dixi, *cũ seminis virilis emissione*, tum quia ad hanc irregularitatem incurrẽdam non sufficit sola copula absque seminatione, tum quia solũ viri semen requiritur, quia semen fœmineum non est necessarium ad consũmationem matrimonij, & ad generationem *secundum Aristotel.quem sequitur S.Th.in 3.par.q.31.ar.5.ad 3.vnde ità resõluunt Sanch. Turrian. & alij apud Barbos.d.all.49.nu.12. Dian. pa".4.tr.2.res.42.& 43.* dixi, *in vase debito*, quia non sufficeret copula nefanda, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin. d.disp.7.q.2.pun.5. num.9. Lezan. loco cit.in ver. Bigamus nu.3.*

3 Ex quo infertur primò, eum non esse bigamum, qui primò accipit virginem, sed non cognoscit, & ea mortua contrahit cum alia Virgine, & eam cognoscit: vel è conuerso si cognouit primam, & non secundam quia ad incurrendam hanc irregularitatem requiritur copula cum vtraque, vt supra diximus, *ità Sylu.in ver.Bigam.q.3.Bellett. d.§.6.nu.25.& seq.* Vnde nec Bigamus censendus est qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitam duxit in vxorem, *vt constat ex c.debitum de Bigam.* neque etiam qui cum multis cõtraxit, si copulam non habuit, nisi cum vna tantum *Nau.cap.27. num.196. & alij communiter*, nec is, qui duxit viduam cognitam, quam tamen ipse non cognouit *Bellett.loco cit.num.26.*

4 Infertur 2. bigamiam non incurri ab eo, qui fictè contrahit secundum matrimonium, vt extorqueat copulam: quia non habet maritalem affectum *Bonacin. de Censur.d.disp.7.q.2.pun.5.nu.2. vers.dico animo maritali Dian.p.4 tr.2.res.38.* eadem ratione non incurrit hanc irregularitatem vir coniugatus, qui adulteratur cum alijs: neque Clericus, aut alius qui plures cognouerit concubinas *cap.quia circa de Bigam. Bonacin.vbi supra Nauar.cap.27.nu. 196.Ricc.in Prax.for.eccles.par.3. res.33.Bellett.d.tit.1.§.6.nu.35.* ad incurrendam enim bigamiam non sufficit sola copula, sed requiritur etiam, vt matrimonium præcedat, vt supra diximus; vnde nec sufficeret ad hanc irregularitatem inducendam multi-

pli-

plicata sponsalia *cap. fin. 34. dist.* etiamsi subsequuta sit copula, *vt dicunt Doctores apud Bonacin. loco cit. d. pun. 5. nu. 6. Barbos. par. 2. all. 49. n. 13. & est cõmunis opinio.*

5 Infertur 3. non oriri bigamiã, nec irregularitatem in foro conscientiæ ex copula absque seminis virilis emissione, & ideò in tali casu si res occulta fuerit, poterit quis promoueri ad sacros ordines sine aliqua dispensatione *Barbos. ibidem nu. 12. & alij apud Dian. par. 4. tr. 2. res. 42.*

6 Infertur 4. neque eum esse bigamum, qui ducit mulierem à se ipso cognitam ante matrimoniũ, modò ab alio cognita non fuerit; quia in tali casu neuter diuisit carnem suam in plures *arg. d. cap. debitum de Bigam. & tradunt DD. apud Dian. vbi supra res. 38. & alij apud Bonacin. d. disp. 7. q. 2. pun. 5. num. 2. vers. dixi cum vidua. Barbos. par. 2. d. all. 49. num. 7. Bellet. d. tit. 1. §. 6. num. 28.*

7 Infertur 5. eum non esse irregularem, qui susceptis minoribus ordinibus, aut emisso simplici castitatis voto contrahit, aut consummat matrimonium cum virgine: quia hæc irregularitas non est in iure expressa *Nauar. cons. 1. de Bigam. Bonacin. loco cit. d. pun. 5. nu. 2. vers. bigamia similitudinaria, vbi citat. Sanch. Vgolin. Valent. & alios.*

8 Infertur 6. illum esse bigamum, qui iudicio suo virginem duxit, sed tandem inuenit eam corruptam, & cognoscit *cap. si cuius 34. dist. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 45. num. 5.* nec error; aut ignorantia à bigamia excusat, quia ex hoc non efficitur, quin caro illius fœminæ in plures diuisa fuerit *Sylu. loc. cit. q. 3. Nau. cap. 27. num. 195. Ricc. in Prax. par. 3. res. 32. Bellett. d. §. 6. num. 24. Barbos. d. all. 49. nu. 6. Dian. par. 4. tr. 2. res. 41. Bonacin. d. pun. 5. n. 10. & alij communiter;*

9 idemque dicendum est, si quis cognouit vxorem adulteram, siue volens, adulterata fuerit, siue per vim, aut metum *d. cap. si cuius 34. dist. glos. in cap. 2. ver. in bigamis de Bigam. Nau. loco cit. Barbos. vbi supra num. 10.* & licèt secundùm glos. *in d. cap. 2.* id procedat, quando scienter cognouit vxorem adulteram, idem tamen est, si id faciat ignoranter: quia hic non agitur de irregularitate, ob culpam, seu delictum inducta, sed ob defectum sacramenti, *& ita tenet communis opinio, quam sequitur Couar. Maiol. Gutti er. Tolet. & alij apud Garc. de Benefic. par. 7. cap. 6. nu. 16.* nullam tamen incurreret bigamiam qui matrimonium contraxit cum virgine, eamq. non cognouit, postquam adulterata est *d. cap. si cuius Bonacin. loco cit nu. 2. vers. tertio modo Bellett. vbi supra nu. 24.*

10 His præmissis dico 1. quod Bigami sunt inhabiles ad ordines suscipiendos *cap. 1. de Bigam. c. vn. eod tit. in 6.* & ideò si ordinantur, licèt recipiant caracterem *c. quicumque 2. 50. dist. glos. in cap. 2. ver. dispensare de Bigam.* ordinis tamen suscepti exequutionem non habent *d. cap. vn.* vbi priuantur omni priuilegio clericali, *& post Butr. & Host. notat Bellet. d. tit. 1.*

§. 6.

§ 6. num. 14. & alij comm. idque colligitur etiam ex *Epistola 1. ad Thimot. cap. 3.* vbi Apostolus præcipit, Episcopum debere esse vnius vxoris virum.

11 Dico 2. quod Bigamus est etiã inhabilis ad beneficia tam obtẽta, quam obtinuenda ex *d. cap. vn. de Bigam. in 6.* cum enim non sit dignus ordine, & officio, per consequens & beneficio indignus est *Nau. conf. 3. de Bigam. Barbos. inc. 1. num. 2. eod. tit.* & ideò non facit fructus suos, vt censuit *Sacr. Cõgreg.* teste *Bellett. tit. 1: §. 6. nu. 14.* hoc tamen verùm est in bigamo verè, vel interpretatiuè, siue in Clerico in minoribus constituto, qui sic contraxit *iuxta glos. communiter receptam in d. cap. vn. ver. bigamus:* quemadmodum clericus in minoribus contrahens matrimonium etiam cum vnica, & virgine ipso iure priuatur beneficijs *per tex. in c. 1. vbi id notãt omnes de Cler. coniug.*

12 secus dicendum de Clerico professo, vel in sacris constituto contrahente matrimoniũ: hic enim beneficia non amittit ipso facto, nisi per sententiã priuetur *Nau. cap. 25. num. 120. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 36. Vulp. d. cap. 45. num. 6. & communem dicit Barbos. in cap. 1. numer. 7. de Cler. coniug:* nec amittit priuilegium clericale, licèt priuetur ordinum exequutione *capitul. quisquis distin. 84. Sylu. in ver. bigamia numer. 8.* vbi dicit, quod tex: *in d. cap. vn. de Bigam. in 6:* loquitur tantum de Clerico in minoribus, non autem in sacris ordinibus constituto, vel professo: ratio diuersitatis est, quia existens in minoribus taliter contrahendo potest, & debet viuere vt laicus; qui verò est in sacris, aut professus redire non potest ad sæculum; *Quæ vita cum Sylu: loco cit: tenet: Ricc: in prax: p: 3: ref. 34: Bonaccin: de Censur: disp: 7: q. 2: pun: 5: n: 16: Barbos: d: all: 49: num: 18: & alij communiter.*

13 An verò bigamus possit habere pensionem? affirmat Ricc: *in Prax: par: 3: ref: 37:* quia pensio non est beneficium ecclesiasticũ, nec venit appellatione beneficij: hoc tamen procedere in pensione, quæ datur laico pro ministerio, vel pro re vtiliter gesta, aut gerenda in defensionẽ ecclesiæ, dicit Barbos *in d. cap. 1. n. 6. de Cleric. coniug.* vbi etiam notat, quod talis pensio per matrimonium contractum non extinguitur:

14 Dico 3: quod Clericus coniugatus cum vnica, & virgine non potest ex aliquo maleficio puniri à Iudice laico eo quod in bigamiam inciderit, etiamsi cognouerit vxorem post adulteriũ, etiam publicum ab ea commissum; quia licèt sit bigamus quoad legem promotionis, non tamen quoad priuilegium cõcessum Clericis coniugatis *per capit. vn. de Cler: coniug: in 6:* ità decisũ refert: *Rice: in Collect: dec:* 1864: *& in Prax: par: 3: ref:* 39: vbi etiã dicit, quod ità concorditer tenẽs omnes in *cap: vn: de bigam: in 6:*

15 Dico 4: quod in bigamia vera, & interpretatiua Episcopus non potest dispensare, neque ad benefi-

neficium simplex, neque ad suscipiendum primam tonsuram, aut minores ordines, neque ad vsũ, & exercitium ordinum minorum antea susceptorum, *vt constat ex d.cap:vn:de Bigam:in 6:Conc.Trident:sess.23:de ref:cap:17:& ità tenent Doctores apud Barbos:in cap: 2:num:5:ex.de Bigam:Garc:de Benef.par:7:cap:6:nu:5: & 14. Dian: par:4:tr:2:ref:61. & ità declarasse Sixtum V:& S.cr.Congregationẽ refert Bellet:d:tit. 1.§:6.num. 14: Lezan:in Summ:qq.regul:to:3:ver: Bigamus num:4:Vulp:in Prax:iudic:cap:45:num:11:Barbos:de offic: & pot:Episc:par:2:all:49: num.25: Bonacin:loco cit:pun:5:nu:5:Dian: par:4:tr:2:ref:62:et alij communiter reiecta contraria opinione Sylvest: in ver:Bigamia q:7:Nau:d:cap:27 num.197.Ricc:in Prax:par:1:resol: 473:et par:2:ref:220:et aliorum:*

16 Sed quæres, an Episcopus incidat in aliquam pœnam, si scienter ordinet bigamum? negatiuè respondet Barbos. *d.par.2.all.49.nu. 19.& ità Sac.Cong.declarasse refert Add. ad Nauar.cons.3.de bigam.* alij verò tenent, Episcopum primam tonsuram, vel minores ordines huiusmodi bigamo conferentem esse suspensum à collatione ordinum, & similiter promotum ab ordinum exequutione, & beneficij, si quod habuit, collationem esse nullam *Vulp.d.cap.45.nu.11:Bellett.d. tit.1. §.6.num.14.vbi refert, ità declarasse Sixtum V.*

17 Quæres 2. an Prælati regulares possint dispensare in tali bigamia? Resp. negatiuè, quia non constat de tali priuilegio: quamuis enim aliqui DD. apud *Dian.p.4.tr. 2.ref. 63.* referant, Paulum III. cõcessisse Prælatis regularibus, vt possint semel singulis annis prima die Lunę Quadragesimæ dispensare cum suis subditis in omni irregularitate quauis occasione, vel causa cõtracta: tamen ex huiusmodi priuilegio non concluditur, eos posse in bigamia vera, vel interpretatiua dispensare; nam facultas dispensandi generaliter super irregularitatibus non extenditur ad bigamiã, & homicidiũ voluntariũ, quia insolita non veniunt in generali concessione *c. fin. de offic. Vic. in 6.* præsertim cũ in tali casu nec ipse Papa soleat dispensare, nisi ob maximam causam *Nauar.cons. 38.de Homic.Bonacin.d.pun.5. nu. 15.Dian.d.ref.63.& alij plures, quos refert, & sequitur Barbos.d.all.49. num.28.& seq.*

18 Quare dispensationem in tali casu spectare ad summum Pontificem, tenent Theologi, & Canonistæ communiter, quia bigamiæ non est adiuncta irregularitas iure naturali, sed positiuo: Vnde ad Epistolam D. Pauli *ad Thimot.1. dicto cap.3.* respondent, quod licèt Summus Pontifex non possit dispẽsare in ijs, quę sunt de iure naturali, de necessitate Sacramentorũ, & fidei, in alijs tamen, quæ sunt de institutione Apostolorum licitè potest dispensare, cum ecclesia habeat nunc eãdem potestatem statuendi, & destruendi, quam tunc habebat; & ideò textum illum *in cap.2.de bigam.ibi, quia in bigamis contra Apostolum dispensare non licet*, ità interpretantur, vt dispen-

dispensare non liceat sine magna causa, secus si vrgens causa subsit: Vnde Lucius Papa dispensauit cũ Panormitano Archiepiscopo, qui fuit bigamus, *vt d.glos. in cap. lector ver. fiat 34. dist. ità Sylu. in ver. bigamia num. 7. Nauar. cap. 27. num. 197. vers. sexto Vulp. in Prax. Iudic. cap. 45. num. 8. Barbos. in c. 2. num. 4. de Bigam. & in tract. de off. & pot. Episc. par. 2. d. all. 49. nu. 20. & 21. Bonacin vbi supra num. 14. & alij.*

19 Obseruant tamen nonnulli Doctores, posse Episcopum vigore Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. c. 6.* dispensare etiam ad maiores ordines in bigamia interpretatiua orta ex delicto occulto, qualis est illa, quæ prouenit ex duplici matrimonio neutro existente valido, aut altero valido, alio irrito, *ità Sanch. & Henriq. quos refert, & sequitur Barbos. d. all. 49. nu. 25.* vbi etiam dicit, quod in d. bigamia conceditur Episcopo dispensatio, si necessitas vrgeat ob ministrorũ penuriam, nec esset aditus ad Põtificem ob loci distantiam: *quibus adde Præpos. in 3. par. q. 5. de Ir. regul. dub. 7. num. 138.* qui censet, Episcopum posse dispensare etiã in ea bigamia, que oritur ex delicto alieno, puta in irregularitate contracta ab eo, qui cognouit vxorem, postquam ea commisit adulterium, modò adulterium vxoris sit occultum, *prout illum refert Dian. p. 4. tr. 2. ref. 61. qui hanc opinionem probabilem existimat.*

20 Verum in bigamia similitudinaria etiam publica posse Episcopũ dispensare cum eo, qui contraxit cum Virgine, tam ad suscipiendos ordines etiam sacros, quam quoad vsum susceptorum, & ad ecclesiastica beneficia tenent communiter Doctores *per cap. 1. Qui Cler. vel nou. cap. sanè 2. de Cler. coniug. Nau. d. cap. 27. num. 197. Vulp. d. c. 45. num. 9. Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 220. & par. 3. ref. 36. Bonacin. loco cit. d. pu. 5. n. 15. Dian. p. 4. tr. 2. ref. 62.* & in tali casu posse etiam Prælatos regulares dispẽsare cum suis subditis tenet Barb. *d. all. 49. n. 31. vbi citat. Suar. Sigism. à Eonoria & Felician. de vega, quibus adde Lezan. in sum. qq. reg. to. 3. ver. Bigamus nu. 6.* vbi dicit, quod quid quid iure ordinario competit Episcopis, competit etiam istis Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem. Secus si cum Vidua, aut corrupta matrimoniũ cõtraxerit, aut duplex inierit matrimonium, puta si de iure contraxit cum vna, antequam esset in sacris, & cum alia post ordinationem, quia tunc solus Papa dispẽsat *Sylu. in ver. Bigamia q. 7. Barb. in cap. 2. n. 8. de Bigam. & in cap. sanè 2. num. 2. de Cler. coniug. Vulp. d. cap. 45. numer. 9. Dian. d. par. 4. tr. 2. resolutione 62.*

An verò si hæc bigamia ex delicto occulto oriatur, possit Episcopus in ea dispẽsare vigore Tridentini *d. cap. 6.* affirmatiuè respondet Barbos. *de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 49 num. 27. vbi citat. Ricc. & Sanch.*

21 Quæres, an, & in quo casu cõiugati ad ordines admitti possint? Resp. quod si eorum vxores castitatem in sæculo voueant, possunt

ad

ad sacros ordines promoueri dũmodò in bigamiam nõ inciderint *cap. coniugatus de Conuers. Coniug.* quod secũdùm aliquos procedit, siue vxores senes sint, siue iuniores, *ità franc: Marc: dec: 734: n: 2: par: 2: Maiol: de irregul: lib: 1: c. 34: num: 3: vers: in alijs autem, & alij apud Barbos: in d: cap: coniugatus nu: 2:* sed alij rectiùs distinguunt, quod si vxor est senex, & non suspecta de incontinentia, tunc sufficit votum continentiæ ipsius in sæculo *cap: significauit eod: tit:* si verò est iuuenis, requiritur ingressus ipsius in Religionem *cap. vxoratus, & cap. ad apostolicam de Conuers. coniug. ità Bellett. disquis. cleric. par. 1. tit. de Disciplin. cleric. §. 9. num. 19. Nau. in Man. cap. 22. nu. 52. vbi citat S. Thom. in 4. dist. 37. ar. 2. ità etiam tenent alij apud Dian. par. 3. tr. 4. res. 243.* id autem fieri nequit, nisi interueniat consensus, & licentia Episcopi Diœcesani *cap. si vir, & vxor. 27. q. 2. d. cap. significauit de Conuers. Coniug.*

52 An verò vir sacris initiatus ex legitima vxoris licentia manentis in sęculo cum voto castitatis possit simul cum ea habitare; Resp. affirmatiuè, si de incontinentia non sint suspecti, secus si essent suspecti: tunc enim nullatenus eis est permittendum, vt simul habitent *Sanch. de matrim: lib. 7. disp. 39. num. 8. quem refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 10. num. 44. & in d. capite coniugatus num: 2. de Conuers. coniug.*

SVMMARIVM.

1 *Ligatus maiori excommunicatione, suspensione, & interdicto irregularitatẽ incurrit ob exercitium ordinis:*

2 *Irregularitatem similiter incurrit recipiens ordinem in excommunicatione maiori:*

3 *An tempore censuræ exercens actum minoris ordinis incurrat irregularitatem.*

4 *Quid si excommunicatus recipiat ordines minores.*

5 *An suspensus ab ordine superiori intelligatur suspẽsus ab exercitio ordinis inferioris.*

6 *Quid operetur suspensio à Pontificalibus,*

7 *Suspensus ab ordine inferiori etiam quoad omnes superiores ordines manet suspensus.*

8 *Episcopus suspensus à collatione ordinum minorum potest conferre ordines maiores*

9 *An si laicus vinculo censuræ obstrictus diuinis se ingerat, incurrat irregularitatem.*

10 *An suspensus ab administratione sacramentorum intelligatur suspensus à celebratione missæ.*

Suspensus à perceptione sacramentorum non fit irregularis ea recipiendo, ibidem.

11 *Qui excusatur à culpa, excusatur ab irregularitate.*

12 *An Clericus à Iudice excommunicatus secundum publicas probationes, qui tamen innocens sit absque metu irregularitatis possit actum ordinis exercere.*

13 *Quid si fuerit iniustè, aut nul-*

liter contra regulas iuris excõmunicatus.

14 *Si excommunicatus occultus post quam fuit absolutus in foro cõscientiæ celebrauerit, & postea eius excommunicatio innotescat, an sit condemnandus tãquam irregularis.*

15 *An sit irregularis qui celebrauit post appellationem interpositam à declaratoria.*

16 *Quid si exerceat actum ordinis sacri postquam appellauit à cõminata excommunicatione.*

17 *An Clericus à suo Episcopo prohibitus sub pœna suspensionis, nè in aliena Diœcesi celebraret, incidit in irregularitatem, si ibi celebrauerit.*

18 *Quando subditus existens in alieno territorio possit censuris ligari à suo Episcopo.*

19 *An irregularitas incurratur, quando verba, quibus imponitur pœna excommunicationis, sunt ambigua.*

20 *An promotus per saltum fiat irregularis, si ministrauerit tantum in ordine, quem rite suscepit.*

Quid si ministret in ordine prætermisso, ibidem.

21 *Suspensus, vel interdictus suscipiens ordinem sacrum an fiat irregularis.*

22 *An fiat irregularis clericus ad sacros ordines nõ promotus, qui in missa canit epistolam sine manipulo.*

Quid si cantauerit epistolam etiã cum manipulo, sed tamen noluit id facere tamquam subdiaconus, ibidem.

23 *An Episcopus incurrat censuras, quæ iure generali feruntur.*

24 *An Episcopus possit in irregularitate dispensare, & nu. 25.*

26 *An Parochus, vel alij confessarij possint absoluere à suspensione iure communi non reseruata.*

Et an ab ea possit absoluere Episcopus, ibidem.

27 *An Parochus, vel alius confessarius absoluere possit pœnitentem ab interdicto.*

28 *An incurrat irregularitatem sacerdos, qui sine legitima licentia sacras confessiones excipit.*

CAP. X.

In quo casu Clericus excommunicatus, suspensus, vel interdictus irregularitatem incurrat ob exercitium ordinis, & quando ab illa excusetur.

1 CLericus ligatus maiori excommunicatione, suspensione, & interdicto regulariter fit irregularis, si actum ordinis exerceat, *vt constat ex cap. 1 & cap. is, cui de sent. excom. in 6.* etiamsi sit occultus, & toleratus; quia Concilium Cõstantiense nullum priuilegium concessit excommunicatis, quamuis occultis, *vt notat Bonacc. de Censur. disp. 7. q. 3. pun. 5. nu. 1.*

2 quod etiam locum habet, quando quis in excõmunicatione maiori scienter, vel cum ignorantia

tia crassa, vel affectata ecclesiasticos ordines suscipit *cap. cum illorum de sent. excomm. c. 1. de eo qui furt. ordin. suscep. Sylu. in ver. irregularitas nu. 4. Nau. in Man. c. 27. num. 241. & alij communiter.*

3 Obserua tamen 1. quod supradicta conclusio procedit tantum, quando exercetur actus ordinis sacri secundùm communem Doctorum sententiam: secus si tempore censuræ exerceatur actus minoris ordinis, quia tunc irregularitas non incurritur; nam de consuetudine actus minorum ordinum à laicis etiã cũ solemnitate exercentur, *vt post Tolet. Auil. & alios obseruat Bonac. loco cit. Dian. par. 4. tr. 2. res. 56. & 92. & alij rectiores communiter; quicquid dicat Nau. in Man. cap. 25. num. 76. & c. 27. num. 163. Quarant. in ver. ordo vers. secundò limita Bellett. Disquis. Cleric. tit. de Discipl. cleric. §. 5. n. 62.*

Addit Graff. *decis. cas. consc. p. 1. lib. 4. cap. 27. nu. 10.* quod nullam similiter contraheret irregularitatem qui in excommunicatione maiori ordines minores recipe-
4 ret: sed contrarium videtur verius, quia textus in d. cap. cum illorum absolutè loquitur; *Quare ità tenet Sylu. Tabien. & alij apud Bonacin. d. disp. 7. q. 3. pun. 4. nu. 1.* nisi excommunicatus reciperet primam tonsuram, tunc enim non fieret irregularis, quia prima tonsura non est ordo, *vt dicit idem Bonacin. de Censur. in par. disp. 3. q. 1. pun 6. n. 3. & alij.*

5 Obserua secundò, quod suspẽsus ab ordine superiori non intelligitur suspẽsus ab exercitio ordinis inferioris: & ideò suspensus ab ordine sacerdotali, licèt non possit exercere functionem propriã sacerdoti, quale est sacrificium, missæ, collatio extremæ vnctionis, benedictio sponsæ &c. potest tamen exercere officium Diaconatus, vel Subdiaconatus *cap. significauit de corp. vitiat. Sylu. in* 6 *ver. suspensio nu. 5.* & suspensus ab exercitio Pontificalium solum intelligitur suspensus ab his, quæ dependent ab ordine pontificali, nõ ab alijs; vnde exercere poterit iurisdictionalia, missam priuatam celebrare, confessiones audire, & alia facere sine ornamentis põtificalibus, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 450: Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 6. nu. 4. & 5. & alij apud Dian. p. 5. tr. 10. res. 4.* vbi etiam dicit, quod suspẽsio à Pontificalibus per se, ac directè prohibet vsum insignium Episcopalium, videlicet mitræ, baculi, & pallij; per accidens verò, & consecutiuè omnia episcopalia solemnia officia, quæ sine huiusmodi insignibus exerceri nõ debent: qualia sunt ordines etiam minores conferre, confirmare, consecrare ecclesias, altaria, virgines &c. verum etiamsi Episcopus in pontificalibus celebraret, adhuc non incurreret irregularitatem: tum quia sacrificium non est munus Episcopi, vt sic, sed sacerdotis, cuius exercitium per huiusmodi suspensionem ei non interdicitur: tum quia pontificalia nõ sunt de substantia celebrationis: tum quia talis irregulari-

tas nō est in iure expressa *ità glos. in cap. 2. ver. Sacerdotale de offic. deleg. in 6. Sylu. in ver. suspensio nu. 5. Dian. loco cit. d. resol. 4. vbi citat. Præpositi. in 3. par. q. 3. de susp. dub. 2. nu. 13: & ità etiam tenēt alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 6. numero 19.*

7 E cōtra verò suspensus ab inferiori etiam quoad omnes superiores ordines manet suspensus *d. c. cum illorum de sent. excom.* & ideò suspensus à Diaconatu Sacerdotale officium exercere non debet, & suspensus à Sacerdotio pontificalia non potest exercere *Dian. p. 5. tr. 10. resol. 5. & alij apud Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. nu. 78.* vbi addit *cum. fel. in c. apostolicæ n. 13. de except.* quod nullus suspensus incurrit irregularitatem contraueniendo suspensioni, nisi fuerit suspensus à diuinis. Notandum tamen est, quod si Episcopus esset
8 suspensus à collatione ordinum minorum, tunc non solum conferre poterit primā tonsurā, quæ non est ordo, sed etiam alios ordines maiores: quia collatio ordinū est functio eiusdem potestatis, non verò vsus potestatis sublimioris; ac proinde conferendo maiorem ordinem, à quo non est suspensus, non censetur vti ordine sublimiori: quemadmodum suspensus ab audiendis confessionibus potest communi iudicio celebrare, etiamsi hoc sit maius munus *ità Conink. de Sacram. disput. 15. dub. 2. numero 10. Layman. lib. 1. tract. 5. par 3. cap. 1. num. 6. & alij apud Dian. par. 5. tr. 10. res. 6.*

9 Obserua 3. quod si laicus excōmunicatus diuinis se ingerat, nullam incurreret irregularitatem: quia iura loquuntur de exercente actum ordinis ex officio, quod solis Clericis, non laicis competit *Bonacin. loco cit. d. pun. 5. num. 2. vbi citat Vgolin. Alter. & Reginald.* cōtrarium tamen tenet Nau. *cap. 27. num. 242. vers. septimo in fin.* si laicus actum ordinis sacri seriò, & vt ordinatus, seu solēniter exerceat, quia *tex. in cap. 1. de Cler. non ordin. min.* videtur comprehendere tam Clericum, quam laicum: & hanc sententiam sequitur etiam Barbos. *in cap. sicut dignum num 37. de Homic. volunt. & alij apud Dian. p. 4. tr. 2. resol. 56.*

10 Obserua 4. quod suspensus ab administratione Sacramentorum non suspenditur à celebratione missæ: quia celebratio missæ non solet comprehēdi sub administratione Sacramentorū, *vt post Præpositi. d. Dian. par. 5. tr. 10. res. 6.* idē dicendum est de suspenso à perceptione Sacramentorum: non enim fit irregularis ea recipiendo, quamuis peccet: quia in tali casu non violatur suspensio per exercitium ordinis sacri; perceptio enim non est officium diuinum, neque opus peculiariter ordini alicui addictum *Nau. d. cap. 27. numer. 163. vers. tertio Dian. vbi sup. res. 26.*

11 Obserua 5. quod ab huiusmodi irregularitate excusatur qui excusatur à culpa: cum enim irregularitas sit grauis pœna, non incurritur nisi ob graue peccatum *c. apostolicæ de Cler. excom. min.* & ideò quoties ratione necessitatis, vel scandali vitandi, vel ignorantiæ,

vel

vel inaduertentiæ, vel obliuionis, vel alterius causæ quis excusatur à mortali, excusatur etiam ab irregularitate *Dian. p.5.tr.10. res.9. Bonacin.de Censur.disp.7.q.3. pun. 5.num. 1.& alij communiter.* Vnde si Sacerdos occultum homicidium commisit, & nisi missam celebret, in suspicionem sceleris veniet cum vitæ periculo, vel graui famę dispendio, post peractam pœnitentiam celebrare poterit, quoties necessitas postulabit ad vitandam infamiam, aliudue graue periculum, & interim dispensationem à Papa petere, & procurare debet, *vt d.Nau.cap. 27.num. 239 Layman.in Theol.mor.lib.3.tr. 3.cap.12.num.6.* lex enim naturalis de defendenda sua fama præponderat legi humanæ de abstinendo à sacro in irregularitate *Bonacin. de censur.disp.2.q.2.pun.2.§.1. n.4. qui citat Suar.Sayr.Sot.Filliuc. & alios:* idemque dicendum est, si in excommunicationem Papæ reseruatam inciderit, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Mācin.in Pract.visit. infirm. pract.4. dub.35.& alij recentiores communiter.*

12 Obserua 6. quod irregularitatē non contraheret Clericus secundū publicas probationes à iudice excommunicatus, vel suspensus, qui tamen innocens sit, si deinde in excommunicatione, vel suspensione huiusmodi actum sui ordinis exerceret: quia canones, dum irregularitatem decernunt contra violantes censuram, intelligi debent, quando quis verè censuram contraxit *Layman.lib.1.tr.5.cap.5. num.3. Bonacin.de censur.d. disp.7. q.3.pun.5.num.2.& alij.*

13 Idem dicendum est, si fuerit iniustè, aut nulliter contra regulas iuris excommunicatus, aut suspensus: tunc enim neque irregularitatem incurreret, si missam celebret, aut alium actum ordinis sacri exerceat *Caiet.in opusc.to.1.tr. 19.de excommunicatione q.vn.vers. ad secundam Layman.loco cit. c.6. per tot.* id tamen fieri potest in occulto, & sine scandalo *Caietan.in 2.2.q.70.ar.4.vers. ad obiecta*, vbi etiam dicit, quod illi, qui sciunt talem Clericum fuisse iniustè excommunicatū, possunt eidē seruire in missa, & cum eo participare in diuinis, secretò tamen, alias cōtemneretur ecclesiæ auctoritas, si publicè id fieret, cum excommunicatio etiam iniusta sit timenda, *cap.pastoralis §. quia verò de offic. deleg.* nec efficeretur irregularis, si celebraret cum scandalo, quia irregularitas non ratione scandali, sed excommunicationis est inflicta; & ideò cum verè excommunicatus non sit, non fit irregularis per exercitium ordinis sacri *Sayr. de Censur.lib.1.cap.16.num.43. & 44. quem refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic.for.eccles.cap. 1.numero 22.*

14 Ita etiam si excommunicatus occultus postquam fuit absolutus in foro conscientię celebrauerit, & postea eius excōmunicatio innotescat, non est condemnandus tamquam irregularis, si de absolutione fidem faciat per confessarij testimonium, vel testes: quamuis possit puniri propter crimen.

Nau.

Nau.cons.3.de fid.Instrum.Laymã. d.tr.5.cap. 7. num.7. & ità seruari testatur Genuens.in Prax.Archiep. capit.25.

15 Obseua 7. quod irregularis non censetur qui celebrauit post appellationem interpositam à declaratoria, siue à pronunciatione Iudicis, qua declarat aliquem incurrisse in excommunicationem latam ab homine, vel à iure: quia licèt à sententia excommunicationis non detur appellatio quoad effectum suspensiuum *cap.is,cui de sent.excom.in 6.* datur tamen à sẽtentiá declaratoria etiam ad effectum supensiuum, quia Iudex potest malè declarare *glos.in cap.cupientes §.insuper ver. priuatos de elect.in 6. & post.Dec.& fel. dicit Nauar.cons.6.& cons.9. num.5. de sent.excom.* vbi etiam notat, quod licèt in facto vero notorio non possit appellari, *vt in cap.cum sit Romana 8.præterea de appell.* tamẽ à sententia Iudicis declarantis factum esse notorium posset appellari ob eamdem rationem, quia Iudex potest malè declarare, & ideò ad hoc citari debet reus *iuxta l.de vnoquoque ff. de re iud.* quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt *cap.consuluit 1.de Appell.* Quare non possunt affigi cedulones nisi post decem dies à die latæ sententiæ, si appellatio interposita non fuerit, *vt obseruat Vulp.in Prax.Iudic for.eccles.cap.1.numero 25. & seq.*

16 Idemque dicendum est, si quis exerceat actũ ordinis sacri postquam appellauit à comminata excommunicatione, & non obstante appellatione iudex eum excommunicauit: non enim in tali casu irregularitatem incurreret exercendo actum ordinis, etiamsi appellans non prosequatur appellationem: quia excommunicatio fuit ab initio nulla vti lata post appellationem, & ideò non efficitur valida per non prosequutionem, *glos.in cap: sæpe ver. rata manet de appell.Vulp.d.cap.1.num.31.*

17 Obserua 8. quod irregularis nõ est censendus Clericus prohibitus à suo Episcopo sub pœna suspensionis, nè in aliena Diœcesi celebraret, si hoc non obstante ibi celebraret: quia hoc casu neque suspensionem incurreret; tũc enim delictum inferioris phisicè, & moraliter cõsummatur in alieno territorio, vbi iusdicenti non paretur impunè *iuxta cap. vt animarũ*

18 *de Constit.in 6.* secus si delictum committatur in proprio Episcopatu: quia tunc subditus existens in alieno territorio potest censuris ligari à suo Episcopo, vt si habens curam animarum, non resideat, sed existat in aliena Diœcesi, quia in tali casu omissio residentię fit in proprio Episcopatu *ità Dian.par.5.tr.9.res.37.*

19 Obserua 9. quod neque irregularitas incurritur, quando verba, quibus imponitur pœna excòmmunicationis, vel suspensionis, sũt ambigua ità vt tam latę sententiæ, quam ferendæ significationẽ importare possint: tunc enim accipienda sunt pro ferenda, cum simus in materia pęnali: & ideò hoc casu non violatur excommunicatio, vel suspensio per exercitium or-

ordinis sacri: quia censura ferendæ sententiæ non incurritur ante sententiam Iudicis *Bonaccin. de Censur. disp. 1 q. 1. pun. 1. nu. 5. in fin. & num. 6. vers. tertia regula Lezan. in Summ. qq. reg. to. 4. ver. pœna eccles. ictica numer. 5. & alij communiter.*

20 Obserua 10. quod promotus per saltum non fieret irregularis, si ministrauerit tantum in ordine, quem ritè suscepit: nam ordinatus per saltum est suspensus tantum ab eo ordine, quem per saltum suscepit, & in hoc ministrando efficitur irregularis: non autē ab vsu ordinum inferiorum, quos legitimè suscepit, *vt post Suar. Henriq. & alios dicit Dian. par. 5. tr. 10. res. 28. Bonacin. de Censur. in parti. disp. 3. q. 1. pun. 2. numer. 10. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 47. num. 10.* fieret verò irregularis, si ministrauerit in ordine prætermisso *cap. 1. & 2. de Cler. nõ ord. min. Sylu. in ver. irregularitas num. 14. Nau. cap. 27. num. 242.*

21 Obserua 11. quod irregularitatem non incurreret suspensus, vel interdictus suscipiens ordinem sacrum: tum quia suscepto ordinis non est functio ordinis: tum quia tex. *in cap. 1. de eo qui furt. ord. susc. & cap. cum illorum de sent. excom.* loquitur tantum de excommunicato: tum etiam quia hæc irregularitas, non est in iure expressa *Layman. in Theol. mor. lib. 1 tr. 5. cap. 3. nu. 5. & alij apud Dian par. 4. tr. 2. res. 92. vbi de communi. & apud Bonaccin. de Censur. disp. 7 q. 3. pun. 4. nu. 2.*

22 His adde, quod neque fieret irregularis clericus ad sacros ordines non promotus, qui in missa canit epistolam sine manipulo, quamuis cum dalmatica *Sylu. in ver. irregularitas num. 14. Dian. p. 4. tr. 2. res. 56. Nau. in man. cap. 27. num. 242.* vbi etiam ab irregularitate in foro animę excusat Clericum primæ tonsuræ, qui solemniter cantauit epistolam etiam cum manipulo, si noluit id facere tamquam subdiaconus, quia textus *in cap. 1. de Cler. non ord. min. vbi decernitur irregularis qui vtitur ordine, quem non habet*, intelligitur, quando eo vtitur seriò, & vti ordinatus, *vt notat etiam Sylu. in ver. irregularitas num. 14.*

23 Sed quæres, an Episcopus incurrat censuras, quæ iure generali feruntur? Resp. Episcopum non incurrere pœnam suspensionis, & interdicti, nisi de ipso fiat expressa mentio *per cap. quia periculosũ de sent. excomm. in 6.* incurrit tamen excommunicationem, & irregularitatem, quia in his nullo iure excipitur *Dian. par. 4. tr. 2. res. 53. vbi citat Hurtad. disp. 1. de Irregul. diffic. 7. n. 26. Turrian. de Cens. lib. 8. disp. 59. dub. 1.*

24 Quæres 2. an Episcopus possit in irregularitate dispensare? Resp. quod si proueniat ex delicto occulto, poterit dispensare vigore Conc. Tridentini *sess. 24. de ref. c. 6.* censetur autem delictum occultum, si censura sit occulta quamuis celebratio sit publica *Nau. in man. capit. 27. numer. 241.* vbi dicit ità fuisse definitum in sacra pœnitentiaria, *& alij quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. disp.*

disp.7.q.5.pun.1.num.5.vers. dixi, prouenientibus, quibus adde Henriq.lib.14.cap:6.n.5. in fin. Vgolin. de Censur.cap.39.num.3. Coninch, disp.18.dub.5.nu.43.& alios apud Barbos.de offic.& pot.Episc.par. 2. all.47:num.5:

25 Obseruant tamen Doctores apud Dian. *par.5.tr:10.ref.27.* posse Episcopum cum promoto per saltum dispensare, vt prætermissum ordinem suscipiat, & in ordine malè suscepto ministret, & ad superiores ascendat, etiamsi delictum sit publicum: dummodò talis in malè suscepto ordine, vel in prætermisso non ministrauerit ante dispensationem; idque colligunt ex eodem Concilio *sess.23. de ref:cap.14.in fin.ibi, cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.* immo Nauar *d.c: 27.num.242. Bonacin.de Censur.in part.disp.3.q.1.pun.2.num.12.* putant, posse Episcopum in tali casu dispensare, etiamsi ministrauerit, si id fecerit per ignorantiam excusantem à mortali culpa; sed hãc sententiam meritò reijciunt alij DD. *apud Dian:loco cit.d. ref. 27.* quia Concilium loco cit. Episcopo facultatem dispensandi concedit cum hac limitatione, si non ministrauerit, nec distinguit de ministrante scienter, vel ignoranter:

Quæres 3. An Parochus, vel a-
26 lij confessarij possint absoluere à suspensione iure communi non reseruata? Affirmat Viual. *in suo Candelab.tit.de suspens.n.31.& alij:* sed negat Hurtad. *de suspens. diff 12.nu.31, Henriq.lib.13.cap.35.n.8 & alij apud Dian.p.5.tr.10.ref.23.* quorum sententia videtur verior, tum quia suspensio non impedit absolutionem à peccatis, sicut impedit excommunicatio; vnde ab excommunicatione nemini reseruata possunt absoluere *iuxta cap.nuper de sent.excom.* tum etiã quia suspensio pertinet ad forum contentiosum, & ideò non aufertur per absolutionem, sed per dispensationem *Sylu. in ver.suspẽsio nu.8. Bonacin. de Censur.disp.3. q.5. pun.vlt.num.6.* potest autem auferri ab ordinario, qui habet iurisdictionem in foro exteriori, dummodò non sit reseruata *Sylu. loco cit.& alij apud Dian.d. ref.23.* quod intellige, vbi quis suspensus est à iure indefinitè nullo designato termino, secus vbi terminus suspensioni adijcitur, puta si suspendatur ad annum, vel ad triennium; tunc enim Episcopo dispensare non licet *Gutier.canon. lib.1.cap:5.nu.6.quem refert,& sequitur Barbos.de offic. & pot:episc. par.2.all.32.nu.166.* Si verò talis absolutio reseruetur Papæ, & delictum sit occultum, potest similiter Episcopus absoluere vigore Concilij Tridentini *d. sess. 24.c. 6. vt notat etiam Dian.loco cit.Bonac. loco cit.d.pun.vlt.nu.5:*

An verò Parochus, vel alius
27 Confessarius absoluere possit pœnitentem ab interdicto? respond. quod potest absoluere ab interdicto personali particulari non reseruato, modò satisfaciat, vel satisfaciendi cautionem præstet: quia huiusmodi interdictum

non

non minus, quam excommunicatio prohibet à perceptione sacramentorum *Coninch. de Sacram.disp.7.dub.6. numer.7. Hurtad.tract.de interdict. diff. 16: nu. 47.Mercer.in 3. p.q. 24. de interd. dub.8.& alij apud Dian. par.5. tr. 10.resol.71.& communem dicit Bonaccin.de Censur.disp.5 pu.vlt.n.6.* non tamen posset absoluere ab interdicto locali, seu personali generali, quia dispensatio in tali casu spectat ad forum externum, *vt dicit Bonaccin.loco cit:*

28 Quæres 4. an sacerdos, qui sine legitima licentia sacras confessiones excipit, incurrat irregularitatem? Resp. negatiuè, quia irregularitas incurritur ab exercente ordinem, quem quis non habet: sed sacerdos in hoc casu non exercet actum ordinis, quem non habet, cum verè sit sacerdos; sed potius dicitur exercere actũ iurisdictionis, quam non habet, & ideò non erit irregularis, cum non sit lata in iure irregulatitas contra exercentes actum iurisdictionis alienæ, *vt post Henriq. Coninch.& alios d.Bonaccin: de Censur: disp.7.q.3.pun.6.num.6.Dian. par.4.tr.2.resol.89:* vbi idem dicit, si talis sacerdos ministrauerit extremam vnctionem. Sed hęc intellige, dummodò talis sacerdos excommunicatus, suspensus, aut interdictus non sit: si enim in tali censura hæc ageret, fieret irregularis, quia talis ministratio est actus deputatus ordini sacro, *vt d. idem Dian. vbi supra resol. 90. & alij communiter.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici promoti ante legitimam ætatem, vel absque litteris dimissorijs, vel extra tempora sunt ipso iure suspensi ex constitutione Pij II.*

2 *Quid si ordines minores suscipiant.*

3 *An qui ante legitimam ætatem, vel sine dimissorijs &c. ordinãtur ad Sacerdotium, fiant irregulares consecrando cum Episcopo.*

Et quid si canant Epistolam, vel Euangelium in eadem missa, ibidem.

4 *An taliter ordinati incurrant irregularitatem, si bona fide in susceptis ordinibus ministrauerint.*

Quid si absoluti fuerint à suspensione propter defectum ætatis contracta, & deinde celebrauerint non impleta adhuc ætate.

5 *An eadem irregularitate ligentur, si exerceant actus solum in Sacerdotio constitutis conuenientes per aliquod Ordinis statutum.*

6 *An suspensus ab aliquo ordine incurrat irregularitatem, si ad altiorem ordinem ascendat.*

7 *An suscipiens ordinem ante legitimam ætatem, possit absque dispensatione exercere actum ordinis postquam ad legitimam ætatem peruenerit.*

8 *An Episcopus possit dispensare cum suo subdito ordinato ante legitimam ætatem vel absque dimissorijs, vel extra tempora.*

9 *An Episcopus possit dispensare*

circa ætatem ordinandorum.

10 *Quando præsumatur dispensatio in foro exteriori.*

CAP. XI.

De ijs, qui ante legitimam ætatẽ aut sine litteris dimissorijs, vel extra tempora ad ordines promouentur.

1 CLerici siue sæculares, siue regulares promoti ante legitimã ætatem, aut absque litteris dimissorijs, aut extra tempora à suorum ordinum exequutione sunt ipso iure suspẽsi, & si ordine illo vtantur, fiunt irregulares, & possunt etiam beneficio priuari *ex constit. Pij II. incip. Cum ex sacrorum, quam refert Quarant. in ver. ordo Nau. c. 27. num. 163. vers. quinto, & alij apud Dian. p. 5. tr. 10. res. 35.* vbi dicunt, quod tales suspensi sunt ab ordinibus sic malè susceptis, & in quibus tantum deliquerunt, & consequenter inferiori ordine legitimè susceptо vti possunt, quamuis nequeant ad superiores ordines ascendere.

2 Sed hęc conclusio limitatur 1. quoad suscipientem minores ordines ante legitimam ætatem, siue extra tempora, quia prędicta cõstitutio Pij II. loquitur tantum de promotis ad ordines sacros, *vt obseruat etiam Nau. cons. 31. nu. 4. de Tempor. ordin. Bellett. Disquis. Cleric. par. 1 tit. de Disciplin. cleric. §. 5. nu. 61. & alij, quicquid dicat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3 res. 236.* secus si absq; litteris dimissorijs proprij Prælati ad minores ordines promoueatur, in hoc enim casu ab exequutione ordinũ sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure est suspensus vigore decreti Concilij Tridentini *sess. 14. de ref. cap. 2.*

3 Secùndò qui ante legitimam ætatem, aut sine dimissorijs, vel extra tempora ad Sacerdotium ordinatur, non fit irregularis concelebrando, siue consecrando cũ Episcopo: tum quia hæc videtur vnica actio ordinationis, quæ durante officio durare censetur; tum quia ordinatio tunc non est completa, cum nondum concessa sit ordinato potestas absoluẽdi à peccatis: tum etiam quia ecclesia reputat pro prima missa solummodò illam, quam quis per se celebrat *ità Quarant. in ver. ordo vers. ampliatio illa Bellett. d. §. 5. n. 57 Vulp. in Prax. iudic. cap. 8. num. 31. Dian. p. 5. tr. 10. res. 37.* vbi idem dicit de canente epistolam, aut euangeliũ in eadem Missa. Et hæc quidem sententia probabilis est, sed contraria est probabilior, tum quia taliter ordinatus simul cum Episcopo verè consecrat eamdem hostiam, *vt d. S. Tho. in 3. par. q. 82. ar. 2.* tum quia Episcopus prius ordinat presbyterum, eique caracterem illius ordinis imprimit, quam consecret, & admittat eum ad cõsecrandum, *vt obseruat Sorb. in ver. ordines sacri vers. sed hic aduertenda est:* & ideò cum per receptionem ordinis sacri ante ætatem

tem

tem legitimam, siue extra tempora eo ipso suspensus sit per constitutionem Pij II. videtur etiam irregularitatem incurrere per exercitium illius ordinis; *Vnde ità tenent Doctores, quos refert, & sequitur Bonac. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 5. nu. 13. Barbos. de offic. & pot. Epis. par. 2. all. 16 num. 16.*

4 Tertiò qui contra huius constitutionis dispositionem ordine sacro insignitus in eo ministrauerit bona fide, alioquin non facturus, saltem quoad forum conscientiæ irregularis non censetur propter verbum, *præsumpserint*, in dicta constitutione appositum, quod dolum significat *Nau. cap. 27. nu. 155. Bellett. loco cit. num. 59. Quarant. in ver: ordo vers. quibus sic specialiter, & alij apud Bonacin. loco cit. n. 14.* Vnde cum propter bonam fidem tunc à suspensione liberatus fuerit, non contraheret irregularitatem, si deinde sciens se non habere legitimam ætatem, celebrauerit, quamuis toties, quoties sacra fecerit, mortalem culpam cõmiserit *Quarant: loco cit: vers: notandum Bonacin. vbi supra & alij apud Barbos. par: 2. all. 16: num: 22. Dian: par. 3. tract. 4. res. 182. & 192.* Idem dicendum, si ab hac suspensione propter defectum ætatis cõtracta absolutus fuit, & postea celebraret etiam non impleta ætate, tunc enim irregularitatem non incurrit, quamuis celebrãdo mortaliter peccauerit, *vt dicunt DD. apud. Dian. par. 5. tr. 10. res. 34.*

Immò Nau. *loco cit. quem sequitur Dian. par. 5. tr. 10. res. 32. & 34.* illum etiam ab irregularitate excusat, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate per pœnitentiã purgato peccato exercuit ordinem existimans sibi licitum esse: hoc tamen non ità absolutè admittendum est, sed tantum, quãdo taliter ordinatus putabat, id sibi licuisse ex probabili ignorantia facti, secus si crassa facti, aut iuris ignorantia fuit, vel affectata *Toletus in sum. lib. 1. c. 48. vers. quarta habetur, quem refert & sequitur Quaran. loco cit. vers. quibus sic specialiter Barbos. d. par. 2. all. 16. n. 19.*

5 Quartò neq; fit irregularis promotus ad Sacerdotium ante legitimam ætatem, si exerceat actus solum in Sacerdotio constitutis conuenientes, & Sacerdotali ordini deputatos, modò non celebret, *ità Bellett. d. §. 5. num. 58. & alij apud Barbos. vbi supra nu. 15.* sed hoc intelligendum est de actibus honoris alicui, ratione Sacerdotalis ordinis conuenientibus, qualis est sessio inter Sacerdotes, vel electio, tam actiua, quàm passiua ad solos Sacerdotes pertinens iure particulari alicuius ordinis, seu Religionis, vt in his terminis consuluit Nau. *cons. 9. de Cler. excõmun. ministr. Quarant. in ver. ordo, vers. ampliatio illa.* secus esset, si exerceret alios actus specialiter deputatos alicui ordini sacro, vt si faceret officium in choro tamquam hebdomadarius, vel caneret solemniter epistolam, aut euãgelium, vel sacramentaliter absolueret, & similia: tunc enim irregularitatem incurreret *cap. 1. & c. is, cui de sent: excom. in 6. Nau. loco*

cit. Bonac. de censur. disp. 7. q. 3. pun. 5. nu. 3. & seq. & alij communiter.

6 Quinto nec irregularitatem incurreret suspensus ab aliquo ordine, si ad altiorem ordinem ascenderet, dummodò actum illorum ordinum non exerceat *Sayr. de Censur. lib 4. cap. 16. num. 22 Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 8. n. 32. quos refert Barbos. loco cit. numero 15. in fin.*

7 Septimò si quis inculpabiliter ante legitimam ætatem susceperit ordinem, & iam est in ætate legitima, absque incursu irregularitatis potest exercere actum sui ordinis: quia summus Pontifex hãc pœnam imposuit, vt temeritatem reprimeret talium delinquẽtium; si verò susceperit culpabiliter, vt si sciebat vetitum, licèt nesciret impositam censuram, indigeret relaxatione, vel absolutione à suspẽsione, quamuis iam peruenerit ad legitimam ætatem *Nau. cap. 27. num. 155. Tolet. lib. 1. cap. 49. nu. 4. Suar. de Censur. disp. 31. sect. 1. n. 25. Auil. par. 3. dub. 7. not. 8. quos refert, & sequitur Dian. par. 5. tr. 10. resol. 34. & ita intelligendi sunt Quar. in ver. ordo vers. colliguntur, & alij apud Barbos. d. par. 2. alleg. 16. numero 10.*

8 Quæres, an Episcopus possit dispensare cum suo subdito ordinato ante legitimam ætatem, vel extra tempora, aut sine dimissorijs? Resp. quod si delictum est occultũ, poterit dispensare, etiamsi inciderit in irregularitatem ob exercitium ordinis sacri, *vt ex Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 6.* si verò delictum sit publicum, contentio est inter Doctores: alij enim putant, non posse Episcopum in tali casu dispensare: quia in constitutione Pij II. simpliciter, & absque temporis præfinitione pœna suspensionis infligitur, & ideò perpetuò inflicta censetur, *ad tex. in l. seruus vbi Bartol. & alij de pœn.* ex quo fit, vt ad summum Pontificem tantũ absolutio spectet, cum inferior nõ possit supremi Principis factum reuocare *iuxta glos. in cap. ex litteris ver. in perpetuum de constit. & in c. cupientes §. cæterum ver. perpetuò de elect. in 6. ità Sylu. in ver. irregularitas num. 12. Sorb. in ver. ordines sacri vers. item notandum, & communem dicit. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 16. numero 25. & alleg. 17. num. 15.*

Alij verò asserunt, posse Episcopum cum suo subdito in tali casu dispensare, quia Pius II in d. constitutione non reseruauit expressè absolutionem suspensionis, & ideò videtur eo ipso Episcopo cõcessisse facultatem relaxandi *iuxta tex. in cap. nuper. de sent. excom. ità Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 32. Hurtad. tract. de suspen. diffic. 13. num. 36. quos refert Dian. p. 5. tr. 10. res. 31.* vbi etiam dicit, posse superiorem regularem absoluere suos subditos sic suspensos *Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 1. num. 58. & alij apud Bonacin de Censur. in part. disp. 3. q. 1. pun. 1. n. 11. & pun. 3. numer 6.* cui sententiæ videtur fauere Concilium Tridentinum *sess. 14. de ref. cap. 2. & sess. 23. cap. 8.* vbi ordinatus sine litteris dimissorijs à susceptorum ordinum executione, quamdiù proprio ordina-

rio

rio videbitur expedire, suspenditur, *vt aduertit etiam Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 236.* Quare hæc sententia satis probabilis videtur.

9 Obseruat tamen Quarant. *in ver. ordo vers. secundo limita*, quod respectu eius, qui in suspensionem incidit propter ætatis defectum, non potest Episcopus dispẽsare, nisi impleta ætate: quia secundum receptam sententiam non potest Episcopus etiam ante promotionem dispensare circa ætatem ordinandorum, & ideò cum ipse aliter ordinãs puniatur, in sua potestate esset illudere dictæ pœnę, si dispensare posset: vnde neque poterit dispensare, si scienter ordinauit non habentem legitimam ætatem *arg. c. diuersis fallacijs de Cler. coniug. Sylu. in ver. irregularitas nu. 12. & alij apud Quaran. loco cit.* præsumitur
10 autem dispensatio in foro exteriori ex lapsu 20. annorum *Rota decis. 200. num. 5. par. 2. Recent. quã refert Barbos. d. par. 2. all. 17. nu. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus violans interdictum per exercitium ordinis sacri irregularitatem incurrit.*
2 *Clericus sæcularis violans cessationem à diuinis nullam incurrit irregularitatem.*
Quid si regularis huiusmodi cessationem à diuinis violauerit, ibidem.
3 *An incurrat irregularitatem clericus, qui in loco interdicto confert sacramenta.*
4 *Quænam sacramenta tempore interdicti permittantur, & quæ prohibeantur, & nu. 5. 6. 7. 8. 9 & 10.*
11 *An Episcopus celebrans in loco interdicto irregularitatem incurrat.*
12 *Quando interdictus ab ingressu ecclesiæ incurrat irregularitatem.*
13 *An Episcopus possit absoluere ab interdicto.*

CAP. VLT.

An, & quando possit Clericus in loco interdicto actus ordinis exercere, seu sacramenta conferre.

1 CLERICVS tam sæcularis, quam regularis scienter violãs interdictum per exercitium alicuius ordinis sacri irregularitatem incurrit, & fit ineligibilis tam actiuè, quam passiuè *c. 1. de Postul. Præl. c. is, qui §. is verò de sent: excom. in 6.* ac suspẽsus est à beneficio, & officio, & consequenter à iurisdictione *cap. vlt. vbi glos. ver. irritas de excess. Prælat. Sylu: in Sum. ver. interdictum 6. num. 3. & alij apud Bonac. de Censur. disp. 5. pun. 7. num. 4.* secus si Clericus sæcularis violauerit cessationẽ à diuinis, hoc enim casu nullam irregularitatem incurrit, quamuis grauiter peccet; quia hæc irregularitas non est in iure expressa *Nau. in Man. c. 27. num. 188. & alij communiter.* dixi,

2

Clericus

Clericus sæcularis, quia regularis ipso facto excommunicationem incurrit, si non seruauerit tam interdictum, quam cessationem seruatam per Ecclesiam matricem, vel parochialem illius loci *ex clemen. 1. de sent. excom.*

3 Similem irregularitatem incurreret clericus non interdictus, si in loco interdicto conferat sacramenta, quę tempore interdicti nō permittuntur: secus esset, si sacramenta conferret interdicto, dum nec ipse, nec locus est interdictus: quia hic casus non est in iure expressus, *vt dicit Alter. & alij apud Bonacin. loco cit. nu. 4.*

4 Sed quæres, quæ sint sacramenta, quæ tempore interdicti permittuntur? Resp. quod eo tempore licitè administrari potest sacramentum baptismi tam paruulis, quam adultis *cap. non est de sponsal. cap. quoniam de sent. excom. in 6.*

5 Secundò sacramentū Confirmationis similiter ministrari potest tam paruulis, quam adultis *c. responso 43. vers. præterea de sent. excom. cap. quoniam eod. tit. in 6.* etiā solemniter, & in ecclesia speciatim interdicta, exceptis ijs, qui interdicto personali affecti sunt, aut causam interdicto dederunt, *vt dicunt DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 38. nu. 13.* & ideò potest confici Crisma in die cænæ Domini, & fieri etiam benedictio fontis *cap. quoniam de sent. excom. in 6. Nau. cap. 27. num. 178. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 3. §. 1. num. 2.*

6 Tertiò Eucharistia existentibus in probabili mortis periculo *cap. permittimus de sent. excom.* cessante verò mortis periculo ministrari non potest *Naud. cap. 27. nu. 178.* vnde neque in festiuitatibus Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis Beatissimæ Virginis, quibus diebus conuenit diuinis interesse *iuxta cap. Alma mater de sent. excom. in 6.* posset quis recipere eucharistiā *secundum Sylu. ver. interdictum 5. num. 3. cuius sententiam communem dicit Bonacin. d. disp. 5. pun. 3. §. 2. nu. 12.*

Sed contrarium videtur innuere textus *in d. cap. Alma mater, ibi, præfatis diebus participationem permittimus diuinorum*: & ideò alij probabiliter tenent, quod ijs diebus, quibus concessum est diuinis interesse, licitum etiam sit suscipere eucharistiam, *ità Dian. par. 5. tr. 10. res. 83. vbi citat Laym. lib. 1. tr. 7. p. 4. cap. 2. num. 3 Coninch. de Sacr. disp. 27. dub. 2. nu. 36. Merc. in 3. par. q. 24. de Interd. dub. 2. & alios.* vnde in Paschate adimplendum est etiam præceptum annuæ communionis, quia tunc cessat impedimentum interdicti *per d. cap. Alma mater.*

Obserua tamen quod à Martino V. & Eugenio IV. prædictis festiuitatibus additus fuit dies solēnitatis corporis Christi cum octaua, & à Leone X. dies Conceptionis B. Mariæ Virginis simul cum octaua, *vt notat Sylu. in ver. interdictum 5. num. 3, Dian. par. 5. tr. 10. res. 61. & alij apud Bonac. d. disp. 5. pun. 4. num. 14.*

7 Quartò in ecclesijs sitis in loco gene-

generaliter interdicto singulis diebus potest celebrari missa, & alia diuina officia, submissa tamen voce, sine campanarum sono, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis *iuxta cit. cap. alma mater*: secus esset, si ecclesiæ ipsæ specialiter sint interdictæ: quia tunc semel tantum in hebdomada missa celebrari potest ad renouandam eucharistiam in ecclesia, vbi illa asseruatur, sicut permissum erat iure antiquo *per cap. permittimus de sent. excom.* nam circa hoc nihil sancitum est iure nouo *in d. cap. alma mater Nauar. cap. 27. num. 173. & alij, quos refert & sequitur Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 4. nu. 7. & pun. 7. num. 9. vers. sed contrarium.*

8 Quintò tam sani, quam infirmi ad pœnitentiam admittuntur, nisi sint excommunicati, quibus nō nisi in mortis periculo hoc sacramentum ministratur; vel nisi causam dederint interdicto, hi enim non admittuntur nisi satisfaciant, vel caueant *iuxta cit. cap. Alma mater.*

9 Excipiuntur igitur sacramenta ordinis, Matrimonij, & extremæ vnctionis, quæ tempore interdicti regulariter ministrari non possunt *cap. responso de sent. excomm. c. non est vobis de sponsal. Nauar. cap. 27. nu. 179. & alij apud Bonac. d. disp. 5. pun. 3. §. 3. num. 6. & 7. Barbos. d. p. 2. all. 32. num. 197 & seq.* quamuis neque in hoc eadem est omnium Doctorum opinio: alij enim tenēt, etiam matrimonium licitè contrahi posse tempore interdicti, *ità Sanch. de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 8. nu. 2. Auil. de Censur. par. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 6. Villalob. in sum. to. 1. tr. 19. diff. 4. numer. 10. & alij apud Dian. par. 3. tr. 4. res. 267. & par. 5. tr. 10. res. 81.* etiam in ecclesia, & inter personas specialiter interdictas *secundum Nau. cap. 27. n. 179. Riso. in Prax. for. eccles. par. 4. resolutione 567.*

10 Alij etiam asserunt, extremam vnctionem tempore interdicti nō esse denegandam infirmo in articulo mortis cui Sacramentum cōfessionis, vel Eucharistiæ ex aliquo accidenti non potuit ministrari, si contritionis ostenderit signa: quia cum tempore interdicti possit ministrari sacramentum pœnitentiæ, vt supra diximus, videtur etiam in dicto casu posse ministrari extremam vnctionem, quæ tunc locum pœnitentiæ habere censetur, *ità Trullen. in Bull. Cruc. lib. 1 §. 3. dub. 7. nu. 2. & alij, quos refert, & sequitur idem Dian. par. 5. tr. 10. res. 77.*

11 Quæres 2. an Episcopus celebrās in loco interdicto irregularitatem incurrat? affirmatiuè respondet *Bonacin. de Censur. disp. 5. pun. 1. numer. 28. & pun. 7. nu. 7. vbi alios refert*, ratio est, quia effectus interdicti sunt instituti à iure communi, in quo non potest inferior Papa dispensare: & ideò in locali interdicto includitur etiam ipsemet Iudex, qui illud tulit: quē admodū neque Episcopus potest cum eo participare, & communicare, quem ipse excommunicauit, quia id iure communi prohibetur.

Sed contraria sententia mihi vide-

detur probabilior, quia ex priuilegio iuris eximitur Episcopus à generali interdicto, & suspensione à iure lata, nisi de eo fiat specialis mentio *cap. quia periculosum de sent. excomm. in 6.* & ideò seruato moderamine *d. cap. Alma mater* licitè potest celebrare, & audire diuina, quamuis sit interdicta Ciuitas, vel Regnum *cap. vlt. & ibi glos. fin. de Priuil in 6. ità tenet Nau. cap. 27. num. 165. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 38. num. 9.* tutius tamen erit, vt si ipsemet Episcopus interdictum tulerit, illud auferat antequam celebret, *vt aduertit Bonacin. d. pun. 7. numero 7.*

12 Quæres 3. quid dicēdum de interdicto ab ingressu Ecclesiæ? Resp quod si talis interdictus in ecclesia se ingerat diuinis exercendo aliquem actū ordinis sacri, fit irregularis *cap. is, cui de sent. excom. in 6.* secus si extra ecclesiam celebret, aut in oratorijs priuatis, aut cæmeterijs, quæ in rigore loquendo nomine ecclesiæ non veniunt *glo. in d. c. is, cui ver. in ea Nau. c. 27. n. 170. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 451. Dian. par. 5. tr. 10. ref. 75.* Hinc fit, vt si talis interdictus audiat diuina officia in ecclesia, aut ibi tantum recipiat sacramenta, non incurreret irregularitatem: tum quia hoc casu nō exercet actum ordinis sacri: tum quia interdicto ab ingressu Ecclesiæ prohibetur vsus diuinorum officiorum, & sepulturæ, non autem vsus sacramentorum *Ricc. in Prax. vt sup. p. 2. ref. 204. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 5. n. 11. & 12. Dia. p. 5. tr. 10. ref. 73. vbi citat Henriq. lib. 13. c. 32. n. 2. & Auil. p. 5. disp. 4. dub. 5. concl. 6.*

Addit Nau. *d. cap. 27, num. 170.* quod talis interdictus priuatur ingressu ecclesiæ tempore diuinorū officiorū, nō autē quādo ibi diuina officia non aguntur: & ideò potest tunc ecclesiam ingredi, & in ea orare *idem dicit Bonacin. loco cit. num. 11. Reginald. to. 2. lib. 32 tract. 3. c. 30. nu. 41. Hurtad. tract. de Interd. diffic. 9. nu. 31. Coninch. de Sacram. disp. 17. dub. 2. num. 59. Auil. par. 5. disp. 4. dub. 5. concl. 6. & alij apud Dian. par. 5. tr. 10. ref. 72.*

Quæres 4. an Episcopus possit
13 absoluere ab interdicto? Resp. quod in interdicto posito à iure non reseruato potest Episcopus absoluere, etiamsi publicum sit *cap. nuper de sent. excom. Barbos. in cap. dilectis num. 4. de Appell. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. vlt. n. 5.* & in tali casu potest etiā Episcopus pro certo tēpore, & causa illud suspēdere *glos. in c. præsenti ver. declaramus in fin. de sent. excom. in 6. Nau. cap. 27. num. 183. Barbos. in d. c. dilectis n. 3. & alij apud Dian. d. par. 5. tr. 10. ref. 69.* si verò sit reseruatum, poterit Episcopus absoluere vigore Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. cap. 6.* modò proueniat ex delicto occulto, *vt notat etiam Bonacin. loco cit. nu. 5.*

Secus dicendum est de interdicto lato ab homine, tunc enim illud neque tollere, neque suspendere potest, nisi fortè tale interdictum ipsemet Episcopus tulerit, *Sylu. in ver. interdictum 3. nu. 8. & alij Doctores citati.*

Finis Libri Secundi.

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER TERTIVS.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

SVMMARIVM.

1 *Qualis debeat esse habitus clericorum.*
2 *De iure antiquo Clerici vtebantur linea tunica super quibuscunque vestibus.*
3 *Clerici deferre debent coronam, & tonsuram eorum ordini congruentem.*
4 *An Clerici non gestantes habitū, & tonsurā peccent mortaliter.*
5 *Itē an puniri possint alijs pœnis An Pensionarius teneatur deferre habitum, & tonsuram clericalem, ibidem.*
6 *Quibus ex causis excusetur clericus non deferens habitum, & tonsuram, & nu. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Quando Pensionarius non deferens habitum, & tonsuram amittat pensionem.*

CAP. I.

De habitu & Tonsura Clericorum.

1 QVALIS debeat esse habitus clericorum, nullibi determinatur, *vt d. glos. pen. in clem. 1. de elect. Quarant. in ver. habitus clericalis*, sed in hoc statur consuetudini locorum *c. si quis virorum, vbi glos. ver. veste 30. dist. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 496. & par. 4. res. 234. & alij communiter.* Hoc tamen certum est, quod vestes clericorum non debent esse communes cum illis, quibus laici, & militares vtuntur *Piasec. in Prax. Episc. p. 2.*

cap.3.num.14. neque debent esse nimis breues, aut nimis longæ, neque coloris viridis, aut rubei, *vt in cap.Clerici officia de vit. & hon.cleri c.Ricc.in Praxi par.4.d. ref.234.* vestes igitur clericorum debent esse humiles, honestæ, & decentes, non tamen viles nimium, sicut nec nimium delitiosæ, sed mediocres sublato excessu seculari *Concil.Trid.sess.14. de ref. c.6 Piasec.loco cit.Bellett. disquis. clericor.tit.de discipl.cleric.§.16.n.12 Ricc. in Prax. d.par. 4.ref. 234.*

2 de iure autem antiquo Clerici vtebantur linea tunica super quibuscumque vestibus, *vt refert Ricc. in Prax. par. 4. d.ref.234.*

3 Deferre etiam debent coronam, & tonsuram eorum ordini congruentem *iuxta text.in d.cap. Clerici officia*, in memoriam spineæ coronæ Christi Domini, *vt d.Barbos.de offic.& pot.Episc.p.2. all.9.num 10.Bonaccin.in tract.de Sacram.disp.8. q.vn.pun.vlt.n.4.* vel quia corona circularis significat dignitatem regiam, quam adipiscitur qui diuinis misterijs applicatur, & perfectionem virtutis, quam debent habere clerici, *vt cum S.Thom. dicit Sylu. in ver.Clericus 2.nu.2.*

4 Vnde Clerici initiati maioribus ordinibus, aut habentes beneficium peccant mortaliter non gestando habitum, & tonsuram ad longum tempus absque iusta causa *Bonacin: loco cit. num,3. & alij apud Barbos.vt supra d.n.10. & alij communiter*. Clerici verò in minoribus facilius excusantur à peccato, cum possint ad statum laicalem transire: & ideò eos nõ peccare mortaliter, si non deferant habitum, & tonsuram, tenet Sylu. *in ver.Clericus 2.num.2. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par.5.tr.5.ref.60.* possunt tamen cogi ad gestandum habitum decentem, & honestum, si clericalem habitum deferre velint *Bonacin.loco cit.num.3. Quarant. in ver.habitus clericalis.*

5 Qui verò hõnestum habitum clericalem iuxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum nõ detulerint, possunt suspendi ab officio, vel beneficio, vel per alias censuras, aut carcerationem cogi *Ricc.in Prax.par.3.ref.11.* & si semel correpti denuò in hoc deliquerint, possunt etiam ipsis beneficijs priuari *c. præcipimus 21 q.4.Conc.Trid.d.sess.14.cap.6.* hodie verò Clerici non solùm beneficia, sed etiam pensiones, quæ tamen summam 60. ducatorum auri de camera excedant, obtinentes, si tonsuram, & vestes clericales talares non deferant, sunt eo ipso absque vlla monitione, citatione, seu decreto iudicis ipsis beneficijs, & pensionibus priuati, & huiusmodi beneficia sedi Apostolicæ reseruãtur per constitutionem Sixti V. *incip. Cum Sacrosancta, & per aliam eiusdem constitutionem incip. Pastoralis, quas refert Piasec. & Quarant. locis cit.* prædictæ autem pœnæ non incurruntur, nisi præcedat sententia Iudicis declaratoria *iuxta veriorem sententiam Doctorum apud Ricc.in Prax.for.eccles.par.3.ref.476. Quarant.in ver. alienat.*

alienatio rerum ecclesiæ nu.49.

6 Excusatur tamen ab huiusmodi pœnis qui per vnum, aut paucos dies tonsuram, & habitum non gestat: nam ad eas incurrendas requiritur talis perseuerantia, vt publicè pro laico existimetur *Piasec. loco cit. nu.14. Quarant. vbi supra Ricc. in Prax. for. eccles. par.3. res.476. & par.4. res.237. Barbos. d. all.9. num.20. Dian. par.5 tr.5. res.60.*

7 Secundò si propter paupertatē habitum congruentem deferre non potest, aut si propter aliquod verisimile periculum transformari cogeretur *Quarant. loco cit. Bellet. tit. de Discipl. cleric. §.16. nu:15. Piasec. d. num.14. Ricc. in Prax. p.1. resolutione 540.*

8 Tertiò excusatur ex causa itineris, aut peregrinationis, aut si Ruri moretur, aut domi; tunc enim licitum est habere vestes breuiores *c. Episcopi. 21. q.4: Bellett. loco citato num.14. Ricc. in Prax. par.4. resol.237. Piasec. vbi supra, vbi refert decretum Sac. Cong:*

9 Quartò si propter infirmitatem, aut aliud simile impedimentum nequit tonsuram deferre *Clar. §: fin. q.36. vers. quæro nunc Quarant. in ver. habitus clericalis Ricc. in Prax. par:1. res. 540. & par. 4. res. 237. & alij apud Barbos. d. all.9 n. 11. & 17:*

10 Quintò ad effugiendas supradictas pœnas sufficeret, vt vel toga, vel pallium talare sit: non enim necesse est deferre duas vestes talares, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par.4. tr. 1. resol. 91. Barbos. par.2. d. all.9: num.15. Ricc. in Prax. par.4 res. 236.*

11 Sextò Pensionarius non amittit pensionē ex eo, quia non incedat in habitu, nisi cōstet de exactione pensionis: quia dicta constitutio Sixti V. *incip. Pastoralis*, priuat tātum illos Pensionarios, qui pensiones exigunt, vel per quos stat, quominus exigantur *Rot. coram Gregor. dec.20. in fin. Ricc. in Prax d. par.4. res. 237.*

SVMMARIVM.

1 *An plura beneficia retineri possint absque dispensatione, & numero 2.*

3 *An possit Episcopus tria, vel plura beneficia conferre, & n.4.*

5 *Duo beneficia curata, vel alias residentiam requirentia non possunt simul retineri etiamsi essent insufficientia.*

6 *An ordinarius possit conferre secundum beneficium obtinēti primum, quod per se esset sufficiens, sed tamen ad substentationem non sufficit propter onus pensionis.*

7 *Et an possit beneficiū conferre habenti iam in pensionibus ecclesiasticis sufficientem substentationem:*

8 *An possit tolerari pluralitas beneficiorum, si ità in fundatione cautum sit.*

Et an minor 14. annorum possit in tali casu beneficium simplex adipisci, ibidem.

CAP. II.

An liceat habere plura beneficia simplicia absque dispensatione.

1 DOctores in hoc differentiunt: alij enim tenent, posse Clericum absque dispensatione retinere plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, aut vnum curatum, & residentiam requirēs cum alijs simplicibus residentiam non requirentibus, etiam si vnum sufficiat ad substentationem, dummodò non sit multitudo beneficiorum, quæ sonet in vitium *ità Innoc. in cap. cum iam dudum de Præb. Lap. all. 35. num. 1. & all. 116. infin. & 117. numer. 2. Tusc. tom. 2. concl. 834. litt. C. Piasec. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 5. nu. 27. Ferret cons. 255. num. 3. & alij apud Garc. de Benef. par. 11. cap. 5. nu. 264. & seq.*

2 Alij verò contrarium asserunt, videlicet quod non possunt plura beneficia etiam simplicia absque dispensatione retineri, quando vnum sufficit ad substentationem *ità Sylu. in sum. ver. beneficium 4. num 2. Diaz. in Pract. crim. canon. c. 49. per tot. Azor. 2. par. instit. mor. lib. 3. c. 7. q. 4. Mādos. ad Lap. all. 117. litt. B. & alij, & ità etiam Statuit Concilium Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 17. ibi, vt in posterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè substentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodò vtrumque per sonalem residentiam non requirat, eidem conferri.*

3 Ex quo obseruāt Doctores, non posse Episcopum absque dispensatione apostolica tria, aut plura beneficia conferre, etiamsi duo non sufficerent ad substentationē *ità Salzed. ad Diaz. in Pract. crim. canon. c. 49. litt. C. Viuian. in Prax: Iurispatr. par. 2. lib. 6. cap. 10. nu. 3. & alij apud Barbos. de offic: & pot. Episc. par. 3. all. 62.*

4 Alij tamen putant, licitum esse absque dispensatione obtinere plura beneficia simplicia, quæ residentiam non requirunt, quando vnum, aut duo non essent sufficiētia, & ideò habenti vnum, aut plura beneficia insufficientia posse aliud, seu alia multa conferri vsque ad cōgruam Beneficiarij substentationem *ità Nau. cons. 10. & cons. 35. de Præb. Zerol. in Prax Episcop. par. 2. ver. conformitas Barbos. d. all. 62. num. 10. Ricc. in collect. dec. 474. Gonz. super. reg. 8. Cancell. glos. 15. num. 39. Flamin. Paris. de Resign. benefic. lib. 3. q. 1. num. 141. et ità etiam tenuit Abb. in cap. cum iam dudum nu. 8. de Præb. & cons. 96. num. 2. vers. contrariam sententiam Lambertin. de Iurepatr. par. 1. lib. 2. q. 7. art. 15. num. 3. & seq. & communem dicit Hoied. par. 2. de benefic. compatib. cap. 1. num. 15. & 37. in fin.*

Idque probant ex stilo Romanæ curiæ, quia post publicationē Concilij Tridentini, & eius confirmationē Romani Pontifices sæpissimè concedunt vni Beneficia-

rio

rio multa beneficia simplicia, quæ simul residentiam non requirunt, nec potest dici, Papam in tali casu tacitè dispensare, tum quia hoc tollitur *ex cap. non potest de Præb. in 6. ibi, cum verò tibi non obstante, quod aliud beneficium obtinere noscaris, à sede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit, per hoc tecum, vt primum beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispensatum*: tum quia requireretur in tali casu expressa mentio, seu derogario Concilij *iuxta capit. ex parte de Capel. mon. vt aduertit Gonzal. d. glos. 15 num. 36.* tum etiam quia post Concilium Tridentinum, sicut antea ordinarij communiter contulerũt, & conferunt vni plura beneficia vltra duo, & omnia simul retinentur, dummodò alias non sint incõpatibilia, *vt obseruat Garc. d. p. 11. cap. 5. num. 323. & seq.* vbi etiam dicit, illud decretum Concilij *sess. 24. cap. 17.* non esse vsu receptum, additque Ferrett. *d. cons. 255. num. 3.* quod hanc consuetudinem generalem Papa scit, & tolerat.

5 Obseruant 2. duo beneficia curata, vel alias residentiam requirentia non posse simul absque dispensatione apostolica retineri, etiamsi essent insufficientia *Azor. instit. mor. par. 2. lib. 3. cap. 7. quæst. 4. Viuian. in Prax. Iurisp. par. 2. lib. 6. cap. 10. n. 15. Zerol. in Prax. Episc.* 8 *ver. beneficia §. ad septimum concl. 7. & ità declarauit Sac. Cong. ac Rota decis. 310. num. 4. par. 2. Recent. vt refert Barbos. d. par. 3. all. 62. n. 20.* licèt contrarium in puncto iuris communis defendi posset *per tex. in cap. eam te de ætat. & qual.*

6 Obseruant 3. ordinarium posse conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens iuxta suum verum valorem ad honestã ipsius possidentis substentationem, si tempore, quo secundum confertur, non sufficiat propter onus pensionis super tali beneficio impositum: dummodò prouisus post collationem sibi factam huiusmodi pensioni non cõsenserit *Garc. de Benefic. par. 11. cap. 5. num. 310. in fin. vbi asserit ità declarasse Sacr. Cong. Barbos. par. 3. all. 62. n. 7.*

7 Obseruãt 4 posse Episcopũ beneficium conferre habenti iam in pensionibus ecclesiasticis sufficiẽtem substentationem, quia pensio non est ecclesiasticum beneficium *ità resoluit Sac. Cong. teste eodem Garc. d. par. 11. cap. 5. num. 310. Barbos. loco cit. d. num. 7. Viuian. par. 2. lib. 6. cap. 10. num. 16.* Vnde pensiones non inducunt incompatibilitatem aliquam cũ beneficijs *Gõz. super reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. n. 14. Hoied 2. p. cap. 7 num. 1. Azor. 2. p. lib. 8: cap. 10. quæst. 8. & c. 12. quæst. 6. Ricc. in Prax. for. eccles. p: 1: resol. 272.* etiamsi plures pẽsiones quis habeat sub eodem tecto *Gig. de Pensionib. q. 32.* quod procedit, quando pensio non assignatur in titulum beneficij *secundũ Hoied. p. par: cap. 20. n. 18. & 22.*

Obseruant 5. quod licèt canones vbique damnent pluralitatem beneficiorum, tolerari tamen potest lex contraria in fundatione apposita: quia id non habet perpetuam prohibitionem à iure naturæ, sed dumtaxat à positiuo, *ità*

Garc.

Garc.d.par.11.cap.5.nu.280.& fuit resolutum in Vallisoletana Archidiaconatus 16. Nouẽbris 1616. coram Coccino Decano, vt refert Barbos.de offic.& pot.Episc.par.3.alleg. 70. num 44. ex quo infert Gonz. *ad.reg.8.Cancell.glos.5. num. 91.& alij apud Barbos.d.par.3.all.60.nu. 77.*quod minor 14. annorum potest beneficia simplicia adipisci, si ità expresè in fundatione statutũ sit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia cõpatibilia quæ dicãtur.*
2 *Beneficia incompatibilia ad duo genera reducuntur.*
Quæ sint beneficia incompatibilia primi generis, ibidem.
An beneficium curatum habitu, vel potentia tantum, possit obtineri cum alio actu curato, ibidem.
3 *Quæ sint beneficia secũdi generis*
4 *An dispositio Concilij Tridentini sess 7.de ref.cap.4. procedat in beneficijs simplicibus personalem residentiam requirentibus, & n. 5. & 6.*
7 *Qualis residentia requiratur ad hoc vt beneficiũ dicatur incompatibile.*
8 *Si quis possit in canonicatu,& parochiali deseruire, an in tali casu hæc beneficia censeantur incompatibilia.*
9 *Quæ beneficia censeantur esse sub eodem tecto.*
10 *Quæ beneficia dicãtur vniformia & quæ difformia.*
11 *Beneficia vniformia sub eodem tecto sunt incompatibilia.*
12 *Iura magis abhorrẽt, quod quis in eadem ecclesia habeat duo beneficia etiam simplicia cõformia quam quod in diuersis duo curata.*
13 *Dispensatus ad duo beneficia nõ censetur dispensatus, vt illa habeat in eadem ecclesia.*
An possit testator disponere, quod Præsentatus Capellaniam obtineat, quamuis habeat aliam vniformem in eadem ecclesia, ibidem.
Et an possit Episcopus super hac incompatibilitate dispensare, ibidem.
14 *Beneficia difformia non sunt incompatibilia, & ideò possunt ex dispensatione Episcopi simul reneri in eadem ecclesia.*
15 *An Canonicus vel Rector alicuius ecclesiæ possit cum canonicatu, vel Rectoria retinere beneficiũ simplex intra eamdem ecclesiam.*
An quis possit per substitutum deseruire Capellaniæ existenti in ecclesia Cathedrali, si illius reditus consistant in distributionibus quotidianis, ibidem.
16 *An possit quis simul retinere Capellaniam vnius Capellæ cum alia Capellania diuersæ Capellæ.*
17 *An huiusmodi beneficia sint incompatibilia, quando essent inter se repugnantia ratione seruitij.*
18 *Et an possit quis sub eodem tecto possidere tria beneficia difformia.*
19 *Obtinens Canonicatum, cui post Concilium Tridentinum iniunctum est onus pœnitentiariæ, nõ potest aliud beneficium simplex in eadem ecclesia obtinere.*

Et

Et an hoc procedat in Canonico lectorali, vel magistrali, ibid.

20 *Quid requiratur ad hoc vt per assequutionem secũdi beneficij incompatibilis vacet primum, & num. 21. & 22.*

23 *An primum beneficium sufficiẽs aduictum i so iure vacet per adeptionem secundi similiter sufficientis.*

24 *An priuatus per sententiam altero ex dictis beneficijs possit validè illud appellatione pendente resignare ad fauorem alterius.*

25 *An valida sit collatio alterius beneficij sufficientis facta per Episcopum habenti iam aliud sufficiens.*

CAP. III.

De beneficijs compatibilibus, & incompatibilibus.

§. I,

Quæ dicantur beneficia compatibilia, & quæ incompatibilia.

1 Beneficia compatibilia ea dicuntur, quæ residentiam non requirunt, aut vnum requirens residentiam cum altero residentiam non requirente *Hoied. p. 2. de Benefic. compat c. 1.*

2 Beneficia verò incompatibilia ad duo genera reducuntur: primi generis sunt ea omnia, quorum alterum vacat ipso iure per assequutionem alterius, qualia sunt duo beneficia curata, duæ dignitates, aut personatus *cap. de multa ex. de Præb. cap. ordinarij de offic. ordin. in 6. extrau. execrabilis eod. tit. de Præb. Conc. Tridentinum sess. 7. c. 4.* quod autem dicitur de curatis, intellige, dommodò ambo sint actu curata, quia si vnum esset curatum habitu, vel potentia tantum, benè potest obtineri cum alio actu curato *cap. pastoralis 7. q. 1. glos. in cap. licet canon. in ver. parochialis de elect. in 6. Burs. cons. 352. num. 6. Prosp. de Augustin. in Addit. ad Quarãt. in Sum. Bullar. ver. Benefic. resignatio vers. nona causa est, & hanc esse communem testantur Hoied. par. 2. cap. 6. n. 2. & seq. Paris. de Resign. Benefic. lib. 3 q. 1. num. 94. Ric. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 628. & ità declarauit Sacr. Congregat. vt refert Mssobr. in Prax. haben. concurs. prælud. 3. de eccles. Paroch. n. 16. & seq. & resoluit Rota corã Seraph. dec. 936. num. 2.* vbi etiam dicitur, quod in impetratione ecclesiæ parochialis habitu tantum, & nõ actu, non est necessaria expressio curæ. reducitur tamen illud beneficium ad actum curę per reuersionem Parochianorum ad desertam parochiam, & tenetur ipse beneficiarius infra spatium sex mensium vnum ex præfatis dimittere *iuxta Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 17. vt notat etiam Prosp. de August. loco cit. Rot. decis. 484. par. 1. Diuers.*

Eiusdem generis sunt beneficia illa, quæ habent aliquam iurisdictionem annexam, vt visitandi, corrigendi, excommunicandi,

candi, aut si quis haberet dignitatem, & curatum *extrau. execrabilis de Præb. Hoied. par. 1. de Benef. incompat. cap. 16. nu. 1. & seq.* vel Vicariam perpetuam, & curatum *clem. 1. de offic. Vicar. Paris. de Resign. Benef. lib. 3. q. 1. nu. 118. & alij communiter*. idem dicendum, si quis haberet duas parochiales in commẽdam perpetuã *Conc. Trident. sess. 7. de ref. cap. 4.. Hoied. par. 1. cap. 14. à nu. 16. vsq. ad fin. Paris. d. lib. 3. q. 1. num. 110.* aut duas Vicarias perpetuas *clemen. 1. de offic. Vicar. Hoied. d. p. 1. cap. 15. nu. 18. & 19:*

3 Beneficia verò incompatibilia secundi generis sunt reliqua beneficia residentiam requirentia, quę simul quidem licitè retineri non possunt absque dispensatione, tamen non ità pugnant vt alterum vacet ipso iure, sed datur optio detinenti, vt vnũ eorum eligere possit: altero verò potest per superiorem priuari *iuxta cap. referente de Præb. Nau. cons. 25. num. 1. de Præb. Less. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 34. nu. 140. & 144. Piasec. in prax. Episc. par. 2. cap. 5. num. 25. & 26. quibus adde Lap: all: 117:* vbi dicit, quod omnia alia beneficia præter illa, de quibus statuitur in dicto cap. de 5 multa, & extrauag. execrabilis, quamuis sint ex aliqua causa incompatibilia, non vacant ipso iure: quod procedere etiam post Concilium Tridentinum *sess. 7. de ref. cap. 4.* dicit Prosp. de August. *ad Quaran: in ver. beneficiorum resignatio vers. nona causa est &c. in 4. conclus.* tum quia nulla pœna ipso iure incurritur, nisi in casibus in iure expressis, tum quia Conc: *d: sess: 7: cap. 4.* nihil de nouo addit, sed tantum nouum vinculum imponit, *vt dixit Rotæ dec. 484. num. 4. par. 1: Diuers.*

4 Ex quo inferunt nonnulli Doctores, quod si quis haberet canonicatum in vna ecclesia, & cõsequeretur alium canonicatum in alia ecclesia, primus canonicatus ipso iure non vacaret: & ideò possessor primum canonicatum huiusmodi posset ad fauorem alterius resignare, quia in tali casu à se ius minimè abdicauit *Lap. d. all. 117. Paris. de resign. benef. lib. 3. q: 1: n: 131:* quod non procedit respectu eorum, qui possident beneficia curata, dignitates, aut personatus, & deinde alia similia beneficia retinere præsumunt: quia cum hoc casu prima vacent ipso iure *iuxta dispositionem d. cap: de multa, & extrau: execrabilis, & Concilij Tridentini d: sess: 7: cap: 4:* ideò non possunt ad fauorem alterius resignari, cum omne ius in tali casu amittatur *Ricc: in Prax: for: eccles: p: 2: res: 100: & communem dicit Paris: loco cit: d: lib: 3: q: 1: nu: 50: & seq:*

5 Sed alij veriùs putant, Concilium Tridentinum loco cit. d. c. 4. locum habere non solum in beneficijs curatis, personatibus, & dignitatibus *iuxta cit: cap. de multa*, sed etiam in simplicibus beneficijs personalem residentiã requirentibus, vt sunt Canonicatus, vel portiones in Cathedralibus, & collegiatis, quæ hodiè

die requirunt residentiam, ex eodem Concilio *sess. 24. de ref. cap. 12. vers. præterea obtinentibus*, atque etiam in quibuscunque alijs beneficijs etiam Capellanijs, quæ ex fundatione, vel consuetudine dictam residentiam requirunt: quia hodie per Concilium prædictum loco cit. extenditur vacatio ipso iure ad ommia incompatibilia, sic enim disponit, *Quicunque de cætero plura beneficia curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ aut alio quocunque nomine, & titulo contra formam sacrorum canonum & præsertim constitutionis Innocentij III. quæ incip: de multa, recipere, ac simul retinere præsumpserit, beneficijs ipsis iuxta ipsius cõstitutionis dispositionem ipso iure, etiam præsentis canonis vigore priuatus existat*: Ex quo clarè constat, Concilium loqui de quibuscunq; incompatibilibus, nec se restringit *ad d. c. de multa* quia dicit, *præsertim*, quę dictio est ampliatiua, & quoad vacationem inducit vacationẽ secũdũ terminos *c. de multa*, illud extẽdendo ad quæcũq. benef. incompatibilia, *ità pluries ref. Rota, & præsertim decis. 483. nu. 4. par. 1. Diuers. & censuit etiam Sac. Cong. teste Garc. de Benef. par. 11. c. 5. nu. 83. & seq. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 15. num. 16. & seq. & hanc* 7 *sententiam tenuit etiam Azor. 2. p. lib. 6. cap. 13. quæst. 2. & seq. Gutier. cons. 10. num. 3. & 4. Hoied. par. 1. de Benef. incompat. cap. 9. nu. 5. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 62. n. 28. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 343. num. 13. vers. quoad tertiam & par. 3. resol. 302. & 470. vbi plures Rotæ decisiones refert.*

6 Ex quo infertur, quod si Canonicus, aut curatus, qui tenetur continuò residere, obtineat beneficium simplex residentiam requirens, vt si teneatur ex institutione fundatoris celebrare Missam per seipsum, tunc obtenta pacifica possessione huius secundi beneficij vacaret eó ipso Canonicatus seu ecclesia parochialis *Hoied. par. 1. de Benefic. incompat. cap. 17. num. 44. & 45.* & ideò posset alteri de iure conferri, quamuis possessio tradi non possit, nisi vocato primo possessore *cap. licèt Episcopus de Præb. in 6.* nec haberet locum in tali casu dispositio regulæ de Triennali, quia præsumpta dispensatio, in qua fundatur dicta regula, non procedit contra decreta Concilij Tridentini; *vt declarauit Sac. Cong. ac Rota Romana teste eodem Garc. par. 11. cap. 5. nu. 379.* idemque dicendum est de obtinente Capellaniam cum onere celebrandi certas Missas, & coadiuuandi in cura animarum, vel inseruiendi in Choro; hoc enim beneficium est incompatibile cũ alio beneficio personalem residẽtiam requirente, *vt censuit Sac. Cong. teste Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2 alleg. 24. nu. 47.*

Aduertunt tamẽ Doctores, quod hæc intelligenda sunt de illis beneficijs, quæ requirunt residentiã præcisam, seu continuam simpliciter, & respectu tituli; secus esset si requirerent residentiã non perpetuam, sed ad tempus, vel non

præcisè, seu simpliciter, sed causatiuè, vt quia inducunt priuationem fructuum si beneficiatus non resideat, non autem tituli: quia tunc beneficium non dicitur incompatibile, nec vacat primum per assequutionem secundi, *Host. in cap. fin. nu. 4. vbi etiam Abb. n. 4. Io. Andr. num 6 Imol. num 13. de Cler. non resid. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 2. cap 97. num. 18 Put. decis. 441. num. 4. lib. 1. Caualer. dec. 551. nu. 6. & alij, quos refert, & sequitur Gonz. ad reg. 8. Cæcell. glos. 15. n. 22 & 23.*

8 Addit Ricc. *in Prax. for. eccles. p. 1. resol. 343.* quod si quis posset in Canonicatu, & parochiali deseruire, hæc beneficia non censerẽtur incompatibilia, & ità etiã videtur sentire Rot. *decis. 493. par. 2. Diuers.*

§. II.

An, & quando beneficia sub eodem tecto sint incompatibilia.

HIc non loquimur de beneficijs, quæ residentiam requirunt, vt sunt dignitates, Canonicatus &c. hæc enim simul retineri non possunt non solum in eadem ecclesia, sed neque in diuersis ecclesijs *Staphil. in tract. de Gratijs expectat. §. 1 secunda forma Put. decis. 189. par. 3. Paris. de Resign. benef. lib. 3. n. 106. & 107. & alij communiter.*

9 Ea igitur beneficia censentur esse sub eodem tecto, quæ sunt intra eamdem ecclesiam, vel intra parietes, vel ambitum eiusdem ecclesiæ, puta si beneficium situm sit in Capella, claustro, cœmeterio, seu ambitu contiguo ecclesiæ: tũc enim censetur esse in eadem ecclesia *Hoied. par. 1. de benef. incompat. cap. 20. num. 27 Gar. de benef. p. 11. cap. 5. num. 258. & 259. Prosp. de Augusti in loco supra cit. vers. nona causa est &c. in 3. conclus. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 10. num. 33. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 62. num. 15.* secus si Capella, seu cœmeterium non essent ecclesiæ cõtigua, sed extra septa illius; tunc enim beneficium ibi situm non cẽsetur esse in ecclesia maiori, seu principali, quamuis fortasse Capellanus teneretur aliquas functiones peragere in ecclesia maiori, videlicet interesse diuinis, vel celebrare in festiuitatibus, vel similia, quia attendendus est locus, vbi beneficium est situ, *vt d. Garc. loco cit. num. 259.*

10 Huiusmodi autem beneficia alia sunt vniformia, alia difformia: vniformia censentur ea, quæ sunt instituta ad vnum, & eumdem finem & ad eadem munera, seu onera; difformia verò sunt ea, quorum finis, seu onus diuersum est, & separatum, puta si vnum est in vno loco, & alterum in alio situm, & vnum habet vnum onus, & alterum aliud *Nau. cons. 16. de Præb. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 24. numer. 47. His præmissis.*

11 Dico 1. quod beneficia vniformia etiam simplicia sub eodem tecto, siue in eadem ecclesia sunt incompatibilia, & ideò primum beneficium vacare ipso iure per asse-

alsequutionem alterius *Nau. loco cit Graff.par.1.lib.2.cap.97.n.18. Rebuff.in concord.in rubr.de mandat.Apostolic.§.1.vers. ità tamen Hoied.par.1.cap.20.nu.26.Ferrett. cons.255. num.4. vbi de communi Prosp.de Augustin.ad Quaran. in ver. beneficiorum resignatio versic. nona causa est in 3.conclus.Piasec. in Prax.Episc.par.2.cap.5.num.25. Gonz.ad.reg.8.Cancell.glos. 10. nu. 34.Barbos.d.par.3.all.62.nu. 12. & seq.Mantic. decis.118. per tot.* quod procedit etiamsi talia beneficia essent insufficientia: quemadmodum enim nõ possunt retineri duo beneficia etiam insufficientia,quæ do residentiam requirunt, vt diximus supra, ità etiam non possũt retineri duo conformia sub eodẽ tecto, quamuis simplicia, & insuf-
12 ficientia: quia iura magis abhorrent, quod quis in eadem ecclesia habeat duo beneficia etiam simplicia conformia, quam quod in diuersis duo curata, vel duas dignitates, *vt dicit Ferrett. consil. 255. num.4 Rebuff.in Concordat.in rubr.de mandat.Apostolic.§.1.vers. ità tamen Paris.de Resign.benef.lib. 3.q.1.num.122.Mantic.d. dec.118: num.4.quicquid dicat Zerol. in Prax.ver.beneficia §.ad septimum concl. 6.* Vnde dispensatus ad duo
13 beneficia nequaquam censetur dispensatus, vt illa habeat in eadem ecclesia, nisi expressè fuerit dictum,etiamsi in dispensatione adesset clausula, motu proprio,*vt dicit Paris.d.lib.3.q.1.nu. 125.* nec posset testator,seu Patronus disponere, quod præsentatus Capellaniam obtineat, quamuis habeat aliam vniformem in eadem ecclesia *Mantic d.decis.118.num.17.* nec potest Episcopus super hac incompatibilitate dispensare *Rebuff. & Ferrett.locis cit.Barbos.d.par. 3. all.62.n.12.& alij apud Paris. vbi supra num.124.vbi de communi.*

14 Dico 2. quod beneficia disformia non sunt incompatibilia, & ideò possunt ex dispensatione Episcopi simul retineri, in eadem ecclesia, seu sub eodem tecto *Nau. d.cons.16.de Præb. Rebuff. in Concordat.tit.de mandat. Apostol. §. 1. vers.ità tamen Nicolaus de Milis. in Repertor.ver.beneficium §.beneficia plura in fin.& est communis opinio, vt dicit Paris.d.lib.3.q.1.n. 128.& hanc esse communiorem, & veriorem dicit Gonz.super regul 8. Cancell.glos.10.num.41. Garc.de Benef.par.11.cap.5.nu.235. & seq. & tenuit etiam Sacr. Congr.teste Barbos.d.par.3.all.62. num. 17. & refertur etiam inter dec.nouiss.Diuers.par.4.decis.76. quicquid dicat Hoied.par.1.c.20.nu.25.& alij.*

15 Hinc sequitur, quod Rector alicuius ecclesiæ potest cũ Rectoria, siue suo beneficio curato retinere Capellaniam, seu beneficiũ simplex intra eamdem ecclesiam, modò non requirat residentiam *Lap.all.116 num 3. vers. in contrarium arguitur Nau.d.cons.16.de Præb.* quod procedit, etiamsi Capellania habeat annexum onus celebrandi certas Missas, quia non ideò requireret residentiam, sed illi posset deseruiri per substitutũ, exceptis Capellanijs existentibus in ecclesijs Cathedralibus, quarũ reditus consisterẽt in distributio-

nibus quotidianis, aut si contrarium expressè esset dispositum in fundatione; tunc enim Beneficiatus nō posset per alium seruire, *vt dicunt Doctores apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 44. num. 44.* idem dicendum de Dignitate, seu Canonico, qui vna cum Canonicatu potest similiter in eadem ecclesia retinere Capellam, seu beneficium simplex residentiam non requirens, *Mohed. dec. 15. de Præb.* item posset quis in eadem ecclesia simul

16 retinere Capellaniam vnius Capellæ cum alia Capellania diuersæ Capellæ, *vt d. Zerol. in Prax. Episc. 2. par. ver. beneficium* §. 13. *Gonz. loco cit. num. 33. Io. Franc. Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 3. num. 12. & cap. 8. numer. 55.* præsertim si in aliquo loco talis adesset consuetudo *Hoied. d. p. 1. de Benef. Incompat. cap. 20. nu. 25. Garc. par. 11. cap. 5. num. 234.*

17 Limita 1. quando huiusmodi beneficia essent inter se repugnantia ratione seruitij, tunc enim essent incompatibilia, *vt dicit Garc. de Benef. par. 11. cap. 5. numero 235.*

18 Limita 2. vbi quis sub eodem tecto posset tria beneficia quamuis diformia, quia vltra duo absque dispensatione apostolica retineri non possunt ità vt consuetudo in contrarium non valeret *Ferrett. cons. 255. n. 4. Put. dec. 466. nu. 3. lib. 2. Garc. p. 11. cap. 5. num. 238.*

19 Vnde obtinens Canonicatum, cui post Concilium Tridentinum iniunctum est onus Pœnitentiariæ, non potest aliud beneficium simplex in eadem ecclesia obtinere, cum Pœnitentiarius iam habeat officium Pœnitentiariæ, & insuper Canonicatum tali officio annexum: & ideò non potest esse in eadem ecclesia triplex; quāuis enim officium Pœnitentiarij per se non habeat fructus, & beneficium sine fructibus nō inducat incompatibilitatem, sufficit tamen, quod habeat fructus ratione adiuncti, seu annexi Canonicatus, *vt censuit Sac. Congreg. teste Garc. d. p. 11. num 249. & seq.* vbi etiam obseruat, quod ista ratio considerata in Pœnitentiario non militat in Canonico lectorali, aut magistrali, quia in eo solum cōsideratur Canonicatus, & præbenda cum tali onere, & non tale officium, cui sit annexus Canonicatus.

§. III.

Quando primum beneficium incompatibile vacare censeatur per assequutionem secundi incompatibilis.

20 VT per assequutionem secūdi beneficij incompatibilis vacet primum, non sufficit sola collatio, & acceptatio beneficij incompatibilis, sed requiritur primò adeptio possessionis secundi pacificè, *vt resoluit Rota Romana, ac Sacr. Congreg. apud Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 302* vel quod per prouisum stet, quominus eam adipiscatur *capit. licet*

Epi-

Episcopus de Præb. in 6. extranag. execrabilis §. qui verò eod. tit. Ab. in d. cap. de multa nu. 16. de Præb. & alij apud Garc. par. 11. cap. 5. n. 100. & notat etiã Diaz in Pract. crim. canon. cap. 49. num. 9. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3: all. 57. nu. 201. Mobed. decis. 8. alias 161. num. 1. & 2. de Concess. Præb.

21 Secundò requiritur, vt prouisus, possit percipere fructus *Garc. d. par. 11. cap. 5. nu. 123. Barbos. par. 3. all. 57. num. 201. & alij cõmuniter.* & ideò si per aliquod tempus essent alteri ex priuilegio reseruati, non vacaret primum beneficium per illud tempus, quo alij ex priuilegio, aut consuetudine perciperent fructus *cap. si tibi concesso, vbi Doctores de Præb. in 6. Staphil. de Qual. & stat. Benef. nu. 53.* idem esset, si possessio sit plena, quia tunc non tenetur prouisus dimittere primũ incompatibile, *vt decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 302.* & ideò ad hunc effectum nõ solum requiritur, quod habeat pacificã possessionem beneficij, aut exercitij curæ, *vt d. Staphil. loco cit.* sed requiritur etiam administratio bonorum ecclesiæ, vel maioris partis ipsorum *Sarn. de Trienn. q. 53. vers. & ideò Seraphin. dec. 953. n. 1.* quamuis enim pacifica possessio solius curæ, aut minoris partis fructuum satis sit quo ad ordinum promotionem ità vt infra annum promoueri teneatur, *vt d. glos. in d. cap. si tibi concesso in ver. vacare,* non tamen sufficit quoad inducendam vacationem ipso iure primi beneficij *Sarnen. loco cit. & communem dicit Staphil. vbi supra num. 53. Ric. in Prax. par. 3. res. 302.* vbi dicit, quod beneficium incompatibile non amittitur ex impetratione secundi, nisi impetrans sit plenè consequutus secundum: & hoc maxima ratione constitutum est, nè Clericus dimittendo primum beneficium interim mendicare cogatur *glos. cit. in d. cap. si tibi cõcesso Piasec. in Prax. episc. par. 2. cap. 5. num. 25.*

22 Tertiò requiritur, quod à die possessionis pacificæ secundi beneficij lapsi fuerint duo menses, qui dantur ad dimittendum primum incompatibile *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 57: nu. 45. 77. & 201. Seraphin: dec. 997. num. 10. Gabr. cons. 193. n. 7. & 8. lib. 1.* qui dicunt, quod si intra duos menses superuenerit lis, Beneficiatus retinere adhuc potest primum, quousque possessionem secundi pacificam habeat: & hoc procedit in omni molestia, siue iudiciali, siue extraiudiciali, siue de iure, siue de facto *Seraphin. d. dec. 997. n. 5. Sarnen. de Trienn. q. 53. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 302.* si verò intra dictos duos menses lis mota non fuerit, tunc elapsis duobus mensibus prius beneficiũ vacare censetur *Garc. d. par. 11. cap. 5. num. 114.*

§. IV.

§. IV.

An primum beneficium sufficiens ad victum ipso iure vacet per adeptionem secundi similiter sufficientis.

His addi potest aliud genus incompatibilitatis, quando scilicet vtrumque est per se sufficiens ad substentationem iuxta Concilium Tridentinum *sess. 24. de ref. cap. 17. vt aduertit etiam Nau. cons. 17. de Præb. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 100. n. 2. vers. tertium caput Graff. in Decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 97. nu. 17.*

Hic autem non loquimur de Beneficijs residentiam requirentibus: certum enim est ex his, quæ supra diximus, quod vacat ipso iure primum per adeptionē secundi, si vtrumque residentiā requirit: sed sermo hic est, quando vel omnia sunt simplicia residentiam non requirentia, vel quando vnum tantummodò residentiam requirit, & aliud est simplex.

23 Communis est Doctorum opinio, quod habens duo beneficia, quorum vtrumque est sufficiens per se ad victum, non est priuatus primo ipso iure per assequutionem secundi similiter sufficiētis, quando vtrumque personalē residentiam non requirit, *ità Nau. cons. 13. numer. 3. & seq. & cons. 17. de Præb. & ità fuisse decisum in Rota refert Gonz. ad reg. 8 Cancell. glos. 15. num. 26. qui de praxi vniuersali, & communi vsu testantur.* potest tamen altero legitimè priuari iuxta dispositionem Concilij *d. sess. 24. cap. 17. vt dicunt Doctores citati cum Diaz. in Pract. crimin. canon. capit. 49. num. 5.* data illi electione, seu optione, vt alterum, quod maluerit, retineat *iuxta cap. referente de Præb. Lap. all. 116. in fin. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. res. 100. n. 2. vers. tertium caput, & decisum refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 62. nu. 3.*

24 Sed quæres, an priuatus per sententiam altero ex dictis beneficijs possit validè illud appellatione pēdente resignare ad fauorem alterius? affirmat Genuēs. *in Prax. Archiep. cap. 53. numer. 9. vbi refert ità resoluisse Rotam in Legionen. Canonicatus 15. Febr. 1593: coram Arigonio*, tum quia Beneficiatus non est priuatus in tali casu ipso iure, tum quia pendente iudicio nullitatis, & iniustitiæ adhuc ius manet in eo, qui est priuatus *Put: decis: 30: num: 3. lib. 1.*

25 Quæres 2. an valida sit collatio alterius beneficij sufficientis facta per Episcopum habenti iam aliud sufficiens? affirmatiuè respondet Garc. *de Benef: par: 11: c: 5 num: 383: Paris: de Resign: Benef. lib: 3: q: 1: num: 129: quibus adde Seraph: dec: 774:* vbi dicit, quod Concilium *d: sess: 24: cap: 17.* non prohibet assequutionem, sed tātum retentionem.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Quæ beneficia censeantur ad victum sufficientia, & numer. 2. 3. & 4.*

5 *Nomine victus, & substentationis accipitur id, quo Beneficiatus indiget ad se, familiamque suam substentandam.*

6 *In hoc non habetur ratio patrimonij.*

7 *Non omne beneficium sufficiens ad ordinem sacrum sufficit etiam ad decentem beneficiarij substentationem.*

CAP. IV.

Quæ beneficia censeantur ad victum sufficientia.

1 IN hoc etiam diuersæ sũt Doctorũ sententiæ: alij enim dicunt, beneficiũ esse sufficiens, si ascendat ad summam 200. florenorum, *de quo vide Zerol. in Prax. Episc. par. 1. ver. beneficia & conclus.* alij tenent, beneficium valoris 15. librarum Parisiensium dici sufficiens, *vt refert Nauar. de orat. miscell. 62. n. 3. Ricc. in Prax for. eccles. par. 3. resol. 473.* alij putant beneficium sufficiens ad substentationem esse, si ex illo 100. ducati percipiantur, vt *ex Conc. Tirid. sess. 24. de ref. cap. 13 dicit Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 48. num. 59.*

2 Verum quia hoc non est à iure definitum, beneficium sufficiens erit id, quod vir prudens, & bonus arbitrabitur, esse tale habita ratione qualitatis personarum, locorum, & temporum: nam determinatio eorum, quæ indeterminatè à iure statuuntur, relinquitur arbitrio boni viri *Nauar. loco cit. miscel. 62. nu. 5. & seq. Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 62. nu. 11. Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 439. Paris. de Resign. Benefic. lib. 5. q. 6. num. 133. & seq.* æstimanda sunt etiam beneficiati merita, ac labores: ob hanc enim causam beneficiatus, in quem meritorum prærogatiua concurrit, plusquam alij eiusdem ordinis, & status, sed minus ecclesiæ vtiles, ad substentationem suam ex reditibus ecclesiasticis accipere potest, *idem Nauar. in tract. de Reditib. eccles. q. 1. monit. 36. nu. 3. Laymann. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 3: nu. 2. vers. insuper.*

3 Quare Nau. *de orat. Miscell. 16. num. 7: Azor. 2. par. lib. 6 capit. 10. quæst. 9. Filiuc. tract. 41. cap. 7. q. 4. num. 20. quos refert, & sequitur Bonacin. tom. 1. in tract. de obligat. beneficiar. disp. 4: pun. 2. num. 8.* in assignanda quantitate cuilibet Beneficiario sufficiente hanc rationẽ habuerunt, vt scilicet, pro Beneficiario infimæ sortis ea quantitas sufficiat, qua ipse, famulus vnus, coquus, & equus ali possit: pro beneficiario Doctore, aut simili ea quantitas satis sit, qua ipse, famuli duo, coquus, & equus in ea patriæ morem substentari queãt: pro beneficiario nobiliori ea quãtitas ad victum assignetur, qua ipse, famuli tres, vel quatuor, equi duo cum curru coquo, & Rhoda-

dario ali possint, & sic de cæteris habita ratione qualitatis personæ, aliarumque circumstantiarum.

4 Quia verò huiusmodi regula procedere nō potest in omnibus locis præsertim angustis, tutius erit, vt quisq. secum iudicet consultis viris prudentibus, ac timētibus Deum, an vnum, vel duo beneficia ad sui substentationem sufficiant habita ratione qualitatis personæ, & consuetudinis regionis, *Zerol in Prax. Episc. p. 1. ver. Beneficia §. ad septimum 8. conclus. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. glos. 15. num. 39. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 27. Barbos. in cap. eam te nu. 8, de ætat. & qual.* & ad id potest multum iuuari reputando secum, quot aureos ipse erogaret in victum honestum, & necessarium alicuius eiusdem conditionis, & ordinis, ad quem decenter alendum obligaretur ex aliqua vltima voluntate: vel contractu, aut ex pietate paterna, vel cognatione, *vt not. Nau. de orat. d. Miscell. 62. in fin.* nomi-

5 ne verò victus, & substentationis accipitur id, quo Beneficiarius indiget ad se, familiamque suam honestè substentandam, vt sunt cibus, vestitus, habitatio, & medicinæ *Bonacin. in d. Tract: de obligat. Beneficiar: disp. 4. pun. 2. n. 8. circa med.* item apparatus domus seu habitationis: cum enim non sit omnium par conditio, potest vnus splendidiorē, ac pretiosiorem supellectilem habere, sicut & ampliorem familiam, & lautiorem mensam, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 439.* & in

6 hoc non est habenda ratio patrimonij, quod potest Clericus cōseruare, & fructus Beneficiorum in proprios vsus conuertere *Fel. in cap. postulasti num. 6. de rescript. Couar. in cap. 1. num. 2. de Testam. Nauarr. de Redit. eccles. q. 1. monit: 30. quos refert, & sequitur Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. numero 27. vbi etiam testat. de communi, quibus adde Sylu. in ver. Clericus 4. quæs. 16. Graff. p. 1. lib. 2. cap. 100. nu. 23. & 24. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de Bon. Cleric. §. 6. num. 7.*

7 Obserua tamen, non omne beneficium sufficiēs ad ordinem sacrum sufficere etiam ad decētem Beneficiarij substētationem: quia tali casu beneficium aureorum 30. 40. vel 50. quæ communiter assignari solent ad effectum suscipiendi sacros ordines, sufficeret etiam ad effectum, de quo agimus; aliud enim est posse viuere honestè, nè cogatur mendicare, aliud posse viuere decenter, quo casu multa alia requiruntur, *vt rectè declarat Nau. de orat. d. Miscell. 62. num. 8.* nam Beneficiati debent viuere non cum penuria, sed commodè, & congruè *Ricc. in Prax. vt supra p. 3. ref. 469.* Hinc dixit glos. *in c. 1. ver. absque penuria dest. Regul. in 6.* quod Canonico Bononiensi ad viuendum sine penuria sufficerent 25. floreni, ad viuendum autem commodè non etiam centum: & Sac. Congregatio censuit, quod habens Canonicatum, & duo simplicia beneficia, quorum

om-

omnium annui reditus secundùm communem æstimationem non ascēderent ad summam 125. ducatorum, non prohibetur à Cōcilio Tridentino, quin ea omnia retinere possit, vt refert *Zerol. loco cit. ver. beneficia §. ad septimū 8. conclus.*

SVMMARIVM.

1 *An si adhibeantur examinatores non synodales, concursus sit validus.*

2 *Quando expiret facultas examinatorum.*

Annus celebrandi synodum currit à die Synodi vltimo loco celebratæ, ibidem.

3 *Examinatores synodales iurare debent, se fideliter munus exequuturos, & quomodo probetur tale iuramentum.*

4 *Item tenentur facere relationem Episcopo quoad scientiam, mores, ætatem, & reliqua.*

5 *Non possunt quidquam occasione examinis accipere, & quam pœnam incurrant accipientes in hoc casu.*

6 *An possint eligi plures examinatores vltra sex.*

7 *An requiratur nouum examen in eo, qui alias examinatus, & approbatus fuit ad aliud beneficium parochiale.*

8 *Quem terminum præfigere debet Episcopus in edicto pro habendo concursu.*

9 *An possit Episcopus aliquem admittere ad cōcursum post elapsum terminum.*

10 *Elapso termino edicti potest Episcopus inchoare examen, non tamen claudere, vbi plures fuerunt descripti.*

11 *Si nulla apposita est dies certa in edicto pro inchoando cōcursu, non potest inchoari examen absque citatione.*

12 *An subsistat examen factum ante lapsum termini in edicto expressi.*

13 *An sit proponendum nouum edictum, quando vnus tantum descriptus fuit, vel si inter plures descriptos vnus tantum die præfixo compareat.*

14 *Quando possit Episcopus absque concursu parochiale beneficium conferre.*

15 *Non potest Episcopus prohibere Curatis, nè accedant ad concursum aliarum parochialium ecclesiarum.*

16 *Beneficia parochialia intra sex menses conferri debent.*

Quid facere teneatur Episcopus, si parochiales ecclesiæ vacant in mensibus sedi apostolicæ reseruatis, ibidem.

17 *Quando Episcopus possit conferre beneficia vacantia in Romana Curia, vel in mensibus sedi apostolicæ reseruatis, & n: 18. & 19. Regulæ Cancellariæ expirant morte conditoris, ibidem.*

20 *Cætera item beneficia infra sex menses conferenda sunt, & à quo tempore currant prædicti sex menses.*

21 *Elapso dicto tempore non potest ordinarius amplius conferre, sed collatio deuoluitur ad Superiorem.*

22 *Si Prælati Episcopo inferiores in*

tra dictum tempus non conferant, potestas deuoluitur ad ipsum Episcopum, etiamsi collationes sint Regulares, fallit si ad inferiores, & Episcopum communiter spectanet collatio.

23 Deuoluitur etiam potestas conferendi ad superiorem, si ij, ad quos collatio spectat, prouident indignis, vel incapacibus.

24 Scientia vacationis beneficij præsumitur in Prælato, qui residet in sua Diœcesi, hæc tamen non sufficit ad effectum deuolutionis, sed certa scientia probanda est.

25 Superior, ad quem fit deuolutio, habet etiam sex menses ad conferendum à die deuolutionis.

An valeat collatio facta ab ordinario post deuolutionem, ibidē.

26 Si Patronus laicus intra quadrimestre non præsentauerit, Episcopus à tempore vltimo diei quadrimestris potest infra sex mēses beneficium conferre.

27 Si Episcopus tempore debito beneficium conferat, & prouisio ex aliqua causa non fuerit effectum sortitus, non deuoluitur in tali casu potestas conferendi.

28 Episcopo habenti instituere nullum tempus præfixum est, intra quod faciendu sit institutio, potest tamen Superior Episcopi negligentium supplere.

Limitatur in beneficijs parochialibus iuris patronatus, ibidem.

29 An præfixum sit à iure tempus ad conferenda beneficia resignata ex causa permutationis.

30 Item an ad possessionem beneficij per mortem vacantis certum à iure tempus sit præfixum.

31 An valida sit electio digni omisso digniore.

32 Episcopus conferens parochialem ecclesiam digno omisso digniore mortaliter peccat.

Episcopus non tenetur perquirere extra Diœcesim, vt meliores habeat, ibidem.

33 Quinam dicatur dignior in tali casu.

34 Nobilis ignobili est præferendus.

35 Itē minus doctus modò idoneus, cuius prudentia, & mores sunt noti, præferendus est doctiori, cuius vita ignoratur.

36 Ciuis extraneo cæteris paribus est præferendus.

37 An Episcopus possit conferre parochialem ecclesiam sacerdoti, qui vnum tantum examinatorum suffragium habuerit.

38 An in aliis beneficijs curam animarum non habētibus licitum sit eligere dignum omisso digniore.

39 Ad Parochiale beneficium quæ ætas requiratur.

40 Electus ad parochialem ecclesiam tenetur infra annum ad sacerdotium promoueri, alias priuatus est ipso iure beneficio parochiali, & tenetur dimittere beneficium vna cum fructibus, & quando hoc procedat.

41 Limitatur, quando Parochus legitimo fuit impedimento detentus.

42 Item limitatur in Capellania requirente ordinem sacerdotalem.

Quan-

Quando obtinenti huiusmodi Capellaniam conredatur annus ad suscipiendum Sacerdotium, ibidem.

43 *Item limitatur quoad obtinentes Decanatum, seu alias dignitates, vel beneficia, quæ curam animarum habent annexam.*

44 *Quæ ætas requiratur in Dignitate, seu Canonico, cui accessoriè vnita sit parochialis.*

45 *Qui beneficium parochiale accipit animo non suscipiendi sacerdotium, tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & quãdo hoc procedat.*

46 *Quid si accipiat animo sumendi sacerdotium, & postea voluntatem mutet.*

47 *Et quid, si quis adeptus fuerit Canonicatum sine intentione suscipiendi ordinem sacrum, quem habet annexum.*

48 *Canonicus non recipiens ordinẽ suo Canonicatui annexum peccat mortaliter, priuatur voce in capitulo, & dimidia parte distributionum, & potest etiam Canonicatu priuari.*

49 *Quam ætatem habere debet prouisus de Canonicatu in ecclesia Collegiata.*

50 *An Canonicus coadiutor debeat esse constitutus in ea ætate, quæ ad illum Canonicatum obtinendum requiritur.*

51 *An detur appellatio ab electione Episcopi. & num. 52.*

53 *An detur appellatio à reprobatione examinatorum.*

CAP. V.

De Beneficiorum concursu.

§. I.

An validus sit cõcursus ecclesiarum parochialium habitus coram examinatoribus non Synodalibus.

1 NEgatiuè respondent Doctores communiter *ex Conc. Trid. sess. 24 de ref. cap. 18. ibi, examinatores autem singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur, aduenienteque vacatione cuiuslibet ecclesiæ tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant.*

Ex quo etiam obseruant Doctores, adeò necessariam esse qualitatem electionis synodalis, vt omninò vitietur concursus non solùm si examinatores, vel eorum aliquis non sint Synodales, verum etiam si cum tribus, vel quatuor, pluribusue synodalibus aliquis nõ synodalis admitteretur, *vt censuit Sac. Cong. & Rota Romana teste Garc. de benef. par. 9. cap. 2. nu. 324. & 325. Barbos. de offic. & pot. Parochi cap. 2. num 71. & de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 48.* quia cũ concilium velit examen, & concursum fieri coram examinatoribus synodalibus saltem tribus, si

accedant alij non synodales, non seruatur forma Concilij, cui nihil addi, vel detrahi potest: & ideò nõ habet locum regula, vtile per inutile non vitiatur *Massobr. in Prax. haben. concurs. requis. 13. dub. 1. contra Homobon. de Bon. de exam. eccles. tract. 2. cap. 3: quæst. 30.*

2 Obseruant 2. quod si ex sex examinatoribus aliqui intra annum suæ electionis decesserint, tota facultas examinandi vna cum Episcopo ad superstites, etiamsi vnus tantum supereſſet, spectat eo anno durante; sed in locum demortuorum eligendi sunt alij cum approbatione Capituli; & si omnes decesserint, nouos tunc ab eodẽ Capitulo probandos non pauciores sex Episcopus deputare potest *iuxta decretum Clementis VIII. quod refert. Garc. de Benef. par. 9. c. 2 num. 72. Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 212. num. 8. Barbos. d. all. 60. nu. 47. Massobr. requis. 12. dub. 2.* hoc enim casu cum nondum lapsus sit annus celebrandi Synodum, nihil Episcopo potest imputari, neq; per Episcopum stat, quin examinatores in Synodo deputentur: secus esset, si lapsus fuerit annus, tũc enim cum teneatur Episcopus Synodum conuocare *ex concil. Trid. d. sess. 24. de ref. cap. 2.* examinatores facto ordinarij deficiunt, & per eũ 3 stat, quin illos adhibeat: nam Clemens VIII. concessit Episcopis facultatem deputãdi examinatores extra synodum deficientibus, vel impeditis synodalibus infra annũ tantum à Synodo celebrata; & decreuit, vt statim elapso anno talis facultas, & eorum auctoritas expiret *Rot. coram Buratt. dec. 479: per tot. & ita etiam declarauit Sacr. Cong. teste Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. resol. 641.* Vnde si vacatio parochialis eueniat post annum à die celebratæ Synodi, licentiam deputandi examinatores extra synodũ à Sac. Congreg. petere ordinarij consueuerunt, *vt notat idem Buratt. d. decis. 479. num. 12.* Annum verò celebrandi synodum non currere à die captæ possessionis Episcopatus, sed à die Synodi vltimo loco celebratæ, dicit Massob. *d. requis. 12. Barbos. d. all. 60. nu. 50. & de offic. & pot. Paroc. cap. 2. n. 60. & 61.*

Addit tamen idem Massobr. *d. requis. 12. Galet. in Margar. Gas. cõsc. ver. examinatores. & alij apud Barbos. d. par. 3. all. 60, nu. 49.* quod officium synodalium examinatorũ neque per mortem Episcopi, neque post annũ suæ electionis expirat, sed semper pro legitimis habendi sunt, semperque durant, donec alij seruata forma Concilij fuerint electi: verum si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat, *& ità censuit Sac. Cong. teste Garc. de Benefic. par. 9. capit. 2. num 8. & 73. & refertur inter dec. nouissim. p. 4. Diuers. decis. 51.*

Debent autẽ examinatores iurare, se quacunque humana affectione postposita fideliter munus exequuturos *iuxta Conc. d. sess. 24. cap. 18.* & iuramentum necessariò præstandum est tactis euangelijs *secundùm Garc. d. par. 9. cap. 2. num. 358. Massobr. requis. 14. dub. 1. Barbos. par. 3. d. all. 60. nu. 48.* Huiusmodi

di verò iuramentum non præsumitur tamquam solemnitas extrinseca, & ideò probari debet: alias nullus esset concursus *Rot. coram Burrat. decis. 362. nu.* 8. probatur tamen per attestationem Notarij, ac etiam per litteras testimoniales ipsorum examinatorum, *vt d. Barbos. vbi supra, & decisum refert Massob. d. requis. 14. dub. 4.* Hoc autem iuramentum non est necessariò præstandum in quolibet examine, vel concursu, sed satis est iuramentum generale semel præstitum vel in synodo, vel extra synodum in manibus ordinarij, vel solius Notarij, *vt decisum refert idē Massob. loco cit. dub. 3. & notat etiā 6 Garc. par 9. cap. 2. n. 359.*

4 Tenentur etiam facere relationem Episcopo non solum quoad scientiam, verum etiam circa mores, ætatem, & reliqua, & debent renunciare quotquot idoneos iudicauerint relicto iudicio eligendi magis idoneum soli Episcopo *iuxta Concilium Tridentinum d. sessione 24. de ref. cap. 18. & censuit etiam Sac. Cong. teste Garc. de Benefic. par. 5. cap. 7. num.* 11. Vnde si aliquem approbarent quoad solam litteraturam, talis approbatio non subsisteret *Rot. coram Burrat. decis. 90. Barbos. d. par. 3. all. 60. num. 95. Massobr. requis. 4. dub. 2.*

5 Nec possunt quidquam prorsus occasione examinis nec ante, nec post accipere, alioquin Simoniæ vitium tam ipsi, quam alij dantes incurrunt, à qua absolui nequeunt nisi dimissis beneficijs, quæ quomodocunque etiam ante obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles redduntur *ex d. Conc. loco cit. cap.* 18. cuius dispositionem procedere etiam in re modica, vel leuis momenti etiam gratis, & liberaliter data, & ad captandam beneuolentiam, dicit Garc. *de Benef. par. 9. cap. 2. num.* 390. *quem refert Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 2. diffic. 1. nu. 5. Barbos. de offic. & pot. Parochi cap. 2. num. 79. &* 80. quia Concilium prohibet, nè quidquā prorsus accipiatur, quamuis contrarium teneāt alij Doctores, *quos refert, & sequitur Dian. par. 5. tr. 5. resol. 2. vers. non desinam,* qui putant, etiam in Simonia dari paruitatem materiæ.

Sed quæres, an possint in Synodo eligi plures examinatores etiam vltra sex? Resp. affirmatiuè, non tamen plures, quam viginti admitti possunt *ex decreto Sac. Cong. apud Barbos. par. 3. all. 60. n. 47.*

Quæres 2. an requiratur nouū examen in eo, qui alias examinatus & approbatus fuit ad aliud beneficium parochiale? affirmatiuè respondet Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 74. & alij commun.* quod procedit, etiamsi esset famosissimus Doctor, qui cum maximo applausu per plures annos legerit, vel si esset Vicarius ipsius Episcopi, *vt dicit Quarant in ver. Beneficiorum parochialium collatio, vbi refert ità declarasse Sac. Cong.* ratio est, quia huiusmodi examen requiritur pro forma per Concilium Tridentinum *d. sess. 24. cap. 18. & per constit. Pij V. incip. Inconferendis, quam refert Quarant. in verb. Benefic. paroch. collatio.* Vnde collatio aliter facta esset nulla, & pro-

uisus teneretur ad fructuum perceptorum restitutionem, *vt decis. refert Ricc. in collect. dec. 712. p. 3.*

Obseruat tamen idem Ricc. *in Prax. vt supra par. 4. ris. 70.* quod in Curia semel examinatus, & approbatus ad beneficiũ simplex, Canonicatum, dignitatem, vel Curatum, non amplius examinatur ad simile. Sed hoc procedere potest, quando alio modo, quã per concursum beneficia parochialia conferuntur, *vt colligitur ex decreto Sac. Cong. quod refertur inter Decis. nouissim: par. 4. diuers. dec. 32.*

§. II.

An à iure præscriptus sit terminus ad habendum concursum.

8 EPiscopus habita notitia vacationis ecclesiæ parochialis edictum pro concursu proponere debet cum termino decem dierum, quem ex causa legitima ad alios etiam decem dies potest prorogare *iuxta Conc. Tridentinum d. sess. 24. cap. 18. & constitutionem Pij V. incip. In Conferendis.*

9 Potest tamen Episcopus aliquẽ admittere ad concursum, etiamsi terminus ab ipso præfixus fuerit elapsus, & Aduersarius, qui comparuerat durante termino, contradicat: quod videtur suadere æquitas, & fauor ecclesiæ, cuius interest, vt plures oppositores concurrant *Rot. in Calagueritana dimidij beneficij 22. Aprilis 1602. coram Ortembergo, quam refert Ricc. in Prax. fori eccles. par. 3. res. 522.* præsertim si legitimè impeditus fuit, vel iustam habuit causam excusationis, vel rationem ignorantiæ, vel absentiæ, seu alterius impedimenti *arg. cap. cum tua Qui matrim. accus. poss. Barbos. de offic. Paroch. cap. 2. nu. 44. & 45. vbi refert, ità resolusse Rotam in Firmana Parochialis 6. Martij 1592. coram Card. Pamphilio Sen.*

10 Elapso termino edicti potest quidem Episcopus examen inchoare, non tamen illud eadem die claudere, vbi plures fuerunt descripti, sed sunt expectandi, vel vocandi: alioquin vitiatur cõcursus, si ex pluribus descriptis vnus, aut non omnes examinentur, eisq. minimè expectatis claudatur concursus *cap. fin. de elect. in 6. Seraphin. dec. 1148. numer. 5. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 51. Massobr. in Prax. haben. concurs. requis. 3. dub. 10.* vbi 11 etiam dicit, quod si nulla apposita est dies certa in edicto pro inchoando concursu, non potest inchoari examen absque citatione; vnde inoleuit consuetudo, vt oppositores descripti pro examine speciali monitione citentur ad certam diem. Subsisteret 12 tamen examen factum ante lapsum termini in edicto expressi, si nullus postea compareat, *vt tenuit Rot. in vna Carthaginen. Parochialis 9. Decembris 1588. coram Orano, quam refert Barbos. par. 3. d. all. 60. nu. 46.* instar collationis factæ per ordinarium spreto patrono, quæ Patrono non

com-

comparente intra tempus datum ad præsentandum, tenet, *vt dic. Garc. de Benef. par. 9. cap. 2. numero 326.*

13 Si verò vnus tantum descriptus fuerit, ille examinandus est, & si idoneus reperiatur, beneficium est ei conferendum, *vt censuit Sacr. Congreg. teste Vgolin: de offic. & pot. Episc. cap. 50. §. 10. n. 4. Garc. de Benef. par. 9. cap. 2. n. 215. Massobr. in Prax: haben: concurs. requis. 3. dub. 8. Barbos. d. all 60. num. 51.* ità etiam si plures fuerint descripti, & die præfixo pro concursu, & examine vnus tantum comparuerit reliquis legitimam excusationem, vel impedimentum minimè allegantibus, non est proponendum aliud edictum, sed illi beneficium conferendum est, si in examine idoneus repertus fuerit, *vt similiter censuit Sacr. Cong. referente Garc. d. par. 9. cap. 2. num. 215. & sequen. Massobr. in Prax. haben. concurs. requis. 3. dub. 7.* secus esset, si alij descripti aliquod legitimum impedimentum deduxerint, quia tunc Episcopus tempus prorogare debet, *vt declarauit Sac. Cong. teste Leon. in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 3. num. 55. & 56. Garc. d. p. 9. cap. 2. num. 215 Quarant. in ver. Benefic. Parochialiũ collatio vers. Denique quæritur.*

14 Sed quando nullus comparuit, aut certè nullus ex comparentibus vult subire examen, Episcopus alium terminum præfigere debet, seu aliud edictum proponere; & si nemo adhuc comparet, vel nemo idoneus reperitur, tunc poterit parochiale beneficium absque concursu conferre, *Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 2. num. 51. Quarant. loco cit.*

15 Concursus autem huiusmodi omnibus liber esse debet: & ideò non potest Episcopus prohibere Curatis, nè accedant ad concursum aliarum parochialium ecclesiarum, *vt resoluit Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. die 26. Augusti 1591. referente Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 2. num. 48.*

§. III.

An à iure præfixum sit tempus ad conferendum beneficia parochialia.

16 ORdinarij collatores ecclesias parochiales vacantes infra sex mensium spatium à die vacationis peracto examine iuxta formam Concilij Tridentini conferre tenentur, alias dicto sex mensium termino elapso sedi apostolicę reseruantur *ex citata constitutione Pij V. incip: In conferendis.* quandò verò vacant parochiales in mẽsibus sedi apostolicæ reseruatis, tenentur ordinarij intra quatuor menses à die illarum vacationis attestationem examinis cum significatione personæ magis idoneæ electæ ad Papæ Datarium transmittere, alias elapsis quatuor mensibus, earum collatio, prouisio, institutio, & omnimoda dispositio sedi apostolicæ reseruatur, *vt in d. constitutione Pij V.*

17 Potest autem Ordinarius beneficia

neficia parochialia, seu curata, quæ apud Sedem Apostolicam, seu in Curia vacare contigerit vacante eadem sede, liberè conferre, etiamsi vacent in Curia ipso Romano Pontifice viuente, si ante collationem Apostolica Sedes vacauerit *cap. si Apostolica de Præb. in 6.* quemadmodum alia etiam beneficia, etiamsi vacent in mensibus Sedis Apostolicæ, ab Episcopo eadem sede vacante conferuntur, donec nouus Pontifex {Cancellariæ regulas iterum publicet: quia hęc mensium reseruatio est personalis, & ideò mortuo Papa expirat *Garc. de Benef. par. 5. cap. 1. nu. 643. quem refert Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 11. num. 1. Gomes. in Reg. de Publican. resign. q. 6. vers. sed istis Barbos. de offic. & potest. episc. par. 3. all. 57: num. 62. & 192:*

18 Hoc tamen procedit, quando reseruatio inducitur in ipso obitu possessoris, & sic in vacatione, qualia sunt beneficia reseruata ratione temporis, *prout in reg. 8. Cancellariæ*, tunc enim si talis vacatio contingat Sede Apostolica vacante, collatio ad Ordinarium spectat: quia regulæ Cancellariæ eo tempore iam expirarunt; secus esset, si reseruatio personæ possessoris adhæreat, vel ratione personarum, puta si erat familiaris Cardinalium, Collector, vel Subcollector: vel ratione ipsius beneficij, videlicet si esset prima dignitas, siue alio modo ratione rei affectum Sedi Apostolicę: quia licèt Sede Apostolica vacante regulæ Cancellariæ tamquam auctoritatis tunc destitutę non inducant tempore vacationis reseruationem, non inde tamen reseruationes prius viuente Papa, & regulis vigentibus inductæ desinunt, aut expirant, cum beneficium semel affectum semper remaneat affectum *extrauag: Ad Romani de Præb: Gomes. in Reg. de Publ. resign. q. 6. vers. tamen contra prædicta Garc. par. 5. cap. 1. n. 789. & ità resoluit Rota in Abulen. Parochialis 24. Ianuarij 1594. corã Corduba, & in Andrien. Archidiaconatus 5. Decembris 1625. coram Merlino, & in alijs, vt refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par: 3. all. 57. num. 62. vers. fin.*

19 Itaque attendendum est, an qualitas inducens reseruationem semel detur stante, & vigente regula, quia tunc statim reseruationi est locus, & affectio inducitur: si verò non detur stante regula, sed postquam illa expirauit, tunc reseruatio locum non habet, nec afficit beneficium, *Aeneas de Falcon. de reseruat. 4. quæst. effect. 17. Gemin. cons. 93. nu. 15. quos refert, & sequitur Garc. de Benef. p. 5. c. 1. num. 791.* vnde neque illius beneficia erunt reseruata, qui sede-uacante in familiã alicuius Cardinalis receptus fuit, & ea durante à seruitio discessit *Barbos. d. par 3. all. 57. num. 110. vbi citat Mandos. ad reg. 32. q. 11. Anastas. Germon. de Indult. Cardin. §. per quod sublatis n. 99. Ioann. à Coch. in Prohem. reg. Cancell. nu. 23:*

20 Cætera quoq. beneficia infra sex menses conferenda sunt *cap: nulla de Conces. Præb.* huiusmodi

di verò sex menses à die scientiæ vacationis computantur *cap. licet de supplen. negl. Prælat.* & *cap. quia diuersitatem in fin. de Cõcess. Præb: & decisum refert Ricc: in Prax. for. eccles. p. 1. res.* 166: quod procedit, si Episcopus debitam suæ professioni diligentiam adhibuerit visitando Diœcesim iuxta tempus à sacra Tridentina synodo præscriptum *in sess.* 24. *de ref. cap.* 3. alias si negligens fuerit, sex menses prædicti currunt ab eo tempore, quo Episcopus potuit, vel scire debuit vacationem, *vt decisum refert Barbos. d. par: 3. all.* 58. *num.* 6. *& all.* 126. *nu.* 46. *& seq.* vbi id arbitrio iudicis remittit cõsiderata beneficij qualitate, vacationis modo, & tempore, ac di-
21 stantia locorum. Vnde elapso dicto tempore non potest ordinarius amplius conferre, sed collatio deuoluitur ad Superiorem, *cap. 2. de conces. Præb.* videlicet ad Archiepiscopum, & de Archiepiscopo ad Papam *cap. licet de sup.*
22 *plen. negl. Prælat.* quemadmodũ si Prælati Episcopo inferiores intra dictum tempus non conferãt, potestas deuoluitur ad ipsum Episcopum, *vt in d. cap. 2. de Conces. Præb:* etiamsi collatores esset Regulares *clemen. vn. de supplen. negl. Præl.* cuius dispositio procedit quoad eos Prelatos regulares, qui immediatè subsunt Romano Põtifici, non vero in ijs, qui licèt exẽpti sint à iurisdictione Episcopi, tamen immediatè non subsunt Romano Pontifici, sed alteri Prælato: tunc enim talis potestas ex prædicta negligentia deoluitur ad huiusmodi Prælatũ, *vt post glos. ibidem in ver. Prælat. & alios obseruat Barbos. d. p. 3. all.* 126. *numero* 69.

Secus esset, si ad inferiores, & Episcopum communiter spectaret collatio: quia tunc deuolutio non fiet ad Episcopũ, sed potius ad Archiepiscopum tamquam ad proximum superiorem *cap. postulastis de Conces. Præb.*

23 Idem dicendum, si ij, ad quos collatio spectat, prouident indignis, & incapacibus: hoc enim casu deuoluitur etiã potestas cõferendi ad superiorem *cap. cum in cunctis § fin. de elect. cap. si compromissarius eodem tit. in 6. & dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Garc. de benef. par.* 10. *cap.* 3. *n.* 2.

24 Quamuis autẽ presumatur notitia vacationis Beneficij in Prælato, qui residet in sua Diœcesi, *vt dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol:* 184. hæc tamen notitia, seu scientia vti præsumpta non sufficit ad effectum deuolutionis; & ideò in tali casu certam in inferiori collatore scientiam esse probandam tenuit Rota *dec:* 186. *par. 2. Recent. & in Bononien. Ferrarum* 20. *Octobris* 1582 *: coram Bubalo, & in firmana Beneficij* 12. *Maij* 1595. *coram Card. Blanchetto, quos refert Barbos. d. par. 3. all.* 58. *num.* 18. *&* 19.

25 Superior verò, ad quem fit deuolutio, habebit etiam sex menses ad conferendum à die deuolutionis, seu verisimilis notitiæ *Garc. par.* 10. *cap. 3. num.* 11. *Barbos. loco cit. all.* 58: *num.* 11. *& seq.* vbi etiam dicit, quod si interim col-

latio fiat ab ordinario post incursam deuolutionē etiam die mox sequenti, non tenet *iuxta dec. Rotæ in Toletana Paroch. 17. Aprilis 1595. coram Card. Pamphilio*: in conferendis enim beneficijs non est locus purgationi moræ, quia elapsis sex mensibus fit exequu-
26 tio ab ipso iure, *vt dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 253.* ità etiā si patronus laicus intra quadrimestre non præsentauerit, Episcopus à tempore vltimæ diei quadrimestris potest infra semestre beneficium conferre *Bisignet. decis. 7. de Prœben. Bellam. dec. 107. & decis. 212. Cantuc. dec: 109. quos refert, & sequitur Ricc. in Collect. decis: 2453. par. 6:*

27 Verum si Episcopus intra sex menses contulerit beneficium, & prouisio ex aliqua causa non fuerit effectum sortita, vt quia prouisus noluit acceptare, aut renunciauit, aut decessit, aut quia collatio ob aliquod occultum vitiū irrita fuit, non deuoluitur in tali casu ad alium potestas prouidendi: quia iam Episcopus fecerat quidquid ad ipsum spectabat, & ideò poterit Episcopus iterum infra iuris terminum computandum à die prædicti dissensus, renunciationis, mortis, aut irritationis beneficium conferre ac si vacatio noua esset, dummodò nil fraudulenter gesserit in præmissis, *vt est tex in cap. si electio de elect. in 6.*

28 Nullum autem tempus Episcopo habenti instituere præfixum est, intra quod facienda sit institutio, sicut præfixum est collatori ad conferendum, *vt obseruat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 260.* vbi dicit, quod *tex. in d. cap. nulla de Conces. Præb.* in quo præfigitur spatium sex mensium ad conferendum, habet tantum locum in habente liberam potestatem conferendi, non autem in collatione necessaria, & ideò beneficium non esse deuolutum ex eo quod ordinarius distulit instituere, resoluit Rota *in Dertonen: Iurispatronat. 8. Februarij 1599. coram Penia, vt refert idem Ricc. in Prax. par. 4. ref. 405. Barbos. p. 3. all. 72. num: 191. & all. 126. nu. 52. vbi alios refert:* poterit tamen Archiepiscopus eius Metropolitanus eidem Episcopo præfigere tempus, eiusque negligentiam supplere; vel statim, ac Episcopus differt instituere sine causa legitima, appellari potest ad Superiorem à grauamine illato, *vt dicunt Doctores apud Ricc. loco cit. ref. 403.* requiritur tamen trina interpellatio, vt possit appellari à retardata, seu denegata institutione, *vt decisum refert Barbos: d. all. 72. num: 193.*

Hoc tamen limitatur in Beneficijs parochialibus iurispatronatus tam ecclesiastici, quam laicalis: tunc enim institutio fieri debet ab Episcopo intra duos menses à die præsentationis, alias deuoluitur ad Metropolitanum, seu viciniorem ordinarium, aut ad sedem apostolicā arbitrio Patronorum *iuxta citatam constitutionem Pij V incip. In conferendis.*

29 Addit Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 260.* quod neque est præfi-

fixumà iure tempus ad beneficia resignata ex causa permutationis conferenda: sed contrarium colligiturex cõstitutione Greg.XIII. *incip:Humano vix iudicio, quam refert Quarant.in ver.Benefic.resignat. publicatio, ibi, de beneficijs autem, quæ deinceps in manibus ordinariorum collatorum etiã Cardinalium,etiam indulta,& facultates ad hoc ab apostolica sede habentium, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem sedis extra Romanam curiam resignari etiam ex causa permutationis contigerit,ipsi intra mensem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij iuxta apostolicas, & alias canonicas sanctiones omninò absoluãt.* ex qua quidem cõstitutione obseruant nonnulli recentiores, quod licèt ordinarius debeat infrà mensẽ admittere,vel reijcere Resignationem, nihilominus habet sex menses ad conferendum iuxta canonicas sanctiones, ità vt admissio,& reiectio cẽseantur restrictæ, & limitatæ ad mensem: at collationis tempus reguletur secundùm dispositionẽ iuris communis *in d.cap. nulla de Concess.Præb.& d.constit.Pij V.incip.In conferendis, ità Massobr. in Prax.haben.concurs.requis.7. dub. 1.quem refert, & sequitur Barbos. p.3.alleg.69.num.* 51.

30 His adde, quod neque ad possessionem beneficij per mortem vacantis, & ordinaria auctoritate collati vllum à iure tempus præfixum est,licèt possit beneficiarius ad id per Superiorem cogi,& ipso etiam beneficio priuari, *vt dicit idem Ricc.in Prax.vt supra par. 2. resolutione 265.*

§. IV.

An valida sit electio digni omisso digniore in Beneficijs parochialibus.

31 COmmunis est opinio, quod huiusmodi electio de digno omisso digniore valida est in foro fori, vt litium occasiones amputentur: quia alias omnis electio posset habere calumniam, *ità S.Th.2.2.q.63.art.2.ad 3.Barbos.de offic.& pot.Paroch.cap.2 nu. 98.& de offic.& pot. Episc.p.3.all. 60.num.97 vbi citat Sot.lib.3.de Iust.q.6.ar:2.& lib.10.quæst.2.art. 3.Bann.de Iust.quæst.63.ar.2.post dub.3.vers.ad confirmationem Filliuc.tract.4.de Benefic.capit.4.à n. 177.Valent.2.2.disp.5.quæst.7.pun. 2.S.secundo quæritur vers.secunda assertio Iacob. de Graff.in aur. decis.par.1.lib.2.cap.99.nu.2. Flamin.de Resign.lib.10.q 11.nu. 36. Azor.Instit.mor.p.2.lib.6.cap. 15: quæst.1.Rebell.de oblig.Iust.p.1.lib. 3.q.4.Rot.decis.40.par.1.Recent.& in Eugubina Parochialis S.Venãtij 13.Ianuarij 1623.coram Remboldo*; 32 grauiter tamen peccaret Episcopus conferendo ecclesiam parochialẽ digno omisso digniore,quia in tali casu violatur iustitia distributiua: iura enim præcipiunt, vt parochiales ecclesiæ dignioribus, ac magis idoneis con-

ferantur, *vt constat ex Conc. Trident. d. sess. 24. cap. 18. & ex citata Constitutione Pij V. incip. In conferendis*, & ideò tenebitur digniori damnum resarcire, quod inde illatum illi fuit *Sylu. in ver. restitutio 3. q. vlt. vers. Secundo Caiet. 2. 2. quæst. 62. ar. 2. ad 4. Grat. decis. Rot. March. 97. quem refert. Ricc. in Collect. decis. 712. par 3. Dian. par. 2. tr. 15. res. 40.* excusabitur tamen Episcopus, si conferat dignioribus in Diœcesi existentibus: non enim tenetur perquirere extra suam Diœcesim, vt meliores habeat, *vt post Caiet. & alios dicit Barbos. d. all. 60. num. 99.*

33 Dignior verò in hoc casu non simpliciter dicitur ille, qui doctior est, vel sanctior, sed is qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, vtilior, & aptior eius ministerio apparet, *S. Tho. 2. 2. q 63. art. 2. Rot. in Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Arigonio, & coram Buratt. decis. 22. num. 29. vbi aliæ decisiones referuntur.* in quo multum defertur iudicio Episcopi *cap. in præsentia de Renunc.* vnde non est consideranda solum idoneitas respectu scientiæ, sed etiam respectu ætatis, morum, prudentiæ, & huiusmodi ad Ecclesiā parochialē gubernādā, *vt cōstat ex Concil. Trid. d. sess. 24. c. 18.* aliquādo enim minus sciēs, & minus sanctus melioribus præferendus est, quando magis conferre potest ad bonum commune propter potentiam, vel industriam sæcularem, vel propter aliquid huiusmodi *S. Thom. loco cit. d. ar. 2.*

34 Quare nobilem ignobili præferendum esse dicit Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 3. res. 554. Barbos. d. all. 60. num. 101. vbi refert. ità tenuisse Rot. decis. 61. par. 1. Recentis.* quia homines, & iura nimium tribuunt nobilitati *l. 2. C. de offic. di. uer. Iud. l. potioris C. de off. Rect. Prouinc.* item minus doctus, modò idoneus, cuius prudentia, ac mores sunt noti, præferendus est doctiori, cuius vita ignoratur, *vt censuit Sacr. Cong. teste Piasec. in Prax. Episc. par. 2 cap. 5. num. 19. Ricc. in Prax. par. 3. res. 521. Rot. d. decis. 22. numer. 29. coram Buratt.*

36 Hinc etiam ciuis extraneo cæteris paribus præferri debet, *vt in cap. nullus inuitis 61. dist. capit. nè pro defectu de elect. cap. bonæ memoriæ 2. S. intelleximus de Post. Prælat. & docent communiter Doctores*, quia ciuis in pluribus cōsueuit esse vtilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit ecclesiam, & facilius ad residentiam inducitur *S. Tho. loco cit. d. ar. 2. ad 4. latè Barbos. d. par. 3. all. 60. nu. 102.*

37 Addit Ricc. *in Prax. par. 1. res. 654. ex decreto Sacr. Congr.* quod potest etiam ecclesia parochialis illi conferri, qui vnius tantum examinatoris suffragium habuerit, si melius iudicio Episcopi ecclesiæ prouideri nequit.

38 In alijs verò beneficijs curam animarum non habentibus licitum est tam in foro externo, quā in foro conscientiæ eligere dignum omisso digniore *secundùm receptam sententiam, quam tenet.*

Nau.

Nau. de Restit. lib. 2. cap. 2. nu. 172. Ledesm. in Sum. par. 2. tract. 7. c. 2. cõcl. 7. diffic. 15. Gutier. Can. qq. lib. 2. cap. 11. num. 12. Garc. de Benef. par. 7. cap. 16. num. 16. quos refert, & sequitur Dian. par. 2. tr. 15. res. 38. vers. quarta opinio.

§. V.

Quæ ætas requiratur in electo ad Parochialem ecclesiam.

39 AD parochiale beneficium requiritur, quod electus
40 compleuerit annum 24. & attigerit annum 25. atque infra annum à die possessionis pacificè acquisitę numerandum ad sacerdotium promoueri debet, alias elapso anno ipso iure nulla etiã monitione præmissa priuatus est beneficio parochiali *cap. licet canon, & cap. commissa de elect. in 6.* & tenetur relinquere beneficium vna cum fructibus etiam ante Iudicis sententiam, si infra annũ ordinatus non fuerit *Nau. in man. cap. 25 num 118. & cons. 12. num. 2. de Rescript.* quod procedit etiamsi lis deinde mota fuerit super beneficio: adhuc enim teneretur sub dicta pœna intra annum sacerdotium suscipere, dum modò per vnum, aut duos menses sine molestia beneficium possederit, vel habeat pacificè exercitium curæ, quamuis non possideat maiorem partem bonorum *Sarnen: in reg. de Trienn. q: 53. vers. & ideo.*

41 Hæc tamen conclusio limitatur 1. quando Parochus legitimo impedimento detentus fuit, nè sacerdotium intra annum susciperet, puta quia Episcopus non potuit, seu noluit ordines conferre propter illitteraturam, vel aliam causam *d. cap. commissa de elect. in 6. & censuit Sacr. Congr. teste Barbos. de offic. & pot: Episc. par. 3. all. 60: num. 84.* & tunc cessãte impedimento quoad vtrumque forum non alius annus integer dandus est ad sacerdotium suscipiendum, sed tantum temporis, quãto fuit impeditus *Nau. cons. 1. de In integr. restit.*

42 Limitatur 2. in Capellania requirente ordinem sacerdotalem; quamuis enim illam obtinens teneatur infra annum promoueri, tamen si intra dictum tempus promotus non fuerit, nõ priuatur beneficio ipso iure, sed per sententiam, & præmissa monitione superioris *cap. 1. de ætat. & qual. Rot. in Tullen. Monasterij S. Mansueti 17: Martij 1597. coram Penia, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 307.*

Sed obserua, quod tunc datur annus obtinentibus huiusmodi Capellanias, quando verba fundationis non respiciunt actum collationis, vel præsentationis, secus quando ordo sacerdotalis, requiritur in ipso actu collationis seu præsentationis, vt si dicatur, quod præsentetur sacerdos, seu Capellanus, qui missas celebret, quia tunc nõ datur annus ad suscipiendum sacerdotium, sed requiritur, quod præsentatus de eo tempore sit actu sacerdos, quia

qua-

qualitas iuncta verbo intelligitur secundùm tempus verbi *l. in delictis §. 1. ff. de Noxal. l. Titius : vbi Bart. ff. de milit. testam. Ricc. loco cit. vbi etiam refert, ità tenuisse Rotam in Romana Capellaniæ de Capizucchis 20. Nouembris 1563. coram Cotta, & in alia Romana etiã Capellaniæ 19. Martij 1586. coram Card. Pamphilio.*

43 Limitatur 3. quoad obtinentes Decanatum, Archidiaconatum, seu alias dignitates, vel beneficia, quæ curam animarum habent annexam : isti enim, quãuis vigesimum quintum ætatis annum attingere, & infra annum Sacerdotium similiter suscipere debeãt *iuxta text. in d. capit. licet canon, & cap. cum ex eo de elect. in 6. Conc. Tridentin. sess. 7. de ref. cap. 12. & sess. 24. cap. 12.* non tamen tenentur in cõscientia elapso anno, & non suscepto sacerdotio relinquere beneficium, nisi præcesserit monitio, & Iudicis sententia *cap. cum in cunctis §. inferiora de elect. glos. in cap. licet canon. ver. priuatus eod. tit. in 6. Barbos. de offic. Paroch. cap. 5. num. 10.*

44 Hoc tamen Doctores intelligunt, si dignitati vnita sit parochialis æquè principaliter : quia si accessoriè sit vnita, eam obtinens non debet necessariò attingere vigesimum quintum annum *Galet. in Margar. Cas. Cõsc. ver. Parochus 6. Homobon. de Hum. vit. stat. p. 1. cap. 9. vers. secunda, & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 65. in fin. & in d. cap. cum in cunctis §. inferiora de elect.* vnde si parochialis vnita esset accessoriè alicui Canonicatui Ecclesiæ Cathedralis, sufficeret ætas 22. annorum, quæ in Canonicatus collatione requiritur, *vt censuit Sacr. Congreg. teste Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 21. vers. ad dignitatem Barbos. d. all. 60. num. 66. & seq.* vbi etiam dicit, vigesimum secundum annum requiri in tali casu incæptum, non autem completum, *vt resoluit Sacr. Congr. referente Gratian. discept. 591. nu. 9.*

Immò sufficeret, vt prouisus sit in ea ætate, vt infra annum possit promoueri ad ordinem Canonicatui annexum *iuxt. Tridentinum sess. 24. c. 12. & censuit Sac. Congr. teste eodem Barbos. d. all. 60. nu. 70.*

45 Præterea tenetur etiam ad restitutionem fructuum perceptorum qui parochiale beneficiũ adeptus est animo dimittendi, & non suscipiendi sacerdotium, nisi mutata voluntate deinde intra annum ordinetur *c. commissa vers. cæterum de elect. in 6.* quod intelligendum est, si animo absoluto mutandi statum id faciat, non tamen si animo dubio, & conditionali perseuerandi in clericatu, nisi aliqua melior cõditio mutandi statum se offerat *Nauarr. in Man. cap. 25. num. 118 in fin. & cons. 17. de Cler. non resid.*

46 si verò suscipiat animo sumendi sacerdotium, & postea voluntatẽ mutet, non tenetur quidem restituere fructus perceptos eo tẽpore, quo sanam habuit intentionem, sed tantum perceptos à tem-

à tempore, quo voluntatem mutauit *glos. in dict. cap. commissa ver. non intendens, & alij apud Barbos. de offic. Paroch. cap. 5. numer. 15.*

47 Hoc tamen non procedit in beneficijs, quę non habent annexam curam animarum, quales sunt Canonicatus in ecclesijs Cathedralibus, etiamsi habeant annexum ordinem sacrum; siquidem iura solum statuerunt pœnam restitutionis contra Beneficiarium, qui recepit beneficium curatum sine tali intentione, & ideò tamquam pœnalia, extra suum casum non debent extendi *Nau. loc. cit. Ricc. in Prax vt supra par. 3. res. 474* peccaret

48 tamen mortaliter Canonicus nō recipiens ordinem suo Canonicatui annexum, quia non haberet intentionem seruandi sacros canones in re graui; & si intra annum non ordinetur, priuatur etiam voce in capitulo, & dimidia parte distributionum *iuxtà clem. vt ij qui De ætat. & qualit. quam innouauit Conc. Tridentinum sess. 22. de ref. cap. 4.* immò in tali casu Episcopus illum priuare potest Canonicatu, & procedere potest ad priuationem etiam sine adiunctis, *vt censuit Sacr. Congregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. par 4. res. 592:* quod etiã

49 locum habet quoad Canonicos Ecclesię Collegiatæ, si ex antiqua consuetudine, vel statuto aliquem sacrum ordinem habēt annexum, *vt declarat textus in d. clem. vt ij qui, iuncta glos. in ver. annexi.* Vnde in tali casu prouisus de Canonicatu in ecclesia Collegiata eius debet esse ætatis, vt intra annum ad illum ordinē promoueri possit *iuxta Concil. d. sess. 22. cap. 4.* secus si nullum tale adsit statutum, vel consuetudo; quia tunc requisita ætatis quoad dignitates, & Canonicatus in Collegiatis Ecclesijs obtinentes remanent in dispositione iuris communis: quia Concilium in hoc nihil innouauit, *vt declarauit Sac. Congregatio referente Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. num. 21.* & ideò in illis sufficit ętas 14. annorum *iuxta cap. super inordinata iuncta glos. in ver. pueri de Præben.* etiamsi cōpleti non fuerint, modò sint incępti, *vt censuit Sac. Congregatio Concilij apud Farinac. decis. 155. parte 4. Diuers. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. numero 75. & 76. Ricc. in Prax. parte 1. res. 180.* potest tamen Episcopus cogere aliquos Ecclesiæ Collegiatæ Canonicos ad sacrum ordinem suscipiendum, si eiusdem ecclesiæ necessitas id postulet *cap. quæris de ætat. & qual.*

50 Vltimò obseruant Doctores, quod etiam Canonicus coadiutor, si resideat, & inseruiat, debet esse constitutus in ea ætate, quæ ad illum canonicatum obtinendum requiritur ità vt infra annum promoueri debeat ad ordinem suæ præbēdæ annexum *iuxta Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 12. & sess. 25. de ref. cap. 7.* secus si nūquam

quam resedit, vel inseruiat: tunc enim non tenetur suscipere infra annum ordinem requisitum, cum non habeat exercitium coadiutoriæ; quemadmodum habens curam habitu, & non actu non tenetur infra ānum promoueri ad sacerdotium, *ità Barbos. de Canon. & dignit. cap. 29. numero 37. & 49. & alij.*

§. VI.

An detur appellatio ab electione Episcopi.

51 REsp. dari quidem appellationem ad effectum deuolutiuū non autem quoad effectum suspēsiuum; & ideò interim prouisus appellatione pendente à parochiali amoueri non debet, nè parochiales ecclesiæ diù in suspenso remaneant, *vt statuit Cōc. Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 18. & Pius V. in d. constit. incip. In conferendis*: quod procedit, quādo electio, seu iudicium Episcopi esset irrationabile, de quo euidenter constare debet, alias appellatio etiam quoad effectum deuolutiuum denegatur *ex d. constit. Pij V. vt obseruat Rot. dec. 40 sub: nu. 1. p. 1: Recent. Greg. decis. 11. nu. 1. & 2. Marescott. var. res. lib. 1. c. 52. n. 24.*

52 In duobus tamen casibus datur appellatio tam quoad effectū deuolutiuum, quam suspensiuum, primò quando appellatur à sententia Metropolitani, seu alterius Iudicis appellationis reuocatoria electionis priùs factæ ab ordinario in concursu: nam in tali casu Iudex appellationis non potest exequi suam sententiam, nisi fortè transiuerit in iudicatum *Beltram. ad Greg. decis. 538. in fin. Rota coram Buratt. decis. 22. nu. 1. & seq.* Secundò quando facto concursu appellatur inter præsentatos, vel Patronos laicos super pertinentia Iurispatronatus, videlicet ab institutione facta ad præsentationem alterius ex patronis: tunc enim per appellationem etiam possessio suspendi debet, *vt decisum refert Barbos. d. par. 3. all. 60. numero. 104.*

53 Adde quod etiam à reprobatione examinatorum datur appellatio quoad effectum deuolutiuum à die scientiæ, *vt censuit Sac. Cong. Concilij, quæ refertur inter Decis. nouissim. Diuers. part. 4. decision. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Iurispatronatus laicorū libera sunt ab omnibus reseruationibus etiam in corpore iuris clausis.*

2 *Non præsumitur Papam velle derogare Iuripatronatus laicorum, nisi id expressè ex litteris constiterit.*

3 *Si prima dignitas esset de Iurepatronatus laicorum, reseruatio regulæ 4. Cancellariæ istam non comprehenderet, sed aliam subsequentem.*

4 *An beneficium Iurispatronatus mixti sit exemptū ab huiusmodi reseruationibus.*

5 *Quando Iuspatronatus censeatur ecclesiasticum.*

6 In-

6 *Institutio facta ad præsentationem aliquorum patronorum nõ seruata forma cap. fin. de elect. est ipso iure nulla.*

7 *In beneficijs parochialibus de Iurepatr. laicorum non requiritur concursus.*

8 *Limitatur, quando Parochialis deuoluta est ad ordinarium.*

9 *Item limitatur, quando sunt plures præsentati, & singuli haberent æquales voces.*

10 *Habens maiorem partem vocũ si subijceret se examini, sibi præiudicaret.*

11 *Si iuspatronatus competat pro medietate vni familiæ, & pro altera medietate alteri competeret, præsẽtatus à maiori parte vnius vocis esset in pari gradu cum illo, qui est præsentatus ab omnibus patronis alterius vocis.*

12 *Quando fœminæ à iure præsentandi excludantur.*

13 *In iurepatronatus familię relicto fœminæ non habent vocem in præsentando.*

14 *Quando præsentatus ab existente in quasi possessione præferatur præsentato à vero Patrono.*

15 *Præsentatus à pupillo, qui sit maior infante præfertur præsentato à tutore.*

16 *Habilis præsẽtatus etiã à minori parte præfertur inhabili præsentato à maiori parte.*

17 *Quãdo donatur vel legatur iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita & non in stirpes, secus si succedatur iure hæreditario, quia tunc in stirpes succeditur.*

18 *In parochialibus iurispatronatus ecclesiastici requiritur concursus.*

19 *An concursus requiratur si iuspatr. sit mixtum, & n. 20.*

21 *An Iuspatr. quod destructa ecclesia extinctũ fuit, illa reædificata reuiuiscat.*

22 *Dotans insufficienter etiam de consensu episcopi iuspatr. non acquirit.*

Quæ sit dos sufficiens, & quæ insufficiens, ibidem.

23 *An acquiratur Iuspatr. ex augmento dotis.*

24 *In casu amissionis dotis non potest alius de nouo dotare nisi prius requisito primo Patrono, an dotare velit.*

25 *Quando pluribus competat Iuspatronatus.*

26 *Quando ecclesia censeatur esse de iurepatronatus Vniuersitatis*

27 *Non acquiritur iuspatr. nisi adsit consensus Episcopi: quando præsumatur consensus Episcopi, ibidem:*

28 *Patronus, qui erexit ecclesiam sine dote sufficienti potest cogi ad illam præstandam.*

Quando ad id teneatur Episcopus, ibidem.

29 *In Capellis constructis quando dos requiratur,*

30 *Quando reficitur ecclesia ex eadem materia, antiquus Patronus ratione lapidum, fundamẽtorum, & aliarum rerum, quæ supersunt ex ecclesia destructa, remanet Patronus.*

31 *Quando ex refectione, seu reædificatione acquiratur ius patronatus.*

32 *Delentes seu amouentes Patro.*

ni insignia puniuntur arbitrio Iudicis. 45
An Episcopus possit ea auferre, ibidem.
33 An per huiusmodi insignia probetur iuspatronatus. 46
34 Et an probetur ex inscriptionibus antiquis. 47
35 Sepulchrum esse hæreditarium probatur ex litteris sepulchro inscriptis. 48
36 Quando ius sepulchri alicui familiæ concessi redeat ad ecclesiã.
37 Datur actio iniurianum contra eos, qui Patronorum sedes ab ecclesia remouent. 49
38 Ius præcedendi, & sedendi in eminentiori loco an ad hæredes extraneos Patroni transferatur: 50
39 Inter plures heredes, alijs tunc erit præferendus dignior.
Quando adsunt plures hæredes, licentia remouendi sedes petenda est à digniori, non autem ab alijs. 51
40 Ad probandum iuspatronatus quoad personas potentes seruanda est forma à Conc. Trid. præscripta in sess. 25. de refor. c. 9. 52
41 Talis forma ad vnguem seruanda est, nec potest impleri per æquipollens. 53
42 Titulus Iurispatr. debet esse necessariò vel ex fundatione, vel dotatione.
43 An dispositio Concilij procedat, quando concurreret maior, vel æqualis potentia in ordinario.
Et an procedat in vniuersitatibus paruis, ac sine iurisdictione, 55
ibidem.
44 An decretum Concilij loco citat. procedat quoad probandum iuspatronatus Priuatorum.
Quid si Patronus in loco beneficij nunquam habuit iurisdictionem, 46
Et an decretum Concilij locum habeat in Confraternitatibus.
Quid si priuata familia haberet iuspatr. simul cum familia potẽti, vel vniuersitate. 47
Et quid si plures familiæ de aliqua vniuersitate prætenderent iuspatr. vel si tale ius non totius Vniuersitatis, sed illius partis esse prætendatur. 48
An seruanda sit forma à Concilio præscripta, si agatur non cõtra ecclesiã, sed inter ipsos Patronos. 49
An Clericus Patronus ecclesiæ, seu Capellæ vacantis possit seipsum præsentare. 50
Si Clericus Compatronus præsẽtatus ab alijs electioni huiusmodi consentiat, votum eius augebit numerum, debet tamen infra tempus datum ad præsentandũ consentire. 51
An valeat mandatum datum ad præsentandum, antequam beneficium vacet. 52
Intra quod tempus Patroni præsentare debeant, & an possint elapso tempore moram purgare. 53
Potest Episcopus lapso tempore admittere Patronum ad præsentandum, sed hæc prorogatio valebit in præiudicium ipsius Episcopi, non autem in præiudiciũ superioris. 54
Patronus laicus, non autem ecclesiasticus potest plures successiuè, vel etiam vnico contextu præsentare. 55

56 *Poterit Patronus laicus variare intra quadrimestre, etiamsi præsentauerit indignum.*

57 *Patrono indignum præsentante quando possit Episcopus ordinario iure beneficium Iurispatronatus conferre.*

58 *Quid si Patroni præsentauerint aliquem non habentem qualitates requisitas in fundatione.*

59 *Patroni etiam ecclesiastici possunt iterum canonicè præsentare, si actus prioris præsentationis non fuit perfectus.*

60 *Non potest Patronus laicus variare vltra duas vices, sed tãtum semel, vel iterum.*

61 *Quid si Patronus laicus in prima præsentatione iurauerit, se alium non præsentare.*

An valeat actus factus contra proprium iuramentum, ibidem.

62 *Si Patronus tantum iurauit non reuocare, non dicitur contrauenire per secundam præsentationem.*

63 *Lite pendente inter præsentatos non potest laicus variare.*

64 *An possit Patronus laicus à priori præsentatione recedere.*

65 *Patronus laicus potest variare tantum intra quadrimestre, secus eo elapso:*

66 *Aetas 14. annorum requiritur ad obtinendum beneficium Iurispatr. sine cura.*

Et an annus 14. requiratur expletus, vel potius sufficiat incæptus, ibidem.

67 *An possit præsentari minor 14. annorum, si ità in fundatione cautum sit.*

68 *Fundator nõ potest adijcere aliquam conditionem naturæ beneficij repugnantem.*

69 *Quæ ætas requiratur, si in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare diuina officia, seu missas*

70 *Vtrum valeat præsentatio de persona nondum attingente 14. annum.*

71 *An valida sit præsentatio facta de laico, si statim postea assumat Clericatum.*

72 *Si Patroni discordent, & lis intra tempus datum ad præsentandũ non finiatur, potest Episc. liberè in tali beneficio instituere Rectorem sine præiudicio euincentis.*

73 *Limitatur, quando lis est inter Patronos, & Episcopum.*

Quando Episcopus possit ponere Oeconomum, ibidem

Subditus litigans cum suo Episcopo potest impetrare exemptionem ab eius Iurisdictione lite pendente, ibidem.

74 *Item limitatur supradicta conclusio, quando lis esset inter præsentatos.*

75 *Si non constet de Iurepatr. Episcopus potest Ecclesiam ordinare non obstante contradictione prætensorum Patronorum.*

76 *Quando valeat collatio facta ab Episcopo intra tempus præsentandi.*

77 *An ordinarius possit beneficijs onus imponere.*

78 *Iuspat. donari, vel legari non potest absque consensu Episcopi & ideò donans non obstante donatione poterit præsentare.*

79 *Sufficit in hoc consensus Episco-*

pi etiam tacitus, vel si postea consensus huiusmodi superuenerit.

Talis cõsensus præsumitur ex lapsu 30. annorum iuncta obseruantia, ibidem.

80 Consensus Episcopi non requiritur, si Iuspatr. donetur Ecclesiæ.

81 Si laicus de consensu Episcopi ecclesiam monachis donaret, ex tali donatione non solum transfertur Iuspat. sed etiam omnia iura temporalia, quæ habebat Episcopus.

82 Episcopi consensus non est necessarius quando Iuspatr. donatur compatrono, secus si donetur filio Compatroni Patre viuente.

83 An in fideicommissarium transeat iuspatr. vel ius sepulchrorũ.

84 An Iuspatronatus transeat ad hæredes extraneos.

85 Quando Episcopus possit cogi ad huiusmodi assensum præstandum.

86 Ecclesia Patronum inopem alere tenetur,

87 Quid si dos data à Patrono sit perempta.

88 Et quid si Patronus sit excommunicatus.

89 Ecclesia tenetur alere Patronum non solum de bonis à Patrono relictis, sed etiam de alijs postea acquisitis.

90 Hæc conclusio procedit etiamsi Iuspatronatus alteri donauerit

91 Patrono debentur alimenta etiã pendente lite super Iurepatr. tenebitur tamen illa restituere si succumbat.

92 Supradicta conclusio intelligenda est, quando Patronus summa egestate laborat, ac deductis oneribus beneficij, & expensis necessarijs pro Ecclesia, & pro substentatione Rectoris.

93 Patronus pro consequutione alimentorum præfertur Pensionario.

94 Summa egestas quæ dicatur.

95 Huiusmodi alimenta debentur Patrono habito respectu ad qualitatem personæ, & ad facultates seu fructus ecclesiæ.

96 Si Iuspatr. spectet ad Vniuersitatem, ecclesia solos Rectores Vniuersitatis in tali casu alere teneretur.

CAP. VI.

De Iurepatronatus.

§. I.

An Beneficia Iurispatronatus sint exempta à reseruatione regulæ 8. Cancellariæ.

1 DIco 1. quod beneficia Iurispatronatus laicorum, dummodò sint ex fundatione, vel dotatione iuxta Concilium Tridentinum *sess. 25. de Ref. cap. 9.* libera sunt ab omnibus reseruationibus etiam in corpore iuris clausis; & ideò institutio fieri potest, prout quotidiè fit, ab ordinario, nec est opus recurrere ad Papam pro illa obtinenda vigore præsentationis, *latè Gonzal. super Reg. 8. Cancell. glos. 18. num. 2. & seq. Germon. de indult. Cardin. §. volumus autem n. 29. Staphil. de mod. & form.*

im-

impetran. § sequitur videre nu. 7. & 9. Rot. coram Greg. decis. 48. n. 3. & coram Martin. Andr. dec. 22. num. 6. & in Barchinonen. Iurispatronatus 3. Aprilis 1645. coram Corrado, quam refert Dian. post 8. par. res. mor. quod procedit, etiãsi in reseruatione adsit clausula, motu proprio, aut illa verba, ad cuiuscumque collationem, prouisionem, electionem, præsentationẽ, & quãuis aliã dispositionẽ pertineant, vt dicũt Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. episc. p. 3. all. 57. n. 26. quia
2 nunquam præsumitur, Papam huiusmodi iuripatronatus derogare, nisi id expresè ex litteris cõstiterit Staphil. loco cit. Couar. practic. qq. cap. 36. num. 1. Ricc. in Collect. decis. 2453: par 6. & alij communiter. Vnde si contingeret,
3 primam dignitatem esse de Iure patronarus laicorum, reseruatio regulæ quartæ Cancellariæ istam non comprehenderet, sed aliam subsequentem Barbos. d. all. 57. n. 102. vbi alios refert.

4 Dico 2. quod hac etiam exẽptione gaudet beneficium iurispatronatus mixti, hoc est partim laicalis, & partim ecclesiastici: tum quia in fauorabilibus attẽditur qualitas laicalis, tum etiam quia propter mixturam Clerici non debet priuari laicus iure suo Garc. de Benef. par. 5. cap. 1. n. 582. vbi refert plures Rotæ decisiones Card. Caualer. dec. 547: num. 5. & decis. 571. num. 1 Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 386. Andr. d. decis. 22. num. 6. & seq: hoc tamen procedit, quando Patroni laici habent maiorem, vel saltem æqualem partem vocum; secus esset, si pars vocum Patronorum ecclesiasticorum esset maior, & potentior, veluti si iuspatronatus ad vnum laicum, & ad duos clericos ratione ecclesiarum spectaret: tunc enim censeretur iuspatronatus ecclesiasticum, cum à potentiori fiat denominatio, & per consequens caderet sub reseruatione Gonzal. vt sup. glos. 18. num. 8. & seq. Couar. loco cit num. 5. Card. Caualer. d. decis. 547. nu. 2.

5 Sed quæres, quando Iuspatronatus censeatur ecclesiasticum? Resp. Iuspatronatus dici ecclesiasticum, quando ex bonis ecclesiæ beneficium fundatur, vel dotatur: vel quando ratione ecclesiæ competit alicui Gonz. d. glos. 18. num. 5. Barbos. de offic. & pot. Episc. par 3. all. 72. numer. 128. vel quando à laico donatur ecclesiæ cap. vn. § fin. & ibi glos. & DD. de Iurepatr. in 6. Andr. d. dec. 22. num. 7. & seq. Caualer. dec. 278. num. 3. quemadmodum è conuerso Iuspatronatus ecclesiasticũ transiens ad laicos permutatione, vel alio titulo oneroso accedente Superioris auctoritate, efficitur laicale, vt decisum refert Barbos. loco cit. quicquid dicat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 143. qui censet, Iuspatronatus fundatum de proprijs bonis siue à clericis, siue à laicis semper dici sæculare, etiamsi relinquatur ecclesiæ.

6 Quæres 2. an valida sit institutio facta ad præsentationem, &

in-

instantiam aliquorum Patronorũ non proposito publico edicto, nec causa discussa secundùm formam præscriptam *in c. fin. de elect in 6.* Resp. institutionem in tali casu esse ipso iure nullam, & inualidam: quamuis enim *text. in d. cap. fin.* loquatur de electione, habet tamen locum etiam in præsentatione *secundùm glos. ibidem in ver. electione, & Doctores omnes, vt obseruat Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 49. numer. 24.*

§. II.

An beneficia parochialia Iurispatronatus conferri debeant per concursum.

7 DIco 1. quod in Parochialibus de Iurepatronatus laicorum non requiritur cõcursus, sed sufficit, quod præsentatus à Patronis examinetur ab examinatoribus in Synodo deputatis, & si idoneus reperitur, est admittendus, & instituendus iuxta *Conc. Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 18. & pluries resoluit Sacra Congregatio Concilij, vt refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 519. Piasec. in Prax. episc. par. 2. c. 5. num. 18. vers. in curato.*

8 Hanc tamen conclusionem limitant Doctores, quando parochialis de Iurepatronatus laicorum deuoluta est ad ordinarium: quia tunc per concursum est cõferenda *iuxta decretum Sac. Congregationis apud Barbos. de offic. Paroch. cap. 2. num. 131.*

9 Limitant secundò, quando sũt plures præsentati, quia tunc etiã inter ipsos tantum debet fieri concursus, vt eligatur magis idoneus, *vt censuit Sac. Congregat. Concilij apud Greg: d. decis. 494. num. 2. Ricc. loco citato Piasec. vbi supra num. 18.* quod intelligendum est, vbi singuli præsentati haberent æquales voces, alias si vnus haberet plures voces, ille solum est examinandus absque concursu aliorum *Rot. decis. 117. par. 2. in nouis. & coram Mantic. decis. 86. & coram Seraphin. decis. 875. & coram Durano decis. 44. num. 10. & in Compostell. Parochialis 20. Febr. 1630. coram Merlino, & in Pampilonen. Parochialis 26. Iulij 1626. coram Buratto, quas refert Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. all 72. num. 197.*

10 Obserua tamen 1. quod si habens maiorem partem vocum se subijceret examini, & concursui, sibi præiudicaret; quia faceret se parem, & perinde habendus esset, ac si haberet pares voces, *vt decisum refert Beltramin. ad Greg. d. dec. 494.*

11 Obserua 2. quod si Iuspatronatus pro medietate vni familiæ, & pro medietate alteri competeret, tunc præsentatus à maiori parte vnius vocis esset in pari gradu cum illo, qui præsentatus est ab omnibus Patronis alterius vocis *Card. Caualer. decis. 519 num. 4.* Quare si vna familia præsẽtaret V. G. Petrum, & duæ voces alterius familiæ, quę in octo voces diuisa sit, adhęrerẽt eidem Petro, non ex hoc diceretur præsentatus à maiori parte: quia aliæ

sex

sex voces alterius familiæ repræsentant integram portionem, *vt d. Add. ad Buratt. dec. 942. num. 5.*

12 Obserua 3. quod vbi adest statutum excludens fœminas dotatas ab hæreditate Patris, tales fœminę ius præsentandi nō habent, dummodò sint dotatæ de bonis illius, à cuius hæreditate excludūtur, *vt post Lambert. & alios dicit Vulp. in Prax Iudic. for. eccles. cap. 49. num. 20.*

13 Obserua 4. quod in iure patronatus familiæ relicto fœminæ nō habent vocem in præsentando, quemadmodum ad fideicommissum familiæ relictum fœminæ minimè admittuntur, etiamsi essent agnatæ, *vt decisum refert Ricc. in in Prax. par. 3. resol.* 580. quia fœminę non veniunt appellatione familiæ *l. pronuntiatio §. familiæ, & l. seq. ff. de Verb. sign.* præsertim si loquamur de fœminis nuptis, quę transeunt in familiam viri *l. quicunq. C. de re milit. lib.* 12. & ideò fœmina nupta excluditur à substitutione, in qua vocantur proximiores de agnatione, *vt decisum refert idem Ricc. loco cit.*

14 Obserua 5. quod præsentatus ab existente in quasi possessione iuris prę̨sentandi prę̨fertur præsentato à vero patrono, dummodò sequatur institutio, antequam de proprietate constet: secus esset, si ante institutionem constaret de proprietate, quia tunc proprietas causam possessionis absorberet *cap. consultationibus de iurepatr. Cătuc. dec.* 167. *Bisignet. dec.* 5. *de Prę̨ben. Aldobrandin. dec.* 228. *quos refert, & sequitur Ricc. in Collect. dec.* 2453. *par.* 6. vbi etiam dicit, quod hęc quasi possessio nō acquiritur per præsentationem, nisi subsequatur institutio.

15 Obserua 6. quod præsentatus à pupillo, qui sit maior infante, præfertur prę̨sentato à tutore *Ricc. in Collect. decis.* 278. *p.* 2. *Coccin. dec.* 477. *n.* 2.

16 Obserua 7. quod habilis præsentatus à medietate, vel à minori parte præfertur inhabili præsentato ab altera medietate, vel etiam à maiori parte: quia totum ius est eorum, qui habilem præsentarunt *Rot. coram Card. Caualer. dec.* 231. *nu.* 1. & 2.

17 Obserua 8. quod quando donatur iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes, *vt decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 1. *res.* 201. *& par.* 3 *res.* 587. vbi idem dicit, si in iurepatronatus succeditur iure legati; secus si succedatur iure hæreditario: quia tunc in stirpes, non autem in capita succeditur *per tex. in Clem. plures de iurepatr.*

18 Dico 2. quod in Parochialibus iuris patronatus ecclesiastici requiritur concursus *iuxta Concilium d. c.* 18. *& resoluit Sac. Congr. teste Piasec. in Prax. Episc. par.* 2. *c.* 5. *num.* 17. *in fin. Rota in Florentina parochialis* 28. *Maij* 1599. *coram Iustio*: quod etiam procedere in beneficio iuris patronatus mixti dicit Beltramin. *ad Greg. dec.* 494. *num.* 6. immò addit Barbos. *d. par.* 3. *alleg.* 60. *num.* 17. quod for-

19 ma examinis per concursum seruanda est, etiamsi iuspatronatus

pro

pro duabus partibus pertineret ad laicum; & pro vna tantum ad ecclesiam. Sed cotrarium nouissimè resoluit Sac. Congr. Concilij *in vna Pisana sub die 5 febr. 1628.* videlicet non requiri concursum in collatione ecclesiæ parochialis Iurispatronatus mixti, idest partim ecclesiastici, & partim laicalis, *vt refert idem Barbos.* qui propterea à prima opinione in vltima impressione recessit.

§. III.

An iuspatronatus, quod destructa ecclesia, vel Capella extinctum fuit, illa reædificata reuiuiscat.

21 ALij negãt, etiamsi reficiatur ecclesia ex eadẽ materia: putant enim, omne ius, quod quis in priori ecclesia habebat, ea semel destructa perijsse. *ità glos. in cap. 3. ver. fundatores, & ibi Barbos. num. 8. de Iurep. & communem dicit Roch. de Curt. eod. tit. in ver. construx. 11 num. 14.*

Alij verò contrariam sententiam tuentur: Dico igitur quod primus patronus ratione fundi adhuc esset Patronus in ecclesia reædificata, si super eodem fundo reædificetur: idemque dicendũ est de Patrono ratione dotis, dummodò sufficienter dotauerit *iuxta glos. communiter receptã in c. quicũque 16. q. 7.* quamuis enim Vulp. *in Prax. iudic. cap. 49. num. 6.* teneat, quod si Episcopus consentiat cõstitutioni dotis incongruę, illamque approbauerit, adhuc iuspatronatus acquiritur: nihilominus contraria sententia, verior videtur, vt scilicet dotans insufficienter etiam de consensu Episcopi iuspatronatus minimè acquirat, *vt cum alijs sentit Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 70. n. 11. & 12. vbi etiam refert Sac: Congr. ac Rotæ Romanæ decisiones.* remittitur autem arbitrio Iudicis, quæ sit dos sufficiens, & quæ insufficiens, *vt dicunt Doctores communiter.*

23 Ex quo fit, vt neque acquiratur iuspatronatus ex augmento dotis, nisi constet, dotem primam fuisse amissam, & nouam sufficientem constitutam *Roch. da Curt. loco cit. num. 14. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 161. & in collect. de cis. 2453. par. 6.*

24 Obserua tamen, quod in hoc casu amissionis dotis non potest alius in præiudicium primi patroni de nouo dotare absque illius consensu, & eo prius non requisito, an dotare velit, *Abb. in cap. 3. num. 9. vers. item debet requiri de iurepatr: Host. ibidem numer. 4. vers. equum est, & alij, quos refert & sequitur Barbos. d. all. 70. n. 16.*

25 Quare si ecclesia, vel Capella reperiatur constructa sine dote, dotans illam sufficienter efficeretur Patronus ratione dotis vna cum alijs, qui erant Patroni ratione fundationis, & constructionis, etiam sine expressa reseruatione *glos. in c. piæ mentis 16. q. 7. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 49. num. 5. & 6. Card. Caualer. decis. 265. num. 4.* & hoc procedit etiam, quando plu-

res

tes simul dederunt dotem sufficientem, licèt quilibet modicum, quia tunc omnes erunt Patroni: & idem dicendum est, si plures dederunt fundum, vel plures cõstruxerunt *Abb. in rubr. de Iurepatr. num. 6. Sylu. in ver. Iuspatronatus num. 2. & alij apud Barbos. loco cit. d. all. 70. num. 11.* & ideò si alter dedit præparamenta in constructione, & alter operas, omnes iuspatronatus acquirunt *Io. Andr. in cap. nobis num. 6. eod. tit. de Iurepatr.*

26 Secus esset, si ecclesia constructa, vel dotata sit ex eleemosinis relictis, seu donatis per singulares de vniuersitate: tunc enim ecclesia erit libera, nec esset de iurepatronatus singulorũ, nec vniuersitatis *Caualer. dec. 159 num. 9.* nisi fortè fundata, vel cõstructa, aut dotata sit à Ciuitate, populo, plebe, vel vniuersitate ratione communitatis, & eius nomine, *vt cum Lambert. obseru. Barbos. d. all. 70. numero. 11. post med.*

27 Nulli autem acquiritur Iuspatronatus ex causa constructionis, seu fundationis, aut dotationis, nisi id fiat auctoritate Episcopi *cap. nobis de Iurepat.* Vnde si quid horum fieret sine Ordinarij consensu, reliqui habentes consensum essent Patroni. *Io. Andr. in d. cap. nobis num. 6.* præsumitur tamen ex cursu decem annorum interuenisse consensum. Diœcesani in constructione ecclesiæ, vel Capellæ, quando in ea publicè sunt celebrata diuina, *latè Gabr. de Præsumpt. concl. 1. n. 3 & 9.* item probatur talis consensus ex ædificatione Capellę cum insignibus, & armis, & ex visitatione eiusdem Capellæ vti de Iurepatronatus, *vt decisum refert Ricc. in Prax. par. 3. res. 29.*

Quæres, an Patronus, qui ædificauit ecclesiam, seu Capellam sine dote sufficiẽti pro victu Sacerdotis, pro luminarijs, fabrica, & alijs necessarijs, possit ad hæc pręstanda adhuc compelli.

28 Resp. affirmatiuè, etiam si ecclesia fundata fuerit auctoritate Episcopi sine huiusmodi dotis assignatione *glos. in cap. nemo ver. custodum de consecr. dist. 1.* vbi etiam dicit, quod ad hæc hæres etiam fundatoris tenetur *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 338. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 64. num. 16. Bellett. tit. de cler. debit. §. 15. num. 2. & 3. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 49. nu. 6.* alias non dotando amittit Iuspatronatus *Barbos. & Ricc. locis cit.* si verò fundator, & eius hæredes non sint soluendo, ad id tenebitur Episcopus; quia non aliter suum consensum fundationi ecclesiæ præstare debet, quam illi assignata dote *cap. cum sicut iuncta glos. de Consecr. eccles. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 5. num. 2.* quemadmodum tenetur etiam prouidere illi, quem ordinat sine titulo *iuxta cap. cum secundum de Præb.* Quoad Capellas verò in ecclesijs constructas requiritur dos in ijs tantum,

29 quæ cõstructæ sunt pro celebratione missarum, non autem si cõstructæ sint ad ornatum ecclesiæ: tunc enim sufficit, ecclesiam

fuisse dotatam *iuxta veriorem opinionem, quã sequitur Genuens. in Prax. Archiep. cap. 91. num. 1. & alij.*

30 Dico 2. quod quando ecclesia reficitur ex eadem materia, antiquus Patronus ratione lapidũ, fundamentorum, lignaminum, & aliarum rerum, si quæ supersunt ex ecclesia destructa, remanebit Patronus, & nouus reædifi-
31 cator ratione reliquarum expẽsarum iuspatronatus acquiret, & erunt simul Patroni ex hac causa constructionis, vt constat ex prædictis, *& d. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 6. princ. art. 4. nu. 8. & seq.* Quod autem acquiratur Iuspatronatus ex refectione, vel reædificatione, decisum refert Ricc. *in Collect. decis.* 485. quod intellige tribus concurrentibus conditionibus, primò, vt adsit consensus Episcopi, secundò vt ecclesia funditus sit destructa: tertiò, vt totaliter restauretur *iuxta glos. in d. cap. 3. ver. fundatores, & ibi Barbos. num. 7. de Iurepatr.* vnde non sufficeret fũdare, & construere ecclesiam, sed requiritur illius perfectio: & ideò si quis cæpit tantum ædificare ecclesiam, & alius perficiat, perficienti acquiritur iuspatronatus, *idem Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 70. num. 8. vbi citat. Garc. de Benef. par. 5. cap. 9. numer. 44. Zech. de Benefic. cap. 12. n. 2. & alios.*

§. IV.

An ab ecclesia amoueri possint Patroni insignia absque eiusdem Patroni licentia.

32 REsp. absque Patroni iniuria amoueri, seu deleri non posse *Bart. in l. 2. §. nec eius nomine ff. de oper. publ. Cepoll. de seruit. Vrban. præd. cap. 71. de Pictur. nu. 10. Gratian. discept. 210. num. 49.* vnde delentes, seu amouentes sine licentia Patroni puniuntur arbitrio Iudicis, etiamsi esset Rector, seu Administrator ecclesiæ *Cepoll. loco cit. Genuens. in Prax. cap. 91. num. 3. Paris. cons. 149. numer. 12. par. 4. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 578.* immò nec Episcopus potest ea auferre, nisi grauissima causa id postulet, etiamsi familia esset extincta, *vt trad. idem Ricc. in Prax. par. 4. ref.* 278. præsumitur enim, huiusmodi insignia fuisse appositа per Patronũ ad conseruationem sui Iuris *Rip. in cap. cum ecclesia nu. 97. de caus. possess. & Propriet.* 33 nam per talia insignia alicuius familiæ sculpta in ecclesia probatur Iuspatronatus *Rot. dec. 518. p. 1. Recent. quam refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 72. num. 50.* quod intellige concurrentibus alijs adminiculis, *vt d. Ferentill. ad Burat. decis. 323. num. 20. vbi plures Rotæ decisiones refert,* Vnde probaretur Iuspatronatus, si constaret, talia insignia apposita fuisse in fundatione, vel esse ità antiqua, sicut

est

est ecclesia: alias enim potuerūt apponi ob restaurationem, vel eleemosinam, ex quibus non acquiritur iuspatronatus *Rot.coram Card.Caualer.decis.159.n.8. & 9.*

34 Idem dicendum est de inscriptionibus antiquis,& publicè patētibus, ex quibus etiam probatur iuspatronatus, *Rota coram eodem Caualer.decis.378.n.1.* quēadmodum etiam probatur, sepulchrū

35 esse hæreditarium ex litteris sepulchro inscriptis, *vt d.Ricc. in Prax.for.eccles.par.1:resol.575.vbi citat spec.in tit.de probat: versic. 6. Cast.in l.st sepulchrum C.de Relig. & sumpt. fun.* Vnde contra amouentes insignia,siue inscriptiones ab huiusmodi sepulchris datur actio iniuriarum, & officium Iudicis, *idem Ricc.in Prax.vt supra par.1.ref.578.*

36 Obserua tamen, quod licèt in sepulchro alicui familiæ concesso nequeant clerici sęculares,ac regulares alium ea inuita sepelire *ad l.hæredes ff.de vsu & vsufr.leg. c.Ebron.13.q.2.* nihilominus si omnes de familia decesserint, vsus huiusmodi sepulchri alijs concedi posset: quia per extinctionem familiæ tale ius redijt ad ecclesiam, sicut per mortem vsufructuarij, eiusque descendentium redit vsusfructus ad proprietarium *l.corruptionem C.de Vsufr.ità Ricc.in Prax. for:eccles:par.4.ref.278.& 294.numero 44.*

37 Cōtra eos quoque datur actio iniuriarum, qui Patronorum sedes in ecclesia positas absque eorum licentia remouent *Lauor.var. elucubr.to 1.tit.2.cap.10.nu. 17.& 18.Gratian.discept.210.num.32.et seq.* debetur enim Patrono etiam laico non solum ius præsentandi, sed etiam ius præcedendi,& sedēdi in eminentiori loco *c. decernimus 16.q.7.cap. nobis vbi glos. de Iurepatr.Paris.cons.149.num. 3.p. 4.* nec requiruntur plures actus ad huiusmodi possessionem acquirēdam,sed sufficit vnicus actus *Me-*

38 *noch.cons.126.nu.6.vol.2.Gratian. discept.110.num 17.* quod quidem ius per successionem etiam in hęredes extraneos transfertur, *c. 1. de Iurepatr.clem.fin.& ibi glos. in ver.hæred. eod.tit.* & si plures repe-

39 riantur hæredes, alijs tunc erit præferendus dignior *arg. l.fin.ff. de fid.Instrum.Paris.d.cons.149.n. 7. & 8.Gratian.discept:110.n. 15.* hoc autem ius in ecclesia laici nō acquirunt inuito Episcopo, sed solum ex tolerantia, & gratia,*vt d.Abb.in cap:abolendæ nu. 5.de sepult.Barbos.de offic & pot. Episc.p: 3:all.78.num.26.*

Sed quæres, à quo petenda sit huiusmodi licentia, quando sunt plures hæredes? Resp.huiusmodi licentiam à digniori, non autem ab alijs esse petendam, *vt d. Paris.d.cons.149.num. 25.*

§. V.

De forma præscripta à Concilio ad probandum Iuspatronatus spectans ad Personas potentes, seu Vniuersitates.

40 AD probandum iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione quoad personas potentes

seu vniuersitates certam formam præscripsit Concilium Tridentinum propter presumptam vsurpationem, vt videlicet præter immemorabilem, præsentationes etiam continuatæ non minori saltem, quam 50. annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint authenticis scripturis probẽtur, *vt in sess. 25. de ref. cap. 9.*

41 Talis autem forma à Concilio præscripta ad vnguem seruanda est tã in petitorio, quam in possessorio: & ideò nõ sufficeret probare præsentationes per testes, de quibus Concilium non confidit, nec per aliud æquipollens, sed requiritur probatio per instrumenta, seu per scripturam, *ità censuit Sac. Cong. apud Farin. decis. 42. & 216. par. 4. Diuers. Beltramin. ad Greg. decis. 222. num. 11. & plures Rotæ decision. refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 72. num. 55. & seq.*

42 Titulus, verò Iurispatronatus debet esse necessariò, vel ex fundatione, vel ex dotatione: quia iuspatronatus ex priuilegio per Concilium loco cit. iam fuit reuocatum *Rot. coram Card. Caualer. decis. 265. num. 2. & seq.* etiamsi in priuilegio dicatur, quod iuspatronatus censeri debeat ac si ex vera, & reali dotatione, ac fundatione competeret *Rot. decis. 88. num. 2. & 3. par. 1. in Recent. quam refert Beltramin. ad Greg. dec. 397. num. 6. & coram Andrea dec. 100. nu. 14. vbi aliæ decisiones allegantur.*

43 Addunt DD. dispositionẽ Concilij *d. cap. 9.* procedere, etiamsi concurreret maior, vel æqualis potentia in ordinario, *vt decisũ refert Beltramin. ad Greg. d. decis. 222. nu. 11.* & ideò locum habere etiam in vniuersitatibus paruis, vel sine iurisdictione sepius resoluit Rota *apud Barbos. d. alleg. 72. numero 62.*

44 Limitant tamen hoc decretum non habere locum quoad probãdum iuspatronatus priuatorum, quorum respectu Concilium nihil innouauit, sed reliquit dispositioni iuris communis, vt *constat ex eodem Conc. ibi secundum iuris dispositionem, & dixit Rota dec. 331. par. 2. diuers. Card. Caualer. decis. 560. num. 1.* & ideò probata præscriptione immemorabili iuspatronatus priuati præsumitur ex fundatione, vel dotatione *Ricc. in Collect. dec. 2162. par. 6. & declarauit Sac. Cong. teste Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. n. 7.*

45 Secundò limitant, vbi patronus in loco beneficij non habet, nec vnquam habuit iurisdictionẽ, prout requiritur ad hoc vt aliquis dicatur potens, & locum habeat præsumptio vsurpationis iuxta terminos Sac. Concil. Tridentini *Rota in Cracouien. Decanatus 10. Decembris 1603. coram Iusto, & in Bonon. iurispatronatus 16. Ianuarij 1608. coram Sacrato, & coram Card. Caualer. dec. 89. num. 1. & in Lucana iurispatronatus 26. Iunij 1619. coram Dunozetto, quas refert Beltramin. loco cit.*

46 Tertiò limitant in Confraternitate, in qua non habet locum talis præsumptio, cum Confraternitas non constituat aliquod Col-

le-

legium publicum cum iurisdictione, seu potentia, sed potius sit priuata quædã Congregatio personarum ad exercitium pietatis instituta *Rota in Bergomen. Capellaniæ 18. Maij 1629. coram Merlino, & in Lauden. iurispatronatus 28. Iunij 1630. coram Pirouano, vt refert Barbos. d. par. 3. all. 72. nu. 64.* vbi etiam dicit, quod talis præsumptio cessat in monasterio, seu ecclesia Domina Castri.

47 Quartò limitant, si priuata familia haberet iuspatronatus simul cum familia potenti, vel vniuersitate: quia cum pro vna parte cesset præsumptio vsurpationis, cessare etiam videtur pro alia parte spectante ad personas suspectas *Rota coram Caualer. decis. 89. nu. 2. & 3. & in Firmana Altaris de Dorijs 15. Febr. 1610. corã Marquemontio, quam refert Beltram. loco cit. d. n. 11. in fin.*

48 Quintò limitant, quando plures familiæ de aliqua vniuersitate prætenderent iuspatronatus, vel si tale ius non totius vniuersitatis, sed illius partis esse prætendatur *Beltramin. ibidem, vbi refert ità resoluisse Rotam in Lucana iurispatronatus de Podijs 31. Ianuarij 1620. coram Dunozetto, & censuit Sac. Cong. teste Barbos. d. p. 3. all. 72. num. 64.*

49 Sextò limitant, si agatur non contra ecclesiam, sed inter ipsos Patronos *Rota coram Andrea dec. 5. n. 4. Barbos. loco cit. n. 67. vbi alias Rotæ decisiones refert. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 7. vers. non tamen.*

§. VI.

An Clericus Patronus ecclesiæ, seu Capellæ vacantis possit seipsum præsentare.

50 REspondet Lambert. *de iure patr. part. 1. lib. 2. q. 8. art. 2.* quod Clericus Patronus potest seipsum præsentare in beneficio simplici, seu in personatu non habente magnam, & honoratam ecclesiam, nec magnos reditus.

Alij verò putant, quod si Patronus constituat procuratorẽ cum potestate præsentandi, talis procurator virtute huiusmodi mandati poterit clericum patronum præsentare ad eiusdem beneficium patronatus, & ità in praxi seruari dicit Riec. *in Praxfor. eccles. p. 1. res. 190. vbi citat Abb. Io. Andr. & Anchar. in cap. fin. de Conces. Præb. Lap. all. 8. Caputaq. dec. 138. par. 2.*

Alij verò absolutè negant, videlicet quod non potest Clericus patronus ecclesiæ seu Capellæ seipsum præsentare ad beneficiũ siue sit simplex, siue curatum, *vt constat ex cap. per nostras, vbi glos. in ver. præsentare de iurepatr. ità Viuian in Prax. iurispatr. p. 2. lib. 6. cap. 9. num. 1. & seq. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. in d. cap. per nostras & de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 72. nu. 85. & seq. quibus adde Bellett. Disquis. cleric. par. 1. tit. de Bon. Cleric. §. 11. num. 24. & hæc est verior sententia*, quia debet esse actualis distinctio, & differentia inter dantem, & recipiẽtem

rem, & inter præsentatum, & præsentantem *cap. vlt. de Instit.* vnde nec procurator constitutus à Patrono ad præsentandum poterit seipsum præsentare *Barbos. in d. cap. per nostras in fin. & alij.*

Quare si patronus vnicus sit, & vellet suum de Iurepatronatus beneficium consequi, illud ab Episcopo petere, & impetrare debet: vel posset Episcopus motu proprio tale beneficium conferre eidem Patrono, qui inhæreat, & assentiat collationi prædictæ, *vt dicunt Doctores apud Barbos. in d. cap. per nostras, & d. all. 72. num. 90. Viuian. loco cit. lib. 6. cap. 9. num. 6. Gratia. discept. 403 num. 5.* & idem posset Capitulum sedeuacante *Quarant. in eodem ver. quæst. 9. vers. Quæ conclusio.*

51 Si verò sint plures Patroni, siue omnes sint clerici, siue sit vnus clericus, & alter laicus, possunt ex seipsis vnum nominare, & præsentare *Rot. decis. 85. nu. 5. p. 2. Diuers. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 190.* non tamen potest Clericus compatronus simul cum compatronis seipsum præsentare, sed præsentatio facienda est ab alijs compatronis *Viuian. p. 2. lib. 6. cap. 9. num. 11. Barbos. d. all. 72. num. 92.* Clericus verò in tali casu præsentatus à Compatronis electioni de se factæ consentire potest: & tunc votum eius augebit numerũ adeo vt si duo æqualiter sint præsentati, quorum alter sit compatronus, consentiendo dictæ electioni, censeatur ipse compatronus præsentatus à maiori parte *cap. cum in iure peritus de elect. Ricc. in Prax. vt supra p. 3 res. 516. Ciarlin. controuers. forens. cap. 69. num. 8. & seq. Viuian. p. 2. lib. 6. cap. 9. num. 13. & seq.* vbi etiã obseruat, quod Clericus compatronus sic electus debet intra tempus debitum datum ad præsentandum post electionem, & præsentationem de se factam cõsentire, *quibus adde Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. res. 51. nu. 5.*

52 An verò valeat mandatum datum ad præsentandum, antequã beneficium vacet? Resp. quod aut mandatum datur ad præsentandum certam personam in casu vacationis beneficij, & mandatum est inualidum: quia continet votum captãdæ mortis; aut non est expressa certa persona præsentanda, & subsistetur mandatum *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1 res. 175. & decisum refert Beltramin. ad Greg. dec. 420. num. 9.*

§. VII.

De tempore præscripto Patronis ad præsentandum.

53 PAtronus laicus ad præsentãdum quadrimestre tempus habet, ecclesia verò semestre *c. vn. §. verum de Iurepatr. in 6.* si verò ecclesiæ simul, & laico cõpetit ius præsentandi, habebunt sex menses, quia ratione communionis priuilegium ecclesiæ transit etiam ad laicum *glos. fin. in d. §. verum, quam communiter sequuntur Doctores*, etiamsi laici habeant maiorem partem, quia magis

magis dignum trahit ad se minus dignum *Ricc.in Prax.for. eccles.p. 2.res.458.* alias transacto dicto tẽpore poterit Episcopus liberè ecclesiam de Rectore prouidere *cap.2.de Suppl. negl. Prælat.* nec posset Patronus elapso tempore amplius moram purgare, *Ricc.in Collect.dec.119.par.* 1. huiusmodi autem tempus non currit nisi à die scitę vacationis: & ideò scientia debet plenè probari, nec sufficerent testes de auditu *Ricc. in Prax.vt supra par.1.res.166. Barbos.loco cit.d.par.3,all.72. nu.134. & seq.Rota coram Caualer. decis. 489.num.2.& 3. vbi aliæ decisiones referuntur.*

54 Potest tamen Episcopus lapso tempore admittere Patronum ad presentandum, si velit, *vt constat ex cap.2.de supplen.negl.Prælat.* ponderando ibi verbum *liceat*, quod ponit causam in voluntate illius, cui licet, siue id Ordinarius faciat ex iusta causa, vt videlicet possint melius Patroni deliberare super magis idoneo presentando, siue etiam sine causa *Crescen.decis.* 11. & 12. *tit. de Dilat.quem refert, & sequitur Ricc.in Collect. decis.2453. par.* 6.

Hęc tamen prorogatio valebit quidẽ in præiudicium ipsius Episcopi, *vt dicunt Doctores apud Barbos.d.all.72.numer.*142.*& seq.* non autem in præiudicium superioris, ad quem post tempus ordinario cõcessum deuoluitur ius conferendi, *vt d.idem Ricc. in Prax.par.1.res.206.*

§. VIII.

An Patronis liceat plures successiuè præsentare.

55 REspond. Patronum laicum, non autem ecclesiasticum posse plures successiuè presentare: & ideò in pluribus præsentatis à laico datur Episcopo gratificatio, sed in præsentatis ab ecclesiastico potior est primò præsentatus *iuxta tex.notab.in c.cum autem de iure patr. glos. in c.cum vos de offic.ordin. Bellett. Disquis. cleric.tit.de Disciplin. cleric. §. 15. nu.46.* ratio disparitatis est quia præsentatio ecclesiastici habet vim electionis, in qua non cadit variatio, sed statim electo acquiritur ius in re *cap. publicato de elect.* sed in presentatione laici secus est, quia presentatus tunc tantum acquirit ius ad rem, *vt d.Ricc.in Prax.for.eccles.par:3.res. 456.*

Quare etiamsi laicus possit plures vnico etiam contextu præsẽtare *iuxta clem.plures de Iurepat.* id tamen non licet ecclesiastico, quia electio alternatiua à iure reprobatur *in cap.2.de elect. in 6. & notat glos.in d.clem.plures ver. præsentare.*

56 Ampliatur supradicta conclusio, etiamsi Patronus laicus presentasset indignum: quia cum in tali casu præsentatio sit nulla, poterit intra quadrimestre variare, & alium idoneum presentare, *Barbos.in cap.cum autem nu.5.de Iurepatr. vbi citat Io.Andr.Batr.*

Abb. & alios, præsertim si præsentauerit inhabilem sub conditione impetrandi dispensationem: tunc enim poterit Patronus dispensatione non obtenta durante quadrimestre alium saltem cumulando præsentare, *vt dixit Rota in firmana altaris S. Ludouici 4. Martij 1596. coram Seraphino, quam*
57 *refert Riccius in Prax. for. eccles. p. 1. ref.* 197. Quare si patronus laicus præsentauerit indignum, vel nō idoneum, non poterit statim Episcopus ordinario iure beneficiū conferre, nisi lapso tempore ad præsentandum concesso *glos. communiter recepta in capit: cum vos ver. idoneæ de offic. Iud. ordin. Caualcan. decis.* 11. *num.* 53. *p.* 3. *quem refert & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. p.* 1. *r.* 3: *all.* 72. *n.* 178. quod intellige, dummodò scienter nō præsentauerit indignum: quia sciēter præsentans indignum pro illa vice ipso facto priuatus est iure, & facultate præsentandi *Rip. in Rubr. de iudic. nu.* 68. *late Barbos. loco cit. nu.* 105. *& in cap. cum in cunctis* §. *fin. de elect. vbi citat Mascard. de probat. concl.* 593. *n.* 5. *Molin. de Primog. lib.* 2. *c.* 4. *nu.* 38. *Gratian. discept.* 58. *n.* 11. *Crescent. de iurepatr. dec.* 10. *Caputaq. dec.* 62. *n.* 2. *& decis.* 291. *p.* 2. *& alios.*

Idemque à fortiori dicendum est de patronis ecclesiasticis sciēter præsentantibus indignos, cum ipsi magis debeant esse discreti, ac scire iura *iuxta glos. in d. cap. cū vos ver. idoneæ, & ibi Barbos. & alij. de offic. Iud. ordin. & decisum refert Ricc. in Collect. decis.* 2158. *part.* 6.

58 Neque excusātur Patroni siuē laici, siue ecclesiastici, si vel ignoranter præsentauerint aliquem non habentem qualitates requisitas in fundatione, vt si præsentādus debeat esse sacerdos: tenentur enim id scire, alias videntur delinquere, & abuti concessione sibi facta à fundatore, & ideò tunc fit deuolutio ad Superiorem *Rot. coram Card. Caualer. dec.* 231. *num.* 3. *Barbos. d. par.* 3. *all.* 72. *numero* 105.

59 Secus esset, quando actus præsentationis non fuit perfectus, puta si deficiat aliqua ex personis requisitis de necessitate ad perfectionem presentationis, vel si presentatio facta fuerit coram eo, qui non habet potestatem instituendi: tunc enim patronus tam laicus, quam ecclesiasticus poterit iterum canonicè presentare, quia in tali casu non potest dici perfecta præsentatio, *vt not. Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 3. *ref.* 456.

60 Limitatur tamē principalis cōclusio, vt non possit Patronus laicus variare vltra duas vices, sed tantum semel, vel iterum, *vt in d. cap. cum autem de iurepatr.* tum quia variatio est odiosa, tum quia infinitas est vitanda *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 1. *ref.* 167. *& p.* 3. *ref.* 460. *& decisum refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 72. *n.* 161. *& seq.*

61 Limitatur 2. quando patronus laicus in prima præsentatione iuramento promisit, se alium non præsentare, aut non variare: tunc enim noua presētatio in spretū religionis iuram. nō est attēdēda c. mu-

mulieri de iureiur. Rota in Compostell. Parochialis 20. *Februarij* 1630. *coram Merlino, quam refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 72. *num.* 162. & ideò absque difficultate instituendus esset primus, *idem Barbos. in cap. cum autem n.* 4. *de iurepatr.* quamuis alias valeret actus factus contra proprium iuramentum *secùdùm glos. in cap. vlt. ver. reuocatus de Procur. in* 6. *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 3. *resolutione* 457.

62 Verum si Patronus tantum iurauit non reuocare, non dicitur contrauenire per secundam præsentationem: quia reuera non reuocat primam, sed tantum addit, & cumulat, ità vt ordinarius possit etiam primum præsentatum instituere *Rota in d. Cõpostellana Parochialis coram Merlino.*

63 Limitatur 3. vt lite pendente inter præsentatos non possit laicus variare *cap.* 1. *vt lit. pend. in* 6. *Gom. in reg. de subr. Collit. q.* 6. *& decisiũ refert Ricc. in Prax. vt supra par.* 3. *res.* 461. *Barbos. in d. cap. cum autem n.* 3. *de iurepatr.*

64 Limitatur 4. vt non possit Patronus laicus à priori præsentatione recedere: vnde si ab ea recedat, secundus actus nullius esset roboris *d. cap. cum autem de iurepatr. Card. Caualer. dec.* 21. *Rip. in rubr. de Iudic. num.* 69. nisi ex causa recedat, vt quia ad eius aures peruenit primo loco præsentatum non esse idoneum: tunc enim tenebit secunda præsentatio, *Vulp. in Prax. Iudic. cap.* 49. *numero* 23.

65 Limitatur 5. vt possit variare tantum intra quadrimestre, secus eo elapso *Caualer. decis.* 231. *nu.* 7. *Barbos. d. p.* 3. *all.* 72. *n.* 105.

§. IX.

Quæ ætas requiratur ad obtinendum beneficium iurispatronatus sine cui.

66 REsp. requiri ætatem quatuor decim annorum, prout requiritur in alijs beneficijs simplicibus iuxtà Conc. Tridentinũ *sess.* 23. *de ref. cap.* 6. *Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *all* 60. *num.* 75. *&* 76. *Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 1. *res.* 180. vbi resoluunt non requiri annum 14. expletum, sed sufficere incæptum, *vt censuit etiam Sac. Cong. teste eodem Barbos. in c.* 2. *nu.* 5. *de ætat. & qual.* nisi aliter 67 in fundatione beneficij esset cautum: quia tunc posset præsentari etiam minor 14. annorum *iuxta declarationem Sac. Cõg. apud Ricc. loco cit. d. par.* 1. *res.* 180. *& p.* 4. *resol.* 470. *vbi etiam refert, ità* resoluisse Rotam in vna Granaten. Capellaniæ 12. Ianuarij 1608. coram Marquemontio, & ratio esse potest, quia id non contrariatur naturæ beneficij: de iure enim antiquo ad beneficia simplicia requirebatur, quod quis esset maior septennio *secundùm Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. in d. cap.* 2. *de ætat. & qual.* vbi etiã dicit, quod Summus Pontifex po- 68 test infanti beneficium simplex conferre; secus esset si fundator in limine fundationis adiecerit

aliquam conditionem beneficij naturę repugnantem; quia tunc minimè esset admittenda, puta si disposuerit, quod bona in dotem consignata possint reuocari ab eius hęredibus, id enim beneficij natura non patitur, cum dos debeat esse perpetua, *vt dixit Rota in Lucana Decanatus* 23. *Martij* 1582. *coram Aldobrandino, quam refert idē Ricc. in Prax. par.* 4 *ref.* 472.

69 Eadem ætas sufficit, etiamsi in fundatione dicatur, Capellanū debere celebrare diuina officia, seu missas; hoc enim casu satis prouisum censetur voluntati testatòris, si per alium celebrare faciat; & ideò præsentandus ex hoc precisè non debet esse Presbyter, nisi expresè caueatur, vt per se ipsum hoc agat *Rot. in Romana Capellaniæ* 23. *Ianuarij* 1589. *coram Pamphilio, quam refert Ricc. in Prax. vt supra par.* 1. *ref.* 195.

70 Obseruant tamen Doctores, valere pręsentationem de persona nondum attingente 14. annū, dummodò ad eam ętatē pertingat ante institutionem, etiamsi in eo beneficio minor ętas non concedatur ex fundatione, *ità decisum refert Campan. apud Bartol. d. par.* 3. *all.* 60. *n.* 77. vbi etiam dicit, valere præsentationem, si fiat de minore quatuordecim annorum cum conditione, si impetrauerit à Papa dispēsationem, dummodò verificetur conditio infra tempus à iure datū ad prę-sentandum.

71 Ità licèt laicus sit incapax beneficij *cap.* 2. *de Instit.* tamen validè eum posse prę-sentari, si statim postea assumpserit clericatum, resoluit Rota in *Imolen. Iurispatr.* 19. *Nouembris* 1594. *corā Orano, vt refert idem Barbos. p.* 3 *all.* 72. *num.* 77. vbi dicit, satis esse, si promoueatur ad ordines ante institutionem: nec aduersari textum *in d. cap.* 2. *de Instit.* quia loquitur de Institutione, ad quam laici non possunt admitti, non autem de nominatione, seu prę-sentatione.

§. X.

An possit Episcopus in aliquo casu liberè instituere Rectorem in beneficio Iurispatronatus absque præsentatione Patroni.

72 SI Patroni de Iurepatronatus, siue de eius possessione cōtendant, Episcopus debet expectare laicos per quatuor menses, & clericos, etiamsi litigent cum laicis, per sex menses, intra quos lis finienda est; quo tempore elapso, & causa minimè terminata Episcopus potest liberè in tali beneficio instituere Rectorem sine præiudicio euincentis *cap. quoniam* 3. *& cap. eam te de Iurepatr. & dixit Rota in Dertonen. Iurispatronatus* 8. *Februarij* 1599. *coram Penia, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 4. *ref.* 405. quod procedit, quando cōtrouersia est inter ipsos Patronos in prę-sentatione discordes, vel

vel quia alter ipsorum prætēdit, alterum non esse Patronum, vel quid simile *glos. in d. cap. eam te, Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 6. n. 27. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 72. num. 140. vers. tertius casus, & alij, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. c. 49. num. 2.*

Secus esset, si lis verteretur inter ipsos Patronos, & Episcopum, siue Procuratorem fiscalem mensæ Episcopalis prætēdentem, beneficium esse liberæ collationis: quia tunc Episcopus constituit tantum Oeconomum, nec
73 potest ecclesiam de Rectore prouidere *cap. cum vos de offic. ordin. glos. in d. c. eam te Vulp. d. cap. 49. num. 2. Leo loco cit. nu. 27. Barbos. d. par. 3. all. 58. n. 19. Ricc. in Prax. vt supr. par. 1. ref. 181.* Immò si patroni sint ecclesiastici, Episcopus neque Oeconomum ponit, cum ad eos spectet custodia ecclesiæ: nisi fortè ecclesia parochialis sit: tunc enim siue sit Iurispatronatus ecclesiastici, siue laicorum, Episcopus in ea idoneum Vicarium cōstituit cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur *iuxta decretū Concilij Tridentini sess. 24. de ref. cap. 18. & notant Doctores apud Barbos. d. par. 3. all. 62. num. 16. & seq.*

Notandum est autem, quod subditus, qui litem habet cum ordinario, potest impetrare exemptionem à Iurisdictione eiusdem ordinarij lite pendente *vt post Staphil. dicit Gabr. comm. conclus. lib. 2. tit. de Iudic. concl. 4. nu. 31.* & in tali casu solet signatura Papæ eximere talem subditum ab ordinarij Iurisdictione quoad omnes causas, *vt dicit Vulp. in Prax. iudic. cap. 41, nu. 28. vbi citat Cass. ad. decis. 6. Lancellot. de Atten. par. 2. cap. 4. declarat. 3. & 4.*

74 Similiter haud posset Episcopus Ecclesiam conferre, quando lis esset inter præsentatos, etiam si lis intra tempus requisitum minimè finiatur: quia textus *in d. cap. quoniam de Iurepatr.* inducens deuolutionem, quando est lis inter patronos, tamquam ex orbitans, & rigorosus non extēditur ad litem inter præsentatos *Rot. apud Farinac. decis. 586. nu. 7. in Collect. nouiss. quam refert Barbos. d. all. 72. num. 140. & in dicta Dertonen. Iurispatronatus apud Ricc. in Prax. d. par. 4. ref. 405.*

Dixi, sine præiudicio euincentis, quia lite finita præsentatus ab eo, qui fauorabilem sententiam reportauit, ab Episcopo instituēdus est, & tunc talis prouisus remoueri debet *cap. consultationibus de Iurepatr.*

75 Si verò non constet de Iurepatronatus, nec præsentantes esse Patronos, tunc non obstante contradictione prætensorum Patronorum Episcopus poterit Ecclesiam ordinare; quod maximè procederet, si in præcedentibus vacationibus Episcopus prouidit de tali beneficio tamquam de libero; tunc enim eo iterum vacante nullo expectato semestri,

vel quadrimestri, nec fine litis procedere potest ad illius collationem *Rota in d. Dertonen. Iurispatronatus coram Peria.*.

76 Adde, quod si Episcopus intra tempus præsentandi conscius iuris adhuc non deuoluti beneficium contulerit, valida esset collatio, dummodò Patrono non reclamante, nec contradicente elapsus fuerit terminus: secus si Patronus in tempore sibi dato ad præsentandum, alium præsentauerit, siue expressè contradixerit; quia cum videatur sperni, ex tùc collatio à iure reputatur irrita. *cap. decernimus 16. q. 7. Barbos. in cap. illud nu. 9. de Iurepatr. vbi citat. Roch. ver. honorificum num. 2: Lambertin. 3. par. 2. lib. q. 2. ar. 2. Put. par. 3. dec. 312. Gonz. ad reg. 8.. Caneell. glos. 56. numer. 78. cum seq. Garc. de Benef. p. 5. c. 9. n. 231. & seq Flamin. de Resign. benefic. lib. 2. q. 4. nu. 15. & 16. & lib. 8. q. 10: numero 10. & alios.*

77 Queres, an ordinarius possit beneficio Iurispatronatus laicorum nouum onus imponere? Resp. negatiuè, *vt censuit S. Congregatio teste Aloys. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 503.* beneficijs verò liberę collationis potest Episcopus honestum onus iniungere, *vt constat ex cap. Significatum de Præben.*

§. XI.

An Iuspatronatus legari, vel donari possit absque consensu Episcopi.

78 Resp. negatiuè *ex cap. illud, vbi id notant omnes de Iurepatr.* nec sufficeret auctoritas Vicarij, si specialem facultatem non habeat, quamuis præstet titulum ad præscribendum, *vt decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 637. & par. 2. res. 469.* vbi etiã resoluit, præsentationem factam per illum, cui donatum fuit Iuspatronatus, ante assensum præstitum per Episcopum esse nullam: vnde potest donans præsentare non obstante donatione à se facta *Beltram. ad Greg. dec. 420. n. 7.*

79 sufficeret autem consensus Episcopi etiam tacitus, puta si fieret donatio præsente Episcopo, & tacente *Ricc. in Prax. p. 3. res. 291.* vel si post donationem præsentationes admiserit, *vt decisum refert Beltramin. loco cit.* item valida esset donatio huiusmodi laico facta à principio sine auctoritate ordinarij, si postea superueniat *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 289. & in collect. decis. 2157. par. 6.. Beltram. ad Greg. d. decis. 420. n. 7.* vbi etiam dicit, quod iste consensus ordinarij præsumitur ex lapsu 30. annorum iuncta obseruantia *& hanc communem dicit Villal. relatus in Syntagm. commun. opin. tit. de Iurepatr. cap. 2. vers. consensus Episcopi.*

Prędicta tamen conclusio procedit

cedit, quando Iuspatronatus à
80 laico in laicum transfertur, secus esset, si Iuspatronatus donetur ecclesiæ, seu locis pijs, tunc enim consensus Episcopi non requiritur *Gratian, discept. 177. numer 3. Viui. tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 4. num. 9. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. in dict. cap. illud num. 6.*

81 Obserua tamen, quod si laicus de consensu Episcopi ecclesiam Monachis donaret, eo casu ex huiusmodi donatione non solum transfertur Iuspatronatus, sed etiam dominij proprietas, & omnia iura temporalia, quæ habebat Episcopus *secundùm glos. in cap. de Monachis ver. de prouentibus de Præb. quam in hoc communiter esse receptam dicit Viu. relatus in Syntag. opin. com. tit. de Iurepatr. cap. 2. vers. Donari.*

82 Similiter haud esset necessarius Episcopi consensus in donatione Iurispatronatus facta Compatrono *Azor. instit. mor. par. 2. lib. 6. c. 20. q. 6. Pereg. conf. 87. n. 6: vol. 3. quos refert Barbos. in d. cap. illud num. 4. de Iurepatr.* secus si donatio fieret per compatronum filio alterius compatroni Patre adhuc viuente, quia tunc etiam exigitur Episcopi assensus *Ricc. in collect. dec. 2157. p. 6. vbi citat Verall. decis. 130: & 363. lib. 2.*

83 Queres 1. an Iuspatronatus transeat in fideicommissarium. Resp. negatiuè, quemadmodum neque ad illum transeunt iura sepulchrorum: quia ad fideicommissarium transeunt ea, quæ cõcernunt commodum pecuniariũ; ius autem patronatus, & sepulchrorum non est huiusmodi, & ideò penes heredem remanet *l. quia perinde ff. ad Trebellian. & hanc esse communem dicit Bonacos. & alij relati in Sintagm. opin. com. tit. de Iurepatr. cap. 2.*

84 An verò Iuspatronatus trãseat ad heredes extraneos? Resp. affirmatiuè *ex clem. plures, vbi glos. & DD. de Iurepat.*

85 Quæres 2. an Episcopus possit cogi ad huiusmodi assensũ præstãdum? Resp. posse ad id compelli auctoritate Superioris, seu Metropolitani *cap. nullus vbi Doctores de Iurepatr.* potest etiam Superior in tali casu loco Episcopi consensum præstare, & eius consensus sufficeret *Ricc. in Prax. p. 3 ref. 294.* quod intellige, si absq. iusta causa Episcopus consentire recusset: si enim adest aliqua iusta causa denegandi consensum, tunc minimè potest Episcopus per Superiorem compelli ad cõsentiendum; & si superior compelleret, esset locus appellationi ad superiorem Superioris *glos. fin. in d. c. nullus, & alij apud Ricc. d. ref. 294.*

§. XII.

An patronum inopem ecclesia alere teneatur.

86 CErta in iure conclusio est, quod ecclesia ex gratitudine tenetur alere patronum, & eius filios, si egestate laborent *c. quicunq. 17. q. 7. cap. nobis de Iurepatr.*

patr. Vnde ecclesia in tali casu debet patronis de cibo, potu, veste, lecto, & alijs omnibus, quę sub alimētorum vocabulo, seu nomine continentur, prouidere *Surd. de Alimen. tit. 4. q. 23. à n. 12. quem refert, & sequitur Barbos. in d.c. nobis num. 7.*

87 Hanc conclusionem amplia 1. vt procedat, etiamsi dos data à patrono sit perempta: quia ratio recepti beneficij durat etiam re perempta; ideo remanet semper antidoralis obligatio, quæ contrahitur eo ipso, quod patronus dotat ecclesiam, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 278. & alij:*

88 Amplia 2. vt etiam patrono excommunicato inopi debeantur alimenta *Ricc. vbi supra d. p. 3. res. 281.* non tamen patrono ingrato, qui non alitur ab ecclesia, *vt d. Barbos. loco cit. num. 8.*

89 Amplia 3. vt ecclesia teneatur alere patronum non solum de bonis à patrono relictis, sed etiam de alijs postea acquisitis *Bald. in l. 1. num. 9. C. de iur. Emphit. Paul. de Cittadin. in tract. de iurepatron. art. 4. quæst. 9. num. 17. quos refert Ricc. in Prax. vt supra p. 3. res. 282.*

90 Amplia 4. vt patrono debeantur alimenta, etiamsi iuspatronatus alteri de consensu Episcopi donauerit: tum quia ius alimētandi nunquam censetur donatū: tum quia donatio semper præsumitur facta deducto nè egeat: tū etiam quia alimenta debentur in recompensationem obligationis naturalis, quæ ratio remanet, etiā si alteri donauerit: & ideò donanti, & non donatario debentur, *idem Ricc. in Prax. par. 3. res. 282. & in collect. dec. 492. p. 3.*

91 Amplia 5. vt debeantur alimēta etiam pendente lite super iurepatronatus *Ricc. in Prax. d. p. 3. res. 284. & 285. vbi dicit, hanc esse receptissimam, & veram opinionē:* quemadmodum pendente lite super hæreditate paterna faciendæ est filio, vel filię petenti hæreditatem patris prouisio de alimētis præstandis vsque ad finem litis *l. qui de inofficioso & l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoffic. testam.* tenebitur tamen patronus huiusmodi alimenta restituere, si succumbat *iuxta l. cum autem §. cū redhibetur ff. de Aedilit. edict.*

92 Verum supradicta conclusio cū hac limitatione, ac restrictione intelligenda est, vt scilicet procedat, quādo patronus summa egestate laborat, quę erit probāda, ac deductis oneribus ipsius beneficij, & expensis necessarijs pro ecclesia, ac pro substentatione Rectoris: quia nemo tenetur proprijs stipendijs militare *glos. in d. c. quicunque 16. q. 7. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 49. num. 21. Rota coram Card. Cavaler. decis. 321. nu. 3. Barbos. in d. cap. nobis num. 7.*

93 Debet tamen patronus pro consequutione alimentorum præferri Pensionario: quia ista obligatio est naturalis, vt benefaciēti cum indiget, benefaciamus *iuxta l. sed etsi lege §: consuluit de petit. hæred. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. resolutione 283.*

94 Summa verò egestas censetur, quando patronus non habet de proprio, nec potest viuere ex indu-

dustria, & non extat persona, quę de iure compelli possit ad prestandum alimenta *Bart. in l. si quis à liberis §. item rescriptam ff. de liber. agnosc. Ricc. in Prax. p. 3. res. 280.* & ideò satis est, quod Patronus etiam nobilis habeat aliqua bona, ex quorum fructibus vna cũ aliquo honesto exercitio viuere possit ità vt si non possit nobiliter viuere, congruè tamen viuat, presertim cum ecclesia ex quodam gratitudinis iure patronum indigẽtẽ alere teneatur *Rot. in Regiens. Prioratus 1. Iulij 1596. coram Penia, quam refert Ricc. in Prax. vt supra par. 3. res. 279.*

95 Intellige 2. vt debeantur in tali casu alimenta habito respectu ad qualitatem personæ, & ad facultates, seu fructus ecclesiæ *d. cap. nobis vbi glos. in ver. modestè de Iurepatr. Ricc. in Prax. d. par. 3. res. 287.* non enim esset vendenda proprietas, vt Patrono nobili ampliora, & pinguiora alimenta præstentur, *vt post Surd. notat Barbos. in d. cap. nobis num. 7. de Iurepatr.*

96 Adde, quod si Iuspatronatus spectat ad Vniuersitatem, non totam Vniuersitatem, sed solos Rectores Vniuersitatis ecclesia alere teneretur *Archidiac. in cap. si plures 16. q. 7. quem refert, & sequit. Ricc. in Prax vt supra p. 3. res. 280.*

SVMMARIVM.

1 *Filij illegitimi Clericorum in ecclesijs, vbi eorum Patres beneficium habent, vel habuerũt, non possunt quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, nec pensiones super beneficijs, quæ eorum Parentes obtinuerũt, habere.*

2 *An filius illegitimus possit in dictis ecclesijs Diaconatus, vel subdiaconatus officio fungi, vel sacristam, & cantorem agere.*

3 *Episcopus non potest in tali casu dispensare.*

4 *An pater possit succedere in beneficio filij.*

5 *An dispositio Concilij Tridentini comprehendat nepotem legitimũ ex filio illegitimo.*

6 *Quid si Pater illegitimi nunquã habuit titulum beneficij, sed tantum pro Capellano amouibili inseruiuit in aliqua ecclesia.*

7 *An possit filius Clerici obtinere beneficium in alia ecclesia.*

8 *An si Pater habeat facultatem transferendi pensionem, possit illam trasferre in filium illegitimum.*

9 *An filius illegitimus succedere possit in Capellania, quæ fundari solet absque Episcopi auctoritate.*

10 *Quid si pater illegitimi possessionem beneficij adeptus non fuerit, vel si possessionem habuerit, sed sine cononico titulo, vel non pacificè.*

11 *An decretum Concilij comprehẽdat*

dat filios legitimos clericorum.

12 *Quando filij legitimi clericorum possint consequi paternum beneficium.*

Et an possint obtinere pensionem super beneficio paterno, ibidem.

13 *An filius illegitimus possit admitti in Religione, in qua Pater professus fuit.*

CAP. VII.

Vtrum Episcopus possit dispensare cũ filijs illegitimis clericorum, vt habeant eadem benenficia, quæ eorum parentes habuerunt.

1 AD tollendam paternæ incontinẽtię memoriam sacra Tridẽtina Synodus expresè prohibuit, nè filij illegitimi Clericorum in ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod ecclesiast. habẽt, aut habuerũt, quodcũq; etiã dissimile benef. obtinere possint, nec in dictis ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere, *vt in sess. 25. de ref. c. 15.* vnde talem filium illegitimum non posse subdiaconatus, vel Diaconatus officio fungi, neque sacristam, neque cantorem agere in tali ecclesia, neque alio quouis modo in altaris ministerio ibi ministrare, resoluit *Nau. cons. 1. num. 46. de Constit. & decisum refert Garc. de benefic. par. 7. c. 3. n. 62.*

2 nec potest Episcopus in tali casu dispensare, *vt post Rebuff. Mandos. Staphil. & alios dicit. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 65. per tot.* vbi etiam addit, quod non obtenta dispensatione Apostolica filius illegitimus tali beneficio esset ipso iure priuatus non obstãte quacunque possessione.

3 Obseruant tamen Doctores, Patrem posse succedere etiam immediatè in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus: tũ quia sumus in pœnalibus, quę non sunt amplianda, præsertim cum Concilium loquatur tantũ de filijs: tum quia memoria paternę incontinentiæ non perindè viget per successionem patris in beneficio filij, ac è conuerso; magis enim representatur incõtinentia paterna per personam filij, quam per personam patris, *vt pluribus relatis tenet Garc. de Benefic. p. 7. c. 3. num. 28. vbi de communi Rota coram Seraphin. decis. 1442. quam refert Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 47. num. 28. & ità censuisse Sac. Cong testatur Barbos. loco cit. nu. 17. & refertur etiam inter Decis. Diuers. p. 4. dec. 128.*

4 Obseruant 2. dispositionem Cõcilij non comprehendere nepotẽ legitimũ ex filio illegitimo, qui minimè prohibetur obtinere beneficium, quod Auus habuit: tum quia Concilium loquitur de filijs, non autem de nepotibus: tum etiam quia incontinentiam patris representat quidem filius, non

non autem nepos, *ità decisum refert Ricc.in Prax.for.eccles. par.* 4. *res.*375. *Navar.cons.*9.*num.*9. *de Fil.Presbyt.Bellett.Disquis.Cleric. par.*1.*tit:de Discip.Cleric.*§.3.*n.*33. *& censuit Sac.Cong. teste Garc. d. p.*7.*cap.*3.*num:*27.*Barbos.d.all.* 65. *nu.*18.alij tamen putant,hoc procedere, si Auus iam decesserit,sed eo viuente Nepotem comprehēdi in prohibitione Concilij *Vulp. in Prax.Iudic:cap.*47.*n.*26.*vbi refert,ità Sacr.Concilij Congreg. declarasse*.

6 Obseruant 3. filium illegitimū clerici ex hoc decreto non prohiberi,quominus tanquam Capellanus amouibilis deseruire possit, atque obtinere beneficium in ecclesia, in qua eius pater nunquā habuit titulum beneficij ecclesiastici, licèt pro Capellano amouibili inseruierit in eadem ecclesia: quia respectu patris Concilium requirit beneficium, *vt censuit Sac.Cong.apud Garc. vbi supra n.* 72.*Ricc.in Prax.for.eccles. part.*4. *resolutione* 374.

7 Obseruant 4. quod cum Concilium loquatur de ecclesia, in qua Pater habuit,vel habet beneficium,poterit filius Clerici obtinere beneficium in alia ecclesia *Barbos.d.par.*3.*all.*65. *numer.* 12. *& alij*.

8 Obseruant 5. quod si pater habeat facultatem trasferendi pēsionem, poterit illam transferre in filium illegitimum *Gig.de Pension.quæst.*86.*num.*5.*Flamin. de Resign:benefic.lib.*6.*q.*4.*num.*21.& 22.*Gonz.ad reg.*8.*Cancell.glos.*5.§. 5.*num.*22: & 23.*Azor.instit.mor. par.*2.*lib.*8.*cap.*8. *quæst.*7. *& alij quos refert, & sequitur Barbos. d. all.*65.*num.*27: nisi talis pensio esset constituta super beneficio, quod Pater habuit: tunc enim non posset illam transferre in filiū ex dicto Concilij decreto,ex quo filius illegitimus prohibetur habere pensiones super fructibus beneficij,quod pater obtinet, vel alias obtinuit, *Garc.d.par.* 7: *cap.* 3. *num.*34.

9 Obseruant 6. quod non prohibetur filius illegitimus succedere in Capellania, quæ fundari solet absque aliqua Episcopi, vel alterius superioris auctoritate, vt in illa succedant Clerici de parentela, *vt dicunt DD. apud Barbos.d. par.*3.*all.*65.*num.*13.

10 Obseruāt 7. quod si pater prouisus fuit de beneficio in aliqua ecclesia, cuius tamen possessionē nec per se, nec per suum Procuratorē est adeptus, non prohibetur filius obtinere beneficium in ea ecclesia: quia verba Concilij intelligenda sunt cum effectu: secus esset,si pater beneficij possessionem habuit, licèt sine canonico titulo, vel non pacificè: tunc enim filius in eadem ecclesia beneficium habere non potest *Riccius in Prax.for.eccles.p.*4.*res.* 373. *vbi citat Garc.de benefic.p.*7.*c.*3.*n.* 56.*Campanil.in Diuersor.Iur.Canon.rubr.*11.*c.*13.*num.*67. *Novar in* 2:*opusc.noui Iur.Pontific.tit. de Illegitim.*

11 Obseruant 8.Decretum Concilij non comprehendere filios legitimos Clericorum: quia loquitur tantum de filijs illegitimis; &

ideò quoad illos remanet ius antiquum incorrectum *l. præcipimus C. de Appell. vt post Nau. Rodriq. & alios d. Garcia dicta p. 7. cap. 3. numer.* 18. vnde possunt filij legitimi in eisdem ecclesijs, in quibus præsunt, vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere *cap. ad hæc de fil. Presbyt.*

12 immò etiam paternum beneficium consequi possunt, si eorum genitoribus defunctis media intercessit persona, cui prædictum beneficium collatum fuerit: filius enim prohibetur beneficia paterna habere immediatè, nè successio in ecclesia Dei sit hæreditaria, secus mediatè *cap. ex transmissa c. ad extirpandas de fil. Presbyt. & ità decisum fuisse in Rota coram Seraphin. decis.* 1442. *refert Barbos. d. par. 3. all.* 65. *nu.* 16. Quare filius legitimus potest etiã habere pensionem super beneficio paterno, *vt d. Garc. d. p. 7. cap. 3. num. 35.*

13 Addit Sayr. *de Censur. lib. 6. c. 11 num. 4. Sorb. in compend. priuileg. ver. Dispensatio, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 47. num. 31. in fin.* quod filius illegitimus in Religione, in qua pater siue ante, siue post natiuitatem filij professus fuerit, ipso patre viuente non debet admitti.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus beneficia suæ ordinariæ dispositioni subiecta potest vnire, diuidere, & extinguere ex iusta causa.*

2 *Beneficia sedi apostolicæ affecta Episcopus potest vnire in casibus in Sac. Concilio Tridentino expressis.*

3 *An Episcopus vnire possit beneficia reseruata de tempore vnionis.*

4 *An possit Episcopus vnire beneficia, quorum collationem simpliciter sibi Papa reseruauit. Et quid si Papa non tantum collationem reseruauit, sed quamcumque aliam dispositionem, ibidem.*

5 *Quando Episcopus possit extinguere præbendas, vt augeantur distributiones.*

6 *An valida sit vnio facta Capitulo, seu mensæ Capitulari.*

7 *An consilium quatuor Deputatorum requirendum sit in vnione beneficiorum seminario faciendæ.*

8 *An vnio in tali casu facienda sit ante beneficiorum vacationem.*

9 *An seminarium in hoc casu debeat esse actu erectum.*

10 *An ante vnionem debeat fieri cõtributio de fructibus mensæ episcopalis, & aliorum beneficiorũ Diœcesis.*

11 *Ad quam summam beneficia sint taxanda in tali casu.*

12 *An ad hanc contributionem teneantur etiam Cardinales.*

13 *An Canonici teneantur contribuere, si reditus Canonicatuum consistunt in distributionibus quotidianis.*

14 *An teneatur contribuere Hospitale, quod neque in titulum, neque in administrationem datur.*

15 *An*

15 *An prouisio facta à Papa valida sit non facta mentione vnionis.*

16 *Episcopus non potest vnire beneficia reseruata in casibus, in quibus non datur expressa facultas ea vniendi.*

An Episcopus possit Pœnitentiario vnire præbendam vacantem in mense Sedi Apostolicæ reseruato, ibidem.

17 *Quæ causa requiratur ad vnionem ritè faciendam.*

18 *An vocari debeant ij, quorum interest.*

19 *An requiratur consensus Patroni, si beneficium vniendum sit de Iurepatr.*

20 *An requiratur Beneficiati, seu Rectoris consensus.*

21 *An requiratur consensus Capituli.*

22 *Quid si Capitulum, aut alij, quorum interest, sine iusta causa contradicant.*

23 *An Episcopus cum consensu Capituli mensę suæ, vel ipsi Capitulo possit beneficia vnire.*

24 *An eadem causa, quæ requiritur in vnione, exigatur etiam in dismembratione, & suppressione.*

25 *An sola diminutio fructuum sufficiat ad suppressionem.*

26 *An sola numerositas populi satis sit ad dismembrationem.*

27 *An credatur Episcopo asserenti causam interuenisse.*

An, & quãdo præsumatur ex cursu 30. annorum, ibidem.

CAP. VIII.

An Episcopus possit vnire beneficia Sedi Apostolicæ reseruata.

1 BEneficia suę ordinarię dispositioni subiecta potest quidem Episcopus liberè vnire *capit. sicut vnire de excess. Prælat.* atque etiam diuidere & extinguere ex iusta causa *Nauar. cons. 27. nu. 1. de Præb.* etiamsi collatio beneficij deuoluta sit ad Papam propter ipsius Episcopi negligentiam *iuxta communẽ Doctorum sententiam Nauar. cons. 12. de Reb. eccles. non alien. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 66. num. 5. Garc. de Benef. par. 12. cap. 2. num. 91.* obseruat tamen Ricc. *in Prax. for. Eccles. par. 1. res. 620.* Episcopum hodiè non posse vnire beneficia simplicia cum simplicibus, sed vnionem faciendam esse iuxta formam Concilij *sess. 21. de ref. c. 5.* vt scilicet beneficia simplicia, vel curata cum alijs curatis vniãtur.

2 Beneficia verò Sedi Apostolicę affecta non potest de iure communi Episcopus vnire *Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 9. num. 3. & decisum refert. Beltram. ad Greg. dec. 419. num. 7.* nisi vnio de beneficio reseruato fieret cum conditione, vt effectum habeat cessante reseruatione, *vt d. Ricc. in Collect. decis. 720. p. 3.*

Ex dispositione verò Concilij Tridentini potest Episcopus ec-

clesijs parochialibus propter earum paupertatem vnire alia beneficia etiã reseruata Sedi Apostolicæ, *vt in sess. 21. de ref. c. 5.*

Secundò potest vnire capitulo Cathedralis, vel Collegiatæ beneficia simplicia eidem Sedi affecta, vbi prebendæ essent nimis tenues, vel si hac ratione prouideri non posset, liceret Episcopo eas ad pauciorem numerum reducere aliquibus ex ijs suppressis, quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus applicari debent, *vt in sess. 24. de ref. cap. 15.*

Tertio potest vnire Seminario eadem beneficia simplicia sedi apostolicæ reseruata, *vt in eodem Conc. sess. 23. de ref. cap. 18.*

3 Obseruant autem Doctores, dispositionem Concilij esse intelligendam de beneficijs, quæ non erant reseruata de tempore vnionis, sed postea fuerunt effecta reseruata ex vacatione in mense reseruato *& ità pluries declarasse Sac. Congregationem testatur Garc. de Benef. par. 12. c. 2. à nu. 91. vsque ad 107. Beltramin. ad Greg. dec. 419. num. 7. vbi etiam refert; ità resoluisse Rotam decis. 201. num. 5. par. 2 in Recent. & in Auersana Beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & in Aquinaten. beneficij 3. Iunij 1607. coram Marquemontio.*

Contrariũ tamen resoluit Rot. *coram Card. Caualer. decis. 472. n. 5.* vbi dictum fuit, posse vniri Seminario beneficia reseruata etiã de tempore vnionis.

Quare alij dicunt, Concilium esse intelligendum de beneficijs quorum collationem simpliciter sibi Papa reseruauit *iuxta opinionem, quam sequuta fuit Rota dec. 4. & 6. de Reb. eccles. non alien. in antiq.* Si verò Papa non simpliciter sibi reseruauit collationem, sed quãcunque aliam dispositionem, illam expresè auferendo ab ordinario, hoc sanè casu non posset ordinarius vnire *Barbos. de offic. & pot. episc. par. 3. all. 66. nu. 7. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. q. 29. n. 42. & 43. qui ità intelligit Abbat: in d. cap. sicut vnire sub num 7. ad fin. de excess. Prælat.* quia cum appellatione dispositionis veniat etiam vnio propter generalitatẽ huius vocis, *de qua per Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 20. nu. 1. & seq.* non potest inferior Summo Pontifice istud attentare *cap. vt nostram de Appell. Lotter. loco cit. n.* 43. vbi decisum refert, vnionem de beneficijs reseruatis *per extrauag. Ad regimen. de Præb. inter communes, innouatam per reg. 1. Cancell.* ab Episcopo factam, etiam in fauorem seminarij, & seruata in reliquis forma decretorum Concilij esse nullam.

5 Obseruant 2. dispositionem Concilij *d. sess. 24. cap. 15.* procedere solum in ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis insignibus, in alijs verò nullam dari Episcopis potestatem extinguendi prebendas, vt augeantur distributiones *Rota coram Cardinal. Caualer. decis. 439. n. 4: Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref.* 543. quæ autem dicatur Collegiata insignis, remittitur abitrio Iudicis: & præcipuè pro-

probatur ex fama, siue communi omnium opinione, seu extimatione, quemadmodum probatur nobilitas *latè Riccius d.par.4.resolutione 544.*

6 Obseruant 3 vnionem faciendam esse præbendis distributiuè, non autem mensę capitulari, alias corrueret, si fiat sine assensu Papæ *Rot.decis.645.ex collectis per Farinac.tom.3.vbi aliæ decisiones allegantur:* quia Concilium Tridentinum *d.sess.24.cap.15.* non dat facultatem vniendi mensæ capitulari, sed præbendis singulorum Capitularium *Ricc.in Prax.for.eccles.par.1.resol.389.Vulp.in Prax. Iudic.cap.48.num.62.* Vnde validā esse vnionem de consensu Capituli factam omnibus præbendis distinctis non simul, sed separatim, & distinctè vnicuique, dicit Garc. *de benef.par.12.cap.2.num.70.Ric. in Prax.vt supra par.1 res.389.& par.4.res.542. & alij apud Barbos. de offic.& pot.Episc.par.3.alleg.66. num.24* quia tunc vnio non dicitur fieri Capitulo, sed singulis præbendis seu Canonicis: aliud enim est applicare capitulo, aliud distribuere inter singulos Canonicos, vel præbendas assignando vnicuique certam portionem, *vt dicunt citati Doctores.*

7 Obseruant 4. quod ad hoc vt vnio beneficiorum facta seminario subsistat, plura requirūtur: primò enim requiritur, quod fiat cū consilio quatuor Deputatorum iuxta decretum Concilij *d.sess.23. cap.* 18. alias non valeret, *vt censuit Sac.Cong.Conc. quæ refertur inter decisiones Diuers.par.4.decis.* 78. debet enim Episcopus quatuor Deputatos adhibere in consilium pro tota temporali administratione Seminarij excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat; quamuis non teneatur eorum sequi consilium, *vt resoluit Sac.Cong.teste Ricc.in Prax. for.eccles.par.3.res.* 415.

8 Secundò requiritur, vt vnio fiat ante beneficiorum vacationem, alias nulla esset; & ideò prouisi apostolici mittendi essent in possessionem dictorum beneficiorum, *vt cēsuit Sac.Cong.referente Garc. de benef.par.12.cap.2.nu.*102. nisi Episcopus beneficia vacantia in suo mense, & ad eius collationem spectantia prius vniuerit: tunc enim posset vnire beneficia simplicia reseruata, vel affecta etiam post vacationem, *vt declarauit eadem Sac.Cong.teste Zerol. in Prax.Episc. ver.Seminarium §. ad quintum par.1 Garc.par.* 12. *c.* 2. *num:*104.& 105.

9 Tertiò requiritur, vt Seminariū sit actu erectum, & habeat actu scholares, & Magistros, alias vnio nō subsisteret *Cad. Caual.dec.*472. *num.*1.& 2. *& censuit Sac: Cong. teste Ricc:in Prax.d:par.3.res.*415. *Garc.d.par.*12.*cap.*2.*num.* 193. *vbi etiam referunt, Sixtum V. sub die 26.Octobris* 1588. *sent. Sac. Cong. confirmasse.* quia ecclesiæ non existenti donari non potest *c. ad audientiam 2.de eccles.ædific.* sufficeret tamen, si Seminarium esset erectum in aliqua domo, vel empta, vel conductitia, *vt tenuit Rota in Adiacen. benefic.* 15. *Aprilis* 1622. *coram Coccino, quam refert*

Bar-

Barbos. d. par. 3. alleg. 77. numer. 25. Garc. par. 12. d. cap. 2. numer. 195. & seq. vbi alias Rotæ decisiones refert.

Hoc autem intellige, quando vnio fit ab inferiore. secus si fiat à Papa, qui potest Seminario nõdum erecto, sed erigendo vnire, *vt pluries resoluit Rota apud Beltramin. ad Greg. dec. 258. num. 10. in fin.* idemq; dicendum, si vnio taliter facta ab Episcopo confirmetur auctoritate Papę cũ clausula, supplentes &c *Card. Caual. decis. 411. num. 2.*

Censent tamen nonnulli Doctores, posse etiam inferiorem Seminario etiam futuro beneficia vnire, etiamsi nec domus sit empta, nec fabrica constructa, neque scholares actualiter admissi sint, dummodò muri eiusdem Seminarij sint erecti, eiusque fabrica cõtinuetur, seruata in reliquis forma Sac. Concilij Tridentini: idque probant tum ex Conc. *d. sess. 23. c. 18. ibi, & quia ad Collegij fabricam instituendam, & infra, nec non beneficia aliquot simplicia &c. huic collegio applicabunt, & incorporabunt*: tum etiam quia futuro Collegio, & Hospitali, vel ecclesiæ construendę potest legari, & hæreditas relinqui *c. 3. & ibi glos. in ver. in loco, & DD. de Testament. l. seruos 35. ff. de liber. caus. ità Gonz. ad reg. 8. Canc. glos. 5. §. 7. num. 75. & seq. Beltram. ad Greg. decis. 258. num. 10. quibus ad. de Cæsar. de Graff. decis. 1. de Reb. eccl. non alien. quem refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3 resolutione 417. Gratian. discept. 278. numero 40. & seq.*

10 Quartò requiritur, quod ante vnionem fiat contributio de fructibus mensæ Episcopalis, & Capitularis, & cunctorum beneficiorum Diœcesis, alias vnio esset nulla *Rot dec. 361. num. 3. & seq. p. 2. Recent. & coram Card. Caualer dec. 472. num. 1. & 2. Ricc. d. par. 3. resol. 417. num 8.*

Debet igitur Episcopus primũ ex sua, & capituli mensa contribuere Seminario, & postea cogere alios suo exemplo ad huiusmodi contributionem *Rot. in Auersana beneficiorũ 3. Iulj 1606. coram Card. Sacrato, quam refert Barbos. loco cit. num. 2. Zerol. in Prax. Episc. ver. Seminarium §. ad quintum par. 1.* vbi etiam ex sen-
11 tentia Sac. Cong. resoluit taxam esse faciendam ad rationem mediæ decimæ, si Seminariũ erectũ fuerit post diem 11. Iulij 1567. nã si illud antea fuerit erectum, potest exigi ea taxa, quę exigi consueuit.

Potest tamen Episcopus in facienda huiusmodi taxa pro seminarijs seruata forma tradita à Cõcilio Tridentino onerare beneficia nedum in dimidia decima habito respectu ad antiquam taxã iuxta Pij V. decretum, sed etiam in maiori summa, prout beneficiorum, & locorum habito respectu iustum, & æquum fuerit *ex decreto Clem: VIII. sub die 7. Octobris 1592. relato per Garc. par. 12. c. 2. numer. 107. in fin. & ità censuit etiam Sac. Cong. apud Farinac. decis. 160. par. 4. Diuers.*

12 Ad hanc autem contributionẽ tenentur etiam Cardinales de fru-

fructibus beneficiorum, quę habent in Diœcesi, vbi est Seminarium, *vt declarauit Sac. Congregatio Concilij, teste Ricc. in Collec. decis. 2625. par. 7.*

13 Notandum tamen est, quod si fructus, & reditus Canonicatuum consistant in distributionibus quotidianis, quæ dari solent dū taxat ijs, qui diuinis officijs intersunt, non tenerentur Canonici ad Seminarij contributionē, *vt censuit Sacr. Congregatio Concilij apud Farinac. dec. 71. par. 4. Diuers.*

14 Notandum 2. quod super Hospitali, quod neque in titulum, neque in administrationem datur, sed merè laicale est, non potest taxa ratione Seminarij imponi *ex decreto eiusdem Sacr. Cōgregationis relato per eumdem Farinac. decis. 113. d. par. 4. Diuer. & colligitur ex Concilio Tridentino sess. 23. d. cap. 18. ibi, & Hospitalium, quæ dantur in titulum & administrationem. &c.*

15 Obseruant 5. quod si Papa cōtulerit beneficium ad alicuius instantiam non facta mentione vnionis, prouisio erit nulla; secus si proprio motu conferat: quia tunc tenet prouisio etiam non facta mentione de vnione: & ideò eo casu suspenditur vnionis effectus pro tempore prouisi de illo à Papa *Garc. de Benef. par. 12. d. cap. 2. num. 91. & 94. & alij, quos refert, & sequitur Zerol. in Prax. Episc. par. 1. in ver. vnio §. ad septimum dub. 1.*

16 Obseruant 6. Episcopum non posse vnire beneficia reseruata in casibus, in quibus non datur expressa facultas ea vniendi: vnde licèt Episcopus possit in sua Cathedrali ecclesia Pœnitentiarium cum vnione prębendæ proximè vacaturæ etiam sine consēsu Capituli instituere *iuxta Conc. Tridentinum sess. 24 de ref. c. 8. ac declarationes Sac. Congregationis, quas refert Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 487.* tamen huiusmodi vnio non comprehendit prębendam vacantem in mense Sedi Apostolicæ reseruato, seu alias eidem Sedi affectam: quia in d. decreto Concilij c. 8. nulla fit mētio de reseruatis; sed tunc collatio ad Papam pertinet ratione reseruationis, *vt resoluit Sac. Congregatio, ac Rota Romana teste eodem Ricc. d. ref. 487. & in Collec. dec. 2492. p. 7. Barbos. d. part. 3. all. 55. num. 3. Garc. in Addit. ad 5. par. cap. 4. nu. 127.*

17 Obseruant 7. quod ad vnionē ritè faciendam requiritur 1. iusta causa, videlicet, vel necessitas, vel euidens ecclesiæ vtilitas *cap. exposuisti de Præb. cap. 1. de Reb. eccles. non alien. in 6. clem. 1. eod. tit. & notant Doctores apud Barbos. d. par. 3. all. 66. nu. 15.* alias vnio facta esset nulla eo ipso tam de iure communi, quam ex Concilio Tridentino, *vt docet Garc. de Benef. par. 12. cap. 2. num. 113. & 203. & alij communiter.*

18 Secūdò vocari debent ij, quorum interest, siue in quorum præiudicium vnio cedere posset *Put. decis. 394. lib. 2. quem refert Ricc. in Collect. dec. 720. par. 3.* & ideò requiritur consensus inferioris

rioris Collatoris, seu Prælati, adquem vniendi beneficij collatio spectat *clem nè in agro §. ad hæc de stat. Monach.* & si beneficium esset de Iurepatronatus laicorũ,
19 requireretur consensus Patroni, *vt apertè constat ex Concilio Tridentino sess. 24. de ref. cap. 15. cap. suggestum de Iurepatr. & pluribus Rotæ decisionibus probat Ric. in Collect. decis. 2477. par. 6. & in Prax. for. eccles. par. 1. res. 179.* vbi id ampliat etiam patronis non contradicentibus, *& alij plures, quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 3. all. 66. num. 19. & all. 68. n. 9 Paris. de Resign. Benefic. lib. 2. q. 4. nume. 11. Zerol. in Prax: Episc. p. 1. ver. vnio §. ad septimum dub. 4. & alij communiter.* & hoc etiam procedere in iurepatr. mixto dicit Ricc. *vbi supra d. p. 1. res. 207.* & si plures sint Patroni, omnium requiritur consensus, *vt decisum refert Barbos. d. all. 66. nu. 19.* vbi etiam resoluit, consensum Patroni non præsumi, nec de eo stari assertioni Episcopi: alias vnio esset nulla, & inualida, etiamsi fieret per legatum de latere *Verall. decis. 346. & 350. par. 3. quem refert. Ricc. in Collect. dec. 2477. par. 6. & in Prax. for. Eccles. res. 207. & 387. par. 1. vbi alias Rotæ decisiones refert.*

An verò in vnione huiusmodi exigatur consensus Patroni ecclesiastici? affirmatiuè respondet Couar. *pp. qq. cap. 36. numer. 11. & constat ex dicap. suggestum de Iurep.* contrarium tamen tenent nonnulli recentiores existimantes, in hoc fuisse correctum ius commune per Concilium Tridentinum *d. sess. 24. cap. 15.* vbi decernitur, consensum Patroni esse requirendum, si de Iurepatr. Laicorum sint: ex quo colligunt à contrario sensu, posse Episcopum vnire absque assensu Patroni ecclesiastici, *ità Sanch. in Præcept. Decal. to. 2. lib 7 cap. 29. num. 185. Barbos. d. par. 3. all. 66. num. 31.*

20 Beneficiati verò consensus nõ requiritur, quia vnio fit sine præiudicio obtinentium *Clem. si vna de reb. eccles. non alien. Conc. Tridentinum sess. 21. de ref. cap. 5. & sess. 23. cap. 18. Nau. cons. 1. n. 11 de Restit. Spol. Ricc. in Collect. dec. 2477. par 6.* immo etiamsi ageretur de Rectoris præiudicio, adhuc non esset necessarius eius cõsensus, *vt in terminis dismembrationis fructuum parochialis est textus in cap. ad audientiam de eccles. ædif. & Conc. Tridentinum sess. 21. de ref. c. 4. Rot. coram Martin. Andr. decis. 59. num. 4.* quamuis cõtrarium aliàs tenuerit Rota, *vt dicit Beltram. ad Greg. dec. 504. nu. 9.* necessariam tamen esse in tali casu vocationem Rectoris dicit Lotter. *apud Barbos. d. p. 3. all. 67. nu. 20.*

21 Tertiò requiritur consensus Capituli tam de iure communi *cap. cum nos, & cap. pastoralis de His, quæ fiunt à Prælat. cap. pastoralis, & ibi glos. fin. de Donat. clem. si vna de Reb. eccles. non alienan.* quam iure nouo Concilij Tridentini *d. sess. 24 de ref. cap. 15.* ità vt contrarium de consuetudine introduci non possit, *secundũ glos. in d. clem. si vna ver. consentien-*

*tiente Ricc:in d:Collect:dec:*247*7: par:6:& alios apud Barbos:d.p:3: all:66: num:*23: quod procedit, etiamsi ad vnionẽ Episcopi procedant tamquam sedis Apostolicę delegati *secundùm Garc: de Benef:d:par:*12*:cap:*2*:num:*158*.& alios apudBarbos:d.p:3:all:66:numer:*29 satis tamen esset,si huiusmodi assensus postea accedat *d.c: suggestum de Iurepatr.Garc. loco cit:d.cap:*2*:nu:*147*: & seq: & alij communiter.*

22 Si verò Capitulum, aut alij, quorum interest, sine iusta causa cõtradicant, possent compelli *Barbos:d:all:*66*:num:* 21: vel poterit Episcopus etiam ipsis inuitis ad vnionem procedere,si causa necessitatis notoria sit *arg:cap: ad audientiam de eccles:ædific.*Cõcil.*Tridentinum sess:*21*.de ref.c.*4*. Layman.lib.*4*.tract.* 2*.cap.* 9*. Rota coram Andr.decis:*59*:num.*4. verũ si vnio fiat Seminario, tunc consensus Capituli non requiritur, sed eius loco consilium quatuor Deputatorum, *vt dicit Ricc.in Prax.for.eccles:par.* 3*. res:* 415*.& censuit Sac. Cong. apud Farinac. dec:*90*.par.*4*.Diuers:*

23 Non potest tamen Episcopus etiam cum consensu Capituli mensæ suæ, vel ipsi Capitulo beneficia vnire, sicut neque id potest Capitulum sede vacante; cũ nemo in facto proprio auctoritatẽ prẽstet *d.clem:si vna de Reb. eccles:non alien.& censuit Sac.*Cõgregatio *teste Garc. de Benef. par.* 12*.cap.*2*.num.*68. quod intellige, quando vnio fieret principaliter, & directè:secus verò quando in consequentiam, & indirectè cederet in vtilitatem Capituli;quia tunc vnio valeret *Rot.decis:*1*. de eccles:ædific.in antiq. & dec.* 133*. num.*7*.&* 8*.par.*2*.Diuers:*vbi resolutum fuit, validam esse vnionem factam ad fauorem fabricæ, etiamsi mediante vnione capitulum eximatur ab oneribus fabricę, ad quæ de iure tenetur *iuxta cap.fin.de His quæ fiunt à maior.par.cap.*

24 Obseruant 8. quod eadem causa,ac solemnitas, quæ requiritur in vnione, exigitur etiam in suppressione, ac dismembratione *cap.fin.de verb.signif. Conc. Trid.sess:*24*.de ref.cap.*15*. Garc.d. par.*12*.cap.*2*.num.* 202*. Card. Caualer.dec.*439*.Ricc.in Prax.par.*4*. res:*545*.Greg.dec.*504*.& ibi Add. Barbos:d.par.*2*.all.*67*.num.*16*.*

25 Notandum tamen est,quod ad suppressionem non sufficeret sola diminutio fructuum, nisi etiã probetur deficientia,seu penuriæ beneficiorum simplicium, quæ potuissent vniri *Rot. d.decis:* 439*: num.*5*.coram Caualer.*vbi dictum fuit, suppressionem permitti à Concilio in subsidium non existentibus beneficijs simplicibus:

26 quemadmodum neque ad dismembrationem satis esset sola numerositas populi, quia tunc posset prouideri per adiunctionem aliorum Sacerdotum, qui coadiuuent Rectorem; sed vltra dictam numerositatem requiritur magna distantia loci, vel alia necessitas euidens, puta si extaret medius fluuius, vel Torrẽs inter ecclesiam, & partem po-

puli illi subiecti, qui sæpè exundãs ità iter obsideat, vt aliquando cogantur infirmi sine ecclesiasticis Sacramentis decedere, *vt constat. ex Conc. Trid. sess. 21. de ref. cap. 4. cap. ad audientiam, vbi glos. in ver. magna difficultate de eccl. ædif. & resoluit Rota decis. 288. n. 1. & 2. par. 2. in Recent. quam refert Beltram. ad Greg. decis. 504. nu. 8. Barbos. d. par. 3. all. 68.*

27 Quare cum talis causa de necessitate requiratur, non crederetur Episcopo asserenti, eam interuenisse, nisi formiter probetur *Bart. communiter receptus in l. si forte num. 5. ff. de Castr. pecul.* præsumitur tamẽ ex cursu 30. annorũ *Rot. coram. Greg. d. decis. 504. nu. 6.* dũmodò in decreto suppressionis vel dismembrationis, vel vnionis de huiusmodi causa facta fuerit mentio: quia cum sit concludenter probanda, ideò requirit scripturam; alias ex cursu, seu diuturnitate tẽporis non præsumeretur *Ricc. in Prax. d. par. 4. ref. 547. vbi citat Felin. in cap. sicut de Re Iud. Ruin. cons. 69. vol. 1. & con. 49. volumine 4.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij sunt qui ex beneficio, & occasione beneficij percipiuntur.*

2 *Quid veniat nomine fructuum.*

3 *Quæ sit differentia inter Syluã cæduam, & non cæduam.*

4 *Arbores fructiferæ, Thesauri, lapidicinæ marmoreæ, aurifodinæ, argentifodinæ non pertinent ad beneficiatum, sed ad ecclesiam.*

An thesaurus spectet ad Principẽ, ibidem.

5 *Fructus regulariter intelliguntur deductis impensis, & qui sumptus deduci debeant.*

An deducendum sit salarium factoris, ibidem.

6 *Quando subtineatur donatio facta vltra 500. aureos sine insinuatione.*

7 *Valor beneficij ille tantum intelligitur, qui superest deductis oneribus, & quæ onera in hoc casu deducendi sint.*

8 *Duplex est cõsideratio fructuũ, alia scilicet ciuilis, & alia naturalis.*

9 *In fructibus ciuiliter acceptis fit deductio impensarum, secus si naturaliter accipiantur.*

10 *An in decimis, quæ debentur ecclesijs, expensæ deducantur.*

11 *Et an deducantur, quando diuiduntur fructus inter emptorem, & venditorem, inter colonum, & Dominum, vel quando fit mentio de fructibus pendẽtibus, seu extantibus.*

Et an deduci debeãt in legato fructuum, ibidem.

12 *Si debitor condemnatus ad restitutionem fructuum, illos integros ignoranter restituerit sine deductione impensarum, potest illas repetere.*

13 *Etiam malæ fidei possessor impensas necessarias deducit.*

14 *Quando impensæ vtiles, & voluptuariæ deducantur.*

15 *Fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij ciuiles, & numero 16. & 17.*

18 *Fructus ciuiles, & industriales*

les confunduntur.

19 *Item fructus alij sunt pẽdentes, alij percepti.*

20 *Attento iure communi fructus naturales & industriales collecti, & à solo separati, ac etiam ciuiles maturati ante obitum Beneficiati spectant ad hæredes ipsius beneficiati.*

21 *Fructus dicuntur cõsignati beneficiato, si alteri suo nomine fuerint consignati.*

22 *In locationibus fructuũ non cõsideratur dies solutionis afflictus sed tempus perceptionis fructuum.*

23 *Fructus pendentes, & à solo nõ separati spectant ad successorem in beneficio.*

24 *Quid in pensione, quæ pro fructibus bonorum venditorum percipi solet*

25 *Quando fructus ciuiles pertineant ad successorem, & quando ad hæredes beneficiati.*

26 *Ad quem spectent expensæ per Prædecessorem factæ in lite pro defensione iurium ecclesiæ, si in illis pars aduersa condemnetur.*

27 *Hodiè ex Cõstitutione Iulij III. fructus maturati, & non exacti spectant ad successorem in beneficio.*

28 *An dicta constitutio procedat in locis, vbi collectores à Camera Apostolica deputantur.*

29 *An dicta constitutio locum habeat, vbi adesset contraria consuetudo.*

30 *Quando hæredes beneficiariorũ teneantur supportare onera Beneficiorum.*

31 *An dicta constitutio Iulij III. procedat, vbi clerus alicuius Diœcesis super spolijs compositionem fecerit.*

32 *Et an locum habeat in fructibus quotidianarum distributionum.*

33 *Et an dicta constitutio locum habeat in pensionibus.*

34 *An pensiones debeantur hæredibus pensionarij pro rata temporis, vel potius pro rata fructuũ perceptorum.*

35 *Quid si fructus nondum erant percepti.*

CAP. IX.

Quomodo diuidantur fructus inter hæredes Beneficiati, & successorem in beneficio.

1 AD faciliorẽ huius rei intelligentiam notãdum est primò, quod fructus beneficij sũt qui ex beneficio, & occasione beneficij percipiuntur *Bart. in l. sum in plures circa med. ff. locat. Bald. in l. 1. num. 19. C. de fruct. & lit. expens: Gabr. cons. 164. num. 8. vol. 2:* nomine verò fructuũ

2 veniunt ea omnia, quæ ad vsum hominis inducta sunt *Papiens. in forma libell. in action. real. in glos. simul cum fructibus num. 7* & nõ solum quæ sunt destinata ad esũ & potum, sed ea etiam, quæ quomodocunque conferunt ad vsum humanum *Menoch. cons. 66. nu. 1.*

lib.1.Gratian.discept.615.num.42. Cenc.de Cenſib.in addit ad par.1.c. 2.q.2.ar.1.num.5. Vnde pecunia etiam inter fructus rei computatur, quando res in pecunia locari conſueuit *Bart. in l. fundi Trebatian.num.3.ff.de vſuſr.leg.Natt. conſ.536.nu.3.& 4.Surd. dec. 282. num.33.* item arundines, & arbores, ſeu Syluę cęduæ inter fructus computantur *l.qui fundum §. vlt. ff.de contrab.empt. l. diuortio §. ſi fundum ff.ſol.matr.*

3 Hęc autem inter ſyluam cęduã, & non cæduam eſt differentia, quod vſufructuarius ex nõ cędua vti poteſt ad vſum ſuum tantum, & non vendere, ſed ex cæduapoteſt totum accipere, & vendere *Boer.deciſ.51.num.9.*

Venatio verò fructus non eſt: niſi fructus fundi in venatione conſiſtat *l. Venationem ff. de vſur.*

4 Item arbores fructiferæ, theſauri, lapidicinę marmoreæ, aurifodinę argentifodinę, quę non renaſcuntur, in fructu non ſunt *d.l.diuortio §.fũdũ ff.ſol.matr.Boer.d.dec.51.n. 2.* quẽadmodũ nec pretiũ rei fructus nomine venit *Bald.in c.grauis num.5.de Reſtit.ſpol. & conſ. 495.in fin.vol.3.Giurb.dec.72.n.8.* Vnde hæc non pertinent ad beneficiatum, ſed ad eccleſiã *arg. text.in l.Diuortio §. ſi fundum: ff. ſol.matr.Quaran.in ver. Alienatio rerum eccleſ.num.25.in fin.* Theſaurum verò de conſuetudine totius mundi ſpectare ad Principem dicit Couar. *quem. refert, & ſequitur Loccatell.de quæſt.Iudic.inſpect.5.num.286.* quod intellige quãdo reperitur in re priuati, nõ autem in re eccleſię, quæ oſt exẽpta ab omni ſæcularis Principis Iuriſdictione, *vt dicit Ricc.in Collect.dec.p.2.collect.331.*

5 Cum autem fit mentio de fructibus, illi intelliguntur ſemper cum deductione impenſarum factarum in eis quærendis, colligẽdis, & conſeruandis etiam à malę fidei poſſeſſore *l.ſi à Patre, vel a Domino §.fructus ff.de petit.hæred.l. 1. vbi gloſ. C.de fruct.& lit. expenſ.Bart. & Doctores in l.fructus ff.ſol.matrim. Azo.in ſum. in Rubr.C.de fruct.& lit.expenſ.n.1. Surd.deciſ.282.num. 31 Menoch. conſ.64.nu.22.vol.1.* Vnde deduci debent ſumptus facti in cultura, in cura, adminiſtratione, & cuſtodia, mercedes datæ operarijs, pretium operarum ſuarum, & labores in fructibus colligendis *Bart.in l.1.in fin. ff. de impen.in reb. dot. fact.Bal.in l.1 num.5.& 22.C.de fruct.& lit.expenſ.Couar.var. reſ. lib 1. capit. 3. numer. 3. Tiraq. de Retract.lignag.ſeu Gentilit.lib.1.§. 15.gloſ.1.n.1,& 30.Caroc.de Locat. & conduct.quæſt.10.num.37.* Salarium tamen factoris regulariter deduci non debet *Card.Caualer. dec.462.num.2.*

6 Hinc fit, vt licet donatio, quæ excedit 500.aureos, nihil valeat ſine inſinuatione, ſed tantum ſubſtineatur vſque ad 500. aureos *l. ſancimus C.de donat.* ſi tamen fiat donatio vltra 500.aureos, ſed detractis oneribus, puta gabella, & alijs impenſis non remanerent aurei 500. non requireret inſinuationem *Bart.in l.quoties ff. ad l. Falcid. Iaſ. in l.cum. quædam §.quo,*

§. quoties num. 9. ff. de Iurisdict. omn. Iud. Tiraq. de Retract. lignag: seu Gentilit. lib. 1. §. 15. glos. 1. numero 4.

7 Ex dictis sequitur, quod valor beneficij ille tantum intelligitur, qui supereſt deductis oneribus *Bald. in l. 1. num. 8. vers. pone C. de fruct. & lit. expens. Crescent. dec. 2. de Probat. Greg. decis. 273. nu: 3: Caualer: dec: 383: nu: 2: Felin: in cap: ad aures num. 13: de Rescript:* sed in hoc casu vltra expẽsas supradictas deducendi sunt etiam sumptus pro cultu diuino, videlicet pro cera, hostijs, vino, & oleo pro luminaribus Sanctissimi Sacramenti, & musica in festiuitate ecclesiæ *Card. Caualer: decis. 462: num: 3:*

8 Obserua tamen, quod duplex est consideratio fructuum, quædam scilicet intellectualis, quędam verò demonstratiua ad oculum, siue alia est interpretatio ciuilis, alia naturalis, quam distinctionem commendat *Abb: in capitulo Pastoralis numero 9. de Decim.*

9 Primò modo quando fructus nominantur à lege, siue à Iudice, procedunt ea, quæ supra diximus de deductione impensarum *Abb: in d. c: pastoralis n: 9: Bald. in l: 1: num: 1: & seq: C: de fruct: & lit: expens:* idem esset, si testis deponeret de fructibus, quia censeretur deponere deductis impensis *Felin. in c: ad aures num: 13: de Rescipt: Gregor: dec: 273: nu mer: 3:*

Secundo modo nō deducuntur impensæ quia fructus naturaliter acceptus non admittit expensarum deductionem, *vt d: Abb. loco* 10 *cit:* ità in Decima prædiali, quæ debetur ecclesiæ, non deducuntur *cap: tua nobis cap. pastoralis c. non est in potestate & cap. cum homines de Decim. glos. in l. si à Patre §. fructus ver. deductis impensis in fin. ff. de Petit. hæred: DD: in l: fructus ff: sol: matr: Campeg: de Dot: par: 2: quæst: 12: numer: 1:* hoc tamen procedit tantum in decima reali, quæ præstatur ex fructibus, seu pensionibus rerum: secus est in Decima personali, quæ scilicet soluitur ex aliqua negotiatione: ex ea enim deducuntur impensæ *d. cap. pastoralis de Decim. glos. in d. l. si à Patre §. fructus ver. deductis impensis Bald. in l. 1. num. 3. in fin. C. de fruct. & lit. expens.* & ratio est, quia in negotiatione decima soluēda est de lucro: lucrum autem non consideratur nisi deductis impẽsis *Abb. in d. cap. pastoralis n. 1.*

11 Ità etiam impensæ non deducuntur, quando corporaliter diuiduntur fructus inter emptorem & venditorem, inter colonum, & Dominum: sicut neque deducuntur, quando fit mentio de fructibus pendentibus, seu extātibus, puta vendo, seu dono tibi omnes fructus, qui sunt in tali agro meo *Bald. in l 1. numer. 3. & 18. C. de fruct. & lit. expens. Abb. in d. cap. pastoralis num. 9. de Decim. latè Tiraq. de Retract. lignag. vt supra lib. 1. §. 15. glos. 1. nu. 18. 19. & 22.* & hoc procedit etiam in legato fructuum, quod omninò esset inutile, si impensæ deducerentur, *vt est casus in l. qui con-*

cubi-

cubinam §. hortos iuncta glos. in ver. præstaturam ff. de leg. 3. & notat Tiraq. loco cit. nu. 16.

12 Ex dictis infertur, quod si debitor condemnatus ad restitutionem fructuum, illos integros ignoranter restituerit sine deductione impensarum, potest illas ab Aduersario repetere *Tiraq. vbi supra §. 15. glos. 1. lib. 1. nu. 31.*

13 quod procedit non solum in impensis necessarijs, cum etiam malę fidei possessor illas deducat *Bart. & alij in l. in fundo ff. de Rei*

14 *vendic.* sed etiam in vtilibus, dūmodò faciens esset bonæ fidei possessor, & euincens esset facturus, vel venditurus, aut esset dues, quia tunc faciens deducit pro ipsis quantum res ipsa est effecta pretiosior *d. l. in fundo Boer. dec. 44. nu. 8.* in impensis autem voluptuarijs permittitur solum abrasio, nisi ipse Dominus fuisset alias facturus, aut distracturus: tunc enim huiusmodi Impensę reputantur vtiles, & deducuntur *Bart. in d. l. in fundo n. 10. ff. de Rei vendic. Boer. d. decis. 44. num. 10. par. 1.*

15 Notandum 2. quod fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij ciuiles: naturales sunt in quibus producendis magis operatur ipsa natura, quam hominis industria: quales sunt syluarum, & lignaminum fructus, fœnum, & arundines *Peregr. de fideicom. art. 49. num. 128.* item Pratorum herba, & fructus omnes ex arboribus pomiferis, vt glandes, castaneæ, poma, & similia *Azo. in Summ. in rubr. C. de Rei vendic. nu. 18. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 6.*

16 Industriales sunt, in quibus producendis magis operatur industria hominis, quam natura *l. fructus ff. de vsur. glos. in l. & ex diuerso ver. non habendam ff. de rei vendic. Natt. cons. 141. num. 2. Gab. cons. 164. num. 8. & seq. vol. 2. Ang. de Aret. in §. si quis à non Domino num. 3. Instit. de Rer. diuis.* tales sunt qui appellatione frugum continentur, vt segetes, puta frumentum, hordeum, legumina, linum, canipum, & omnia, quæ culturam hominis in agro desiderant *Mynsing. in §. si quis à non Domino nu. 7. Instit. de Rer. diuis. latè Peregr. de fideicom. ar. 49. numero 129.*

Inter fructus industriales numerantur etiam oleum, & vinum, lac, & lana propter magnam industriam, quę in eis requiritur *Bart. in d. l. & ex diuerso num. 2. ff. de Rei vendic. Campeg. de Dot. par. 1. q. 7 num. 2. Peregr. d. art. 49. num. 129.* Saccarum quoque fructus industrialis cēsetur, licēt quo ad effectum decimarum omnia fructus naturales reputētur *Put. decis 80. per tot. lib. 1.*

17 Fructus ciuiles sunt qui non ex re, sed ex prouisione hominis queruntur, & percipiuntur propter rem, siue occasione rei; tales sunt pensiones domorum, vecturæ nauium, census, & similes *Bart. in d. l. & ex diuerso nu. 1. ff. de rei vendic. Alex. cons. 56. num. 9. lib. 4. cum alijs, quos refert Caroc. de Locat. & Conduct. p. 5. de verb. sign. num. 9. Rota apud Pacif. de Salu.*

Salu.interd.decis.225.nu.1. & coram Card.Caualer.dec.104. nu.1. & coram Coccin.decis.95.nu.5.

18 Obserua tamen, quod fructus ciuiles, & industriales confundũtur, & vnum pro alio vsurpatur *Natt.cons.141. num.2.Peregr. vt supra art.49. num.129.Gab. cons. 164.num.15. & 16.lib.2.* vnde ab aliquibus Doctoribus diuiduntur fructus in naturales, & industriales tantum; propterea ad litium decisiones hi ciuiles fructus non naturalibus æquiparandi sunt, sed industrialibus, cum verè in illis plus operetur industria, quã natura *litè Gabr.d.cõs.164.n.17.& 18.* qui verò fructus dicantur potius industriales, quam naturales, & è contra, remittitur arbitrio Iudicis *Bart.in d.l.& ex diuerso num.2.Couar.var.resol.lib.1.c.3. num.6.*

19 Sunt etiam alij fructus pendẽdentes, qui scilicet terra adhuc continentur, alij percepti, qui iam à solo sunt separati *Azo in Sum.in rubr.C. de Rei vendic. n. 18.Mantic.de Tacit.& ambig. to. 1.lib.11.tit.23.num.15.*

20 His positis dico, quod attento iure communi, fructus naturales, & industriales collecti, & à solo separati, ac etiam ciuiles debiti, vel maturati ante obitum Beneficiati etiam non exacti spectant ad hæredem Beneficiati defuncti *iuxta terminos l. Defuncta, vbi Doctores ff.de vsufr.Rot.decis.761. par.1.Diuer.Ludouic.decis.Perus. 33.nu.1.Nauar. de Redit.Benefic. q.2.mon.13.& cons.7.num.1.de Succes.ab intest.& cons.3. de Donat. Bonacin. in tract. de obligat. Beneficiar.disp.4.pun.3.num.8.to. 1.& alij permulti, quos refert, & sequitur Viuian.in Prax: Iurisp. par.3.lib.14.cap.8.num.6. & hanc esse communem, & probabiliorem d.Barbos.de offic.& pot. Episc.p.3 all.117.num.6.* etiamsi non essent per Beneficiatum percepti, & in horrea reconditi, *vt decisum refert Bonacin.loco cit.d.disput.4. pun.3.num.3.& communem dicit Tiraq.de Retract.conuent.§.5.glo. 4.nu.1.in fin.* sufficit enim, quod separatio à solo facta fuerit nomine ipsius Beneficiati, vti præsumitur facta per debentes decimas, & colonos. *Nau.d.cons. 3.nu.12. de Donat. quicquid dicat Bellett. In Disquis.cleric. tit. de Bon.cleric.§.15.n.5.* quemadmodum fructus dicuntur consignati Beneficiato, si alteri suo nomine fuerint consignati *Calderin.cons. 2.num.1.vers. & intelligitur horreo suo, vel alieno suo nomine de Pecul.cleric.Coccin.dec.476. nu.3.* Beneficiatus enim comparatur vsufructuario *secundum glos. communiter receptam in cap.si propter ver. primi anni de Rescriptis in 6.* ad quem spectant omnes fructus suo nomine à solo separati *iuxta veriorem intellectum l. si vsufructuarius ff. Quib.mod.vsusfruct. amitt.*

21

22 Idem dicendum, si fuissent locati, & dies solutionis affictus venerit post mortem Beneficiati; quia de tali affictu, seu pretio locationis, quod debetur ratione fructuum, idem iudicatur quod de fructibus, quorum loco affictus

ctus subrogatur: vnde non consideratur dies solutionis affictus, sed potius tempus perceptionis fructuum, pro quibus affictus soluitur *Bonacin.to.1.in tract. de obligat. Benefic. disp.4.pun.3. num.8. Card.Caualer.dec. 104. numer. 5. & 6.*

23 Fructus verò pendentes, & à solo non separati spectant ad Successorem in Beneficio *Barbos. loco cit. vbi alios refert Bellett. d. §.15.num.4. & decisum refert Bonacin. loco cit pun.3. num.7.* etiãsi omnes maturi essent, & proximi recollectioni *Tiraq. de Retract. conuent. §.5.glos.4.in princip. Nauar. locis cit. & hanc esse communem dicit. Bellett. vbi supra nu.4.* fructus enim pendentes pars fũdi sunt, & ideò eadem vendicatione veniunt propter vnitatem *l. fructus pendentes iuncta glos. in ver. ars fundi ff. de Rei vend. Ang. de Aret. in §. & si in rem. Instit. de offic. Iud. Honded. conf.85.nu.9. lib.2. & in his terminis intelligi debet textus in cap. cum vos de offic. ordin. & in cap. fin. eod. tit. in 6. cap. quia sæpe de elect. in 6. clem. Statutum eod. tit. de elect.*

24 Idem dicimus in pensione, quę pro fructibus bonorum venditorum percipi solet: nam si tempore venditionis fructus illi erant pendentes, pensio debetur emptori; si verò fructus, pro quibus soluitur pensio, tempore vẽditionis iam erant à solo separati, tunc sicut fructus illi non pertinent ad emptorem, ità nec ei debetur pensio pro illis soluenda: sed in totum debetur venditori, etiamsi tempore venditionis dies soluendæ pensionis non venerit *Bellett. loco cit. §. 16. num.6. vbi citat Salic. in l. fructus nu. 3. & ibi etiam Bald. nu.7. ff. de Rei vendic. Roman. conf 10. Alex. conf.82. n.16. vol.2. Ferrett. conf.151. nu.5. vol.1. & conf.256. num:1. lib.2.*

25 Similiter fructus ciuiles, quorum ante obitum Beneficiati adhuc non venerat dies solutionis vti pendẽtes spectant ad successorem *Tiraq. de Retract. Conuent. d. §.5. glos.4. in princ. Card. Caual. dec.104. nu.1. Rot. apud Pacific. de Saluian. Interd. decis.225. nu.6.* si verò reditus ecclesiæ consistant in ijs fructibus ciuilibus, qui dietim percipiuntur, puta in vectigalibus, seu gabellis, operibus seruorum, vsibus nauium &c. tũc huiusmodi fructus spectãt ad beneficiatum, vsque ad diem obitus, & per consequens ad eius hæredes, etiamsi solutionis dies aduenerit post mortem beneficiati: certum enim est, quod hęc dietim percipiuntur, quamuis ratione commodioris exactionis solutio destinata sit ad certum tempus *Gabr. conf.191. nu.5. vol.2 Honded. conf.85. nu.8. vol:2:*

26 Quæres, ad quem spectant expensę per prędecessorem factæ in lite pro defensione iurium, seu bonorum ecclesię, si in illis pars aduersa cõdemnetur? Resp. quod spectant ad successorem, non autem ad hęredes, si Prædecessor obierit, antequam sententia transiuerit in iudicatum: huiusmodi enim expensę æquiparãtur melioramentis per clericum factis in

rebus

rebus ecclesiæ, quæ cedunt solo *Rot. decis. 761. & 809. p. 1. Diuers. Bellett. tit. de Bon. cleric. §. 17. per tot. vbi citat Surd. cons. 333. nu. 26. vol. 3. Abb. in c. fin. de pecul. cleric. Dec. cons. 512. Bursat: cons. 226. num. 92. & seq. vol. 3. & alios.*

27 Hodie verò seruatur constitutio Iulij III. ab Vrbano VIII. confirmata, *vt refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 117. nu. 7. & post 3. par. vt supra fol. 68.* qua expressè disponitur, fructus maturatos, & non exactos spectare ad successores, non autem ad hæredes, etiamsi dies solutionis viuente Beneficiario venerit, & per ipsum non steterit, quominus illos exegerit.

28 Obseruant tamen Doctores, quod hæc constitutio locum habet in ijs tantum *locis*, vbi Collectores spoliorum pro Camera Apostolica deputari non consueuerunt, non autem vbi dicti collectores à Camera apostolica deputantur; quia tunc omnes huiusmodi fructus inexacti ad eamdem Camerã spectant *Seraphin. decis. 594. num. 14. Ludouic. decis. Perus. 33. num. 1. in fin. Honded. cons. 85. num. 37. vol. 2. Bellett. d. tit. de Bon. Cleric. §. 15. num. 11. & 12. Ricc. in Collect. dec. 657. par. 3. vbi etiam referunt, quod ità idem Iulius III. declarauit.*

29 Obseruant 2. quod hæc constitutio Iulij III. non haberet locũ vbi adesset contraria consuetudo, quod huiusmodi fructus à solo separati, seu alias debiti ante obitum beneficiati pertineant ad hęredes, etiamsi exacti non sint *arg. cap. fin. de offic. ordin. in 6. Bonacin. in tract. de obligat. benefic. disp. 4. pun. 3. num. 7. Rot. coram Coccin. decis. 376. num. 2. & decis. 476. n. 4. & in Bracharen. fructuum. 3. Decembris 1527. coram Pirouano, quã refert Barbos. d. par. 3. post. all. 117.* illamque non seruari in statu mediolanensi, testatur Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. res. 46. num. 4. Garc. de Benefic. par. 2. cap. 1. n. 104.* neq; seruari in Gallia, & Hispania dicit *Nau. cons. 4. de successf. ab intest. & de Redit. eccl. q. 2. mon. 26.* & iuxta hanc consuetudinem pluries iudicauit Rota *in Corduben. Beneficiorum 24. Martij 1623. corã Card. Caualer. in impress. decis. 638. & coram Coccin. d. decis. 376. & 476. vbi aliæ decisiones allegantur, vt notat etiam Viuian. par. 3. lib. 14. cap. 8. n. 11. Nau. locis proximè citatis*, vbi dicit, quod dicta constitutio Iulij III. dura semper visa fuit. Vnde in Regna Hispaniarum non transmittuntur collectores nisi re spectu ecclesiarum Cathedralium *vt dicit Coccin. d. decis. 376. nu. 4.* consuetudo verò in tali casu probari debet cum solitis requisitis, nempe ex vsu populi, frequentia actus, & diuturnitate temporis *Rota in d. Bracharen coram Pirouano.*

30 Tenentur tamen hęredes Beneficiariorum in tali casu supportare onera Beneficiorum vsque ad nouos fructus, & præcipuè in parochialibus ecclesijs *d. c. fin. de offic. ordin. in 6. Bellett. loco cit. §. 15. num. 13.* vbi dicit, quod hęredes defuncti tenentur ad alimenta successoris, quando omnes fru-

ctus essent recollecti per defunctũ *arg. extrau. suscepti regiminis. Nè sed. vac.*

31 Obseruant 3. dictam Iulij III. constitutionem non procedere vbi Clerus alicuius Diœcesis super spolijs compositionem fecerit, seu concordauerit cum Camera Apostolica: tunc enim fructus inexacti vt supra ad hæredes Beneficiariorum spectant, quia Clerus in tali casu in locum Camerę subrogatur *Viuian loco cit. cap. 8. n. 17.* & in hoc attendi debet tenor instrumenti compositionis.

32 Obseruant 4. quod dicta constitutio Iulij III. non habet locũ in fructibus quotidianarum distributionum, quæ dãtur interessenti horis Canonicis: cum enim huiusmodi distributiones dentur Clerico seruienti pro ministerio, & seruitio personali, acquiruntur etiam quoad dominium ità vt de illis in vita, & in morte possit disponere *cap. vn. de Cler. non resid. in 6. Alex. cons. 116. num. 5. lib. 7. & communem dicit Couar. in cap. cũ in officijs numer. 4. de Test. Paris. cons. 33. num. 10. & seq. vol. 4. Seraph. decis. 594. num. 6.* & ideò Camerę apostolicæ minimè debentur *Nau. cons. 20. num. 2. de celebr. miss. Cassador. dec. 6. num. 6. vers. aut inspicimus de Præb. Rot. decis. 665. n. 9. par. 2. Recent.*

33 Obseruant 5. dictam constitutionem non habere locum in pẽsionibus, quæ super beneficijs reseruari consueuerunt: & ideò pensiones inexactæ ad beneficiati hæredes pertinent *Redoan. in tract. de spol. eccles. iust. q. 5. quem refert, & sequitur Viuian. loco cit. cap. 8. num. 2. & communem dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 117.*

Alij tamen contrarium sentiũt, videlicet, quod pensiones non solutæ non transmittuntur ad hęredes, etiamsi earum soluendarũ dies aduenerit: quia censentur fructus pendentes, cum tempore mortis pensionarij adhuc extent: & ideò in illis non succedunt hęredes, sed successores in beneficio ità *Gamb. ar. de offic. legat. l. 6. q. 24. quem refert Garc. de Benef. par. 2. cap. 1. num. 110.*

34 Sed quęres, an pensiones huiusmodi debeantur hæredibus Pensionarij pro rata temporis, vel potius pro rata fructũ perceptorum? Respondet Garc. *loco cit. num. 120. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 120. num. 16.* illas deberi pro rata temporis, quo pensionarius vixerit *iuxta term. l. Diuortio ff. sol. matr.* sed contrarium sequitur Rota Romana, quæ in hoc solet se regulare iuxta terminos *l. defuncta ff. de vsufr.* & ideò in hoc proceditur non habita ratione ratæ temporis, sed fructuum perceptorũ *Caccialup. de Pension. q. 25. Barbos. vbi supra d. num. 16. vers. Tertia sententia Coccin. dec. 327. num. 2. Card. Caualer. decis. 129. n. 1. vbi alias decis. refert:* & ideò tota pensio debetur hęredibus pẽsionarij, si omnes fructus ante pensionarij mortem percepti fuerint: si pars fructuum fuerit percepta ante mortem, pars etiam debetur hæredibus *Gig. de pension. quæst.*

quæst. 53. num. 3. & seq. Ricc. in Prax. par. 3. resol. 468. Gabr. cons. 191. num. 4. lib. 2. Coccin. d. decis. 327. num. 2. vbi dicit, quod hæc opinio passim à Rota seruatur: quamuis enim solutio regulariter destinari consueuerit in duobus terminis, id tamen fit gratia cõmodioris exactionis, non quod propterea attendi debeat ratio temporis *Put. dec. 189. num. 2. lib. 2. Caualer. d. decis. 129. nu. 2.* & ideò huiusmodi pensio hęredibus defuncti adhuc debetur, etiamsi nõdum venerit dies pensionis exigendę, dummodò fructus iam fuerint percepti *Alex. cons. 157. vol. 2. Surd. cons. 333. nu. 3. 4. & 10. vol. 3. & alij, quos refert, & sequitur Bellett. loco cit. §. 18. nu. 1. Caualer. d. decis. 129.*

Integra verò fructuum recollectio dicitur ea, quæ fit quolibet anno completo, incipiendo à die reseruationis pensionis, & perficiendo eodem die anni sequentis *Coccin. dec. 327. nu. 1. Caualer. vbi supr. n. 3. Gabr. d. cons. 191. lib. 2.* vbi addit, quod tunc fieri deberet diuisio pro rata temporis, si fructus dietim percipiuntur.

35 Si verò fructus nondum erant percepti, sed tempore mortis Pẽsionarij pendebant, tunc pensio erit successoris, nempe Beneficiati pensionẽ soluentis, *vt dicũt DD. quos refert, & sequitur Bellett. tit. de Bon. Cleric. §. 18. n. 1. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Si resignatio simpliciter fiat, fructus naturales, & industriales à solo separati, & ciuiles maturati ante resignationem spectant ad resignantem.*

2 *Constitutio Iulij III. non procedit nisi in Beneficiato defuncto.*

3 *Quando fructus ciuiles ac naturales, & industriales spectent ad Resignatarium.*

4 *Qui simpliciter dimittit beneficium, abdicat à se omne ius ita vt beneficium vti vacans conferri possit.*

5 *Fructus ciuiles, qui dietim percipiuntur, Resignanti debentur vsque ad diem Resignationis.*

6 *Si resignatio est nulla, resignans nihil amittit.*

7 *Resignans beneficium non facta expressa mentione, quod ad illius titulum fuit ordinatus, non abdicat ius à se.*

8 *Quid si illud resignauerit ex causa permutationis.*

9 *Resignatio facta coram eo, qui potestatem non habet illam admittendi, non tenet, & ideo potest Resignans illam reuocare ante admissionem.*

10 *Ex quibus causis fieri possit Resignatio coram Episcopo.*

11 *Nulla esset resignatio beneficij facta coram ordinario ad fauorem alterius.*

12 *Ordinarij beneficia coram ipsis resignata conferre non possunt suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus, aut familiaribus ex constitutione Pij V.*

13 *Hæc prohibitio non habet locũ in beneficijs Iurispatronatus.*

14 *De quo gradu consanguinitatis, & affinitatis intelligenda*

sit dicta constitutio Pij V.

Qui veniant appellatione familiarium, ibidem.

15 *Resignãs post dimissionem licitè potest rogare collatorem, vt cõferat beneficium à se nominato.*

16 *Quando non possit ordinarius beneficia coram ipso resignata conferre:*

17 *Beneficium ingredientis Religionem non potest conferri nisi post professionem.*

18. *An constitutio Gregorij XIII. de publicandis resignationibus locum habeat in spontanea beneficij dimissione.*

19 *Si resignatio fiat ad fauorem certæ personæ, Resignãs percipit fructus maturandos vsque ad diem possessionis Resignatarij.*

20 *Pactum conuentum inter partes pro fructibus debitis Resignanti vsque ad diem captæ possessionis à Resignatario, non est simoniacum.*

21 *Quando inter Resignantem, & resignatarium possit fieri liquidatio fructuum in aliqua certa summa.*

CAP. X.

Quomodo debeat fieri diuisio fructuum inter Resignantem, & Resignatarium.

1 IN hoc dubio distinguẽdum est: aut resignatio simpliciter fit, aut ad fauorẽ certę personę, si resignatio simpliciter fiat, tunc fructus naturales, & industriales à solo separati, & ciuiles maturati ante resignationem etiam non exacti spectant ad resignantem *Ludouic. dec. Perus. 33: Rot. apud Pacif. de Salu. interd. decis. 225.*

2 quia constitutio Iulij III. non procedit, nisi in beneficiato defuncto, & ideò non habet locum inter resignantem, & resignatarium *Honded. cons. 85. numer. 37. vol. 2.*

3 ij verò fructus ciuiles, quorum de tempore resignationis adhuc dies solutionis non venerat, spectant ad Successorem, ad quem etiam spectant fructus naturales, & industriales pendentes *Tiraq. de Retract. Conuent. §. 5 glos. 4. in princ. Card. Caualer. dec. 104. num. 1. Rot. apud Pacif. vt sup. decis. 225. numer. 6.* nam eo ipso,

4 quod simpliciter dimisit, abdicauit à se omne ius tam ratione dominij, quam possessionis ità vt beneficium vti vacans conferri possit *Cassad. dec. 4. de Restit. Spol. Achil. de Graff. dec. 10. nu. 4. eod. tit. Put. dec. 158. lib. 3. quos refert. Ricc. in Collect. decis. 1603. par. 5.* & si percipit fructus, ad restitutionem tenetur *Abb. in cap. solicitè nu. 11. de Restit. Spol. Cassador. dec. 4. n. 6. eod. tit. Rot. decis. 1. de Renunc. in nou. Paris. lib. 4. cons. 39. num. 3. latè Gabr. cons. 192. n. 1. & seq. lib. 1. Sarnen. in reg. de Annal. q. 57. vers. Pro quo est diligenter Coccin. dec. 358. num. 4.* quod procedit etiãsi Superior resignationem non admittat, *vt decisum refert Sarnen. in Reg. de Infirm. resign. q. 29.*

5 Reliqui verò fructus ciuiles, quĩ dietim percipiuntur, resignanti debentur vsq. ad diem resignatio

nis

nis, etiãsi dies solutionis tẽpore resignationis non aduenerit *Gabr. d. cons. 191. nu. 5. vol. 2. Honded. cons 85. num. 8. vol. 2.*

6 Hoc tamen non procedit, si resignatio huiusmodi ex aliquo capite esset nulla, tunc enim resignans nihil amittit, neque proprietatem, neque possessionem *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 399. Sarnen. in reg. de Infirm. resign. d. q. 29.* Vnde resignans beneficium non facta expressa mentione, quod ad titulum dicti beneficij fuerit ordinatus, non abdicat ius à se, & si spolietur, sua possessione, potest agere super *spolio Put. decis. 158. lib. 3: quem refert Riccius in Collect. dec. 1492. par. 5. vbi alias Rotæ decisiones allegat.* quia talis resignatio nulla est ex 8 Conc. Tridentino *sess. 21. de ref. c.* 2. cuius dispositionem habere etiam locum in resignatione ex causa permutationis declarauit Sac. Congr. *& tenuit Rota in Hispalen. & Caurien. permutationis 4. Decembris 1595. coram Giptio, & in Parmen. Parochialis 10. Decembris 1601. coram Sacrato, vt refert Ricc. loco cit.* nec dicitur vacare beneficium, si resignatio fiat coram eo, qui potestatem non habet admittendi resignationem: quia tali casu nulla est, & inualida, puta si fiat coram Patrono Beneficij, vel coram Vicario Episcopi non habente speciale mandatum *Rot. dec. 803. coram Seraph. & decis. 260. num 8. & 9. coram Mantic. quas refert Barbos. de off. & pot. Epis. par. 3. all. 69. nu. 8. & 26. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. resol. 166. Sbroz. lib. 2. q. 130. Garc. de Benef: par. 11. cap. 4. nu. 74.* vbi etiam dicit, ad id non sufficere, quod Vicarius Episcopi habeat facultatem conferendi. Vnde antequã huiusmodi resignatio à legitimo Superiore admittatur, poterit resignans in tali casu illam reuocare, & mutare voluntatem *Sarnen. in reg. de infirm. Resign. q. 29. & cõmunem dicit Villal. relatus in Sintag. opin. comm. tit. de Benefic. cap. 1. in fin.*

10 Notandum est autem, quod, vt validè fiat huiusmodi resignatio coram Episcopo, vel alijs facultatem habentibus, requiritur causa de expressis in constitutione Pij V. *incip. Quanta ecclesiæ, quã refert Quaran: in ver. Beneficiorũ resignationes Marcell. Vulp: in Prax: Iudic: for: eccles: cap. 48: n: 35;* quarum prima est, quando beneficiatus est senex, quod arbitrio Iudicis relinquitur considerata personarũ qualitate propter cõplexionum diuersitatem. secunda est infirmitas volentis resignare: quis autem dicatur valetudinarius arbitrio Iudicis similiter relinquitur. Tertia quando Beneficiatus est corpore impeditus, si impedimentum sit tale, vt non possit præstare id, ad quod tenetur. Quarta quãdo est corpore vitiatus puta si sit cecus, claudus, vel alias vt non possit exequi suum officiũ. Quinta si beneficiatus est crimini obnoxius: quod intellige in casibus, in quibus esset priuandus beneficio. Sexta quoties Beneficiatus esset censura ecclesiastica irretitus. Septima quãdo Beneficiatus

tus nequit ecclesiæ inseruire, puta si sit Bannitus, vel mutus effectus, vel quia sit Illitteratus, vel turpiter, & scandalosè viuat, vel habeat morbum caducum, vel quid simile. Octaua quando plura obtinuerit beneficia: Nonaquãdo contingeret Beneficiatum ad aliud beneficium promoueri. Decima quãdo, Beneficiatus vellet Religionem ingredi, aut matrimonium contrahere, dummodò statim re ipsa exequatur. Vndecima quando Beneficiatus nequit propter capitales inimicitias in loco beneficij residere securus, *ità Genuens. in Prax. Archiep. c. 53. Prosp. de August. in addit. ad Quaran. in ver. Benefic. Resignat. & alij apud Barbos. de offic. & pot: Episc. par. 3. all. 69.*

Quare si renuntiationes fiant absquè prædictis causis, erunt nullæ propter decretum irritans in d. constitutione appositum: amittitur tamen possessio in tali casu, *vt d. Rot. dec. 519. part. 1. Diuers. Prosp. de August. loco cit. versus fin. vers. quid si ordinarij, & alij apud Barbos. vbi supra d. all. 69. nu. 46.*

11 quemadmodum nulla etiam esset resignatio beneficij facta coram ordinario ad fauorem alterius: quia resignatio coram ordinario debet esse simplex, & libera *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. res.*

12 *339.* & hinc fit, vt ordinarij beneficia coram ipsis resignata conferre non possint suis, aut dimittentiũ cõsanguineis, affinibus, aut familiaribus, *vt cauetur in d. constit. Pij V.* quia si hoc facerent, præsumeretur hæc renunciatio tacitè, & indirectè ad fauorem, quæ coram eis fieri prohibetur *Prosp. de August. loco cit. vers. & quare Barbos. d. all. 69. n. 48.*

13 Hæc tamen prohibitio non habet locum in beneficijs Iurispatronatus: quia huiusmodi beneficia conferenda sunt præsentatis à Patronis, quibus non interdicitur præsentatio consanguineorum, affinium, vel familiarium, *& ità declarauit Gregor. XIII. vt refert Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. num 22. Gare. de benef. p. 11. cap. 3. num. 268. Vulp. in Prax: Iudic. cap. 49. num. 19.*

14. Quæres, de quo gradu consanguinitatis & affinitatis intelligẽda sit dicta cõstitutio Pij V? Resp. esse intelligendam iuxta dispositionem iuris communis, hoc est de consanguinitate, & affinitate vsque ad quartum gradum, *vt in cap. non debet de Consang. & affin.* dummodò affinitas huiusmodi orta sit ex copula licita, si verò ex fornicaria, & illicita oritur, non extenditur vltra secundum gradũ *iuxta Concilium Trid. sess. 24. de ref. matrim. cap. 4. quicquid dicat Massobr: apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 69. nu. 48.*

Appellatione verò familiarium in tali casu veniunt continui cõmensales *iuxta tex. in cap. fin. de verb. sign. in 6. & communem dicit Gratian. discept. 340. n. 23.*

15 Notandum 2. quod resignans potest dimissione facta rogare collatorem absque labe Simoniæ, vt conferat beneficium à se nominato, neque peccaret, si ea intentione, vel spe resignaret, quod

or-

Ordinarius conferat illud beneficium cui ipse voluerit, si nihil horum sit in comentione deductum *Prosp. de August. loco citat. vers. pro complemento*, nec videtur contra dictam constitutionē Pij V. significare Prælato successorem, relinquendo omnino in eius voluntate prouisionē *Dian. p. 5. tr. 14. res. 26. Bonacin. in Tract. de Simon. q. 14. §. 14. num. 6. Barb. d. par. 3. all. 69. nu. 50.*

16 Notandum 3. quod non semper licitum est ordinarijs beneficia coram ipsis ex causis supra expressis resignata conferre; quia licèt valida esset resignatio beneficij reseruati facta coram ordinario, non tamen posset illud ordinarius conferre *Ricc. in Collect. decis. 2479. par. 6. Rota decisione 519. par. 1. Diuers.* quemadmodum possunt corā Ordinarijs reseruata beneficia permutari, dūmodò ea non conferāt, cum hoc ad Summum Pontificem solum spectet *Barbos. d. par. 3. all. 69. numer. 25.*

17 Notandum 4. quod si ordinarius admisit renunciationem illius, qui vult ingredi Religionē, non potest statim post habitus susceptionem illud beneficium cōferre, sed expectare debet, quod prius professionem emittat *Garc. par. 11. cap. 9. num. 23. Barbos. par. 3. all. 69. num. 43. & alij.*

18 Quæres, an constitutio Greg. XIII. de publicandis Resignationibus locum habeat in spōtanea beneficij dimissione? Negatiuè respondet Ricc. *in Collect. decis. 627. par. 3. vbi refert, ità resoluisse Rotam decis. 666. ex collect. per Farinac.*

19 Si verò resignatio fiat ad fauorem certæ personæ, tunc Resignans percipit fructus maturandos vsq. ad diem possessionis Resignatarij: quia licèt renuntiauerit, tamen ieuenire potest, quod ex aliqua causa illa renunciatio à Papa non admittatur, vel quod propter incapacitatē ipsius Resignatarij nō habeat effectum *Put. decis. 158. num. 2. & 3. lib. 3. Achill. decis. 10. num. 4. de Restit. spol. Verall. dec. 82. 84. & 86. par. 3. Mohed. dec. 36. de Renunc. Coccin. dec. 358. num. 5.* in hac enim resignatione conditionali requiritur, vt per Summum Pōtificem admittatur, alias non sortitur effectum *Ricc. in Collect. dec. 2478. par. 6.* Vnde resignans in tali casu lucratur etiam distributiones intereſſendo diuinis officijs, donec Resignatarius possessionem beneficij accipiat *Bonaccin. to. 1. in tract. de His quæ ad Diuin. offic. in chor. &c. disput. 2. q. 4 pun. 2. nu. 5.* & ratio est, quia per talem resignationē non abdicatur ius, & possessio à Resignante, sed penes ipsum remanet in pendenti, donec conditio, sub qua fuit resignatum, purificetur, ac plenè, & perfectè Resignatarius etiam per captionem possessionis adipiscatur beneficium *Coccin. dec. 858. nu. 5. Ricc. in collect. decis. 1603. par. 5.*

20 Hinc pactum conuentum inter partes pro fructibus debitis Resignanti vsq. ad diem captæ possessionis à Resignatario, non censetur Simoniacum; quia Simonia

nia non inducitur ex pacto iuri conformi, & continente id, quod de iure ineſt *cap. ſignificaſti, vbi gloſ. & DD. de elect. Dec. conſ. 118. num. 5. vol. 3. Aym. conſ. 145. nu. 4. Pariſ. de Reſig. lib. 14. q. 7. nu. 23. & de Confid. q. 27. nu. 131. Rot. dec. 102. num. 2. poſt primum volumen*
21 *conſil. Farinac.* immò ad euitandas diſcordias, quæ frequenter oriri ſolent in repartitione fructuum inter Reſignantem, & Reſignatarium poteſt fieri liquidatio in aliqua certa ſumma, quæ etiam in damnum Reſignãtis redundare æquè poteſt, etiamſi liquidatio huiuſmodi excederet fructus debitos Reſignanti: dummodò illos excederet in modica quantitate, quæ non habetur in conſideratione *Nau. de Dat. & promiſ. per Iuſt. & grat. num. 20. Pariſ. de Confid. q. 27. nu. 95: Rot. in vna Ciuitatis Plebis prætenſæ Simoniæ die 14. Ianuarij 1620. coram Buratto, quam refert Fräc. Ripa poſt ſuum Tract. de Simon.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt penſiones reſeruare, niſi concurrente iuſta & rationabili cauſa.*
2 *Papa non concedit confirmationem prouiſionis, aut reſeruationis factæ ab ordinario.*
3 *Epiſcopus non poteſt facere collationem conditionalem, vel modalem.*
4 *Penſio poteſt quidem reſeruari ab Epiſcopo in quantitate pecuniæ, vini &c. ſed non in quota, videlicet quod detur tertia pars, vel medietas fructuum.*
5 *Epiſcopus poteſt imponere penſionem ex cauſa permutationis beneficiorum.*
6 *Quando beneficiorum permutatio coram Epiſcopo permiſſa ſit.*
7 *Si beneficia ſint reſeruata, permutatio fieri debet coram Papa.*
8 *Epiſcopus non poteſt admittere permutationem triangularem.*
9 *Nec poteſt admittere permutationem beneficij de Iurepatr. laicorum ſine Patronorum cõſenſu.*
Quid ſi vocati fuerint, & infra terminum præfixum non compareant, ibidem.
10 *An in reſeruatione penſionis ſuper beneficio Iuriſpatronatus neceſſarius ſit conſenſus Patroni.*
11 *Quando beneficium vnius Diœceſis permutatur cum alio alterius Diœceſis, requiritur vtriuſque Epiſcopi auctoritas.*
12 *An permutantes poſſint redire ad priora beneficia abſque noua ſuperioris collatione, ſi permutatio non habuit effectum.*
13 *Epiſcopus poteſt reſeruare penſionem ad extinguendam litem.*
14 *Item poteſt reſeruare penſionem pro pauperibus, pro benemeritis, pro vſu pio, vel ex alia rationabili cauſa.*
15 *Non ſufficeret aſſertio Epiſcopi dicentis cauſam interueniſſe.*
16 *Penſio non debet excedere tertiam partem fructuum, & quid in Curia ſeruetur.*
Pro qua ſumma facultates tranſferendi penſiones ſubſtineantur, ibidem.

17 Pa-

17 *Parochiales Ecclesiæ, quæ summam ducatorum* 100. *non excedunt, nullis pensionibus grauari possunt.*

18 *Cui incumbat onus probandi, quod centum remaneant pro Rectore.*

19 *An pensiones huiusmodi per Episcopum reseruatæ sint perpetuæ, ita vt transeant ad Successores*

CAP. XI.

An Episcopus possit super beneficijs imponere pensionem.

1 REsp. quod regulariter non potest Episcopus pensiones reseruare *cap. prohibemus de Cēsib.* quia ecclesiastica beneficia sine diminutione sunt conferenda *cap. maioribus de Præb. & cap. vnic. vt eccles. benef.* concurrente verò iusta, & rationabili causa potest huiusmodi pensiones reseruare *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 268. Gomes. in Reg. de non iudic. iux. form. supplic. q. finali, In Compend vtriusque Signat. vers. & est aduertendum, quod licet inferiores &c. Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 7. numer. 27. & sequen. Nauar. cons. 4. numer. 2. de Simon. Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg. 69: num. 15. Rot. decis. 516. p. 1. Diuers.* neque huiusmodi facultas sublata fuit Episcopis per non vsum, aut contrariū vsum, aut per constitutionem Pij V. de Confidentijs beneficialibus, ibi enim tantum punitur impositio pensionis ab Episcopo facta sine causa, *vt d. Garc. de Benef. par. 1. cap. 5. nu. 309. & seq. Barbos. d. par. 3. all. 85. num. 12. in fin. quicquid dicat Bonacin. in tract. de Simon. disp. 1. q. 4. §. 12. n. 8* & in tali casu cum Episcopus habeat facultatem imponendi pensionem, non est necessaria alia confirmatio Summi Pontificis, aut expeditio bullarum in vrbe super tali reseruatione, quasi superfluum sit hoc precibus implorare, quod iam lege permissū est *l. vn. C. de Thes. lib.* 10. *Rot. d. decis. 519. par. 1. Diuers.* vnde Papa

2 nunquam concedit confirmationem prouisionis, aut reseruationis factæ ab ordinario; nam si est valida, & reseruata præuia iusta causa, non indiget apostolica cōfirmatione: si non est valida, non confirmatur, sed datur noua prouisio beneficij, vel noua reseruatio pensionis iuxta stilum Curiæ, *vt obseruāt Doctores apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 268.*

3 Non potest tamen Episcopus facere collationem conditionalē, vel modalem: quia tunc esset Simonia, puta si conferret beneficium alicui cum pacto, & conditione, vt alteri daret dimidiū fructuum: aliud enim est onerare beneficium pensione, aliud onerare beneficiarium modo, & onere soluendi *Nau. d. cons. 4. n. 2. de Simon.* Vnde talis pensio reseruari debet in quantitate pecuniæ, frumenti, vini &c. non autem in quota, videlicet, quod detur tertia, vel quarta pars fru-

4

ctuum, vel medietas; quia tunc contra iuris regulas beneficium diuideretur, *vt d. Ricc. in Prax. d. par. 3. ref. 268.*

5 Plures autē à Doctoribus enumerantur casus, quibus potest Episcopus pensionem imponere: primò ex causa permutationis beneficiorū, quæ coram Episcopo in casibus à iure permissis fieri potest *c. vn. de Rer. permut. in 6. Nau. cons. 15. num. 2. de Reb. eccles. alien. & cons. 43. num. 4. de Simon.* tunc enim potest Episcopus ex officio cessante pacto mandare, vt recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pensionem ad coęquandos fructus vtriusq; beneficij *Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 7. n. 27. & alij apud Ricc. in Prax. par. 3. d. resol. 268. Burbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. all. 69. num. 14. & all. 85. num. 11. vbi refert, ità resoluisse Rotam decis. 165. par. 4. Recent. & in Meliten. Canonicatus 5. Martij 1595. coram Card. Millino, & in Albiganen. confidentiæ 6. Martij 1606. coram Marquemontio.* huiusmodi verò beneficiorum permutatio coram Episcopo permittitur tantum ex causa necessitatis, 6 vel vtilitatis ecclesiæ *cap. quæsitum de Rer. permut. cap. cum vniuersorū vbi glos. in ver. vtilitati vtriusque eod. tit. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 53. num. 8.*

7 Limita 1. quando beneficia sūt reseruata: quia tunc permutatio fieri debet coram Papa *d. cap. vn. de Rer. permut. in 6. extrau. execrabilis §. quæ omnia & ibi glos. in ver. permutationis de Præb. & Dignit. Ricc. in collect. decis. 1562. p. 5. vbi citat Put. decis. 262. lib. 2. Cassador. dec. 1. de Rer. permut.*

8 Limita 2. vt non possit Episcopus admittere permutationē triangularem, quæ scilicet inter tres fieri solet: veluti si Petrus resignet beneficium in fauorem Ioannis, vt Ioannes resignet suum beneficium non in fauorem ipsius Petri, sed in fauorem alterius: tum quia hæc permutatio esset Simoniaca, *vt d. Nau. cons. 43. num. 3. de Simon.* tum quia permutationem tantum simplicem, seu purā, ac sine conditione admittere potest Episcopus *Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 14. num. 58. Coch. de Permut. 2. par. c. 25. Moises. in sum. tract. 6. cap. 13. n. 33. Less. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 14 & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. in tract. de Simon. disp. 1. q. 4. §. 14. num. 4.*

9 Limita 3. vt neque possit Episcopus admittere permutationē beneficij de iurepatronatus laicorum sine Patronorum consensu, *vt d. glos. communiter recepta in c. vn. ver. collationem de Rer. permut. in 6. Ricc. in collect. dec. 2373. par. 6.* si verò peremptoriè vocati fuerint dato eis termino ad comparendum cum expressione causæ, & ipsi infra terminum præfixum non comparuerint, neque contradixerint, tunc sequuta institutione ordinarij vlterius non audientur *Quaran. in ver. Beneficiorum permutatio in Addit.*

10 Quæres an in reseruatione pēsionis super beneficio iurispatronatus necessarius sit cōsensus Patroni? negat: nè respondet Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 194.*

vbi

vbi dicit, ità sensisse Rotam decis. 680. & 902. inter collect. per Farinac. & in vna Colimbrien: pensionis 11: Februarij 1598. coram Seraphino.

11 Limita 4. quando beneficium in vna Diœcesi situm permutatur cum alio alterius Diœcesis: tunc enim requiritur vtriusque Episcopi, ad quos illa beneficia spectãt, auctoritas, & consensus, vel alter alteri committet: quia in tali casu vtrumque beneficium dimittitur, & vtrumque confertur *glos. in d. cap. vn. ver. collationem Barbos. d. par. 3. all. 69. num. 10. & seq.* vbi etiam dicit, quod in quolibet mense anni potest Episcopus admittere resignationes ex causa permutationis.

12 Quæres, an permutãtes possint redire ad priora beneficia absque noua Superioris collatione, si permutatio non habuerit effectum? Resp. affirmatiuè, quia renunciatio ex causa permutationis nõ pura, & libera, sed cõditionalis videtur, videlicet dummodò collatio fiat cum permutante; & ideò nec titulus, nec possessio amittitur, nisi sequuta cõditione *iuxta l. si me in vacuam ff. de Acquir: poss: ità Io. Andr. Anchar: Imol. Bellamer. & alij apud. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 400.* idque probatur *ex cap. si beneficiati de Præb: in 6:*

13 Secundò, potest Episcopus reseruare pensionem ad extinguendam litem inter duos coram ipso super eodem Beneficio contẽdentes *iuxta c. nisi de Præb. Gom. in reg. de Annal. poss. q. 2. Ricc. in Prax: for: eccles. par. 3. ref. 268. Rot. d. decis: 519. par. 1: Diuers:*

14 Tertiò potest Episcopus pensionem reseruare pro pauperibus & egenis, pro benemeritis, pro vsu pio, vel ex alia rationabili causa *Layman. in Theol: mor: lib. 4. tr. 2. cap: 18: Ricc. d. ref 268: Barbos. d. par. 3. all. 69. num: 15. & all 85. numer. 12. versus fin.*

15 Obserua tamen, quod non sufficeret assertio Episcopi dicentis, causam interueniisse in huiusmodi pensionibus per eum reseruatis; ideò aliunde debet constare de causa *Ricc. in Prax par. 3: d: resol. 268. vbi citat Oltrad: con. 226. Abb. in c. diuers. fallacijs de cler. coniug. Rebuff. de Pacif. possess. nu. 207.* Vnde pensio ab ordinario imposita, causa non iustificata esset nulla, *vt decisum refert Barbos. p. 3. alleg. 85. num. 2. in fin,*

16 Obserua 2. quod pensio non debet excedere tertiã partem fructuum in beneficijs simplicibus: & ideò si excederet, vitiaretur quoad excessum, non autem in totũ *Gig. de pension. q. 9. nu. 6. & 7. Staphil: de litt. Iust. §. in primis nu. 9. Cass. d. dec. 2: num: 3. & seq. de Locat quos refert Ricc. in Prax. par. 1: ref. 384.* vbi etiam addit, quod iuxta stilum curiæ Ron anæ à multis seculis seruatum medietatem fructuum excedere non debet.

Vnde hodiè sublatæ sunt etiam facultates transferendi pensiones pro ea summa, quæ medietatem veri annui valoris fructuum beneficij excedit, quamuis firmę, & illæsæ remaneant pro ea parte, quę non excedit medietatem fru-

ctuum etiam incertorum, vel distributionum, quatenus super illis sint impositæ *ex constitutione Vrbani VIII. incip: Sanctissimus D. N. sub die 24. Ianuarij 1624.* vbi etiam statuit, eos qui pretextu excessus medietatis fructuum, seu distributionũ huiusmodi partem pensionum translatarum solvere recusauerint, ad excessum ipsum probandum teneri, nec interim processum executiuum, aut solutionem integræ pensionis, quatenus alias illis locus sit, impediri, aut retardari debere.

17 Obserua 3. quod parochiales ecclesiæ, quę summam ducatorũ 100. secundùm verum annuum valorem non excedunt, nullis pẽsionibus grauari possunt *ex Conc: Trid:nt. sess. 24. de ref: cap.* 15. cui

18 autem incumbat onus probandi, quod centum remaneant pro Rectore? distinguendum est: autenim Pensionarius agit iudicio possessorio, & tunc Rectori incumbit onus probandi, quod sibi non remaneant centum, quia quasi possio releuat Pensionarium ab onere probandi, cum non teneatur exprimere causam suæ possessionis; & ideò debet in quasi possessione tueri, donec contra eum fuerit in petitorio pronũciatum; aut verò Rector agit contra pensionarium petitorio dicens, se non teneri ad soluendam pensionem, quia reseruatio est nulla, & tunc onus probandi, quod Rectori remaneant centum, Pensionario incumbit, quia cum agitur super proprietate iuris percipiendi, causa debet exprimi ab eo, qui asserit, sibi deberi pẽsionẽ, nec quasi possessio releuat illum ab onere probandi *glos. in l. sicuti §. sed si quæratur ff. si seruitus vind. Barbos: de offic. & pot. Episc. par: 3. all. 120: n 14. vbi citat Abb: in cap. querelam de elect Ruin: cons: 154. lib: 4. Mantic. dec: 196.*

19 Quæres, an pensiones huiusmodi per Episcopum reseruatæ sint perpetuæ, ità, vt transeant ad successores? Respondent nonulli Doctores, pensionem huiusmodi transire ad successorem, quando ordinarius illam imposuit ex causa concordiæ, vt à lite recedatur *ità Gom. in reg. de Annal. q. 2. qui citat Hostiens. in cap. nisi de Præb: quibus adde Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. d. resol. 268.* Alij tenent, quod etiam in alijs casibus obligatio soluendæ pensionis ad successorem transeat, quamdiù Pensionarius viuit *Gig. de Pens. q. 6: Caccialup. eod. tract. q. 5. Suar. to. 1. de relig. lib. 4. c. 51. num. 18. quos refert, & sequitur Layman lib. 4. tr. 2. cap. 18. num. 3.* sed alij veriùs censent, quod in nullo casu pensio reseruata ab Episcopo transeat ad successorem, sed tantum teneatur ad pensionem primus oneratus: quia Episcopus non ecclesiam, seu beneficium, sed personam tantũ onerare potest; & ideo onus pensionis mortuo beneficiario, seu amoto à beneficio extinguitur *d: cap. nisi de Præb. Leo par. 2. cap: 7. n. 32. Barbos. par. 3. all. 85. num. 11. & hanc esse communem dicit Bonac. in tract. de Simon. disp. 1: q: 4. §. 15. num. 9. vbi etiam refert, ità fuisse resolutum in Rota Romana in vna*

Ca-

Calaguritana beneficij 28. Martij 1583. coram Lancellotto, & in alia Calaguritana beneficij 18. Iunij 1593. coram Gipsio.

SVMMARIVM.

1 Canonici, vel Dignitates absentes vltra tres menses primo anno priuantur dimidia parte fructuum, deinde omnibus fructibus, crescente verò contumacia beneficijs ipsis priuandi sũt ex Concilio Tridentino.

2 Quando Canonici, seu Dignitates per tres menses abesse possint.

3 An Episcopus possit dispensare, vt Canonici vltra tres menses abesse possint.

4 An ad absentiam trium mensiũ necessè sit assignare absentiæ causam, vel licentiam ab Episcopo petere.

5 An Concilium loco cit. obliget ad culpam mortalem.

6 Abesse censetur qui manet in Ciuitate, vbi sita est ecclesia, si illi non inseruiat.

7 An Canonici, & dignitates teneantur in conscientia restituere fructus, quos, vt supra amittunt.

8 An necessariò seruandi sint dicti gradus pœnarum præscripti à Concilio, antequam deueniatur ad priuationem.

9 Non residens citari debet personaliter, si scitur vbi sit, alias debet in eius ecclesia trinæ citationis edictum publicari.

10 Quid si Episcopus statuit, quod absentes per certum tempus sine eius licentia sint priuati etiam sine monitione.

11 An à sententia priuatiua beneficij ob non residentiam detur appellatio.

12 An Episcopus possit conferre beneficia, quibus Canonici, & alij non residentes priuantur.

13 An dispositio Concilij procedat quando Canonicatus consistit in solis distributionibus.

14 Parochus ab ecclesia parochiali abesse nõ potest vltra duos mẽses, alias non facit fructus suos iuxta Tridentinum.

15 Quæ forma seruanda sit, antequam ad priuationem beneficij parochialis deueniatur.

16 An curatus vltra bimestre absens teneatur in cõscientia fructus restituere, & quam partẽ fructuum in tali casu restituere debeat.

17 An parochus de licentia proprij ordinarij possit esse Vicarius generalis alterius Episcopi.

18 Episcopus non potest vti opera Parochi, nisi pro tempore duorum mensium, & tunc relicto idoneo Vicario.

19 An Parochus possit per alium in Parochia deseruire.

20 An parochus sine licentia Episcopi abesse possit per duos menses.

21 Et an Episcopus possit cum Curato dispensare, vt etiam vltra bimestre absit.

22 An Parochus existens extra fines Parochiæ residere dicatur, si non multum ab ea distet.

23 An Parochus, cui datus fuit Coadiutor propter imperitiam, senectutem &c. residere teneatur in Parochia.

24 An

24 *An Episcopus possit obtinentes beneficia simplicia ad residentiã cogere, vel illis nouum onus imponere.*

25 *An immemorabilis consuetudo excuset à residentia in collegiatis ruralibus iam destitutis.*

26 *Habens Canonicatum, cui sit vnita Parochialis accessoriè, debet residere in Canonicatu, & non in Parochiali.*

27 *An obtinens Canonicatum, vel dignitatem, cui accessoriè est vnita parochialis per Vicariũ deseruiri solita, possit in illius curæ exercitio se intromittere.*

28 *Beneficium accessoriè vnitum Canonicatui, vel dignitati, perdit nomen, & titulum, & efficitur pars, & prædium Canonicatus, cui vnitur.*

29 *An requiratur concursus, quando parochialis est vnita dignitati accessoriè, & quæ ætas in tali casu in dignitate, vel Canonico requiratur.*

30 *A quo recipiat iurisdictionem Vicarius ad præsentationem Canonici, vel dignitatis ab ordinario institutus.*

31 *An Vicarius absoluat Rectorem ab exercitio curæ.*

32 *An habens Parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitime institui obtinuit, teneatur residere, & sacramenta ministrare.*

33 *Quid si ecclesiæ parochiali à tempore immemorabili solitum fuerit deseruiri non per Rectorem, sed per Vicarium amouibilem.*

34 *Cõsuetudo immemorabilis æquipollet iuri communi, & priuilegio Principis?*

35 *Si vnio facta fuerit quoad temporalia, & spiritualia, tunc obtinens Canonicatum, cui Parochialis vnita fuit accessoriè, retinet curam tam habitualem, quam actualem.*

36 *Quando vnio præsumatur facta quoad temporalia, & quando quoad temporalia, & spiritualia.*

37 *An vnio in dubio præsumatur facta accessoriè, vel principaliter.*

38 *Vicarij perpetui ad nominationem illorum, in quorum ecclesijs vnitis ponentur, deputari debent ab ordinario.*

39 *Quæ portio assignanda sit Vicarijs perpetuis.*

40 *Quando Vicarius intelligatur perpetuus.*

CAP. XII.

De Residentia Beneficiariorum.

PRIMO quod obtinentes in Cathedralibus, vel Collegiatis ecclesijs Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones non possunt vigore cuiuslibet statuti, aut cõsuetudinis vltra tres menses ab eisdem ecclesijs quolibet anno abesse; alioquin anno primo priuatur vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbẽdæ, ac residentię fecit suos; quod si iterum eadem fuerit vsus negligentia, priuatur omnibus fru-

fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit; crescente vero cõtumacia beneficijs ipsis priuandus est *iuxta Conc. Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 12. cap. conquerente, & cap. ex tuæ de Cler. non resid.*

2 Ex quo obseruant Doctores 1 dispositionem Concilij *d. cap. 12.* quoad huiusmodi absentiam triũ mensium procedere, quando cõstitutio, aut consuetudo ecclesię seruitium totius anni requirit, *vt censuit Sac. Cong. Concilij teste Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. nu. 312.*

Obseruant 2. huiusmodi tres menses computari siue ex vna absentia continua, siue ex pluribus interpolatis, *vt constat ex eodem Concilio sess. 23. de ref. cap. 1. & tradit Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 402. Piasec. in Prax. episc. par. 2. cap. 2. nu. 11. Garc. de Benef. par. 3. cap. 3. nu. 306.* idemque spatium trium mensium dari etiam dignitatibus, etiamsi habeant annexam iurisdictionem in foro interiori, vel exteriori, tenet Nauar. *cap. 25. num. 137. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. numero 126.* vbi etiam dicit, quod Archidiaconus vltra tres menses potest abesse ex causa visitationis sibi incumbentis ratione suæ dignitatis: immò Episcopum posse etiam dispensare ex aliqua rationabili causa, vt suæ ecclesiæ

3 Canonici abesse possint per quatuor menses, tradit Piasec. *in Prax. episc. par. 2. cap. 3. numer. 11. idem Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 20. num. 11. & d. all. 53. n. 123.*

4 Obseruant 3. ad absentiam trium mensium vt supra non esse necesse assignare absentiæ causã, nec licentiam sui Prælati petere, dummodò eodem tempore omnes Canonici non absint, nè ecclesia suo debito seruitio destituatur, sed tantum illa pars Canonicorum, quę videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 402. & alij plures apud Barbos. d. all. 53. num. 118. & ità declarasse Sacr. Congregationem testatur Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 315. Vulp. in Prax. indic. cap. 13. numer. 12.* quia frustra precibus impetratur quod à lege concessum est *l. 1. C. de Thesaur. lib. 10.* posse autem Episcopum suo edicto præcipere, nè dignitates, & Canonici sine eius licentia abesse possint, pluries resoluit eadem Sacr. Cõgregatio *teste Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 20. nu. 4. & 5. Ricc. loco cit. d. par. 1. ref. 402.*

5 Obseruant 4. Concilium loco cit. d. cap. 12. non obligare ad culpam mortalem, licèt imponat grauem pœnam, qualis est priuatio fructuum, & priuatio ipsius Beneficij: quia huiusmodi lex est purè pœnalis, nisi fortè Canonici, & alij ad residentiam adstricti nollent residere ex contẽptu, aut contra præceptum Superioris, aut ex hoc sequeretur notabile ecclesiæ detrimentum, *ità Barbos. de Canon. & Dignit. c. 40. num. 10. & seq. & alij*

6 Obseruant 5. quod censetur quis abesse, etiamsi maneat in Ciuitate, vbi sita est Ecclesia, sed non inseruit, nec frequentat Ecclesiam

cleſiam, *vt reſoluit Sac.Congregatio teſte Piaſec.in Prax.Epiſc. p.2.cap.3.n.9. verſ.cenſetur autẽ.*

7 Obſeruant 6: quod Canonici, & dignitates non tenentur in cõſciẽtia reſtituere fructus, quos vt ſupra amittunt, niſi à Iudice condemnentur *Nau.conſ.3. nu.2. de Cler.non reſid.& alij communiter.* tales verò fructus,ſi ſequatur ſententia condemnatoria,applicandi ſunt in vſum, & vtilitatem eccleſiæ, *vt dicunt Doctores apud Barboſ.de offic. & pot. Epiſc. par.3.all:53.num.150.*

8 Obſeruant 7. quod ſunt neceſſariò ſeruandi dicti gradus pœnarum præſcripti à Concilio, antequam deueniatur ad priuationem, alias priuatio ſubſequuta nulla eſſet *Piaſec.d.par.2. cap 3.n. 9.verſ.neceſſariò Barboſ.d.par. 3. all 53.num.105.& 148.vbi refert. ità ſenſiſſe Rotam in vna Oriolen. Canonicatus 14 Martij 1622. coram Nauarro, & coram Seraph. dec.27.& 1346.& deciſ.176:nu 4. par.1.Recen.*& ideò expectandum eſſe lapſum trium annorum, antequam ad priuationem in totũ procedatur, declarauit Sac. Cõgregatio Concilij *referente eodem Barboſ.de Canon. & Dignit.c. 20. num.17.* neque poteſt Epiſcopus huiuſmodi pœnas à Sac. Concilio ſtatutas contra non reſidentes per conſtitutiones ſynodales alterare: nam ſi lex ſynodalis ſtatueret contra non reſidentes pœnam priuationis omnium fructuũ vbi Cõcilium tantum ſtatuit pœnam priuationis medietatis, per indirectum abrogaretur conſtitutio Concilij, & ſummorum Põtificum, quod non eſt permittendum, *vt alijs relatis dicit Riccius in Prax for.eccleſ.par.1.reſ.488.*

9 Verum ante priuationem talis non reſidens citari debet perſonaliter, ſi ſcitur,vbi moratur: & tunc vnica citatio ſufficit; ſi verò neſcitur, vbi ſit, vel alias perſonaliter citari non poteſt, debet in eius eccleſia triñæ citationis edictum publicari, nec ſufficeret vnica citatio pro tribus: alias priuatio eſſet nulla *Mantic. deciſ.67.numer. 5. Vulp.inPrax. Iudic:cap. 46.numer. 17. Piaſec. d.cap.3. nu.9.verſ. neceſſariò Barboſ:de Canon.& Dignit. d.cap.20. num.18.& 19:& d.all.53.nu.149.*

10 Alij tamen dicunt, quod huiuſmodi monitio non requiritur, ſi Epiſcopus ſtatuit, quod abſentes per certum tempus ſine eius licentia ſint priuati etiam ſine monitione,*ità Oltrad.conſ.181.Feder. de ſen.conſ.109. & alij apud Ricc. in Prax.par.3:reſ.303.* vbi id intelligit, dummodò ſcientia talis ſtatuti clarè,& concludenter probetur: quia quando agitur ad effectum priuationis, non ſufficit ſcientia preſumpta, niſi adeſſent vrgentes preſumptiones, *vt dixit Rota in vna Mediolanen. Matrimonij 22.Martij 1574. coram Cotta,quam refert Ricc.loco cit.*

11 Addit Vulp. *in Prax.Iudic. cap. 21, num.* 8. quod non admittitur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum à ſententia priuatiua Beneficij ob non reſidentiam, ſi iuris ordine ſeruato lata fuerit, idque probatur *ex cap.relatum cap. conque-*

querente de Cleric. non resid. Conc. Trid. sess. 23. de ref. c. 1. vers. quod si per edictum.

12 Quæres, an Episcopus possit cõferre beneficia, quibus Canonici, & alij non residentes priuantur? Resp. affirmatiuè, dummodò Sedi Apostolicæ reseruata non sint *cap. peruenit 2. de Appell.*

13 Obseruant 8. dispositionem Concilij *d. sess. 24. cap. 12.* non procedere in Canonico, qui nullos percipit fructus, puta si Canonicatus cõsistat in solis distributionibus, quæ ob non residentiam ipso facto amittuntur, & interessentibus accrescunt *iuxta cap. 1. de cler. non resid. in 6.* & ideò non est, cur illis priuetur. Quare in tali casu si ignoretur, vbi sit Clericus, citandus est tribus publicis edictis in loco beneficij, & expectandus per sex menses, quibus elapsis priuandus est, si non redeat: si verò sit in loco, vbi citari possit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundũ, & ante priuationem debet excõmunicari, vel suspendi *iuxta tex. in cap. ex tuæ de Cler. non resid. & ibi Abb. quem refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 634.* cum enim hic casus sit omissus à Concilio Tridentino, remanet in dispositione iuris communis; valida tamen esset priuatio, si Episcopus ad illam processerit absque excommunicatione, vel suspensione, cum id in electione Episcopi relinquatur *Barbos. in d. cap. ex tuæ num. 4. de Cler. non resid. vbi citat. Mantic. dec. 67. num. 6.*

14 Dico 2. quod Parochus regulariter ab ecclesia parochiali abesse non potest vltra duos menses, alias non facit fructus suos, & ad residentiam per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, ac subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia etiam vsque ad priuationem potest compelli *iuxta Conc. Tridentinum sess. 23. de ref. cap. 1.*

15 Quare obseruant Doctores, quod antequam ad priuationem deueniatur, debet non residens in sua ecclesia ter successiuè citari, ac deinde pœna censurarũ, ac subtractione fructuum multari, & expectari per sex menses, quibus elapsis si pertinaciter ad huc absit, priuari potest ipso beneficio *iuxta cap. quoniam frequenter §. porrò vt lit. cont. cap. ex tuæ de Cler. non resid.* alias non teneret sententia priuationis, *vt decisum refert Piasec. in Prax. episcop. par. 2 cap. 4. nu. 96.* hoc tamen alij Doctores similiter intelligũt, quandò nescitur vbi sit, nec potest citari personaliter: tunc enim debet tribus edictis in ecclesia citari, & expectari per sex menses *iuxt. textum in d. cap. ex tuæ*, secus si præcedat citatio personalis, hoc enim casu posset ordinarius etiam non expectatis sex mensibus post elapsum terminũ in citatione præfixum illicò procedere ad priuationem mediante promotione alterius secundũ *glos. in d. cap. quoniam frequenter §. porrò ver. canonibus Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. numer. 105. Vulp. in Prax. iudic. c. 21.*

num.8 & dixit Rota in vna Zamoren. Capellaniæ 12. Iunij 1589. coràm Mantic. & in Terdonen. Præpositurę 1. Decembris 1600. coram Coccino inter impress. dec. 10.

Addunt alij, hoc etiam procedere, si aliter constet, monitionē ad eius notitiam deuenisse, vel ipsum beneficiatum præstitisse impedimentum, nè personaliter citari posset, tunc enim hoc probato impedimento debet citari per edictum, eaque citatio operabitur eumdem effectum, quem personalis *Coccin. d. dec. 10. numero. 3. Barbos. loco cit. vbi citat. Bal. in d. capit. quoniam frequenter §. porrò num. 2. vt. lit. cont.*

16 Obseruant 2. Curatum sine iusta causa absentem vltra bimestre tempus, præter peccatum mortale teneri in conscientia etiam ante Iudicis sententiam fructus pro rata temporis absentiæ fabricæ ecclesię, aut pauperibus loci erogare *ex Conc. loco cit. d. capit. 1. ità Doctores apud Bonacin. to. 1. in tract. de oner. & oblig. Beneficiar. ad resid. disp. 5. pun. 4. nu. 7.* etiamsi abfuerit cum licentia Episcopi, quia Concilium duo requirit ad iustitiam absentiæ, causam scilicet iustam, & eius approbationē *Posseuin. de offic. Curat. cap. 1. n. 24. & alij apud Barbos. d. par. 3. alleg. 53. nu. 99. & seq.* vbi subdit, quod absens ex graui causa sine licentia ordinarij, licèt peccet ob inobedientiam, non tamen tenetur ad fructuum restitutionem.

Notandum tamen est, quod sicut Parochus omittens canonicas preces debet restituere tertiam, vel quartam partem fructuū pro rata: Canonici, alijque habentes obligationem residendi restituere debent dimidiam *secundùm Doctores ità interpretantes constitutionem Pij V. quos refert, & sequitur Bonacin. tom. 1. in tract. de Horis Canon. disp. 1. q. 5. pun. 3. num. 2. quibus adde alios apud Dian. par. 1. tract. 12. de Hor. canon. resol. 8.* asserentes, Parochum teneri restituere quintam partem, Canonicos verò quartam partem: ità etiam taxandam esse fructuum partem, quando restitutio fieri debet ob non residentiam, censet idem Bonacin: *in tract. de oner. & oblig. beneficiar. ad resid. disp. 5. pun. 4. nu. 5. vbi citat Posseuin. & Barbos.*

17 Obseruant 3. non posse Episcopum dare licentiam Parocho, vt possit esse Vicarius generalis alicuius Episcopi, sed hoc spectare ad Summū Pontificem, *vt censuit Sac. Cong. apud Vulp. in Prax. Iudic. cap. 48. num. 66. Add. ad Nau.* 18 *Cons. 15. de Cleric. non resid.* immo neque ipsemet Episcopus potest vti opera Parochi in visitatione, seu alio seruitio suæ Diœcesis, nisi pro tempore duorum mensium, & tunc relicto idoneo Vicario *ex declaratione Sac. Congr. quam refert Posseuin. de offic. Curat. cap. 1. n. 12. Garc. de benef. par. 3. cap. 2. n. 42. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 656.* Quis autem censeatur idoneus Vicarius, pendet ex approbatione Episcopi, *vt constat ex Concil. Tridentino d. sess. 23. capit. 1.*

19 Parochum verò, si per sex, vel octo dies absit, posse substituere sine

sine Episcopo aliquem approbatum ad audiendas confessiones, ex communi consuetudine obseruat Barbos. *de offic. & pot. Episc. d. p. 3. all. 53. num. 106.* vbi etiam dicit, quod Curatus licitè abesset per duos, aut tres dies non festos, si tũc nullus in Parochia adesset infirmus, etiamsi nullum substituat: quia consuetudo optima legum interpres ità declarat etiam apud timoratos: & si tunc aliquem sine Sacramentis mori contingat, non peccabit Parochus, quia rationabiliter abfuit, *secundũ Posseuin. de offic. Curat. cap. 1. num. 5.*

An verò Parochus nulla cogẽte necessitate possit sibi Vicarium, vel Capellanum ex approbatis ab ordinario pro Sacramentorum administratione veluti adiutorẽ absque vlla temporis limitatione assumere? affirmatiuè respondet Caiet. 2.2. *q.* 185. *ar.* 5. *Sot. de iust. lib.* 10. *q.* 3. *art.* 5. *Fr. Emman. in sum. tom.* 2. *cap.* 33. *num.* 2. *Vasq. in opusc. tit. de benef. cap.* 4. *artic.* 1. §. 2. *dub.* 1. *nu.* 133. *&* 155. *quos refert, & sequitur Barbos. d. all.* 53. *nu.* 91. *& de offic. & pot. Paroch cap.* 8. *nu.* 41. *& ità de communi consuetudine seruari dicit Posseuin. d. cap.* 1. *n.* 10. vbi etiam monet Parochum, vt vtatur Capellano non vt homine, qui portet põdus diei, & æstus, sed vt socio laboris.

20 Obseruant 4. Parochum sine licentia Episcopi posse abesse per duos menses continuos, vel interruptos *Nauar. in man. cap.* 25. *nu.* 121. *versus fin. Piasec. in Prax. Episc. par.* 2. *cap.* 3. *nu.* 11. *& alij apud Bonacin. tom.* 1. *in tract. de oner. & oblig. Benefic. ad resid. disp.* 5. *pun.* 4. *num.* 9. *Posseuin. de offic. Curat. cap.* 1. *num.* 21. vbi dicunt, licentiam Episcopi tunc requiri, si Parochus vltra duos menses abesse cogatur: contrarium tamen tenent alij Doctores *apud Barbos. d. par.* 3. *all.* 53. *num.* 96. Vnde Sac. Congreg. censuit, Episcopum posse prohibere, ne Parochus absit à sua Parochia vltra biduum sub pœna pecuniaria mediæ decimæ, & non vltra *vt refert Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 2. *resolutione* 206.

21 An verò Episcopus possit cum Curato dispensare, vt etiam vltra bimestre absit? affirmatiuè respõdet Posseuin. *d. cap.* 1. *numero* 22. *Piasec. loco cit. num.* 11. quod intellige si grauis causa cõcurrat *iuxta Conc. d. sess.* 23. *cap.* 1. quare ex causa insalubritatis aeris, vel infirmitatis, quæ in loco residentiæ curari non potest, Episcopus cum Curato dispensare potest, vt per quatuor menses absit *ex declaratione Sac. Congreg. quã refert Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 1. *res.* 656. & ex causa inimicitiarum posse Curatum à Parochiali ecclesia per annum abesse de licentia Episcopi censuit eadem Sacr. Congreg. *teste Quarant. in ver. Residentia, vers. quæ verò Ricc. loco cit. par.* 1. *resolutione* 655.

22 Obseruant 5. quod Parochus residere dicitur, etiamsi intra Parochiæ fines non commoretur, dummodò non multum à Parochia distet ità vt Parochiani facilè possint ad Parochum recurrere pro subleuanda spirituali necessitate, & Sacramentis suscipiendis:

quia quod parum distat, nihil distare videtur, *ità Beia: 4. par. cas. 21. sub fin. vers. & si dubitet, quem refert, & sequitur Bonac. de oner. & oblig. Benefi. ad resid. disp. 5. pun. 1. num. 2.*

23 Obseruant 6. quod Parochus adhuc residere tenetur in Parochia, etiamsi propter imperitiam, aut longam infirmitatem, vel senectutem, illi datus fuerit Coadiutor *iuxta Concilium Tridentinum sess. 21. de ref. cap. 6.* nisi per aliquod tempus dispenset Episcopus, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. num 91.*

24 Dico 3. quod Episcopus non potest cogere obtinentes beneficia simplicia ad residentiam, nec aliquod personale seruitium beneficijs huiusmodi imponere, cũ ex antiquissima totius ecclesiæ consuetudine ad officium recitandum dumtaxat teneantur *vt declarauit Sac. Congr: Concilij teste Ricc. in collect. decis. 1683. p. 5.* Quare vbi de onere non constat, non potest Episcopus nouum onus imponere, nec Beneficiatum compellere ad aliquas missas celebrãdas pro quantitate redituum *c. scientes de censib. Ricc. in Prax. p. 1.*

25 *res. 356. & par. 3. res. 483. vbi refert ita declarasse Sac. Cong.* immemorabilem etiam cõsuetudinem excusare à residentia in Collegiatis ruralibus iam destitutis, decisum refert Bonacin. *loco cit. d. disput. 5. pun. 5. num. 15.*

26 Dico 4. quod habens Canonicatum, cui sit vnita parochialis accessoriè, & perpetuò, debet residere in Canonicatu, & non in Parochiali, *vt censuit Sacr. Cong. teste Barbos. in cap. extirpandæ S. qui verò num. 6. de Præb.* vbi etiã decernitur, vt qui talem habet prębendam, vel dignitatem, cum oporteat, eum in ecclesia maiori deseruire, in ipsa Parochiali ecclesia idoneum habeat Vicarium.

27 Sed quæres, an habens dignitatem, vel Canonicatum in Cathedrali, vel Collegiata ecclesia, cui accessoriè, & in perpetuum est annexa parochialis per Vicariũ siue perpetuum, siue amouibilem deseruiri solita, possit in illius curę exercitio se intromittere? affirmatiuam sententiam tenet *glos. in extrauag. execrabilis ver: Vicaria perpetuos, & in ver: temporales Vicarios de Præb. & Dignit.* alij tamen indistinctè tenent, Canonicum, seu dignitatem non posse validè in curę exercitio in tali casu se ingerere defectu tituli, quem ad illam immediatum non habet, *vt post Felin. & alios dicit Barbos. in cap. vlt. num. 5. vsque ad fin. de offic. Vicar. & in d. cap. extirpandæ S. qui verò num. 7. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 388.* Hanc autem conclusionem

28 Probant 1. quia quando beneficium curatum Canonicatui, seu dignitati vnitur accessoriè, perdit nomen, & titulum, & efficitur pars, & prædium Canonicatus, cui vnitur *cap. super eo, & ibi glos. de Præb. in 6. Card. Caualer. decis. 330. num. 5. Hoied. par. 2. cap. 3. nu. 10. & 12. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 2. & seq. Paris. de Resign. Benef. lib. 3. q. 1. num. 119. &*

120.

110. *Prosp. de August. ad Quaran.. in ver. Beneficiorũ resignatio vers. nona causa est, & alij communiter:* & ideò prębenda, seu dignitas, quę per se est simplex beneficiũ, non fit curata per ecclesiam paro chialem illi annexam: immò potius parochialis ipsa recipit simplicitatem præbendæ, cui vnitur eo quod vnitur, & annectitur beneficio simplici *glos. in d. cap. super eo Nau. cons.* 10. *num.* 3 *de maior & obed; Gonz. vbi supra glos.* 5. §. 7. *num* 8. *Garc. de benef. par.* 11. *c.* 5. *num.* 196. *& seq.* Vnde quando pa-
29 rochialis est vnita dignitati accessoriè, non requiritur concursus, *vt declarauit Sac. Congr. teste Ricc. in Prax. par.* 3. *res.* 519. *Garc. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 193. *Gonz. d. glos.* 5. §. 7. *num* 13. *Less. de iust. & Iur. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 82.

Addit Piasec. *in Prax. Episc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. quod non requiritur in tali casu in dignitate ętas 25. annorum, sed sufficit ætas 22. annorum completorum iuxta *Conc. sess.* 24. *de ref. cap.* 12. siue eą, quæ requiritur ad illud beneficiũ, cui est vnita parochialis, *vt obseruat etiam Garc. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 26. *Gonz. glos.* 9 *num.* 4. *& decisum refert Barbos. in d.* §. *qui verò n.* 6. *& de Canon. & dignit. capit.* 13. *num* 21. *& seq.*

Ex quo fit, vt dignitas, vel Canonicus non intituletur primò, & principaliter in Parochiali, sed in dignitate, vel Canonicatu *Dec. in cap. ad aures num.* 13. *&* 14. *de rescript. Garc. par.* 11. *cap.* 5. *nu.* 194. vbi etiam dicunt, quod non censetur habere curam animarum: tunc enim cura actualis remanet penes Vicarium, præsertim si in vnione fuerit dispositum, quod Vicarius præsentari debeat à dignitate, vel Canonico: habitualis verò tantum remanet penes dignitatem, & Canonicum, cuius prębendę vnio huiusmodi facta fuit *Rot. in Barchinonen. Vicariæ* 9. *Decembris* 1616. *coram Buratto, quam refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *all.* 60. *num.* 32.

Quamuis autem Vicarius tem-
30 poralis instituatur ab ordinario ad prębentationem Canonici, vel dignitatis, per huiusmodi tamen deputationem nulla iurisdictio per Canonicum, seu dignitatem datur: quia in cura Vicarius etiã temporalis ab illo dependentiam non habet, sed illam recipit ab Episcopo instituente, seu approbante, penes quem est titulus Curæ *Rot. dec.* 309. *p.* 2. *Diuer. Barbos. in d. cap. vlt. num.* 13. *&* 16. *vbi citat Anchar. cons.* 404. *num.* 11.

31 Secundò probant, quia perpetuus Vicarius absoluit Rectorem ab exercitio curæ, & ideò ipse Rector eam exercere nec potest, nec debet *glos. in extrau. execrabilis ver. Vicarios perpetuos de Præb. & dignit. Abb. in d. cap. extirpandæ* §. *qui vero num.* 15. *ex. eod. tit. Anchar. in cap. exposuisti num.* 6. *eod. tit. de Præb. Azor: instit. mor: par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *q.* 2. *& alij apud Barbos. in d. cap. vlt. num.* 4. *de offic. Vicar: & censuit etiam Sac. Congr. Concilij referente Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 3. *res.* 388.

Idem de Vicario temporali dicit Barbos. *in d. cap. vltimo num.* 13. *&*

in

in d. cap. extirpandæ §. qui verò nu. 7. vbi citat Seraphin. dec. 1009. num. 5. & alios: quamuis enim deberet esse perpetuus *iuxta tex. in cap. ad hæc de offic. Vicar. c. vn. de Capell. monach. in 6.* nihilominus si de facto, aut ex negligentia Prælatorum, vel consuetudine, aut priuilegio Vicarij temporales deputentur in casu, vbi perpetui constitui debent, non ex hoc potest transferri actualis cura in principalem, cum præsertim possit Episcopus non obstante priuilegio deputare Vicarium perpetuum, si ità sibi expedire videbitur *iuxta formam Concilij sess. 7. de ref. cap. 7. & hãc sententiam sequitur etiam Nauar. cons. 21. de Cler. non resid.* vbi dicit, quod actualis cura animarum non solum tollitur à Rectore per Vicarium perpetuum, sed etiam tolli potest per Vicarium, seu Capellanum temporalem necessariò ponendum.

Ex quo probant 3. d. conclusionem, quia Dignitas, vel Canonicus in tali casu non deputat Vicarium temporalem ob causam, vel ad certum tempus, quasi cessante causa, vel tempore elapso possit curam per se exercere, *prout in terminis cap. cum ex eo de elect.* sed deputat Vicarium temporalem, necessariò tamen ponendum, *vt ex d. cap. extirpandæ §. qui verò colligit Ricc. in Prax. par. 3. ref. 388.* qui licèt ex consuetudine, seu priuilegio possit esse ad eius nutum amouibilis, Vicaria tamen est perpetuò erecta; quemadmodum Vicarius Episcopi temporalis est, & tamen Vicariatus dignitas perpetua iudicatur *Barbos. in d. cap. vlt. num. 17. de offic. Vicar. qui cit. Gabr. cons. 32. nu. 19. vol. 2. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. q. 4. in fin.*

32 Ex his inferunt 1. quod habens parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitimè institui obtinuit, non adstringitur ad ministranda sacramenta, nec residere tenetur etiam post Concilium Tridentinum: quia eo casu cura actualis ablata fuit à Rectore, & translata in Vicarium perpetuũ; & ideò non ipse, sed Vicarius, in quem residet cura actualis, tenetur ad residentiam, & ad sacramenta ministranda *Gonz. glos. 6. n. 98. Prob. in addit. ad Monach. in cap. super eo num. 17. de Præb. in 6. Anchar. Card. & Abb. in cap. postulasti ex. eod. tit. Vitalin. in Clem. 1. §. adhæc num. 26. eod. tit. de Præb. & ità declarauit Sac. Cong. Concilij teste Ricc. in Prax. d. par. 3 ref. 388.*

33 Inferunt 2. quod si ecclesiæ parochiali à tempore immemorabili solitum fuerit deseruiri non per Rectorem, sed per Vicarium siue Capellanum ab ipso Rectore ad nutum amouibilem deputatũ, Rector non tenetur etiam post Tridentinũ Concilium per seipsum exercere curam in dicta Parochia, neque in ea residere, si nolit: sed tantum debet ratione dictæ consuetudinis ponere Capellanum, qui eam exerceat, *ità Nau. cons. 21. de Cler. nõ resid.* quia 34 cõsuetudo immemorabilis æquipollet iuri communi, & priuilegio

gio Principis *cap. super quibusdã § præterea de verb. sign. Abb. in cap. cum contingat de for. compet. Dec. cons. 171. Fusc. de Visit. lib. 1. cap. 20. num. 32. & alij apud Vulp. in Prax. iudic. cap. 14. nu. 11.*

35 Limitant tamen supradictam conclusionem, vt procedat, quãdo vnio facta fuit quoad temporalia, secus vbi constaret, illam fuisse factam quoad temporalia, & spiritualia: tunc enim obtinẽs Canonicatum, seu Dignitatem, cui parochialis vnita fuit accessoriè, & in perpetuum, retinet curam tam habitualem, quã actualem; & ideò per seipsum deseruire posset *Barbos. in d. cap. vlt. nu. 11. de offic. Vicar.*

36 In dubio autem præsumitur vnio facta quoad temporalia, & spiritualia, quando beneficium annexum dependet, seu processit à principali: præsumitur verò facta vnio quoad temporalia, quando beneficium curatum annexum non processit à principali, sed alias erat per se, & fuit vnitum independenter beneficio principali simplici: quo casu ipsũ principale non dicitur curatũ respectu beneficij annexi: quia qualitas annexi accessoriè non debet redundare, & influere in principale *cap. super eo, & ibi glos. de Præb. in 6.* sed tunc qui præest beneficio principali, habet solummodò facultatem percipiẽdorum fructuum, & dispositio quoad spiritualia est penes Vicarium *Barbos. d. cap. vlt. num. 10. & seq. vbi citat Rebuff. in repet. d. cap. extirpandæ §. qui verò num. 146. de Præb. Vitalin. in Clem. 1. à n. 8 de excess. Prælat.*

37 Queres, an in dubio præsumatur vnio facta accessoriè, vel potius principaliter? Resp. quod attendendum est, quid sit magis dignum, & minus dignum; quia præsumitur minus dignum esse vnitum accessoriè, & non æquè principaliter magis digno; si verò non appareat, quodnam sit magis dignum, tunc recurrendũ erit ad denominationem; cum semper à digniori, & potentiori fiat denominatio *glos. in Clem. per litteras ver. ecclesias de Præb. Gõz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. n. 127. & seq.* cessantibus verò supradictis præsumendum est, factam esse vnionem æquè principaliter, & non accessoriè, nisi aliud ex obseruantia colligatur, *vt d. Gõz. loco cit. nu. 134. & 135.*

38 Notandum est autem, quod Vicarij perpetui non ad liberã ordinarij electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesijs vnitis ponentur, cum approbatione ipsius Episcopi, vel eius Vicarij, prehio examine deputari debent *iuxta tex. in cap. ad audientiam de eccles. ædif. & constitutionem Pij V. incip. Ad exequendum, quam refert Quarant. in ver. Vicarius perpetuus Rot. coram Caualer. dec. 419. nu. 2. & 3.*

39 Quæ verò portio assignanda sit dictis Vicarijs perpetuis, constat ex eadem Pij V. Constitutione, qua cauetur, vt non maior centum, nec minor 50. scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis, emolumeu-

mentis, & alijs obuentionibus communiter percipi solitis, eis assignetur; sed in prædicta summa scutorum 100. vel 50. non sunt computandę eleemosinæ altaris, funeralium, & alia huiusmodi, quæ Vicarius postea ex suo labore, & officio percipit, sed illa incerta, quæ habent quamdam certitudinem, vt sunt decimę, seu primitiæ frumenti, vini, & aliorum fructuum, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 469.*

40 Addit glos. *in cap. extirpandæ §. qui vero ver. perpetuum de Præb.* quod Vicarius eo ipso intelligitur perpetuus, si auctoritate Episcopi est institutus *per text. in cap. ad hæc de offic. Vicar:* vbi dicitur, quod in tali casu à Rectore remoueri non potest.

SVMMARIVM.

2 *Episcopus hodie non potest dispensare cum Parocho, vt possit abesse causa studij.*
2 *An hoc procedat etiam respectu Parochorum docentium.*
3 *Canonici, ac Dignitates ex causa studij per quinquennium abesse possunt.*
4 *Quando Canonici hoc priuilegio gaudeant.*
5 *An terminus quinque annorum referendus sit tam ad studentes, quam ad docentes.*
6 *An ad hunc effectum requiratur licentia proprij Episcopi.*
7 *An teneatur Ordinarius dare huiusmodi licentiam.*
8 *An Canonici in tali casu debeant loco sui substitutum relinquere.*

CAP. XIII.

An Parochus, & alii ad residentiam adstricti possint abesse causa studij.

1 QVamuis secundùm iura antiqua Episcopus posset cum obtinentibus parochiales ecclesias ex causa studij dispensare ad septennium, ità vt eo tempore nec tenerētur residere, neque infra annum suscipere sacerdotium, sed tantum subdiaconatum, *vt ex cap. cum ex eo de elect. in 6.* hodiè tamen per decretum Concilij Tridentini *sess. 23. de ref. cap. 1.* cessat dispositio dicti textus: & ideò vltra duos menses à Concilio præscriptos abesse ex quauis causa nequeunt, *vt cecinit Sac. Congregatio Concilij teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 321. & in Collect. decis. 583. par. 3: Prosp. de Augusti. in addit. ad Quarant. in ver. residentia vers. item limita, & alij, quos refert & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. nu. 77. & all. 56. num. 30.* & ratio est, quia cum hodie parochiales ecclesię conferantur per concursū, præsupponitur in eo, qui magis idoneus repertus est, scientia necessaria; & ideò opus non est, vt à sua ecclesia absit causa studiorum, *vt dicit Bonacin. to. 1. in Tract. de oner. & oblig. Beneficiar. ad resid: disp. 5. pun: 5. num. 16.* & 2 hoc etiam procedere respectu

Paro-

Parochorum docentium, tenet Garc. *de Benef. par. 3. cap. 2. num. 108. quamuis contrarium sentiat Bonacin. loco cit.* vbi asserit, posse Episcopum concedere licentiam Parocho, vt causa docendi abesse possit, si grauis necessitas ad docendum superuenerit, & Parochi opera necessaria sit

3 Verum Canonici, & dignitatem obtinentes, & alij ad residentiam adstricti ex causa studij theologiæ, seu Sacræ Scripturæ, etiam hodiè possunt abesse per quinquennium, & non vltra: quo tempore studentes huiusmodi scientijs, seu disciplinis fructus præbendarum suarum percipiunt *vt in cap. vlt. de Magistr. Concil. Trident. sess. 5. de ref. cap. 1. Ricc. in Collect. decis. 2426. par. 6. Barbos. d. all. 56. num. 18. & seq. Garc. par. 3. cap. 2. num. 54. & 101.* quod etiã ad studentes iuri canonico, & ciuili extenditur, cum hodiè ad benè regendam ecclesiam non magis Theologia, quam ius canonicum, & ciuile requiratur *cap. 2. de Priuil. in 6.* immò Ricc. *in Prax. par. 2. ref. 33.* hoc priuilegium extendit etiam ad Grammaticam addiscendam, cum hæc sit fundamentum omnium scientiarum. hoc autem quinquennium currere à die, quo cepit quis studere, dicit Barbos *d. all. 56. num. 31. Prosp. de August. ad Quar. in ver. residentia vers. & quoniam.*

4 Obseruant tamen Doctores, huiusmodi priuilegio tunc Canonicos gaudere, si minores sint 30. annis: & in scholis generalibus, seu in publica vniuersitate doceant, aut studeant, *ità Garc. de Benefic. par. 3. capit. 2. numer. 81. & alij apud Barbos. d. par. 3. all. 56. num 29.* Vnde non sufficeret, quod in aliquo loco vbi nullum, vel minus competens est studiorum exercitium, hisce disciplinis operam darent *cap. tuæ fraternitatis de Cler. non resid.* subdit tamen Garc. *d. cap. 2. num. 81.* quod si iam studium incepissent, & adhuc non absoluissent, non esset eis deneganda huiusmodi licentia, etiamsi essent maiores 30. annorum. Dicitur autem studium generale quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, aut Principem *Barbos. de Canon. & Dignitat. cap. 27. numer. 48. & d. all. 56. num. 22.*

5 Obseruant 2. terminum quinque annorum *in d. capit. fin. de Magistr.* referendum esse ad studentes; nam docentes quoad priuilegium percipiendi fructus in absentia non habent vllam temporis determinationem, sed eo gaudent quamdiù docuerint *Barbos. & alij communiter in dicto capit. fin. Nauar. cap. 25. num. 121.* etiamsi prębendę, quas obtinent, sitę sint in Cathedrali eiusdem Ciuitatis, in qua publici lectoris munere funguntur, *vt censuit Sac. Congregatio apud Farinac. dec. 137. par. 4 Diuers.*

6 Obseruant 3. non requiri adhũc effectum licentiã proprij Episcopi quoad docentes sacrã Scripturam, vel Theologiam, aut ius Canonicum: quia eam ius concedit

dit *in d.cap.fin.de Magistr.vt dicit Nau:in man.cap:25.nu. 121. Barbos:de offic.& pot:Episc.p:3.a.alleg. 56.num.33.Garc.par:3.cap.2:n.94.* nisi alias scientias præter narratas docuerint, tunc enim licentia Episcopi requiritur *Nau. loco cit. Prosp:de August:ad Quaran.in ver.Residentia vers.verum.reuocatur.* in studētibus verò semper requiritur Episcopi licentia *cap. tuæ fraternitatis de cler.non resid:* etiāsi huiusmodi dispensationem, & indultum percipiendi fructus in absentia causa studij à sede apostolica impetrauerint *ex constit: Pij IV. incip. Sanctissimus, quam refert Quarant. in ver. Residentia Barbos:d:all.56.num:28.& 29.* debet enim Episcopus cognoscere, an absentia sit causa studij, an in loco, ad quē accedere intendunt, 7
vigeat studium generale, & an sint minores 30. annis, ac dociles iuxta *d.cap.fin. de Magistr. vt aduertit Prosp.de Augustin. loco cit: vers.prædictam conclusionem.*

Hac de causa censeo, neque docentes sacram Scripturam, vel ius canonicum posse abesse sine licentia Episcopi, qui etiam in tali casu inspicere debet, an le- 8
cturi sint in publica vniuersitate *iuxta cit.cap: fin.de Priuil. in 6.* & an habeant facultatem docendi concessam ab eadem vniuersitate, seu Collegio Doctorum, sine qua non gauderent priuilegio percipiendi fructus in absentia, *vt decisum refert Barbos:de Can. & dignit.cap.27.num.50.& c: 35. num. 15:in fin.& in cap.fin. num. 4. de Magistr:* alias episcopalis auctoritas contemneretur, & fraudes multę sequerētur; Vnde Pius IV. in d. constitutione declarauit, dispensationem, & indulta de percipiendis fructibus prębendarum, & beneficiorum in absentia causa studij, quæ à Sac. Pœnitentiaria, vel sede Apostolica concedi contigerit, nequaquam huiusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum ordinariorum locorū, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedat, *quare ità tenet Prosp.de August: in addit. ad Quarant.in ver. Residētia vers. prædictam conclusionem.* vbi etiam dicit, quod *in d.cap. fin.* conceditur licentia quoad effectum lucrandi fructus, non autem quoad discessum.

Obseruant 4. quod Canonicatus, & alia beneficia non curata residentiam requirentia obtinentibus tenetur ordinarius dare licentiam, vt abesse possint causa studij, dummodò concurrant requisita, alias possent appellare, & recurrere ad Superiorem, *ità Abb.fel.Zerol.& alij apud Garc.d. par.3.cap:2.num.86:*

An verò teneantur in tali casu loco sui substitutum relinquere? negatiuè respondet Prosp. de August. *loco cit.vers.prædicta ampliat.*

SVMMARIVM.

1 *Prouisi de dignitatibus, & canonicatibus in ecclesijs Cathedralibus, aut de beneficijs curā animarum habentibus tenentur intra duos menses à die adeptæ pos-*

possessionis fidei professionem emittere, alias fructus non faciunt suos, nec eis possessio suffragatur.

2 *An ad huiusmodi professionem faciendam teneantur Canonici ecclesiæ Collegiatæ.*

3 *An elapsis duobus mensibus adhuc teneatur prouisus fidei professionem emittere.*

4 *An Canonicus, vel Parochus, qui in adeptione alterius Canonicatus, seu ecclesiæ parochialis fidei professionem iam emisit, teneatur illam denuò emittere.*

5 *An sufficiat, si professio fidei fiat coram Vicario, etiamsi Episcopus non fuerit impeditus.*

6 *An necesse sit, vt Canonicus professionem huiusmodi prius coram Episcopo, vel eius Vicario, postmodum coram Capitulo separatim faciat.*

7 *An Concilium priuet fructibus decursis in ipsis duobus mensibus.*

8 *An fidei professionis omissio excludat prouisos circa titulum, & proprietatem.*

9 *An omittens fidei professionem teneatur in conscientia fructus sic amissos restituere:*

10 *An Canonicus, qui fidei professionem non emisit, habeat vocē in capitulo, & ius præcedendi à die adeptæ possessionis:*

11 *An omittens fidei professionem priuetur distributionibus quotidianis.*

12 *An ignorantia, vel inaduertentia in hoc excuset.*

13 *An omittenti fidei professionem suffragetur possessio triennalis, vel alia longior possessio.*

14 *Cui applicādi sint fructus amissi ob nōn emissam fidei professionem.*

15 *An possit Capitulum, vel ordinarius remittere, seu condonare huiusmodi fructus sic amissos.*

16 *An huiusmodi professio fidei fieri possit per procuratorem.*

CAP. XIV.

Quam pœnam subeat non faciens fidei professionem.

1 PRouisi de dignitatibus & Canonicatibus in ecclesijs cathedralibus, aut de beneficijs quibuscunque curam animarum habentibus tenentur infra duos menses à die adeptæ possessionis in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram Vicario generali fidei professionem emittere, alias fructus nō faciūt suos, nec eis possessio suffragatur: idemque facere etiam in capitulo tenentur prouisi de Canonicatibus, & dignitatibus in ecclesia Cathedrali, vt in *Concilio Tridentino sess. 24. de ref. capit. 12.*

2 Ex quo obseruāt Doctores primò, quod ad huiusmodi professionem faciendam non tenentur Canonici ecclesiæ Collegiatæ: quia Concilium loquitur de Canonicatibus ecclesiæ Cathedralis, & de beneficijs curatis, *& ità declarasse Sac: Congregationem refert Nouar. apud Ricc. in Collect:*

decis.2867.par.7.Garc. de Benef. p. 3.cap.3.num 12.& alij apud Bonacin.de Præcept.Decal.disp.3.q.2.pũ. 4.§.1.nu.9. verum in prima Synodo Diœcesana non solum Canonici Collegiatæ, sed omnes Clerici Beneficiati tenentur fidei professionem emittere *iuxta Conc.Tridentinum sess.25.de ref. cap. 2.Bonacin.vbi supra Barbos. de offic:& pot.Episc.par.3.all.61.nu.* 15.

3 Obseruant 2. quod elapsis duobus mensibus adhuc tenetur prouisus fidei professionem emittere: quia huiusmodi terminus non est præfixus ad remittendam, & terminandam obligationem, sed ad differendam pœnam *Nau.cons.11. de iureiur.Garc.de benefic.par.3.c. 3.num 29.Riccin Prax.for: eccles. par.3.ref.82.* illa tamen non proficit hoc casu ad recuperandos fructus amissos, sed tantum ad quærendos futuros *Nauar.d.cons.11. num.3.Paris.de Resign. Benef. lib. 10.q.9.nu.12.& seq.Garc.loco cit.n. 30 Ricciull.de iur.person.ext.grem. eccles:existen.lib.1.cap.13.n.39.Barbos.de Canon.& dignit.cap.17.numero 23.*

4 Obseruant 3. quod tenetur denuò facere professionem Canonicus, seu Parochus, etiamsi in adeptione alterius Canonicatus, seu ecclesiæ parochialis professionem iam emiserit, *vt censuit Sac. Congreg.teste Riccin Prax.for. eccles.p.3.resol:192. & Nouar.apud eumdem Riccin collect.decis.2867 par.7:*

5 Obseruant 4. quod sufficeret, si professio fiat coram Vicario, etiamsi Episcopus impeditus non fuerit: quia illa verba Concilij solum ponuntur ad monitionem, & ad denotandum, quod conuenientius est eam facere coram ipso Episcopo cessante impedimẽto *Garc.par.3.cap.3.num.23.Barbos.d.cap.17.nu.3.& de offic.& pot. Episc:par.3.all.61.num.16.* eadem ratione licèt Concilium *sess.24.de ref.cap.* 18. statuat, concursum faciendum esse coram Episcopo, & eo impedito, coram eius Vicario: tamen posse huiusmodi concursum fieri coram Vicario, etiamsi Episcopus impeditus non sit, resoluit idem Barbos. *de offic. Paroch.cap.2.num.52.* neque necesse 6 est, vt professio huiusmodi prius coram Episcopo, vel eius Vicario, postmodum coram Capitulo separatim fiat: Sed si Episcopus, aut Vicarius adsit in Capitulo, satis est, vt Episcopo, aut Vicario præsente semel fiat in Capitulo, etiamsi Vicarius esset Canonicus *vt censuit Sac.Congreg. teste Garc. d.par.3.cap.3.num* 24. *Barbos.d.p. 3.all.61.num.17.Bonacin.de Præcept.Decal.disp.3.q.2.pun.4.§.1.numero 7.*

7 Obseruant 5. quod Concilium non priuat fructibus decursis in ipsis duobus mensibus, sed in posterum decurrendis *Garc.de benef. par.3.cap.3.num.30.Barbos. d. all. 61.num.23.& de Canon:& dignit. cap.17.num.22.* & ratio est, quia prouisus intra bimestre non deliquit, neque fuit in mora faciendæ professionis *Bonacin.loco cit. d. disput.3.quæst.2.punct.4.§.3.numero 5:*

8 Obseruant 6. quod circa titulũ

&

& proprietatē fidei professionis omissio non excludit prouisos, nec tollit omninò possessionem, sed tantum impedit illius effectum quoad fructuum perceptionem. *Nauar.cons.8.de iureiur.Paris. de Resign.lib.8.q.9.num.122. Ricc. in Prax.par.3.resol.82.Sayr. in Flor. Decis.sub tit.de verb.signif.dec.6.& alij apud Barbos.de Canon. & Dignit.d.cap.17.num.31.* Immò Nau. *cons.12.eod.tit. de iureiur. Dian.p 5.tra.14.res.23.F.Emman.qq. reg. tom.2.q.72.art.3. & alij.apud Bonacin.d.§.3.num:3:* putant, quod omittens fidei professionem non tenetur in conscientia fructus sic amissos restituere, nisi condēne-
9 tur, seu sequatur sententia declaratoria: contrarium tamen tenet Nouar. *apud Ricc in collect.decis. 2867.par.7.Garc.d.cap.3.nu.35.& alij apud Barbos.d.allegat.61. numero 28.*

10 Adde, quod Canonicus, qui fidei professionem non emisit, adhuc habet vocem in capitulo, & ius precedendi à die adeptæ possessionis, nisi aliud obstet, *vt censuit Sac.Cōgreg. apud Farinac.decis.138.par.4.Diuers.*

11 Obseruant 7. decretum Concilij *d.sess.24.cap.12.* non habere locum in distributionibus quotidianis, sed tantum in fructibus; & ideò distributiones huiusmodi ob omissionem fidei professionis minimè amitti, cum dentur ratione ministerij, & seruitij personalis *Ricciull.d.c.13.n.55. Vulp.in Prax. Iudic.cap.48.num.55. Monet.de distribut.quotid.par.2.q.19.num:39. Ricc.in collect.decis.2867.par.7.& in Prax.par.3.res.194. Prosp. de Augustis.ad Quaran.in ver. beneficiorum possessio lit.B.vers.inter alia Gratian.discept.166.nu.22. vbi referunt, ità Sacram Congregationē declarasse:* nisi fortè omnia emolumenta Canonicatus, seu dignitatis consisterent in distributionibus: tunc enim, vt pœna Concilij loco cit. possit in aliquo verificari, deberet intelligi de distributionibus *Ricc.in Prax.p.3.res.194. Barbos.de Canon.& dignit.cap.17. num.16.& de offic.& pot.Episc.p.3. all.61.num.30.*

Notandum tamen est, quod Canonicus, qui non fecit primā residentiam, nec emisit fidei professionem, si absit etiam ex iusta causa, non potest haberi pro præsente: sed in tali casu amittit distributiones, & fructus etiam prodictis duobus mensibus, *vt censuit Sac.Congreg.apud Coccin. decis.256.num.1. Garc.de benef.p.3.c. 3.num.52. Barbos.d.p.3.all.61. nu. 23.& 24.*

12 Obseruant 8. eum, qui non fecit professionem fidei ob ignorantiam, vel inaduertentiam excusari à mortali, & consequenter ab amissione, & restitutione fructuum *Ricc.in Prax. for.eccles.p.3. res.195. vbi citat Nau.cap.23.n 59 Zech.de Benef. & pensior. capit.9. num.3.vers:requiritur etiam, & alios, quibus adde Dian:par.5.tr. 14.res.23:*

13 Obseruant 9. quod omittenti fidei professionem non suffragatur triennalis, nec alia quæuis longissima possessio quoad huiusmodi fructus sic amissos retinendos,

dos, vel percipiendos *Bonaccin. de Præcept. Decal. disp. 3. q. 2. pun. 4. §. 3. num. 4. & ità censuit Sac. Cõgregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 82. Nau. cons. 7. de Iureiur. Paris. de Resignat. Benefic. lib. 8. q. 9. num. 122. Garc. d. c. 3. num 34. Fr. Emman. in Sum. to. 1 cap. 119. num. 7. Prosp. de Augusti vbi supra litt. B. Ricciull. d. lib. 1 cap. 16. num. 13. Barbos. d. all. 61. n. 26. & d. cap. 17. nu. 29.* præsumitur tamen, prouisum illam emisisse ex lapsu decem annorum *Bonac. loco cit. Ricc. in Prax. vt supra p. 1. ref. 590. Barbos. d. par. 3. all. 61. numer. 21.*

14 Obseruant 10. quod fructus amissi ab non emissam professionẽ, cum Concilium non determinet, cui assignari debeant, impendendi sunt, vel in vsus Pauperum, vel in fabricam ecclesiæ arbitrio Ordinarij, sicut fructus eorum, qui non residentiuxta *Conc. Tridentinum sess. 22. de ref. cap. 1. vers. si quis autem. Azor. Instit. mor. p. 2. lib. 7. cap. 2. q. 3. Nau. cons. 3. nu. 1. de Cler. non resid. Barbos. de offic. & pot. episc. p. 3. all. 61. n. 31.* qui hoc limitat in Canonicis, & dignitatibus habẽtibus fructus in mensa capitulari, quia tũc huiusmodi fructus amissi ob non factam fidei professionem ad capitulum spectant, *vt d. etiam Bonaccin. d. pun. 4. §. 3. num. 4. vers. ex dictis sequitur Garc. de Benef. par. 3. cap. 3. num. 40.* vbi etiam dicit, quod fructus non residentium, & excõmunicatorum in tali casu Capitulo similiter accrescunt.

15 An verò possit Capitulum, vel ordinarius remittere, seu condonare fructus amissos ob non factam fidei professionem? negatiuè respondet Nau. *d. cons. 3. n. 2. de Cler. non resid.* quia inferior non potest dispensare in lege superioris, *idem tenet Garc. d. cap. 3. num. 53. Bonacin. vbi supra Nouar. apud Ricc. in Collect. dec. 2867 par. 7. idem Ricc. in Prax. par. 5. ref. 193.* sed recurrendum est ad Papam, vel ad Sacram Congregationem, quæ solet remittere huiusmodi fructus, dummodò fidei professio tũc emittatur, & aliquid eleemosinæ pauperibus erogetur arbitrio Confessarij, *vt dicit Barbos. de Canon. & Dignit. d. cap. 17. num. 23.*

16 Obseruant 11. huiusmodi professionem fidei fieri non posse per procuratorem etiam habentem speciale mandatum, *ità Ric. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 146. & ità declarasse Sacr. Cõgreg referũt DD. apud Barbos. de offic. & potest. episc. par. 3. all. 61. nu. 19. Add. ad Nauar. cons. 11. de Iureiur.* de quo tamẽ dubitare videtur Dian. *par. 5. tr. 14. ref. 23. vers. verum his non obstantibus,* vbi refert, quod Sacra Congregatio *die 2. Augusti* 1631. ex speciali iussu Vrbani Octaui mandauit, his declarationibus nullam fidem in iudicio, vel extra à quoquam esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminẽtissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Sac. Congregationis pro tẽpore existẽtium munitæ fuerint.

Quare contrarium tenet Nouar.

uar. *apud Ricc. in collect. dec. 2867. par. 7. Nauar. d. cons. 11. de Iureiur. & alij permulti, quos refert, & sequitur Barbos. d. all. 61. n. 20.* vbi etiam dicit, quod secundùm hanc sententiam determinauit Rota Romana *sub die 13. Iunij 1608. coram Sacrato*, idque probatur per textum, qui loquitur de fidei professione, *in cap. optatum tibi 100. dist. ibi, nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miseris*, tum etiam quia fidei professio nihil aliud est, quam solemne iuramentum, quod constat posse præstari etiam per procuratorem, *vt ex cap. 1. § verum quando, vbi glos. ver. præstet de stat. Reg. in 6.* Vnde prouisum non amittere fructus, si procurator, cui mandatum dedit, fidei professionem non emisit ipso inscio absque culpa, resoluunt Doctores *apud Dianam d. p. 5. tr. 14. res 23. in fin.* cuius rei rationem assignat Nouar. *apud Ricc. in dict. Collect. decis. 2867.* quia cum fidei professio requiratur ad declarãdum, animum suum esse veram fidem corde, & verbo confiteri, per consequens hoc adimpletur ex solo mandato ad illud faciendum: prout dicimus de aditione hæreditatis, quæ cum in animo consistat, solum mandatum ad adeundum sufficit ad hoc, vt dicatur aditio facta, *vt notat glo. & Doctor. in l. per procuratorem 89. ff. de Acquir. hæred.* speciale autem mandatum censetur datũ non solum quando datur explicitè ad faciendam fidei professionem, sed etiam ex mandato ad capiendam possessionem beneficij, seu Canonicatus: quia in mandato generali ad faciendum aliquem actum, in necessarium antecedens veniunt omnia, quæ ad illius expeditionem sunt necessaria, *vt decisum refert Nouar. vbi supra.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, vel suspensus an sit priuatus fructibus beneficij, & an alendus sit ex eisdem fructibus.*
2 *Pensionarius excommunicatus an lucretur reditus pensionis.*
3 *Fructus beneficij, si Beneficiatus illis per sententiam priuetur, applicandi sunt ecclesiæ, vel pauperibus.*
4 *An Episcopus possit dispensare, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis.*
5 *An valida sit possessio capta ab excommunicato.*

CAP. XV.

An excommunicatus ipso facto priuetur fructibus beneficij.

1 Triplex hac in re est Doctorum sentẽtia: alij enim asserunt excommunicatum excommunicatione maiori priuari ipso iure fructibus beneficiorum, etiãsi de hoc nihil dicatur in sentẽtia, *vt post Abb. & Felin. resoluit Ripa in*

in cap. 1. num. 27. de Iud. vbi dicit hanc esse communem Marant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. de Appell. n. 168. & alij per tex. in cap. pastoralis §. verum de Appell.

Alij dicunt, quod excommunicatus, qui est in mora petendæ absolutionis nihil potest accipere secus si non esset in mora, *ità sentire videtur Sylu. in ver. Clericus 4. q. 25. Nauar. in Man. cap. 25. nu. 124.* vnde quamuis excommunicato, per quem non stat, quominus absoluatur, prouidendum sit de bonis ecclesiæ, *vt dicit Sylu. loco cit. & alij apud Garc. de Benef. par. 7. cap. 13 num. 104.* secus tamen esset in excommunicato, qui in contumacia persistit, cui in nullo est prouidendum, cum ecclesiæ claues contemnat, *vt dicit glos. communiter recepta in d. cap. pastoralis §. verum ver. subtrahuntur in fin.* quemadmodum etiam deposito, & suspenso à beneficio ob pœnam propter crimen, non autem pro contumacia sunt alimenta exhibenda ex reditibus sui beneficij, si non habet vnde viuat, nè mendicare cogatur *cap. Studeat 50. dist. Sylu. loco cit. & alij plures, quos refert, & sequitur Garc. d. par. 7. cap 13. num. 98 Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3 res. 281.* & ratio est, quia quando excommunicatio, vel suspensio lata est pro contumacia, parēdo potest se eximere, & liberare: & ideò quamdiù persistit in dicta contumacia, non est ei subueniēdum de fructibus ecclesiasticis, *vt d. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 22. num. 9.*

Alij absolutè negant, tum quia *in d. cap. pastoralis §. verum* non dicitur, quod excommunicatus sit ipso facto priuatus fructibus, sed quod meritò auferuntur, tum quia excommunicatus non amittit titulum beneficij, etiamsi insordescat in excommunicatione per annum, *vt dicit Ripa in d. cap. 1. num. 78. de Iud. & resoluit Rot. in vna Segobien. Insordescentiæ 5. Iunij 1598. coram Seraphino, quam refert Garc. d. p. 7. cap. 13. num. 90.* Vnde excommunicatum præcisè ratione censuræ non priuari fructibus, neque ad eorum restitutionem teneri ante sententiam, & condemnationem Iudicis, tenet *glo. in d. §. verum ver. subtrahuntur Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 51. nu. 12. & alij apud Garc. d. par. 7. cap. 13. nu. 91.* quæ quidem opinio consuetudine ferè vniuersali approbatur: quia excommunicati huiusmodi ad restitutionem fructuum neque compelluntur per Superiores, nisi per sententiam fuerint condemnati, neque ipsi ab eorū perceptione, & administratione se se abstinent, sed tantum in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis priuantur distributionibus, *vt etiam obseruat Garc. loco cit. num. 128. & seq. Dian. p. 5 tr. 9. res. 104.*

Idem dicendum est de Clerico suspenso ab officio, quia nullus est textus, in quo ipso facto priuetur fructibus, *vt d. Garc. ibidē. num. 92.* secus esset, si quis suspēsus sit à beneficio: tunc enim nō potest de fructibus beneficij

dispo-

disponere, nisi ad se suosque modestè substentandos, si non habeat, vnde viuat, *secundùm Nauar. in Man. cap. 25. num. 124. & cons. 37. de Tempor. ordin.*

2 Obserua tamen, quod Pensionarius nō lucratur reditus pensionis pro tempore, quo fuit excommunicatus, nec tenetur Titularis pro eo tempore eam soluere, & si solueret ignoranter, posset repetere, *vt dixit Rota in vna Valentina pensionis 31. Ianuary 1600. coram Litta, quam refert Garc. par. 1. cap. 5. num. 132. & seq.* vbi subdit, hoc non procedere in pensione alicui vti laico reseruata in stipendium pro seruitio temporali.

3 Queres, cui sint restituendi fructus beneficij, si Beneficiatus illis per sententiam priuetur? Resp. quod sunt restituendi ecclesiæ *arg. cap. penult. in fin. de cleric. non resid. & cap. 2. de offic. ord. in 6. vt post Dec. & Panor. tenet. Naud. cons. 37. de Tempor. ordin. & alij apud Garc. d. par. 7. cap. 13. num. 134. & seq.* vbi addit, quod possunt etiam applicari pauperibus, & egenis.

4 Quæres 2. an Episcopus possit dispensare, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis. Resp. affirmatiuè, si collatio talis beneficij spectet ad ipsum Episcopum, secus si collatio facta esset per Papam: quia tunc non potest inferior dispensare, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 41. num. 33. & seq.* idem dicendum, si spectaret ad inferiorem collatorem; quia neque in hoc casu potest Episcopus dispensare nisi illo consentiente *Garc. de Benef. par. 7. cap. 13. num. 77. vbi citat Couar. Lopez, & alios.* neque liceret Episcopo dispensare, si sciēter excommunicato beneficium contulit *Barbos. vbi supra nu. 35.* cum enim contulerit indigno, & incapaci, pro illa vice est ipso iure priuatus potestate conferendi illud beneficium *cap. cum in cunctis § fin. cap. scriptum vers. Si vero de elect.*

5 Obserua tamen, quod si possessio beneficij capiatur ab excōmunicato, valida semper erit nō obstante excommunicatione; nō enim est ius eam annullans, & est quid facti potius, quam iuris *Garc. loco cit. num. 89. vbi alios refert.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicātur distributiones quotidianæ.*
2 *Fructus beneficij dicuntur qui liberè, & etiam in absentia percipiuntur.*
3 *Distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficiorum.*
4 *Canonicatus Tolet. in qua summa exprimantur.*
5 *Pensio constituta super fructibus non censetur imposita super distributionibus.*
6 *Distributiones perceptæ veniunt in sententia cōdemnatoria fructuum, secus si non fuerint perceptæ.*

7 *Quando distributiones sub nomine fructuum comprehendantur.*

8 *Reus condemnatus in fructibus de stilo Romanæ curiæ tenetur ad distributiones etiam non perceptas, si fiat protestatio.*

9 *Tam Capitulum, quam intrusus impediens prouisum apostolicum, nè diuinis interfit, tenetur ad fructus, & distributiones.*

10 *An Capitulum propter absentiã vel obitum Canonici iure accrescendi recipiens fructus, vel distributiones, super quibus erat imposita pensio, teneatur pensionem soluere.*

11 *An beneficiatus possit liberè disponere, seu testari de distributionibus, ac fructibus beneficij necessarijs ad congruam substẽtationem.*

12 *Canonici inseruientes Papæ, Cardinali legato, vel Episcopo, aut absentes ex causa studij, vel per tres menses à Concilio Tridentino permissos lucrantur fructus, non autem distributiones.*

13 *Quid si omnes fructus in distributionibus consisterent.*

14 *Quæ distributiones etiam absẽti debeantur.*

15 *Quando ex causa infirmitatis absens distributiones lucretur. Quando senes absentes distributiones acquirant, ibidem.*

16 *Quando Carceratus, vel excõmunicatus, aut suspensus distributiones amissas recuperet.*

17 *A quibus repetendæ sint distributiones.*

18 *An inquisitores, & subcollectores distributiones in absentia lucrentur.*

19 *Quid de absentibus, vt tueantur iura beneficij.*

20 *Item quid de Adiunctis, si tempore diuinorum absint ex causa officij sibi iniuncti.*

21 *An Vicarius Capitularis absens causa officij sui exercendi lucretur distributiones.*

22 *An distributiones debeãtur examinatoribus à synodo deputatis, qui causa examinis à choro absunt.*

23 *Item an debeantur visitantibus ecclesiam, iura, vel reditus suæ præbendæ.*

24 *Quando distributiones lucrentur Canonici assistentes Episcopo pontificalia exercenti, vel illũ associantes.*

25 *Item quando Canonicus absens à choro, vt missam celebret, vel cõfessiones audiat, distributiones lucretur.*

CAP. XVI.

An distributiones sub nomine fructuum beneficiorum comprehẽdantur.

1 DIstributiones quotidianę dicuntur quæ vel in dies singulos præsẽtibus distribuuntur, & istæ dicuntur propriè, & verè distributiones, *vt d. Add. ad Quarant. in ver. residentia, & alij communiter:* vel quæ licèt semel tantum certo tempore dentur, in solutione tamen

men habetur respectus ad seruitiũ singularum horarum canonicarum, *Achill. de Graff. decis.* 12. *de Præb. quem refert, & sequitur Riccius in Prax. for. eccles. par.* 1. *resol.* 397. & ideò distributiones huiusmodi non censentur fructus beneficiorum, cum dentur ratione interessentię, & ministerij personalis *cap. licet de Præb. Oldrad. cõs.* 118. *num.* 1. *& seq. Rot. dec.* 33. *de sent. & re iud. & decis.* 39. *de Præb. in antiq. Boer. decis.* 340. *nu.* 4. *vers. quia non sunt de corpore beneficij Cæsar. de Graff. decis.* 5. *num.* 1. *& 9. de Præb. Gonz. super reg.* 8. *Cancell. §.* 7. *probem. num.* 154. *vsque ad n.* 206. *latè Gratian. discept.* 806. *n.* 12. *& est communis opinio, vt dicit Barbos. de Canon. & dignit. cap.* 21. 2 *num.* 6. illi enim tantùm dicuntur fructus qui liberè, & etiam in absentia percipiuntur *Mohed. decis.* 182. *Rot. decis.* 330. *nu.* 6. *par.* 1. *Diuers. Garc. de benef. par.* 5. *cap.* 3. *nu.* 266. *Put. dec.* 464. *num.* 2. *& 3. lib.* 2. *Beltram. ad Greg. decis.* 540. *nu.* 7. veniunt tamen appellatione emolumentorum, cum sint vtilitates prouenientes ex canonicatibus, seu portionibus *Surd. cons.* 162. *n.* 3. *lib.* 2. *Boer. decis.* 224. *n.* 6. *Gratian.* 3 *discept.* 867. *num.* 31. vnde non cõputantur in valore beneficiorum *Rot. d. decis.* 33. *de sent. & re iud. & decis.* 39. *de Præb. in antiq. Put. dec.* 464. *nu.* 1. *lib.* 2. *Greg. dec:* 540. *n.* 2. *& 5.* neque computantur in congruam *Rebuff. in tract. de Congr. port. q.* 8. *num.* 83. *& 86. Rot. dec.* 5. *n.* 4. *p.* 2. *Diuers.* & ideò satis est, quod 7 valor exprimatur Papę secundùm æstimationem eorum redituum, qui absque quotidianis distributionibus ex eodem beneficio percipiuntur *Couar. lib.* 3. *var. cap.* 13. 4 *num.* 1. Vnde Canonicatus Toletani exprimuntur in 24. *vt notat Rota in decis.* 140. *par.* 3. *Diuers.* licèt cum distributionibus quotidianis sint valoris mille ducatorũ *Put. dec.* 375. *num.* 8. *lib.* 2.

5 Hinc infertur 1. quod pensio constituta super fructibus non censetur imposita super distributionibus, cum illorum appellatione non veniant, & habeant diuersam naturam à fructibus *Couar. lib.* 3. *var. cap.* 13. *nu.* 1. dummodò totum emolumentum beneficij non consistat in distributionibus quotidianis: tunc enim censetur constituta super distributionibus, nè actus reddatur eluforius *Gratian. discept.* 166. *num.* 27.

6 Infertur 2. quod in sententia condemnatoria fructuum non veniunt distributiones quotidianæ *Boer. decis.* 340. *num.* 4. hoc tamen intellige, quando distributiones non fuerunt à reo perceptæ, secus si fuerunt perceptæ: quia tunc veniunt in sententia condemnatoria fructuum *Rot. decis.* 618. *n.* 1. *& 2. par.* 1. *Diuers. Put. decis.* 239. *& 383. in fi. lib.* 1. *Martin. Andr. decis.* 76. *num.* 5. *Ricc. in Collect. dec.* 125. *par.* 1. æquum enim non est, vt reus distributiones, quas percepit, retineat, nè ex facto suo, & culpa locupletior fiat *Put. dec.* 383. *in fin. lib.* 1. *Rot. decis.* 618. *num.* 1. *& seq. p.* 1. *Diuers.*

7 Idem dicendum est in distributionibus, quę non actu distribuũtur, sed in fine mensis, semestris,

vel anni diuiduntur, quia licèt huiusmodi distributiones dentur residentibus, & alicui horæ interessentibus, non tamen dicuntur veræ, & propriæ distributiones, & ideò succedunt loco prębendæ, & sub nomine fructuum comprehẽduntur: vnde etiam veniunt in sententia condemnatoria fructuũ *secundùm Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 400. & par. 2. res. 70 & in collect. decis. 2437. par. 6. vbi citat Verall. par. 2. decis. 29. Monet. in tract. de distribut. quotid. q. 22. Rub. cons. 14. vol. 1. & alios, quibus adde Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 9. vers. ad extremum.*

8 Obserua tamen, quod reus condẽnatus in fructibus de stilo Romanæ curię tenetur ad distributiones etiam non perceptas, si is, qui sententiam obtinuit, in actis protestatus fuerit contra possessorem beneficij, quod resideat & sic participet de distributionibus interessendo diuinis, aut possessionem Canonicatus, seu prębendæ dimittat *Rot. decis. 1170. num. 4. par 3. Diuers.* quę quidem protestatio fieri debet principali, non autem procuratori etiam speciali: item in hac protestatione debet exprimi, quod protestans est paratus residere, & interesse diuinis protestando non simpliciter de fructibus, sed etiam de distributionibus, alias sine istis requisitis condemnatio in fructibus non comprehenderet distributiones quotidianas *Put. decis. 239. & decis. 383. num. 7. lib. 1. Gratian. discept. 166. num. 24. & 25. vbi alia decisiones allegantur.* nulla etiam esset hæc protestatio, si fieret à procuratore non habente speciale mandatum *Rot. decis. 618. par. 1. Diuers.*

9 Verum hæc protestatio non requiritur, quando Capitulum iniustè impediret, nè prouisus residеat, aut diuinis interśit: aut si intrusus prętet impedimentum exequutioni litterarum de capiẽda possessione ad fauorem prouisi Apostolici: tunc enim tam capitulum, quam intrusus semper tenentur non solum ad fructus, sed etiam ad distributiones *Calderin. cons. 17. de Præb. Seraphin. decis. 1098. num. 5. & decis. 1131. num. 7. Gonz. ad reg. 8 in Prohem. §. 7. nu. 161. in fin. Put. decis. 383. lib. 1. Gratian. discept. 591. num. 41. & seq.*

10 Adde, quod si Capitulum propter absentiam, vel obitum Canonici iure accrescendi recepit fructus vel distributiones, super quibus erat pensio imposita, tenetur pro rata fructuum perceptorum pensionem soluere *Quarant. in ver. distributiones quotidianæ in fin. Garc. de Benefic. par. 1. c. 5. num. 225. Rot. in Burgen. pensionis 29. Augusti 1591. & in Colimbrien. 28. Ianuarij 1605. coram Cardin. Millino, & in Romana pensionis 4. Iunij 1593. corã Litta Cresient. decis. 3. de solut. & alij plures apud Bonacin. in tr. de Hor. canon. disp. 2. q. 6. pun. 3. num. 9. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 381.* & ratio est, tum quia tales fructus, seu distributiones sunt obligatę, & hypothecatæ pro solutione pensionis: tum quia imposita pensione super distributionibus, capitulo nõ

plus

plus potest accrescere, quam lucraretur ipse Canonicus interessendo; Canonicus autem non sibi lucraretur distributiones pensioni respondentes: tum etiam quia licèt pensio imponatur super distributionibus, quę non acquirũtur à Titulari ante præstitum seruitium, tamen intentio Papę est grauare ab initio in fauorem pẽsionarij non solum illas distributiones, quę acquiruntur Titulari post seruitium, sed etiam eas, quæ sunt destinatæ Canonicatui, quas Titularis residendo, & in seruiendo acquisiuisset *Bonacin. loco cit. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. num. 176. vbi etiam refert ità declarasse Clementem VIII.*

11 Infertur 3. posse beneficiatum de huiusmodi distributionibus, sicut de alijs bonis quasi patrimonialibus suo arbitrio etiam per vltimam voluntatem disponere: quia traduntur ob ministerium personale tamquam merces operis, & stipendium laboris *Sylu. in ver. Clericus. 4. num. 3. & alij plures apud Barbos. de canon. & dignit. cap. 21. num. 32. & hanc esse 13 regis communem dicit Clar. in §. testamentum vers. vlt.* etiamsi totus Canonicatus in quotidianis distributionibus consistat *Bonac. in tract. de obligat. Beneficiar. disp. 4. pun. 2. num. 18.* quemadmodum iuxta suę voluntatis nutum impendere, & distrahere potest fructus beneficij necessarios ad congruam substentationem; quia cum huiusmodi fructus ei ad suũ victum dentur, dati censeri debent cum facultate plena disponendi de illis *S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7. Nau. de Redit. eccles. q. 1. mon. 26.*

12 Infertur 4. quod etsi quis absit ex causa legitima, ex qua de iure potest lucrari fructus, non tamen illi debentur distributiones, exceptis casibus in iure expressis *Couar. lib. 3. var. cap. 13. num. 8.* Vnde absens causa studij, vel legens in publica vniuersitate percipere distributiones non potest, licèt percipiat fructus *c. licet de Præb. & censuit Sac. Congreg. apud Farinac. decis. 173. par. 4. Diuers.* idem que de Canonicis inseruientibus Papæ, Cardinali Legato, aut Episcopo etiam visitanti dicunt Doctores *in cap. de cætero cap. cũ dilectus: & cap. ad audientiam de Cler. non resid. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 12. num. 4. Bonacin. in tr. de Hon. Canon. disp. 2. q. 5. pun. 3. §. 1. & 2. Riccius in Prax. par. 1. res. 403. in notab. latè Barbos. d. par. 3. alleg. 53. num. 143. & 154.* vbi idem dicit de absentibus per tres menses à Concilio Tridentino permissos, *et ità etiam censuit Sacr. Congr. Concilij apud Farinac. decis. 162. par. 4. Diuers.* nisi fructus omnes in distributionibus consisterent: tunc enim lucrantur in dictis casibus etiam distributiones demptatertia parte, quæ inseruientibus accrescit: licèt non possint vllo modo percipere eas distributiones, quę Missis, aut defunctorum Anniuersarijs sunt applicatæ *capit. olim de verb. sign. glos. in cap. licet de Prębend. Barbos. de Canon. & dignit. cap. 21. num. 31. & de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 53. num. 124. & 142. Bonacin. vbi supra §. 2. n. 4.*

Prosp.

Prosp. de Auguſt. ad Quarant. in ver. Reſidentia in princip. & alij communiter, atque ita declarauſſe Sac. Congregationem refert Ricc. in Prax. for. eccleſ. par. 1. reſ. 396. Piaſec. in Prax. epiſc. par. 2. cap. 3. nu. 9. verſ. ad extremum Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 112. & ſeq.

14 Addit Quarant. *in ver. Reſidentia verſ. quod autem*, Clericum abſentem ex cauſa ſtudij, alioſque Priuilegiatos poſſe tuta conſcientia percipere illas diſtributiones impropriè dictas, nempè cenſus, & fructus, ſeu decimas, vel alios reditus decimarum loco aſſignatos eccleſiæ, qui in fine anni diſtribuuntur, *& ità deciſum refert Ricc. in Prax. for. eccleſ. par. 2. reſ. 70.*

15 Dixi, exceptis caſibus in iure expreſſis, quia iura in multis caſibus propter legitimas cauſas nō ſolum fructus, ſed etiam diſtributiones abſenti conceſſerunt: & primò in caſu infirmitatis *iuxta cap. vn. de cler. non reſid. in 6.* etiam ſi infirmitas ex propria culpa prouenerit, dummodò ante infirmitatem intereſſe conſueuerit, alias non cenſeretur abeſſe ob infirmitatem, quia morbus in tali caſu per accidens ſe haberet ad abſentiam *Bonacin. in Tract. de Hor. Canon. diſp. 2. q. 3. pun. 1. n. 10. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. all. 53. num. 166. & ſeq. Piaſec. loco cit. n. 9. verſ. Infirmus. Couar. var. lib. 3. cap. 13. num. 8.* Senes etiam, qui nō poſſunt commodè perſonaliter eccleſiæ deſeruire, lucrātur diſtributiones, ſi alias reſidere ſoliti erant, quia ſenectus morbo comparatur *Hoied. de Incompat. Benef. par. 1. cap. 17. numer. 17. Menoch. de Arbitr. caſ. 60. nu. 10. Monet. p. 2. q. 7. & alij apud Barboſ. d. p. 3. all. 53. num. 164.* vbi etiā dicit, quod hoc iudicis arbitrio relinquitur. Vnde permitti poſſe conſuetudinem, qua Beneficiarij ſenio confecti, veluti ſeptuagenarij, diſtributiones acquirant in abſentia, dicit Bonacin. *de Hor. Canon. diſp. 2. q. 5. pun. 6. n. 16. Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 23. num. 13. & alij.*

16 Secundò in caſu iuſtæ, & rationabilis corporis neceſſitatis *d. c. vn. de cler. non reſid. in 6.* hęc autē neceſſitas comprehendit omne aliud iuſtum impedimētum, propter quod nō poteſt muneri ſuo ſatisfacere: vnde ſi iniuſtè carceratus, aut excommunicatus, vel ſuſpenſus deinde abſoluatur, recuperat omnia, quæ amiſit tempore abſentiæ vna cum diſtributionibus quotidianis *iuxta cap. ſuper cauſa 2. q. 5. late Nau. conſ. 11. de Cler. non reſid. Monet. de Diſtribut. quotid. par. 2. q. 5. num. 80. & 81. Gonz. ad reg. 8. glo. 5. §. 9. n. 15. & 118. Garc. de Benef. par. 3. c. 1. num. 363. Couar. var. lib. 3. cap. 13. num. 8. Gratian. diſcept. 806. nu. 13.* quod intellige, ſi eo tempore, quo excommunicatio, vel ſuſpēſio iniuſta in eum lata fuit, præſens erat in loco ſui beneficij, ſolitusque erat diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis intereſſe *ſecundum Doctores, quos refert, & ſequit. Barboſ. d. par. 3. all. 53. num. 174. Couar. loco cit. num. 8.*

Dicitur

Dicitur autem iniustè carceratus ad hunc effectum etiamsi captus fuerit præcedentibus indicijs sufficientibus: immò etiamsi tortus fuerit ob indicia, dummodò postea absoluatur, vel ex defectu probationis, vel alias dictante iustitia, *vt est casus in d. capit. super causa Nau. d. cons. 13. de Cler. non resid. Vulp. in Prax. for. eccles. c. 13. n. 25.* secus esset, si iustè captus, aut excõmunicatus, vel suspẽsus fuerit, licèt deinde relaxetur, vel ab excõmunicatione, seu suspensione absoluatur *Verall. decis. 66. lib. 1. Seraph. decis. 1164. nu. 3.*

17 Sed quæres, à quibus sint repetendæ distributiones, postquam constiterit de iniusta captura, seu excommunicatione? Resp. quod repetendæ sunt à Canonicis, qui eas perceperũt *Garc. de Benef. p. 7. cap. 13. num. 120. & seq. Barbos. d. all. 53. nu. 174. Bonacin. in tract. de Hor. canon. disp. 2. q. 5. pun. 2. §. 2. n. 5.* vbi etiã dicit, quod in subsidium datur actio contra Iudicem iniustè excommunicantem *per tex. in cap. vlt. de Iniur.*

18 Tertiò in casu euidentis ecclesiæ vtilitatis, *vt in eod. cap. vn. de Cler. non resid. in 6.* qua de causa secundùm infrascriptos Doctores distributiones lucrantur Inquisitores hæreticæ prauitatis, & subcollectores Cameræ apostolicæ *ex constitutionibus Pauli III. Pij Quinti, ac Sixti V. quas refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. num. 156. & 157.* quamuis huiusmodi officia à residentia parochialis Ecclesiæ minimè excusent, *vt decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 403. Barbos. loco cit. d. all. 53. numer. 87. & 156. vbi citat. Gonzal. Ceuall. & alios, quibus adde Quarant. in ver. Residentia vers. item Inquisitionis.*

19 Secundò absentes, vt tueantur iura beneficij; quia tunc etiam dicuntur abesse in vtilitate propriæ ecclesiæ secundùm communiorem Doctorum sententiam: secus esset si absint, vt ius suum contra alterum prosequantur: tunc enim non lucrantur distributiones, quia parum ecclesiæ referre videtur, vt hic potius, quã alter beneficium obtineat *Bonacin. d. tract. de Hor. Canon. disp. 2. q. 5. pun. 3. §. 3. num. 2.*

20 Tertiò Adiuncti, seu duo Canonici à Capitulo electi initio anni, de quorum consilio, & assensu Episcopus in causis capitularium procedere tenetur iuxta formam Concilij Tridentini *sess. 25. de ref. cap. 6.* si hac de causa sine fraude tẽpore diuinorum officiorum eos abesse contigerit, lucrantur distributiones quotidianas tamquam absentes propter ecclesiæ vtilitatem ex officio sibi iniuncto *Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 28. num. 10. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 597. vbi citat. Monet. de Distribut. quotid. p. 2. q. 8. num. 19.*

21 An verò Vicarius Capituli ex Canonicorum numero electus lucretur distributiones, si à choro absit causa officij sui exercendi? negatiuè respondet *Quarant. in ver. Capitulum sede vacante n. 8. in fin. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap.*

cap:3.num.8:Vulp.in Prax.iudic. cap.13.num.16:vbi citat.Monet.de Distribut.quotid.par.2:q.11.n.83. quem sequitur etiam Barbos. de offic.& pot.Episc.par.3.all.54. numer.165. sed contrarium, videlicet quod Canonicus Cathedralis ecclesię electus in Vicarium Capituli, seù Visitatorem percipiat distributiones in absentia, tenet Cened. *qq. canon. q. 1.nu.72. Garc.de Benef.par.3.cap.2.n.358. & alij, quos refert, & sequitur Dian.par.8.tr.4.res.67.* quia cum de iure succedant qui sunt de Capitulo, in ijs officijs consequũtur quod eis competit.

22 Quartò Examinatores à Synodo deputati, qui causa examinis à choro absunt, eo tempore distributiones non amittunt *Vulp. in Prax.Iudic.cap.13.num.30.vbi refert,ita Sac.Congregationem declarasse.* Hoc tamen alij Doctores intelligunt, si adsit speciale priuilegium, aut statutum Capituli, vel ecclesiæ propriæ consuetudo legitimè præscripta, *ità Monet.Garc.Homobon. & alij apud Barbos.d par.3.all.53.n.161.*

23 Quintò Visitantes ecclesiam iura, vel reditus suæ præbendæ lucrantur similiter distributiones quotidianas: quia ità seruiunt ecclesiæ in re vtili, *vt alijs relatis tenet Barbos. d. all. 53.numer.126.*

24 Sextò. Canonici assistentes Episcopo Pontificalia exercenti etiã in alia ecclesia, quam Cathedrali, nõ autem extra Ciuitatem *secundùm Vulp.d.cap.13.numer. 6.* vbi etiam ex decreto Sac:Congregationis resoluit, quod non tenentur assistere Episcopo priuatim celebranti. Vnde Canonici associantes Episcopum, dum Missam extra propriam ipsorum Canonicorum ecclesiã auditurus est, distributiones non acquirunt, *vt d.Piasec.in Prax. Episc.par.2. capit.3.numer. 8. vbi refert, ità Sacr. Congregationem censuisse Bonaccin.de Hor.Canon.disp. 2. q. 5.pun.3.§.2.num.2.*

25 Addit Barbos. *de Canon. & Dignit.cap.23. num.16.* quod valeret consuetudo, vt Canonici recedentes à choro, dum diuina officia celebrantur, lucrentur distributiones, si id fieri contingat ob missas celebrandas, vel sacramẽtales confessiones audiendas; idẽ dicendum, si Canonicus dimisso choro de mandato superioris Missam celebret, vel confessiones audiat, aut alia sacramenta ministret: tunc enim lucratur etiam distributiones etiamsi nulla adesset consuetudo, *vt censuit Sacr. Congr.teste Piasec.in Prax:Episc. d:par:2.cap:3:nu.8:Barbos. de Canon.& Dignit.cap125.num.12: & de offic:epis:par.3:all:53:num:134* secus esset cessante cõsuetudine, vel iussu Superioris: quia tunc distributiones amitteret, etiamsi id faceret ex eiusdem superioris permissu *Felin:in c:cũ olim:nu:3: vers:limita hæc de sent: & re iud: post Feder:ab eo allegatum in cõs. 220.& declarauit etiam Sac.Congregatio,vt refert.Gratian:discept. 298:num:21:*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus nõ potest de fructibus ecclesiasticis, neque de acquisitis intuitu beneficiorum testari.*

2 *An beneficiatus vanè, ac malè cõsumens fructus beneficij teneatur ad restitutionem.*

3 *Præsumitur, Clericum acquisiuisse bona intuitu, seu contemplatione ecclesiæ, quando post adeptum beneficium quæsita sũt.*

4 *Limitatur hæc conclusio, si constet de tenuitate beneficij, ac de bonis, & diuitijs propriis ipsius Clerici.*

5 *Episcopus Monachus per Episcopatum non eximitur à paupertatis voto.*

6 *Ad Hæredes Clerici pertinent ea, quæ Clericus tempore promotionis habebat:*

7 *Clericus potest testari de fructibus beneficij, ac de bonis ex fructibus huiusmodi acquisitis, vbi adest talis consuetudo.*

8 *Talis consuetudo quoad Episcopos reprobatur.*

9 *Clericus de mobilibus intuitu beneficij quæsitis ratione eleemosinæ inter viuos moderatas facere potest donationes, etiamsi in ægritudine sit constitutus:*

10 *Quando Clerici fratribus, aut alijs consanguineis licitè donare possint:*

11 *Clericus, vel Prælatus dum prospera vtitur valetudine, liberè potest de Beneficij fructibus disponere.*

12 *Episcopus regularis facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus, quam secularis.*

13 *Beneficiatus vel Episcopus potest testari tam de bonis patrimonialibus, quam de alijs acquisitis ex hæreditate, donatione, artificio, industria, & doctrina &c.*

14 *Hoc tamen fallit in Episcopo Regulari.*

15 *Licentia testandi concessa Episcopo Regulari intelligitur ad pias causas, non ad prophanas*

16 *Beneficiarius testari potest de acquisitis ex fructibus beneficij, quos parcius viuendo seruauit.*

17 *An Beneficiatus, qui de rebus suis patrimonialibus aliquid erogauit in pauperes, vel in vtilitatem ecclesiæ, possit tantumdem ex testamento cui voluerit, relinquere ex reditibus ecclesiasticis.*

18 *An Clericus non habens administrationẽ possit de fructibus sui beneficij liberè testari.*

19 *An licentia testandi à Papa Prælatis concessa, morte Pontificis expiret.*

20 *An testamentum factum sine licentia conualidetur ex superuenienti facultate testandi.*

CAP. XVII.

Vtrum beneficiarius testari possit de bonis acquisitis ex fructibus beneficij.

1 DE iure communi neq; Episcopus, neque quilibet alius Beneficiarius testari potest de acquisitis intuitu beneficiorũ, siue sint mobilia, siue immobilia; sed ea ad ecclesiam spectant: siue ad Successorem in beneficio, vel Capitulum, si ex capitulari mensa fructus percipiebat, vt Canonicus, *cap. Episcopi 12. q. 1. cap. cum in officijs cap. quia nos c. relatum 12. de Testam. clem. statutum de elect. Nauar. de Redit. eccles. q. 3. Monit. 4. nu. 2.* vbi etiam dicit, quod neque potest Beneficiarius de reditibus, siue fructibus ecclesiasticis testari *Clar. in §. testamentum q. 27. vers. tertio dixi Sylvest. ver. Clericus 4. n 13. & alij, quos refert, & sequitur Garc. de Benef. par. 2. cap. 1. num. 8.* si verò Clericus, qui acquisiuit, habebat plura beneficia, tunc ea bona taliter acquisita debent diuidi inter ecclesias, in quibus sunt fundata dicta beneficia, *vt in d. cap. relatum de testam. & hãc esse communem dicit Bellett: Disq. Cleric. tit. de Bonis Cleric. §. 2. n. 6.*

Huius rei alij rationem assignant, quia Beneficiarij non sunt Domini, sed tantum administratores rerum ecclesiæ, *vt dicunt Doctores apud Bellett. loco cit. n. 5.* sed verior est contraria opinio; quod enim Beneficiati (exceptis Monachis) habeant dominium fructuum suorum beneficiorum, supponitur *in cap. vn. ibi, dominiũ non acquirant De Cler. non resid. in 6. & in Concilio Trident. sess. 24. de ref. cap. 12. vers. præterea obtinentibus, ibi, quos ratione etiã præbendæ, ac residentiæ fecit suos & vers. prouisi autem, ibi, fructus non faciant suos, & sess. 23: de ref. cap. 1. vers. si quis autem, ibi, tunc pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, vt etiam obseruat Garc. d. par. 2. cap. 1. nu. 5. & dixit Rota coram Gregor. XV. dec. 401. num. 1. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 114. nu. 4.* Vnde beneficiarius vanè, ac malè consumens fructus beneficij non tenetur ad restitutionem, quamuis peccet mortaliter, non quidem contra iustitiam, sed contra charitatem, seu misericordiam, si in notabili quantitate id faceret, seu excessus esset magnus, *vt post S. Tho. Caiet. Sot. & alios resoluit Garc. loco cit. num. 6. Bellett. d. tit. de Bon. Cleric. §. 12. nu. 1. & tenet etiam Sylu. ver. Clericus 4. num. 15 Graf. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 17.* tota ergo ratio, quare Episcopi, & Clerici de acquisitis intuitu suorum beneficiorum testari non possunt, in eo consistit, quia à lege canonica prohibentur, *vt dicit Barbos. d. alleg. 114. nu. 5.*

2

3 Præsumitur autem in dubio, talia bona quæsita fuisse intuitu, seu contemplatione ecclesiæ, quando post clericatum, seu post adeptum beneficium, vel dignitatem

tatem quęsita sunt *Clar. §. testamentum d.q.27.vers. sed quid glos. & Doctores in cap.1. de pecul. Cleric.* præsertim in persona religiosa, & paupertatem profitentę *Greg.XV. decis.87.num.11. & 12.* etiamsi beneficiatus dixisset, se ex bonis proprijs quæsiuisse *Ric. in Prax.for.eccles.par.3.resol.25.* & ideò hæredes Episcopi seu Beneficiarij probare debent, bona sibi relicta ex patrimonio, alioue titulo, quam ab ecclesia, obuenisse *glos.in d.cap.1.de Pecul.Cleric. & communem dicit Graff.decis.casuũ conscient.par.1.lib.2.cap.100.n.34.*

4 hoc tamen procedit, quando Clericus alia bona non habebat, quam ecclesię *d. cap.1: vbi etiam Barbos.num.2.de Pecul.Cleric.c.1. 12.q.3.* vel si ecclesia erat opulenta, industria verò personæ, & patrimonium tenue *Rodoan. de spol.ecclesiast.q.15.num.22. quem refert Barbos.loco cit.num.14.* si verò constet de tenuitate beneficij, & de bonis, ac diuitijs proprijs Clerici, bona, quę reperta fuerint, potius presumi debent quæsita ex bonis Clerici, quam ecclesiæ *d.c relatum de Testam.Abb.Innoc.Couar. Roman. & alij apud Bellett. d.tit.de bon.Cleric.§.6.num.8. vbi etiam refert, ità resoluisse Rotam decis.582.num:7 & 10.p.3.Diuers.* & ideò cautius agerent Clerici, si eo tempore, quo promouentur, facerent inuentarium, *vt monet Graff.par.1.lib.2.cap.100.num.35.* Vnde si fructus beneficiorum, aut pensiones 30.ducatorum auri de camera valorem annuum non excedant, bona post obitum beneficiarij relicta præsumuntur acquisita ratione ordinis clericalis, officij ecclesiastici, aut alterius legitimi exercitij, quia ex similibus beneficijs, & reditibus vix potest quis propter eorum tenuitatem substentari; & ideò hæc præsumptio in iure, & maiori verisimilitudine fundata contrariam præsumptionem excludit, *vt ex constit.Pij V. colligit Riccius in Prax. for.eccles.par.3. resol.* 427. Si verò ecclesia, & patrimonium, & industria personę, quę hoc casu Patrimonio æquiparatur, erat sufficiens ad acquirendum, secundùm plus, & minus erit facienda diuisionis, & præsumptionis consideratio *Clar.in §. testamentum q. 27.vers. sed quid*, vbi dicit quod in tali casu presumitur, Clericum acquisiuisse secundum quod magis est verisimile *Barbos.p.3.d. all. 114.num.14.*

5 Et hæc à fortiori procedunt in Episc. monacho: quia per Episcopatum non eximitur à paupertatis voto *secundum probabiliorem S.Thomæ, & aliorum opinionem, quos fusè recenset idem Barbos. vbi supra num.19.contra Sot. Vasq. & alios apud Dian.par.3.tract.2.resol. 50. & par.5.tract.2.resol.64.* & ratio est, quia vota à talibus Episcopis in religione emissa non laxantur, neque limitantur, nisi quatenus obstant muneri Episcopali tamquam maiori bono: muneri autẽ Episcopali non obstat paupertatis votum, dummodò tales Episcopi habeãt liberam administrationem omnium bonorum ecclesiasticorum, vt ea in quoslibet v-

sus decentes expendant *S. Th. 2. 2. q. 185. ar. 8. in corp.*

6 Quare ad hęredes pertinēt ea, quæ Clericus tempore promotionis habebat, sicut & credita adhuc non exacta spectantia ad eūdem Clericum ratione proprij patrimonij; secus si ad eum spectant ratione ecclesiæ, vel sumus in dubio: quia tunc erunt ecclesiæ *Graff. decis. par. 2. lib. 2. c. 100. numer. 35.*

7 Supradicta autem conclusio à Doctoribus communiter limitatur, si adsit consuetudo in contrarium, qualis adest in Hispania, & in tota Gallia quoad Clericos Episcopis inferiores: tunc enim Beneficiarius potest testari de fructibus beneficiorum, seu de bonis ex fructibus huiusmodi acquisitis, dummodò talia bona comparata non sint sub nomine, & ad opus ecclesię *cap. præsenti de off. ordin. in 6. Sylu. in ver. Clericus 4. n. 2. Graff. par. 1. lib. 2. cap. 100. nu. 30. Garc. de benef. par. 2. cap. 1. num. 11. & 12. vbi etiam refert, huiusmodi consuetudinem fuisse approbatam per Rot. in vna Palentina fructuum Archipresbyteratus de Portillo 26 Februarij 1580. coram Lācelletto Sarm. de Redit. eccles. par. 4. cap. 1. num. 8. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 10. num. 56. Gutier. pract. lib. 2. quæst. 114. Mart. de iurisd. p. 4. cas. 24. num. 21. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. par. 3. all. 114. num. 6.* quod de rebus mobilibus intelligit *Pan. apud. Sylu. in ver. Clericus 4. quæst. 3. vers. secundo Bellett. tit. de Bon. Cleric. §. 5. num. 1.* Episcopi verò secundum

8 consuetudinem hodiernam testari non possunt, quia quoad Episcopos contraria consuetudo reprobatur *in d. Clem. Statutum de elect. vt aduertit Barbos. loco citato numero 8.*

9 Limitatur 2. vt possit Clericus de mobilibus intuitu beneficij acquisitis non ratione testamenti, seu legati, sed ratione eleemosinę inter viuos moderatas facere donationes etiamsi sit in ægritudine constitutus *cap. ad hæc de testam. Sylu. ver. Clericus 4. quæst. 3. vers. quarto Bellett. loco cit. num. 9. Nau. de Redit. eccl. q. 1. mon. 34.* Vnde etiam tempore infirmitatis mobilia huiusmodi donare potest pauperibus, & religiosis locis, & illis, qui sibi seruierant, siue consanguinei sint, siue alij iuxta seruitij meritum, *vt in cap. relatum 12. de testam. glos. in d. cap. ad hæc ver. non possunt Graff. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 26.* vbi dicit, quod etiam consanguineo diuiti potest aliquid donare ratione seruitij, scilicet quantum satis est ad satisfaciendum obsequijs, & muneribus acceptis *Bellett. loco cit. d. §. 5.* vbi etiam obseruat, quod beneficiatus, dum viuit, ea, quę donat, tradere debet: nec potest super illis reseruare sibi vsumfructum, alias huiusmodi donationes nullæ, ac irritæ essent *ex decreto Clementis VIII. quod refert Greg. d. decis. 401. num. 17.*

10 Eadem ratione titulo donationis possunt Clerici fratribus, aut alijs consanguineis pauperibus licitè donare, si eorumdem fratrū, vel consanguineorum industria,

&

& expensis in scholis aliti fuerint ad addiscendum, donec ordinem sacerdotalem susciperent: quia ad antidora sunt obligati, & donant ad extinctionem debiti precedentis *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3: res. 427.*

Non tamen poterit Beneficiarius, siue Episcopus in ægritudine constitutus immoderatè donare, *vt d. glos. communiter recepta in cap. præsenti ver. reseruari de offic. ord. in 6.* neque alio respectu, quam eleemosinæ, siue remunerationis: *vt in d. cap. relatum vers. licet, & d. cap. ad hæc:* si enim immoderatas faceret donationes, in fraudem legis prohibentis testamentum, id facere censetur, *vt post Abb. Anchar. & alios dicit Barbos. d. par. 3: alleg: 114: num. 35. vbi refert, ità resoluisse Rotam in Arboren. spolij 17. Iunij 1624: coram Manzanedo.* dum verò prospera
11 vtitur valetudine, potest etiam immoderatè, & in prophanos vsus saltem in exteriori foro donare, quamuis in tali casu peccaret, *vt tradunt Doctores apud Barbos. loco cit: nu. 23: & 33.* vbi etiam dicit, quod potest Prælatus in sanitate primogenituram instituere: quia talis institutio habet vim irreuocabilis donationis. Vnde Episcopus potest dotare suam cõsanguineam ex fructibus ecclesiæ, vel ex bonis per ipsum emptis, quãdo apparet, Episcopum in cõtractu emptionis noluisse ecclesiæ sed potius alteri acquirere *Greg. d. decis. 401: num. 10.* nam alias bona empta per Prælatum ex fructibus ecclesiæ ipso iure transeunt in ipsius ecclesiæ dominium *cap. 1: de testam. cap inquirendum de Pecul. Cleric. vbi glos. ver. comparuit, & alij apud Barbos. d. all. 114. num. 17.*

12 Atque hæc locum habent etiã in Episcopo regulari, qui similiter facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus, quam sæcularis *Nauar. de Redit. eccles. quæst. 1. mon. 33. nu. 1. Dian. par. 5. tract. 2. resol. 64: vers. notandum. Greg. d. decis. 401. num. 7. & seq:* Vnde potest regularis Episcopus tuta conscientia instituere etiã maioratum, saltem de fructibus, qui iuxta dignitatem suam erant necessarij ad suę familię substentationem, quos parcius viuendo consumere noluit *Nau. de redit. eccles. quæst: 1: mon. 33. Barbos. d. all. 114. numero 23.*

13 Tertiò limitatur vt possit beneficiatus, siue Episcopus testari tam de bonis patrimonialibus, quam de alijs acquisitis ex hæreditate, donatione, seu legato, artificio, industria, vel doctrina *cap. relatũ 12. vers. cæterum de Testam. c. sint manifestæ 12. q. 1. cap. fixum ead. q. 5. S. Th. 2. 2. quæst. 185. ar. 7. in corp: Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 100. nu. 29. Clar. §. testamentum q. 27. vers. sed quid, & alij communiter:* quod potest Clericus facere, etiamsi esset in potestate parentum, dummodò illis legitima portio reseruetur *Sylu. ver. Clericus 4. num. 2. & 10. Bellett. tit. vlt. §. 7. vbi nu. 6.* dicit quod non infirmatur testamentum Clerici præteritione parentum.

Idem dicendum est de ijs, quæ

Cle-

Clerici acquirunt, seu lucrãtur ex distributionibus quotidianis suorum canonicatuum interessendo diuinis officijs, vel prędicando, confessiones audiendo, missas celebrando, mortuos sepeliendo, sacramenta administrãdo, Vicariatus officium exercendo, sententias proferendo in causis coram se vertentibus, publicè, vel priuatim litteras docendo, ac alijs laborioſis actibus: hæc enim habẽtur tãquã bona patrimonialia, & vti talia ad hæredes transeunt, liberèque de illis disponere possunt *Clar.loco cit.vers. quinto dixi Bellett.tit.de bon.Cleric.§.6.nu.17. Graff.vbi supra Nau. de redit.eccles.q.1.mon.19.nu.2.Ricc.in Prax. for.eccles.par.3.res.427.& alij apud Barbos.d.all.114.num.10.*

14 Hoc tamen fallit in Episcopo regulari, qui paternam hęreditatem, & quidquid aliud vndecũq; etiam ex causa donationis, & intuitu personę, vel ex labore, & industria post Episcopatum acquirit, acquirit suæ ecclesię cum sola administratione *cap.statutum 18.quæst.1.Lel.Zech.de Rep. eccles. tit.de regular.cap. 3.num.14. Gratian.discept.Forens.cap. 363.n.25. tom.2.Hyeron.Roderic.in Compẽd. quæst. regul. resol. 135.num.5. Lezan.in sum.qq. regular.cap.17.nu. 5. & alij plures apud Barbos.d.p.3. all.114. num.20. & 28.& 29.*vbi etiam addit, quod à tempore confirmationis pontificiæ incipit ecclesiæ acquirere; & ratio est, quia Episcopo regulari cõmittitur sola rerum ecclesiasticarum dispensatio, quę morte finitur: non enim soluitur paupertatis voto, vt supra diximus *cum S.Tho. 2.2. quæst.185:ar. 8:in corp. & in resp. ad 3.* dixi, post Episcopatum, quia quod ante consecrationẽ habuit, monasterio, non autem ecclesiæ acquirit, *vt in d:cap.statutum 18. quæst. 1.* Vnde si ex concessione Papę testamentum faciat, non intelligitur ex proprio facere testamentum, sed Apostolica auctoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ dispensationis, vt eius dispẽsatio possit valere post mortem, *vt d: S.Thom.vbi supra ar. 8.ad 3.in fin.* licentia autem testandi concessa eo casu à sede Apostolica intelligitur ad pias causas, non ad prophanas, licèt in concessione dicatur, ad quoscunq; vsus, si non exprimatur, etiam ad prophanos *Nauar.de Redit.eccles.quæst.3.mon.6.num.1. Barbos. d:alleg.114.num. 23.* & si velit disponere de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, duplex impedimentũ tenetur explicare, vt dispensatio legitima sit; alterum, se esse religiosum: alterum, se esse Episcopum; quamuis secus sit, si vellet de solis patrimonialibus, vel propria industria acquisitis testari: quia huic testandi facultati nõ Episcopalis status, sed solus religiosus obstat, *vt d.idem Barbos. loco cit.num.24.* nec suffragatur obtenta facultas testandi, si deinde non testatur *Ricc.in Prax: for. eccles.par.3.res.427.*

15

16 Quartò limitatur, vt possit beneficiarius testari de acquisitis ex fructibus beneficij, quos parcius viuendo seruauit: quia hæc etiam bo-

bonis patrimonialibus comparantur *Nauar. de Redit. eccles. q. 1. mon. 33. num. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 427. Greg. d. decis. 401. num. 6. contra Garc. de Benefic. par. 2. cap. 1. num. 9.*

17 Quintò limitatur in Beneficiario, qui de rebus suis patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus aliquid pauperibus donauit, aut in ecclesiæ vtilitatem expendit; quia tunc posset tantumdem ex testamento, cui voluerit, relinquere ex reditibus ecclesiasticis: tunc enim æquipollenter, seu virtualiter de reditibus suis patrimonialibus effectui inspecto testatur *cap. si Episcopus 12. q. 5. Sylu. ver. Clericus 4. q. 3. vers. primò. Bellett. tit. de Bon. Cleric. §. 4. num. 1. Graff. decis. casuum Consc. par. 1. lib. 2. cap. 100. n. 31. Nauar. de Redit. eccles. q. 1. mon. 27. num. 5. & q. 3. mon. 4. nu. 3.* sicuti etiam Beneficiarius aliquid donans ecclesiæ inter viuos ex bonis patrimonialibus, potest deinde tantumdem sibi ex bonis ecclesiæ assumere *cap. si quis qualibet 12. q. 2. Nauar. vbi supra q. 3. mon. 6. nu. 3.* vbi hac ratione eos excusat, qui imputant reditibus ecclesiasticis omnia, quæ in eleemosinas expendunt ex bonis suis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus, vt tantumdem, cui velint, sana conscientia relinquere possint. ità etiam si Clericus in expeditione bullarum Episcopatus, vel aliorum beneficiorum, vel in paramentis ecclesiasticis, vel mobilibus in paranda domo ante fructuum beneficiorum perceptionem de proprio aliquam pecuniarum summam erogauerit, loco eorum, quę ecclesiæ acquiruntur, poterit tantumdem tuta conscientia in vita donare *secundùm Graff. par. 1. lib. 2. d. cap. 100. num. 31. Riccium in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 427.*

18 Sextò alij limitãt in Clerico nõ habente administrationem, qui etiam de fructibus sui beneficij collectis, & reconditis liberè testari potest: quia talis tam in vita, quam in morte comparatur vsufructuario quantum ad faciendos fructus suos *glos. in cap. præsenti ver. reseruari de off. ordin. in 6. quam communiter sequuntur Doctores, vt d. Clar. in §. testamẽtum q. 27. vers. quarto videndum, vbi etiã dicit, ità de consuetudine seruari.* dicitur autem quis non habere administrationem, quando non habet beneficium, cui sit assignata dos: & tunc dicitur simpliciter beneficiatus, vt sunt Canonici, & similes, qui non habent præbendam in ecclesia distinctã, sed omnia veniunt in communi, & postea distribuuntur singulariter, *vt post Gemin. d. Sylu. in ver. Cleric. 4. n. 1. & 2. vers. tertio Graf. p. 1. lib. 2. cap. 100. n. 8.* secus esset, si Clericus haberet administrationem, puta si beneficium haberet certam dotem, vel Canonici haberent præbendas distinctas; quamuis enim istis etiã vsufructuario comparentur, hoc tamen verum est, quamdiù viuunt, & sani sunt, & ideò possunt de beneficij fructibus donare, moderate tamen; cùm verò incipiunt infirmari

mari, comparantur vsuario, & ità nihil habent, nisi vsum, *vt d. glos. loco cit. Greg. dec. 401. n. 1*: vnde nequeunt in tali casu de beneficij fructibus testari, *vt dic. Clar. d. §. testamentum q. 27. vers. quarto videndum*: quamuis eleemosinam facere possint *capit. ad hæc de Testam.* verum hanc distinctionē inter Clericum administratorem, & non administratorem in alijs terminis reiecit Rot. *coram Coscin. decis. 376. numer. 1. post Couar. in capit. cum in officijs de Testam.*

19 Quæres, an licentia testandi à Papa Prælatis concessa morte Pontificis expiret? Resp. negatiuè: quia facultas testandi est cōcessio gratiosa *l. vlt. ff. de Constit. Princip. cap. si super gratia 9. de offic. deleg. in 6. Nau. de Redit. eccl. q. 3. mon. 8. Nat. cons. 647. lib. 4. Sāch. de matrim. lib. 8. disp. 28. nu. 82: & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 5. tract. 2. res. 54: Barbos. de offic. & pot. episc. par. 3. all. 114. nu. 25.*

20 An verò testamentum factum sine licentia conualidetur ex superuenienti facultate testandi? Resp. affirmatiuè: sufficit enim, vt hæc facultas adsit tempore mortis, à quo testamētum robur sumit *l. si quis filio §. irritum, vbi Bart. ff. de Iniust. rupt. & irr. test. & ità tenent Doctores apud Dian. par. 8. tr. 3. res. 99.*

SVMMARIVM.

1 *A sententia lata super præcedentia non datur appellatio ex Cōcilio Tridentino.*

2 *An dispositio Concilij procedat quoad confraternitates laicorum.*

3 *An Episcopus innouare possit cōtrouersias huiusmodi iam finitas.*

4 *An huiusmodi controuersiæ dirimendæ sint iuris ordine seruato.*

5 *An per decretum Concilij tollatur appellatio deuolutiua.*

6 *In materia præcedentiæ attenditur consuetudo locorum, vel quasi possessio præcedendi.*

7 *An vnico actu hæc quasi possessio acquiratur.*

8 *Quid si non constet de quasi possessione præcedendi.*

9 *Conuentuales præcedunt Capuccinis, etiamsi Capuccini prius recepti fuerint in Ciuitate, vel alio loco.*

10 *Religiosi non habentes collegium non debent præcedere alijs Religiosis collegialiter viuentibus.*

11 *Inter Regulares in hac materia præcedentiæ seruādum est, quod in Vrbe seruatur.*

12 *Non valet consuetudo præbens locum digniorem inferiori.*

13 *Vicarius Episcopi præcedit Gubernatori, & alijs laicis ministris.*

14 *Canonico prouiso de præbenda præsbyterali debetur locus inter alios præsbyteros supra Diaconos, vel subdiaconos.*

15 *Vicarius Episcopi præcedit Dignitatibus, & Canonicis tam absente, quam præsente Episcopo:*

16 *Prima Dignitas non tenetur petere*

tere licentiam à Canonico Punctatore, quando vult à choro discedere.

17 *Capitulum, & Canonici ecclesiæ Cathedralis præcedunt in omnibus actibus Canonicis Collegiatæ.*

18 *Item in funeralibus præcedunt Parocho, & tunc Capitulum Cathedralis tantum defert crucem.*

19 *Etiam Canonici Collegiatæ Parocho præcedunt.*

20 *Canonici Collegiatæ thurificari debent duplici ductu Thuribuli, Clerici verò Parochialiũ eodem ductu.*

21 *An ratione stolæ Parocho præcedentia debeatur.*

22 *In Propria ecclesia parochus præcedit omnibus etiam in Dignitate constitutis, in ijs, quæ spectant ad officium ipsius Parochi.*

23 *Quando Rector ecclesiæ maioris præcedat Canonicis collegiatæ:*

24 *Præcedentia datur Parochis secundùm prærogatiuã ecclesiarũ.*

25 *Quid seruandum sit, quando defunctus vnius Parochiæ sepelitur in ecclesia alterius Parochiæ.*

26 *An Curatus amouibilis ecclesiæ Cathedralis præcedat proprio Parocho defuncti.*

27 *Si duo eadem die fuerunt ordinati, ille præcedere debet, in quem maiora merita concurrunt.*

28 *Quid si diuerso tempore fuerint ordinati.*

29 *In quo loco sedere debet, qui duo officia sustinet.*

CAP. XVIII.

De Præcedentia.

§. I.

An detur appellatio à sententia lata super præcedentia.

1 REsp. negatiuè *ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regul. cap. 13.* vbi statutum est, vt controuersiæ omnes de præcedentia inter ecclesiasticas personas tam sæculares, quam Regulares in processionibus publicis, aut ijs, quæ fiũt in tumulãdis defunctorum cadaueribus contingentes ab Episcopo appellatione postposita dirimantur.

2 Obseruant autem Doctores, Concilium loco cit. procedere etiam quoad Confraternitates laicorum *Barbos. de offic. & pot. episc. par. 3. all. 78. num. 42. Rice. in Prax. for. eccles. p. 3. res. 144. Vulp. in Prax. iudic. cap. 11. num. 10.*

3 Obseruant 2. decretum Concilij *d. cap. 13.* intelligendum esse de controuersijs pendentibus, non autem finitis, quas Episcopus innouare non potest, *vt censuit Sac. Gongregatio Concilij teste Vulp. in Prax. Iudic. capit. 42. num. 14.*

4 Obseruant 3. quod huiusmodi compositio fieri debet breui manu, summariè, ac de plano, sine strepitu, & figura iudicij, *vt censuit Sac. Congregatio apud Vulp. loco cit.*

5 Obseruant 4. quod licèt in tali casu non detur appellatio quoad effectum suspensiuum, non tamen tollitur appellatio. deuolutiua, in cuius gradu bene datur manutentio possessori *Rota in Colonien. præcedētiæ 9. Iunij 1627 coram Vbaldo, quam refert Barbos. loc. cit. nu. 26.*

6 Obseruant 5. quod in hoc attenditur consuetudo locorum. *Card. Caualer. decis. 588. in fin. Greg. decis. 124. & ibi Beltramin.* vel quasi possessio præcedendi: qui enim in huiusmodi possessiõe reperitur, is tam in processionibus publicis, quam priuatis omni appellatione remota præcedere debet *ex constitutione Greg. XIII. quam refert Quaran. in ver. præcedentia Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 48. Barbos. post 3.*

7 *par. tractatus de offic. & pot. episc. fol. 99.* quę quidem quasi possessio vnico actu acquiritur *Menoch. cõs. 126. n. 6. lib. 2. Ann. alleg. 90. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 569. & par. 3. res. 272.* vbi etiam dicit, quod vltimus actus inspicitur.

8 Si verò non constet de quasi possessione præcedendi, inter fratres quidem mendicantes ijs, qui antiquiores in loco controuersię, inter confratres verò Societatum, seu aliorum locorum piorum ijs, qui prius saccis vsi sunt, præcedentia debetur, *vt in d. constitut. Greg. XIII.* quod etiã est iuri communi conforme: quia in præcedentijs habẽda est ratio antiquitatis temporis, *vt constat ex l. 2. C. de Præs. Præt. lib. 12. ibi, sit igitur sedes prior ante prouectis, locus conspectior, decernendi, loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior.*

9 Notandum tamen est, quod dicta Constitutio Greg. intelligenda est de diuersis Religionibus, non autem de eadem Religione; & ideò Cõuentuales debent præcedere Capuccinis, etiam si Capuccini prius recepti fuerint in Ciuitate, vel alio loco *ità Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 101.*

10 Secundò Notandum est, quod prædicta constitutio intelligi debet de Religiosis antiquioribus habentibus collegium, ad quod tres saltem Monachi requirũtur *Rota coram Card. Caual. dec. 594.* vbi resolutum fuit, quod Religiosi non habentes collegium non debent præcedere alijs Religiosis collegialiter viuentibus, etiãsi posterius admissi sint; quia tunc Religiosi non habentes collegium tamquam personę particulares considerantur.

11 Quia verò post dictam constitutionem Greg. ortæ fuerunt multæ lites, ideò Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium *sub die 26. Augusti 1593.* illud in futurum obseruandum censuit inter Regulares, quod in Alma Vrbe omnium magistra seruatur, *vt referunt Quarant. & Piasec. locis cit. Card. Caualer. dec. 588. nu. 7.*

§. II

§. II.

An valeat consuetudo præbens locum digniorem inferiori.

12 REsp. negatiuè, aliàs peruerteretur ordo ecclesiasticæ hierarchiæ, si inferior præcederet superiori; & ideò huiusmodi consuetudo potius corruptela censenda est *cap. cum inferior de maior. & obed. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 563. & ref. 568.*

13 Ex quo infertur 1. quod Vicarius Episcopi in omnibus functionibus ecclesiasticis semper præcedere debet Gubernatori, & alijs laicis ministris, & ante eos thurificari non obstante quauis consuetudine in contrarium, *vt probat Ricc. in Prax. d. par. 1. ref. 563.*

14 Infertur 2. Canonico prouiso de Canonicatu presbyterali in ecclesia, vbi præbendæ sunt distinctæ, deberi locum inter alios presbyteros supra omnes Diaconos, & subdiaconos, licèt prius in ecclesia receptos, non obstante consuetudine in contrarium, *vt resoluit Sac. Cong. Rituum teste eodem Ricc. in Prax. par. 1. ref. 564.*

15 Infertur 3. quod Vicarius Episcopi tam absente, quam præsente Episcopo præcedere debet Dignitatibus, & Canonicis in Ecclesia, & choro, & extra in processionibus, ac in alijs omnibus actibus publicis, & priuatis, etiã in Synodo Diœcesana: quia Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota Diœcesi, & est supra Capitulum, & singulos de Capitulo ratione iurisdictionis, & per consequens tamquam superior præcedere debet, *ità Sac. Rituum Congregatio declarauit sub die 28. Nouembris 1595. vt refert Ricc. in Prax. par. 4. ref. 390.*

16 Infertur 4. quod prima Dignitas Ecclesiæ Cathedralis, seu Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ ita præfertur alijs Canonicis, vt non teneatur petere licentiam à Canonico Punctatore, quando vult discedere à choro: Superior enim non tenetur obtemperare inferioribus: *vt pluribus probat Ric. in Prax. vt supra par. 1. ref. 568.*

17 Infertur 5. Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis præcedere Canonicis Collegiatę etiã in omnibus actibus, & functionibus celebrandis in propria Collegiata: quia Capitulum representat personam Episcopi, cuius dicuntur fratres, *vt pluries censuit Sac. Congregatio teste Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 18. nu. 48. &* 18 *seq.* Vnde etiam in funeralibus capitulum, & clerus ecclesiæ cathedralis præcedere debet Paroco ipsius defuncti, vel ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur, *vt declarauit Sac. Rituum Congregatio in vna Viterbien. 25. Iunij 1611. & etiam in alijs, vt refert Barbos. dicto capit. 18. numero 60. & seq. & de offi. & pot. Paroch. cap. 9. num. 7. Lauor. var. elucubr. to: 1. tit. 2. cap. 3. num 210.* & tunc Capitulum Cathedralis tantum defert crucem per alienas Parochias, & non aliæ Parochiæ *Genuens. in Prax. Archiep.*

cap.61.num.23: & ità declarasse Sac: Congregationem refert Barb. de offic.& pot.Paroch.cap.26.n.78: quicquid in contrarium dicat Gratian:discept.298.

19 Immò etiam Canonici ecclesiæ Collegiatæ in hoc casu parocho præcedunt, quemadmodum in cæteris alijs functionibus: quia ecclesia Collegiata est dignior quacunque alia inferiori ecclesia etiam Parochiali, *cap.Statutum & ibi glos.de elect: in 6. Seraphin. decis.22.& decis.1445.num.1.Borrell.in sum.decis.tom.1.tit.2.nu.45: Buratt.decis.455.num.1.& pluries resoluit Sac.Congregatio teste Barbos:de Canon.& dignit.d.capit:18. num.67.& 68.Lauor.loco cit.d.c.3. num.212.& seq.* Vnde & Canoni-
20 ci Collegiatæ thurificari debēt duplici ductu thurribuli, clerici verò parochialium vnico tantum ductu, *vt censuit eadem Sac.Rituū Congregatio apud Barbos. d. capit. 18. num.66.*

21 Et hoc procedit, etiamsi Parochus stolam deferat: quia stola non dat iurisdictionem, & prærogatiuam, sed tantum est signum sacerdotale *Lauor.d.tit.2.cap.3.n: 217.Barbos.d.cap.18.num.59.*quā-
22 uis in propria ecclesia Parochus præcedere debeat omnibus quantumuis in dignitate constitutis tā in celebrandis missis, quam in alijs quibuscunque præheminentijs concernentibus ipsius Parochi officium, *vt d.Gonz.ad reg.8. Cancell.glos.6.num.104.& 105.*

23 Obserua tamen, quod Rector ecclesiæ maioris, quando ad modum capituli incedit cū toto clero in processionibus, vel alijs fūctionibus publicis, præferendus est Capitulo, seu Collegio ecclesiæ parochialis nouiter in Collegiatam erectę: quia quando Summus Pontifex, seu Episcopus erigit Parochialem in Collegiatam, non intendit præiudicare iuribus ecclesię maioris illius loci, *ità Ricc.in Prax.for. eccles.par.1. resolutione 631.*

24 Obserua 2.quod præcedentia inter plures parochos datur secūdùm prærogatiuam ecclesiarum, siue sint Parochi sæculares, siue Regulares, *vt censuit Sac. Congr. Rituum teste Barbos.de offic.& pot. Paroch.cap.9. num. 12.*

25 Obserua 3.quod si exParochia, cui sæcularis Sacerdos præest, mortuus effertur, vt sepeliatur in parochiali ecclesia, in qua Regularis curam animarū exercet, vel è contra, tunc tales Parochi superpelliceo, & stola induti pares progredi debent: reliqui verò Regulares eum locum tenere debent, quem in generalibus processionibus habere consueuerunt *Barbos.d.cap.9 num.13.* vbi dicit, ità seruari in Vrbe: & tunc deferenda est vnica tantum crux illius ecclesiæ, ad quam corpus transfertur, *vt censuit Sac.Congregatio Rituum teste eodem Barbos.de offic. & pot.Paroch.cap.26.n.78.* quemadmodum præcedētia datur etiā Parocho eiusdem ecclesię, ad quā defertur defunctus, *vt d. Lauor. loco cit.tit.2.d.cap.3.nu.219.*si verò
26 interueniat Capitulum Cathedralis, Curatus Cathedralis quāuis amouibilis præcedere debet pro-

proprio Parocho defuncti, *vt declarauit eadem Sac. Rituum congregatio apud Barbos. vbi supra d. cap. 26. num. 78.*

§. III.

Cui debeatur præcedentia, si duo eadem die fuerunt ordinati.

27 RESP. quod in tali casu attenduntur merita, & aliæ qualitates ipsorum: & ideò Sacerdos Doctor, præcedet Sacerdoti non Doctori *Nauar. cons. 5. num. 4. de maior. & obed.* item antiquior ætate præcedet iuniori *Bart. in l. 1. ff. de obseq. præst. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 271.* vbi idem dicit de duobus eodem tempore creatis ducibus. Secus si fuerint diuerso tempore ordinati: tũc enim Sacerdos prius ordinatus, licèt non sit Doctor præcedet Sacerdoti Doctori postea promoto: tũ quia in habentibus dignitatem eiusdẽ ordinis ille præfertur, qui prior ad eam assumptus est *l. 1. ff. de Alb. scrib.* tum quia prioritas promotionis est maior qualitas, quam Doctoratus *c. Episcopos, vbi glos. dist. 17. Nau. d. cons. 5. num. 9. Ricc. vbi supra par. 3. res. 276. Vulp. in Prax. iudic. cap. 34. numer. 21. & seq.*

28

29 Queres, in quo loco sedere debet qui duo officia substinet, puta si Consiliarius sit, & aduocatus? Resp. quod sedere debet in loco Consiliarij, seu maioris officij, etiãsi interueniat vti Aduocatus: quia dignitas consiliariatus est inseparabilis à persona, *vt decisum refert Ricc. in Prax: vt supra p. 3. resol. 273.* qui ibidem *res. 274. in fin.* resoluit, Episcopum creatum consiliarium sedere debere immediatè post præsidem, siue Decanum.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo optandi præbendas siue domos canonicales à iure canonico approbatur.*

2 *Optio non competit ratione ordinis, sed ratione Canoniæ.*

3 *Canonicus, qui non est in sacris an possit optare.*

4 *Hæc consuetudo spatio 10. annorum inducitur.*

5 *Optans, dum acquirit nouum titulum, admitti debet per superiorem.*

6 *Optio expediri debet intra terminum 20. dierum.*

7 *An huiusmodi tempus 20. dierũ possit minui per capitulum.*

8 *An consuetudo, seu statutum inducens maius tempus, quam 20. dierum ad optandum, præiudicet impetrantibus apostolicis.*

9 *Quando locum non habeat consuetudo optandi.*

10 *An domus Canonicales, & alia membra similia distincta, seu separata à Canonicatu cadãt sub reseruatione.*

11 *Si habens beneficium reseruatũ optet aliud, dimissum spectat ad prouisionem Papæ, & optatum non erit reseruatum: declaratur num. 12.*

13 *Quando Canonicus optans possit redire ad suam primã præbendã*

CAP. VLT.

CAP. VLT.

De Optione.

1 Onsuetudo, qua antiquiori Canonico permittitur, vt meliores cum vacant, præbendas, siue domos canonicales oprare possit, approbatur *in c. vlt. de Consuet. in 6.* æquũ enim est, vt Canonici primò admissi, seu recepti quemadmodũ antiquiores fuerunt in ecclesię seruitio, ità etiam in meliori prębenda pręferantur, *vt ibidem not. glos. in ver. antiquiores*, etiamsi 2 in sacris prius non fuerint constituti; quia optio non competit ratione ordinis, nec ex voce capi- 3 tulari, sed ratione Canonię, quã habere quis potest, etiamsi nõ sit in sacris *glos. in clem. 2. ver. in capitulo de ętat. & qual.* Rot. coram Card. Caualer: decis. 109: num. 1: & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. res. 488. hęc autem consuetudo cum 4 sit rationabilis, & iuri non repugnet, spatio 10. annorum inducitur *glos. in d. cap. vlt. ver: consuetudo Rot. coram Andr. decis. 99: nu. 1.* 5 optans verò dum acquirit nouum titulum admitti debet per Superiorem, cum nemo possit beneficium acquirere sine Canonica institutione *Viuian. in Prax. iurisp. pär. 2. lib. 5. cap. 1. numer. 112. & 116.*

6 Huiusmodi tamen optio expediri debet intra terminum 20. dierum, *vt ex d. cap. vlt. de Consuet. in 6.* qui currunt non tantum primo Canonico, sed etiam alijs optare volentibus ità, vt inter omnes solos 20. dies habeant, *vt d. glos. ibidem in ver. dumtaxat*, vbi etiam notat, quod poterit Superior ad instantiam secundi Canonici præfigere antiquiori breuiorem terminum, puta duorum dierum ad optandum, vt locus detur sequentibus; prædictum verò tempus 20. dierum non currit nisi à die verisimilis scientię vacationis *glos. in d. cap. vlt. in ver: viginti dies Viuian. in Praxi iurisp. patr. p. 2. lib. 5. cap. 1. num. 113.*

7 Potest autem hoc tempus 20. dierum minui per Capitulum, dummodò omnes consentiant ità vt non sufficiat consensus maioris partis collegij, seu Capituli propter interesse, quod singuli habẽt *glos. in cap. quia propter. in ver. vice omnium de elect. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 489.* vbi etiam 8 dicit, quod consuetudo inducens maius tempus, quam 20. dierum ad optandum, præiudicat impetrantibus apostolicis; licèt secus sit in statuto: quia consuetudo induci potest contra canones, modò sit rationabilis, & legitimè prescripta *iuxta c. fin. de Consuet.* non tamen possunt inferiores statuere contra ius, *vt dicunt DD: communiter in cap. cum inferior de maior. & obed.*

9 Verum supradicta conclusio limitatur 1. in Canonico pœnitentiario, ac Theologo, qui non possunt optare aliam prębendam: quemadmodum neque alij Canonici possũt optare huiusmodi prębendas pœnitentiales, ac Theo-

lo-

legales, quia in ijs videtur electa industria personæ *Nau. cons. 14. de Reb. Eccles. alien. Viuian. in Prax. Iurispatr. par. 2. lib. 5. cap. 1. nu. 114 Rota coram Andrea dec. 99. nu. 2. & censuit etiam Sac. Congr. apud Farinac. dec. 268. & 269. par. 4. Diuers. & apud Garc. de Benefic. p. 5. cap. 4. num. 132. & seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 55. n. 35. & all. 56. numer. 11.* non enim est eadem ratio de Pœnitentiario, seu Theologo, & alijs Canonicis: quia Canonicus, vt Canonicus simplex non habet successorem, & tamen illum habent Canonicus Pœnitentiarius, & Theologus, *vt notat Nau. loco cit.* idem de Canonicis Doctoralibus, & Magistralibus dicit Garc. *d. par. 5. c. 4. num. 135.*

Limitatur 2. in beneficijs apud Sedem Apostolicam vacantibus: in his enim præfata consuetudo locum non habet, *vt in d. cap. vlt. de Consuet. in 6.* idem dicendum de alijs beneficijs reseruatis, vel ad eamdem Sedem Apostolicam deuolutis *Ricc. in Prax. p. 2. res. 193* quemadmodum neque habet locum in beneficijs Iurispatronatus *Viuian. loco cit. nu. 115* neque in beneficijs vacantibus ex causa permutationis *glos. in d. cap. vlt. & est communis opinio*, neque in resignatis ad fauorem certæ personæ *Ricc. d. res. 193. Rot. coram Card. Caualer. dec. 116. nu. 3.*

10 Obserua tamen, quod domus Canonicales, & alia membra similia distincta, seu separata à Canonicatu non cadunt sub reseruatione, seu affectione: & ideò optari possunt, etiamsi Canonicatus vacet in mense apostolico *Capataq. dec. 281. p. 2. Garc. de Benef. par. 5. c. 1. nu. 457. & 458. & alij apud Beltram. ad Greg. dec. 478. n. 6 Ricc. in Collect. dec. 3690. par. 8.* secus esset, si huiusmodi membra perpetuò, & inseparabiliter sint annexa prębendæ, seu Canonicatui puta si tot extarēt domus, seu alia similia membra temporalia, quot sunt Canonicatus, *vt decisū referunt Beltram. & Ricc. locis cit.* Quare etiamsi in gratia Coadiutoriæ fiat mentio de omnibus iuribus, pertinentijs, annexis, & connexis, tamen ea cessante per obitum Canonici coadiuti, erit locus optioni in huiusmodi membris distinctis, & separatis à Canonicatu: quia illa verba intelliguntur de membris annexis non separari solitis, non autem de membri solitis obtineri ratione antianitatis *Rot. coram Card. Caualer. dec. 116. nu. 2. & seq.*

Idem dicendum, si Papa aliquem prouideret de Canonicatu vna cum domo Canonicali: quia si adesset ibi huiusmodi consuetudo, adhuc primus Canonicus illam posset optare, *vt probatur ex eod. cap. vlt. de Consuet. in 6.* quia Papa non intendit derogare statutis, seu laudabili ecclesiæ consuetudini *c. 1. de Constit. eod. lib. 6.* præsertim si in litteris adsit clausula dummodò non sit alteri ius quæsitum, quæ non solum præseruat ius in re, sed etiam ius ad rem *Viuian. in Praxi Iurispatr. par. 2. lib. 13. cap. 8. clauſ. 19. nu. 73. & seq. & alij*: quamuis dicta clausula

sula semper intelligatur, etiamsi non exprimatur *Sarnen.in Reg.de non toll.iur.quæs.q.* 1. & ideò licèt in litteris apostolicis fiat mentio de domo Canonicali, vel præsumitur, Papam cogitasse, quod domus esset de illa prębenda *Rot. coram Andr.d.decis 99.nu.*4. vel si Papa in suis litteris tolleret collationem, seu assignationem alteri factam, in dubio intelligitur de collatione, aut assignatione inualida, non autem de valida, ne tollatur ius quæsitum *Sarnen.d.q.* 1. secus esset, quando ex litteris expresse constat, Papam voluisse huiusmodi cõsuetudini, seu statuto derogare *cap.*1.*de Constit. in* 6. potest enim Papa iuri etiam quęsito in re pręiudicare præsertim in beneficialibus, in quibus habet absolutam potestatẽ *Sarnen. in d.Reg.de non tollen.iur. quæs.q.* 1.*vers.illud tamen.Viuian. loco cit. par.*2.*lib.*13.*cap.*8.*clauf.*19.*nu.* 75.

11 Obserua 2. quod si habens beneficium reseruatum optat aliud, dimissum spectabit ad prouisionẽ Papæ ratione reseruationis, seu affectionis: optatum autem non

12 erit reseruatum, nisi tempore optionis adhuc duret qualitas inductiua reseruationis, puta familiaritas, subcollectoria, Protho-notariatus &c. *Garc.de Benef.p.*5. *cap.*1.*num.*340.*Barbos. de offic.& pot.episc. par.*3.*all.*57.*numer.* 114. quod procedit, quando titulus mutatur; secus si mutetur tantum prębenda, & non titulus: quia tunc onus reseruationis transit ad portionem optatam, & dimissa remanet libera, *idem Garc.loco. cit.nu.*336. *& seq. vbi refert, ità resoluisse Rot.in Salamantina portionis* 15.*Octobris* 1584.*coram Vicecomite, & in eadem* 11. *Februarij* 1585.

13 Quæres, an si prębenda, vel domus optata vigore optionis Canonico antiquiori non debeatur, possit idem Canonicus regressum habere ad suam primam prębendam, seu domum Canonicalem? affirmatiuè respondeo *cum Viuian.in Prax:Iurisp.d.p.*2. *lib.*5.*cap.*1. *num.* 117. pręsertim si de hoc protestetur; quod etiam probatur, quia si beneficium alicui permutatione collatum euincatur, poterit iis permutatione etiam facta ad resignatum beneficium superioris auctoritate redire *Rot:decis.*3.*de Rer.permut. in Nou.quam refert Barbos.d. par.* 3. *all.*69. *num.*51.

Finis Libri Tertij.

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER QVARTVS.

DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

TRIA sunt Clericorum priuilegia, quorum duo sunt priuilegia personæ, videlicet priuilegium fori, de quo habetur *in cap. 2. de for. compet.* & illud, quod habetur *in cap. si quis suadente 17. q. 4.* tertium priuilegiũ est rerum ab exactionibus laicorum, *vt not glos. in cap. vn. ver. omni priuilegio de Bigam. in 6 Euerard. cons. 42. in princ.* Quare de his in hoc libro breuiter disseremus.

SVMMARIVM.

1 *Qui gaudent priuilegio Canonis, gaudent etiam priuilegio fori, sed non è contra.*

2 *Priuilegium canonis concessum est Clericis, & Monachis.*

3 *Priuilegio cononis, & fori gaudent Clerici in sacris, & in minoribus, ac prima tonsura constituti, etiam coniugati, qui cum vnicis, & virginibus contraxerunt.*

4 *An clerici excommunicati, irregulares, vel degradati gaudeant hoc priuilegio.*

5 *Hodiè Clerici in minoribus, vel coniugati hoc priuilegio non gaudent, nisi in illis concurrant requisita per Concilium Tridentinum.*

6 *An Clerici in sacris constituti, vel beneficium obtinentes gau-*

deant priuilegio Canonis, & fori, si habitum, & tonsuram non deferant.

7 Quid si obtineant præstimonium, vel pensionem.

8 Et quid si seruitium præstent alteri ecclesiæ, quam illi, cui fuerunt per Episcopum adscripti.

9 Seruitium huiusmodi quale debeat esse.

10 An gaudeant supradicto priuilegio, si ad breue tempus habitum, & tonsuram deposuerint.

11 Clericus in minoribus compelli potest ad seruiendum in diuinis sub pœna priuationis habitus clericalis.

12 Clerici coniugati quando gaudeant priuilegio fori in causis criminalibus, & ciuilibus.

13 An clerici coniugati teneãtur ad datia, & gabellas.

14 Clerici coniugati vxore defuncta recuperant omnia priuilegia clericis non coniugatis concessa.

15 An qui officium Iudicis criminalis exercuit, dimisso officio recuperet priuilegia clericalia.

16 Si quis occasione beneficij recepti, vel recipiendi non arctatus ad minores ordines ordinatus fuerit vigore litterarum dimissoriarum Capituli sede vacante infra annum, non gaudet priuilegio Clericali.

17 Nomine Monachorum intelligũtur omnes Regulares vtriusque sexus.

18 Equites, qui emittunt tria vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientiæ gaudent priuilegio Canonis, & fori.

19 Eodem priuilegio gaudent Nouitij huismodi ordinum militarium.

20 Trahentes huiusmodi Nouitios ad forum laicale incidunt in excommunicationem bullæ cœnæ.

21 Tertiarij, & Tertiariæ quando gaudeant supradicto priuilegio.

22 Eodem fruuntur priuilegio qui assumpto habitu religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia monialium, vel Presbyterorum gregatim viuentium sub certo superiore.

23 An eodem priuilegio gaudeant oblati.

24 Quando Eremitæ gaudeant prædicto priuilegio.

25 Si Clericus, vel Nouitius committat delictum, & post illud cõmissum ducat vxorem, puniendus est à Iudice ecclesiastico.

26 Clerici, qui reperiuntur in possessione alicuius beneficij, vel communi opinione pro clericis habẽtur, statim remittendi sunt ad ecclesiasticum Iudicem.

27 Quando processus per Iudicem laicum compilatus probet contra clericum in fõro ecclesiastico.

28 An possit à Potestate laica puniri qui patrato delicto statum clericalem, seu Religiosum assumit.

29 Fideiussor de representando liberatur à fideiussione, si principalis assumat Clericatum, secus si promisit soluere quidquid fuerit iudicatum.

CAP.

CAP. I.

De Canonis, & fori priuilegio.

1 COmmunis est conclusio, quod qui gaudent priuilegio Canonis, regulariter gaudent etiam priuilegio fori: non autem è contra; quamuis enim priuilegium fori principaliter competat clericis *vt in cap.2.de for.compet.* potest tamen intuitu clericorum conuenire etiam meris laicis, qui canonis priuilegio minimè gaudent, 2 cum sit concessum personis tantum Deo dicatis, hoc est clericis & Monachis *c.si quis suadente 17. q.4.& tradunt Doctores, quos refert, & sequitur Dian.par.3. tr.1. resol.69.& par.5.tract.1.resol. 26: Bonacin.de censur.in part.disp.2.q.3. pun.6.sect.3. in princip. Lezan: in sum.qq.reg.tom.2.cap.14. num.39:* Quare hic nobis videndum est, qui nam veniant ad hunc effectū nomine clericorum, & Monachorum.

3 Dico igitur primo, quod de iure communi priuilegio Canonis, & fori gaudent tam Clerici in sacris, quam in minoribus ordinibus, vel prima tonsura constituti etiam coniugati, qui cum vnicis & virginibus contraxerunt *iuxta cap.vn.de Cler.coniug. in 6.c. cum contingat de æt.& qual.cap.2.vbi glos.& DD.de for.compet.glos.in d. c.si quis suadente ver: in Clericum Sylu.in ver.excommunicatio 6.n.3. Bellett:in Disquis. clericatit. de Disciplin.cleric.§.2. num.1.& seq. & alij communiter.* quod procedit 4 etiamsi essent excōmunicati etiā vitandi, aut alia censura affecti, aut irregulares, vel degradati verbaliter *Sylu.loco cit. num:4. Nau. in man.cap.27.nu.79. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de censur.in part:d.disp.2.q.3.pun.6. sect.3.num.4.& seq.* secus esset, si fuerint realiter degradati: quia tunc priuantur omni priuilegio clericali *cap.degradatio de Pœn.in 6.* & ideò amittunt priuilegium canonis, & fori, quia quando iura priuant Clericum priuilegio clericali, priuant eum vtroque, *vt ex cap.1 de vit. & hon.cler. cap. in audientia, & cap. contingit. 2. de sent.excom. colligit Bellett. vbi supra tit.de fauor.cleric. person. §. 7.num.2.*

5 Hodiè verò clerici in minoribus fori priuilegio non gaudent, nisi beneficium ecclesiasticū habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario clericorū, aut in aliqua schola, seu vniuersitate de licentia Episcopi quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur; in Clericis verò coniugatis seruanda est dispositio *c.vn.de Cler.coniug. in 6.* dūmodò alicuius ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur *ex Concilio Tridentino sess.23.de ref.cap 6.*

6 Obseruant autem, Doctores,

Clericos semper gaudere priuilegio canonis, & fori, etiamsi habitum, & tonsuram non deferant, si sint sacris ordinibus insigniti: quia Concilium loquitur tantum de constitutis in minoribus ordinibus *Clar. in §. fin. q. 36. vers. hæc autem Bellett. tit. de fauor. Cleric. person. §. 8. num. 7.* vel si habeant beneficium etiam sine reditibus, 9 vel eius titulum, seu collationem etiam sine possessione: quia Concilium prædictas conditiones nō requirit in Clerico beneficiato, sed in eo, qui nullum habet beneficium, *ità Doctores, quos latè recenset Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 12. num. 6. & seq. Dian. p. 1. tr. 2. res. 29. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 338. & in Collect. decis. 1610. par. 5.* vbi dicit, hoc 7 procedere etiam in obtinentibus præstimonium, quod datur in titulum perpetuum, & habet annexum aliquod obsequium spirituale: idemque de Clerico habente pensionem loco tituli beneficij, vel excedente 60. ducatos auri de camera iuxta constitutionem Sixti V. *incip. Pastoralis*, dicit Cuch. *lib. 5. tit. 8. num. 17. Bellett. tit. de fauor. cler. person. §. 8. n. 11. quos refert Dian. par. 1. tract. 2. res. 31.* vbi notat, quod tunc Clericus vti Beneficiarius reputatur; & quod Clericus in minoribus habens pensionem, & incedens in habitu, & tonsura gaudeat priuilegio fori, censuit Sac. Congregatio Concilij *apud Farinac. decis. 148. par. 4. Diuers. & apud Barbos. par 3. all. 57. num. 151.*

8 Obseruant 2. Clericum incedentem in habitu, & tonsura gaudere hoc priuilegio, etiamsi seruitium præstet alteri ecclesiæ, quā illi, cui fuit per Episcopum adscriptus, *vt censuit Sacr. Congregatio teste Nouar. apud Ricc. in Collect. decis. 2606. par. 7. Dian. p. 1. tract. 2. resol. 35. & part. 4. tract. 1. resol. 2.*

Obseruant 3. Concilium requirere frequentiam, & perseuerantiam in seruitij præstatione saltē pro maiori parte temporis, *vt cēsuit Sacr. Congreg. apud Dian. d. p. 1. tract. 2. res. 35. Barbos. par. 2. alleg. 12. num. 14.* vbi dicit, quod huiusmodi seruitium debet consistere in spiritualibus, non autem in tēporalibus; & ideò si Clericus esset Notarius, vel Aduocatus, & seruiret ecclesiæ circa respicientia suum officium, non gauderet fori priuilegio *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 309.*

10 Obseruant 4. Clericum huiusmodi priuilegium non amittere, si aliqua occasione habitum à se gestari solitum ad breue tempus deposuerit, *vt censuit Sacr. Congregatio Concilij apud Farinac. decis. 144. par. 4. Diuers.*

11 Obseruant 5. Clericos in minoribus compelli posse ad seruiendum in diuinis sub pœna priuationis habitus Clericalis: censetur enim inutilis Clericus, qui ecclesiæ seruire recusat, *vt d. Ricc. in Prax. vt supra par. 3. res. 315. & alij.*

12 Obseruant 6. Clericos coniugatos non bigamos gerentes habitū & tonsuram, & inseruientes alicui ecclesiæ iuxta Tridentinum,

d. sess.

d. sess. 23. capit. 6. gaudere priuilegio canonis, & fori non solum in causis criminalibus, sed etiam in ciuilibus *iuxta tex. in d. cap. vn. de Cleric. coniug. in 6. & ità censuit Sacr. Congregatio Controuer. iurisdict. præposita, vt refert Barbos. d. par. 2. alleg. 12. num. 25. vbi etiam citat Lap. alleg. 40. num. 1. & alleg. 118. nu. 2. & ibi Mandos. in addit. litt. A. Mart. de iurisd. part. 4. cas. 153. num. 1. & 15. Car. de Graff. de effect. Cler. eff. 1. nu. 81. Ciarlin. lib. 1. cap. 53. num. 34. Squillan. de Priuileg. cleric. cap. 7. dub. 2. num. 27. et alios, & est communis opinio, vt dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3: resol. 113. Dian. par. 1. tract. 2. resol. 51.* probatur *ex d. cap. vn. de Cleric. coniug. in 6. ibi, vllatenus condemnari*, hoc enim verbum totum negat, & vniuersaliter iurisdictionem Iudicis laici excludit: *& ibi, trahi non posse criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium sæculare:* si enim Summus Pontifex voluisset, Clericum coniugatum gaudere priuilegio fori in causis tantum criminalibus, fuisset superfluum illud verbum, aut ciuiliter: quia prohibitus cognosci in causis criminalibus dicitur prohibitus siue agatur criminaliter, siue ciuiliter: præsertim quia *in cap. 2. de for. cõpet.* generaliter prohibetur, nè clerici coram laico Iudice conueniantur siue ciuiliter, siue criminaliter; & ideò *textus in d. c. vn.* debet ità interpretari, vt minus quam possit, corrigatur ius commune, *vt rectè aduertit Ricc. loco cit. quidquid dicat Vulp. in Prax. Iudic. cap. 40. nu. 7. & alij apud Dian. d. res. 51.* qui putant, clericum coniugatum gaudere priuilegio fori tantum in criminalibus, non autem in ciuilibus.

13 Tenetur autem Clericus coniugatus ad datia, & gabellas: quia præter priuilegium fori, & canonis de eo iudicatur vti de laico *d. cap. vn. in fin. & ibi glos. in ver: in cæteris de Cler. coniug. in 6. Abb. in cap. ex litteris num. 8: & 9: de Vit. & hon. Cleric. Guid. Pap: decis. 83. & 383. Vulp. in Prax. Iudic. c. 40. num. 5. & alij communiter.*

14 Vxore verò defuncta talis clericus recuperat omnia priuilegia clericis non coniugatis concessa, dummodò incedat in habitu, & tonsura *Sylu. in ver. excommunicatio 6. num. 4. Ricc. in Prax. vt supra par. 3. res. 116. & alij apud Bonac. de censur. in par. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 4. Barbos. d. par. 2. alleg. 12. numer. 28. & communem dicit Vulp. in Prax. Iudic. cap. 40. numero 9.*

15 Secus esset, si quis officium Iudicis criminalis exerceret: quia cum tale officium sit contrarium clericatui, ità amittit priuilegia clericalia, vt ea etiam dimisso officio non recuperet *Ricc. in Prax. par. 3. res. 313. vbi citat Luc. à Penna in knulli C. de Numerar. lib. 12.*

16 In eodem Concilio Tridentino alius est casus, in quo Clericus in minoribus nullo gaudet priuilegio clericali, videlicet si occasione beneficij recepti, vel recipiendi non arctatus ad illos ordinatus fuerit vigore litterarum dimissoriarum Capituli sede vacante infra annum à die vacationis, vt

in

in sessione 7. de ref. capit. 10.

17 Dico 2. quod nomine Monachorum gaudentium priuilegio canonis, & fori intelliguntur omnes Regulares vtriusque sexus *c. cum illorum c. de monialibus de sent. excom.* etiam bigami, quia *textus in cap. vn. de Bigamis in 6.* restringitur, vt loquatur de existentibus in minoribus, non autem de Monachis, & existentibus in sacris *Silu. in ver. bigamus q. 8. & hanc esse communem dicit Bonacin. de Censur in partic. disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 3. nu. 8. vbi citat Sayr. lib. 3. cap. 27. num. 32. Molin. tom. 4. tract. 3. disp. 54. & alios.* quod procedit etiam in Nouitijs *cap. religioso §. quamuis de sent. excommun. in 6.*

18 Idem dicunt Doctores de equitibus, qui emittunt legitimè tria vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientiæ in manibus Superioris sub aliqua regula, à sede Apostolica approbata, quales sunt milites S. Ioannis Hyerosolimitani *Nau. cons. 12. num. 1. de Regul. vbi dicit hanc esse communè Canonistarum, & Theologorum sententiam:* quales sunt etiã equites S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ in Hispania, qui licèt verè, & strictè loquendo religiosi nõ sint, sunt tamen personæ ecclesiasticę, & seruantes tria vota suo modo, *idem Nau. cons. 10. de Regul. & alij apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 16. pun. 3. n. 16.*

19 quod priuilegium ad huiusmodi ordinum militarium nouitios extendit *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 182. vbi refert, ità Sacr. Congregationem declarasse, & ità etiã tenent alij Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 12. nu. 45. Dian. par. 5. tr. 1. ref.* 18. vbi addit, hoc procedere, etiamsi per multos annos huiusmodi nouitij remaneant in Nouitiatu; & ideò

20 trahentes huiusmodi Nouitios ad forum laicale incurrunt in excommunicationem bullæ Cænæ Domini *Ricc. d. p. 4. ref. 251. Dian. loco cit. & alij communiter.*

21 Secundò Tertiarij, qui assumpto habitu Religionis collegialiter viuunt, vel cum claustralibus habitant, eodem priuilegio gaudent, & exempti sunt à Iurisdictione ecclesiastici, & sæcularis Iudicis, ac subijciuntur Iurisdictioni Prælatorum Regularium, *vt cauetur in cõstitutione 22. Leonis X. & censuit etiam Sacr. Cõgregatio Concilij, vt refert Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 14. nu. 27. & 28. & 29.* quamdiù enim ità viuunt censentur Religiosi, & personæ ecclesiasticæ, ac Deo dicatæ, sicut censentur nouitij *Nau. in man. cap. 27. num. 79. Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 17. & disp. 2. quæst. 3. pun. 6. sect. 3. num. 10. Barbos. de offic. & pot. Epist. par. 2. all. 12. n. 41. Dian. par. 1. tract. 2. resol. 85.* idem priuilegium concessum est mulieribus Tertiarijs, quæ virginalem, seu cælibem, aut castam vidualẽ expresso voto sub dicto habitu vitam traduxerint, etiamsi in consanguineorum, & affinium suorũ, aut in proprijs domibus, vel seorsum habitauerint, *vt dicit Lezan. loco cit. vbi refert, ità declarasse*

Leo-

Leonem X. ac Sac. Congregationem Concilij. An verò in prædictis Tertiarijs huiusmodi qualitates concurrant, Ordinarij loci est iudicium, *vt resoluit Sac. Congreg. Episcop. & Reg. teste Lauor. var. ciuc. ubr. tit. 2. cap. 11. num. 103.*

Secus dicendum de alijs Tertiarijs, qui separatim viuunt, ac de mulieribus sine tali voto vitam ducentibus, etiamsi habitum proprium Tertiariorum, seu tertij Ordinis deferant: tunc enim huiusmodi priuilegio non fruuntur, quinimmò ad onera, quæ laicis incumbunt, perferenda tenentur, & in foro seculari coram Iudicibus sæcularibus conueniri possunt *ex constitutione Leonis X quam refert Lezan. d. cap. 14. n. 27.*

22 Tertiò hoc priuilegiũ Canonis & fori ad homines, qui assumpto habitu religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia monialium, & ad quærendas pro ipsis eleemosinas, extendit Bonacin. *locis cit. Dian. par. 4. tr. 1. ref. 31.* idemque de alijs laicis, qui incedunt in habitu clericali, & inseruiunt Congregationi Presbyterorum gregatim viuentium instar Religiosorum sub certo superiore, *dicit Ricc. in Prax for. eccles. par. 2. ref. 419.*

23 Quartò eodem priuilegio gaudent Oblati, qui se, & bona sua in totũ tradiderunt Religioni *Mart. de Iuris d. par. 4. cas. 113. num. 37. Sorb. in ver. Oblati fratrum, & alij apud Barbos. d. all. 12. num. 39.* dũmodò mutato habitu viuant vt regulares, siue sub regula *Sylu. in ver. excommunicatio 6. num. 3. Bellet. in Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 2. num. 19. Bonacin. d. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 12. Dian. p. 4. tr. 1. ref. 31. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 419. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 17. nu. 4. & cap. 41. num. 54.* vbi dicit, quod deferre debent habitum ipsius Religionis, vel saltẽ illius coloris, vt à sæcularibus distinguantur.

24 Quintò eodem priuilegio fruuntur Eremitæ, qui sub speciali obedientia Episcopi, vel alterius Prælati ex voto, vel pacto alicui ecclesiæ, vel Eremitorio, aut loco sacro deputati deseruiunt, vel in communitate, vel separatim: tunc enim censentur personæ ecclesiasticæ, etiamsi tria vota substantialia Religionis non emittant *Nauarr. in man. c. 27. num. 79. Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 18. & disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 3. num. 10. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 149. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 2. cap. 7. nu. 5. 6. & 7.*

25 Ex dictis infertur Doctores: quod si Clericus, vel Nouitius committat delictum tempore clericatus, vel Nouitiatus, & post illud commissum ducat vxorem, puniendus est à Iudice ecclesiastico, non autem à seculari: quia tempus delicti attenditur, quo tempore subijciebatur foro ecclesiastico *Grammat. dec. 10. num. 3. Vulp. in Prax. iudic. cap. 38. nu. 2. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 8. nu. 1. Ricc. in Collect. dec. 1864. par. 5.*

26 Inferunt 2. quod Clerici, qui reperiuntur in possessione alicuius beneficij, vel communi opinione pro clericis habentur, vel

pro-

propter diuturnam habitus delationem, vel propter seruitium alicui ecclesiæ à se vti clericis præstitum statim sunt remittendi ad ecclesiasticum Iudicem ità vt opus non sit probare clericatum ante remissionem, quia tunc clerici præsumuntur *cap. si Iudex de Sent. excomm. in 6. Ricc. in Prax. Remission. delinquen. quæst. 44.*

27 Obserua tamen, quod Iudex ecclesiasticus ex processu per iudicem laicum compilato non potest clericum condemnare, cũ factus fuerit à non competenti Iudice *l. fin. C. siâ non comp. Iud.* sed debet fieri nouus processus *Clar. in §. fin. q. 36. in fin. Guid. Pap. dec. 202. nu. 6. & dec. 419. n. 1.* nisi processus fuerit formatus cõtra Clericum, qui dimiserat habitum, & tonsuram *iuxta capit. si Iudex vers. non sic autem de sent. excom. in 6.* vel si probationes, & testes de nouo recipi nõ possent, vt quia testes essent absentes, vel mortui: tunc enim talis processus probaret, & valeret contra clericum, *vt dicunt Doctores apud Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. nu. 21:*

28 Inferunt 3. quod siquis patrato delicto statum clericalem, seu religiosum assumat, non potest à laica potestate puniri; tum quia mutato personæ statu mutatur etiam forum: tum quia Iudex laicus non habet potestatem in clericos *cap. 2. vbi Doctores communiter de for. compet.* nisi statum clericalem in fraudem assumat: tunc enim, quamuis non possit à Iudice laico corporaliter puniri, pecuniaria tamen pœna, vel confiscatione bonorum multari potest, & sic remanet subditus ratione causæ, & bonorum, non autem respectu personæ, *vt d. Clar. d. §. fin. q. 36. ver. sæpenumero contingit Boss. in tit. de Pœn. nu. 38. Vulp. in Prax. iudic. cap. 38. nu. 7. qui dicunt, hanc esse communem sententiam, & alij apud Beliett. tit. 3. §. 4. num. 3. & apud Loccatell. de Quæst. iudic. in sp. 5. n. 137.* quorũ sententia procedere potest, quãdo quis habitum clericalem assumpsit non animo persistendi in statu clericali, & Deo inseruiendi, sed hac sola intentione, vt euitet forum sæculare, *vt inquit Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. n. 15.* & tunc fraus huiusmodi debet probari per allegantem coram Iudice ecclesiastico *iuxta cap. si Iudex de sent. excom. in 6.*

Secus esset, si quis occasione delicti perpetrati mouetur ad assumendum habitum animo seruiendi Deo, & simul vitandi forum sæculare: hoc enim casu non posset Iudex laicus neque quoad bona contra talem Clericum procedere, etiãsi statim patrato delicto clericalem statum assumpserit: tum quia talis delinquens nõ dicitur propriè habitum in fraudem fori suscipere, sed potius vti iure suo; tum quia confugiens ad ecclesiam post delictum etiam animo vitandi forum sæculare, gaudet immunitate: tum etiam quia exempta persona clerici non potest in rebus molestari, nè per vnam viam concedatur quod per aliam negatur *ità Genuens. in Prax. Archiep. cap. 8. n. 2. & 3. Diã:*

par.

par.1.tr.2.ref.27.& par.3.tr.1.ref. 33.Bonaccin.loco cit.& ità censuit. Sac. Congregatio apud Farinac. dec:165.par.4.Diuers. Vnde omnis præsumptio fraudis cessaret, si talis delinquens ordines sacros susceperit, vel professionem fecerit in aliqua Religione approbata; tunc enim Iudex sæcularis esset incompetens etiam quoad bona, *vt fatetur etiam Vulp. qui communem dicit d.cap.38. num.8. vbi citat Feder.de Sen.conf.97.Iaf. in l.cum quædam puella ff. de Iurisd.omn. Iud. Farinac. tit.de Inquisit.quæst.8:nu.106.* quia in tali casu constaret de animo permanendi in clericatu; immò sufficeret, si delinquens in Religionem ingrediatur, etiamsi professionem adhuc nõ emiserit *Mart. de Iurisd.par.4.cent:2.cas.121. à n. 22.vsque ad fin.quem refert Dian: par:3.tr:1.ref.33.*

29 Hinc etiam fit, vt fideiussor de repręsentando liberetur à fideiussione, si Principalis postea assumat clericatum ità vt non teneatur eum amplius repręsentare: tum quia mutauit statum: tum etiam quia non potest illum repręsentare; quia Clericus est exẽptus à Iudice ęculari *arg.l.sed & si quis ff.si quis caution. l.si decesserit ff. Qui satisd.cog.* secus si fideiussor promisit soluere quidquid fuerit iudicatum, quia tunc etiamsi Principalis fiat Clericus, fideiussor non liberatur, sed tenetur ad promissa; quamuis enim Principalis mutauerit statum, potest tamen fideiussor adimplere quę promisit *arg. l. si verò, vbi Bart: ff: Qui satisd.cog. l.1. C. de fideiuss.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus constitutus incedens sine habitu, & tonsura quando amittat priuilegium fori.*

2 *Item quando Clericus in minoribus, vel in sacris constitutus amittat priuilegium canonis.*

Quæ dicantur enormia delicta, ibidem:

3 *Clericus Beneficiatus, vel in sacris constitutus incedens sine habitu, & tonsura quando amittat priuilegium fori.*

CAP. II.

An incedens sine habitu, & tonsura amittat absque alia monitione priuilegium canonis, & fori.

1 COmmunis est opinio, quod Clericus in minoribus ordinibus, aut prima tonsura constitutus incedens sine habitu, & tonsura, absque alia monitione amittat priuilegium fori, ac foro laicali subdatur *ex Concilio Tridentino sess.23. de ref.cap.6.* propter dictionem *nisi*, ibi positam, quæ excipit *l. actione C. de transact. ità censuit Sacr.Congregatio, vt refert Bellett: tit.de fauor.Cleric.person:§.8. n.6. vers. propterea Bonacin: de legib. disp.10:q.2 pun.1.§.4.nu.16. Ricc.*

in Prax. for. eccles. par. 3. res. 476. & par. 4. res. 237. Nau. conf. fin. nu. 6. de Priuileg. & alij apud Dian. p. 1: tr. 2. res. 34. idem de Clerico coniugato dicit Sylu: *in ver. excommunicatio 6. num. 3 in fin. Vulp. in Prax. iudic. cap. 40. num. 6.* quia priuatio hęc non imponitur ob delictum, sed ob defectum conditionis requisitæ ad gaudendum priuilegio clericali.

Obseruant tamen Doctores, quod requiritur tanta perseuerātia in dimissione habitus, ac tonsuræ clericalis, vt publicè existimetur laicus *cap. si iudex de sent. excom. in 6. Prosp. de August. in. in addit. ad Quarant. in ver. habitus clericalis vers: prænarrata constitutio Barbos. de offic. & pot. episc. p. 2. all. 12. nū. 20.* puta si per annum habitum, & tonsuram dimiserit, *vt dicit Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. res. 172.* potest autem Episcopus præscribere tēpus, infra quod clericus incedendo absque habitu, & tōsura dicatur perseuerasse ita vt publicè æstimetur laicus; quia quoties tempus non reperitur à iure præfixum, vel limitatum, potest à Iudice limitari, vel ampliari eius arbitrio *iuxta cap. de causis, vbi Doctores de offic. deleg.*

Ex quo obseruant 2. Clericum solitum deferre tonsuram, & vestes clericales non amittere fori priuilegium, etiamsi absq. tonsura, & habitu capiatur *Prosp. de August. loco cit. & decisum refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 12. num. 20.* & ideò clericum, qui per mensem ante delictum ecclesiæ inseruiuit, & habitum, & tonsuram detulit, fori priuilegio gaudere, resoluit Dian. *par. 1. tr. 2. res. 35. Ricc. in Collect. dec. 1610 par. 5.* quod eo magis procederet, si ex iusta causa timoris, vel propter paupertatem, aut aliud legitimum impedimentum tonsuram, ac vestes clericales non deferat *Clar. in §. fin. q. 36 vers. quæro nūc, & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. loco cit. §. 4. nu. 17.*

2. Obseruant 3. Concilium *d. sess. 23 cap. 3.* loqui tantum de priuilegio fori; & ideò Clericus non habens requisita Concilij non amitteret priuilegium canonis, *vt declarauit Sac. Congregatio teste Bellett. tit. de fauor. clerio. person. §. 8. n. 19: Vulp. in Prax. iudic. c. 41. n. 11. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. res. 541.* nisi totaliter dimiserit vestes clericales ita vt omninò incedat vt laicus, ac termonitus habitum clericalem nō resumat *iuxta cap. in audientia de sent. excom. clem. 1. de vit. & hon. cleric.* & ideò percutiens clericum incedentem sine habitu, & tonsura, non tamen monitum ad habitum, & tonsuram susciendum, incurrit in excommunicationem *dicti canonis si quis suadente 17. q. 4. Ricc. in Prax. par. 4. res. 237. Dian. p. 1. tr. 2. res. 35.* dummodò percutiens sciat, eum esse clericum, secus si probabiliter ignorauerit, *vt d. Riccius loco cit.*

Verum si clericus dimisso habitu, & tonsura enormitatibus se immisceat, tunc priuilegium canonis amittit absque alia monitione, *vt d. glos. in cap. perpendimus de sent. excom. Bellett. tit. de fauor. cleric.*

cleric.can.§.5.numer.41. & seq. & communem dicit Nau.cap.27.n.81 Dian.par.1. tr.2. res: 130. *vers. vel posset, & alij apud Barbos.in d.cap. perpendimus*, vbi addit, quod tũc Clericus dicitur se immiscere in enormitatibus, quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo: quamuis aliter id explicet Ricc. *in Prax. for.eccles.par.2.res.*172. qui putat, ea dici in hac materia enormia delicta, per quæ delinquens incurrit infamiam, *vt in cap.infames 3.q.7.* ex sententia tamen omnium in tali casu præcedere debet declaratoria super huiusmodi criminis enormitate, alias clericus non intelligitur priuatus priuilegio clericali *cap.cum secũdum de Hæret.in 6. & post Felin & Diaz.dicit Clar.§.fin.q.36.vers. sed quæritur, quibus adde Bonacin:. de legib. disp.*10.*q.2.pun.*1.*§.*1.*n.*5. *in fin.*

3 Obseruant 4. Clericum beneficiatum, vel in sacris constitutum incedentem sine habitu, & tonsura non amittere priuilegium fori, nisi præcesserit trina monitio *iuxta cap.fin.de vit. & honest: cleric.cap.in audientia, & cap contingit de sent.excom.* quia Conciliũ loco cit. nihil innouauit quoad Clericos in sacris constitutos, vel beneficium obtinentes, sed tantum loquitur de clerico in minoribus, vel prima tonsura initiato, *ità Bonacin.d.disput.*10.*q.* 2. *pun.*1.*§.*4.*num.*16.*vers.si verò Bellett.tit.de fauor. cleric. person.§.*8. *num.*7.*vers.distinguendum Ricc.in Prax.for.eccles:par.*3.*res.*310. *Diã. par.*1.*tr.*2.*res.*29. quod procedit, etiamsi tonsura atque habitu clericali dimisso sese enormibus delictis immisceat *capit. cum non ab homine de Iudic.Nau.con. fin: de Priuil:Barbos.d.par.*3.*all.*12.*n.*23. *vers.sed supradicta, & alij plures apud Bellett. d.tit. de fauor. cleric. person.§.*7.*num.*3. *& de fauor cler. canon.§.*2.*nu.*43.*Dian.par.*1. *tr.*2. *res.*24.52. *&* 130. nec posset Iudex laicus propter quodcunque etiã enormissimum crimen post trinã monitionem huiusmodi clericum beneficiatum, aut constitutum in sacris punire, nisi prius à Iudice ecclesiastico fuerit degradatus, ac traditus Curiæ sęculari *cap. vt famæ de sent.excom. & hoc fatentur omnes, vt dicit Clar. in d.§. fin.q.*36.*vers.scias autem*, vel nisi talis esset incorrigibilis seruata forma *cap. cum non ab homine de Iud.* videlicet quod primò fuerit depositus propter crimen: secundò quod propter incorrigibilitatem fuerit excommunicatus: tertiò anathematizatus: tunc enim si adhuc perseuerauerit in contumacia, efficitur de foro sæculari etiam absque alia degradatione, ac traditione *Farinac. de Inquis. quæst.*8.*num.*51. *Boss. in tit. de for. compet.nu.* 133. vbi dicit, quod forma dicti textus raro practicatur, *& ità etiam tenent alij apud Vulp.in Prax.iudic.cap.*43.*nu.*24. *& communem dicit Clar.d.q.* 36. *vers.dixi etiam.* & tunc puniri potest talis clericus etiam iuxta dispositionem iuris ciuilis *cap. ad falsariorum de Crimin.falsi.Clar.d. q.* 36.*vers.* sed an Iudex sæcularis

Farinacc. quæst. crim. q. 8. num. 48. & alij apud Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. vers. limita tamē primo.

SVMMARIVM.

1 *Famuli familiares, & coloni partiarij Episcoporum gaudēt priuilegio fori.*
2 *Quid si dietim seruiant.*
3 *Eodem priuilegio gaudent ministri Curiæ Episcopalis, vt Fiscales, Notarij, Nuncij, satellites, custodes carcerum, & similes.*
4 *Item famuli Episcoporum titularium.*
5 *Item familia Vicarij Episcopi.*
6 *Item famuli aliorum Prælatorū habentium territorium, & iura episcopalia.*
7 *Item familiares Inquisitorum.*
8 *Sententia Loccatelli reprobatur.*
9 *Familiares Episcoporū fori priuilegio gaudent in omnibus delictis.*
10 *Quando famuli familiarium Episcopi gaudeant priuilegio fori.*
11 *Famuli, seu serui ecclesiarum vel Hospitalium eodem priuilegio gaudent.*
12 *Item pueri seruientes ecclesiæ in missis celebrandis.*
13 *Item Clerici, vel Diaconi, quos in Regno Neapolitano vocant saluaticos.*
14 *Quando huiusmodi Clerici, seu Diaconi ab eorum officio possint remoueri.*

CAP. III.

An familia Episcopi gaudeat priuilegio fori.

1 COmmunis est Doctorum sententia, quod famuli, familiares, & coloni partiarij Episcoporum pro tempore seruitij gaudent priuilegio fori tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, etiamsi sint mere laici ità vt coram Iudice ecclesiastico conueniri, & ab eo puniri tantum debeant, *vt tradunt omnes in cap. fin. de offic. Archid. Abb. in cap. 2. num. 6. de for. compet. Bursat. cons. 25. per tot. lib. 1. Capyc. dec. 12. nu. 1. Clar. §. fin. q. 35. vers. quæro numquid Boss. in in tit. de for. cõpet. num. 127. & ità declarauit Sacr. Congreg. super cõtrouers. iurisdict. vt refert Sperell. decis. 42. num. 21. Loccatell. de quæst. Iudic. inspect. 5. num. 140. & seq.* dummodò seruiant personæ Episcopi per aliquod tempus considerabile, secus si dietim, *vt dicit Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 14. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. c. 41. num. 50. Gratian. discept. 341. numero 4.*
2
3 Amplia 1. vt eodem priuilegio gaudeant ministri Curiæ Episcopalis, quales sunt Fiscales, Notarij, Nuncij, satellites, Custodes carcerum, & similes etiam in delictis extra officium commissis *Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 107. num. 9. & seq. Ricc. in collect. decis. 2658. par. 7. & in Prax. for. eccles.*

cles.par.1.ref.481. & censuit etiam Sac. Congregatio approbante summo Pontifice Paulo V. vt refert Dian.par:5.tr.1.ref.1. quod procedit etiam de iure communi: quia officialis & minister sub illo Magistratu, & Præside conuenitur, ad cuius prouidentiam, & iudicium illius pertinet ministerium *l.2.C.* 8 *de offic.Magistr.milit. Lucas à Penna in Rubr. C. de Apparit. Præf. Vrb.lib.12.*

4 Amplia 2 in famulis Episcoporum titularium, qui similiter ab ordinario loci, vbi degunt, puniri, & coram eo conueniri debent *vt declarauit Sac. Congregatio teste Dian.d.par.5.tr.1.ref.25.*

5 Amplia 3. in familia Vicarij Episcopi *Ricc.in Prax.for.eccles.p.1. ref.481. & in collect.decis.1658.p.7.*

6 Amplia 4. in famulis aliorum Prælatorum habentium territorium, & iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis *Ciarlin. contr.forens.cap.20. à nu. 26. quem refert, & sequitur Dian. d.par. 5. tr.1.resol.25.*

7 Amplia 5.in familiaribus inquisitorum, qui ab eisdē inquisitoribus puniūtur *Gratian.discept.341. num.11.& alij*: exceptis reis criminis læsę maiestatis, Rebellionis vel seditionis publicæ: item delinquentibus contra litteras securitatis à Principe concessas, cōtrauenientibus mandato regio, Proditoribus, Raptoribus mulierum, publicis latronibus, effractoribus ecclesiarum, & monasteriorum, incendiarijs, contemnētibus, & resistentibus regio Iudici, delinquentibus in eorum officio sæculari, inquisitis de nefando crimine, vel alia maiora crimina committentibus, pro quibus à suo Iudice ecclesiastico essent tradendi Curiæ sęculari: tunc enim si laici sint, non gaudēt priuilegio fori secundùm Doctores, quos refert, & sequitur *Loccatell. de quæst:Iudic.insp.5.num.142.& seq.* vbi addit, quod etiam Episcoporum familiares in dictis casibus fori priuilegium amittunt: sed cōtrarium colligitur *ex tex.in d.cap.fin.de offic.Archid.* qui simpliciter, & indistinctè loquitur: Vnde familiares Episcoporum fori priuilegio gaudere in omnibus delictis, rectiùs sentiunt alij Doctores 9 *apud Dian:par.4.tract.1:ref.30. vbi refert, ità etiam declarasse Sacrā Congregationem, quibus adde Calcan: cons.71. nu.4. Nig. in extrau. vnic.num.89 de vit.& hon. cleric. Ioan:de Mont. Sperell.inter cons. Calcan.72.* qui loquitur in delictis enormibus, & enormissimis, *pro vt illos refert Stephan. Gratian.discept.341.num:5. & seq.& ita sentiunt omnes Doctores*, qui indistinctè concedunt priuilegium fori familiaribus Episcoporum tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis *Oltrad.cons.293.num.5. Marant:de ordin.Iudic.p.4. dist. 11.n. 4. Capyc.dec.12.nu.1. Thesaur: dec. 22.nu.6.& communem dicit Clar. in §.fin.q.35.vers. Quęro nūquid Sbrozz.de Vicar:Episcop. lib.2.q. 146.& alij permulti apud Barbos: in d.cap.fin.de offic.Archid. Bellett: tit.de fauor.cleric.real.§.1.num:13.*

10 Amplia 6.in famulis familiarium Episcopi, qui expensis eiusdem

Epi-

Episcopi aluntur: isti enim dicuntur familiares Episcopi, *vt dicunt Doctores apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 5. num. 7. quicquid dicat Vulp. d. cap. 41. n. 50.*

11 Amplia 7. etiam in famulis, seu seruis ecclesiarum, quales sunt laici alicui ecclesiæ seruitio ab Episcopo ascripti *c. continua 11. q. 1. c. ecclesiarum seruos 12. q. 2. Bellett. tit. de fauor. cler. person. §. 2. num. 2.* quales sunt etiam personę deputatæ ab ordinario ad aliquod Hospitale eiusdem Episcopi auctoritate erectum *Valasc. consult. 105. num 32. Carol. de Graff. eff. 1. n. 117.*

12 *quos refert Barbos. d. par. 2. all. 12. num. 40.* ac pueri seruientes ecclesię in missis celebrandis *glos. in ver. minores, & DD. in cap. 2. de for. compet.* Vnde etiam in Regno

13 Neapolitano Clerici, vel Diaconi, quos vocant saluaticos, licèt nullum habeant ordinem, nec habitum clericalem deferant, tamē quia sunt principaliter ascripti ecclesię seruitio, gaudent fori priuilegio, & immunitate ab oneribus personalibus durante eorum seruitio, *vt declarauit Sac. Congregatio approbante Greg. XV. 10. Kal. Iunij 1623. vt refert Ricc. in Prax. for. eccl. p. 4. res. 230.* qui ibidē

14 *res. 227.* dicit, huiusmodi clericos non posse remoueri absque legitima causa; quemadmodum si Abbas absque causa remoueret Monachum à Prioratu manuali, posset idem Monachus implorare officium Superioris, nè remoueatur *arg. cap. ad hæc, vbi Doctores de offic. Vicar.* possent autem remoueri, si essent criminosi, aut malę cōditionis, & famę: vel si per seipsos non inseruirent, aut excederent numerum præscriptum *in d. decreto Sac. Congregationis*, ex quo in Cathedralibus, seu Superioribus ecclesijs assumi possunt ad summum quatuor: in collegiatis, vel parochialibus duo: in alijs verò ecclesijs in quibus diuina celebrantur, si Episcopo videbitur, vnus.

Obseruat tamen idem Ricc. *in Prax. vt supra par. 4. res. 231.* quod licèt criminosi eligi non possint ad huiusmodi ecclesiarum seruitium ità prohibente sacra Congregatione in dicto decreto: nihilominus sufficeret, si tempore electionis non essent amplius criminosi, puta si tunc essent emendati, & absoluti: quia sufficit, quod qualitas requisita in actu adsit de tempore actus celebrati *l. Melaff. de Alim. & cibar. legat.*

SVMMARIVM.

1 *Serui perpetui Clericorum gaudent priuilegio fori.*
2 *Item vxor Presbyteri Græci.*
3 *Quando vxor Clerici latini gaudeat d. priuilegio.*
4 *Filij legitimi Clericorum viuēte patre fruuntur eodem priuilegio.*
5 *An Famuli temporales, vel conductitij Clericorum gaudeant priuilegio fori.*

CAP. IV.

CAP. IV.

Vtrum Familia Clerici gaudeat priuilegio fori.

1 DIco primò, seruos perpetuos, vt mancipia, gaudere priuilegio fori *iuxta glos. in cap. clericum 11. q. 1. Bellet. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cler. real. §. 1. n. 12. Gratian. discept. 341. nu. 1. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 3. Thesaur. dec. 22. num. 5. Capyc. dec. 12. numer. 2.* etiamsi essent Mauri, Turcæ, & à catholica ecclesia alieni, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Dian. par. 3. tr. 1. res. 47.*

2 Dico 2. eodem fori priuilegio gaudere vxorem Presbyteri Græci *l. 2. C. de Epis. & cler. Gratian. loco cit. Felin. in c. 2. de for. com-*

3 *pet. &* vxorem Clerici latini in minoribus constituti *glos. in cap. eos qui 32. dist. & in cap. clericum 1. 11. q. 1. Bald. in l. 1. num. 1. & seq. C. de Epis. & Cler. Carauit. super Ritib. mag. Cur. rit 46. num. 31. & alij apud Dian. par. 3. tr. 1. res. 45.* dummodò in viro concurrant cõditiones requisitæ per Concilium Tridentinum *sess. 23. de ref. cap 6. & per c. vnic. de Cler. coniug. in 6.* alias secus esset, quia tunc nec clericus ipse huiusmodi priuilegio gauderet *Abb. in cap. 2. nu. 7. & seq. de for. compet.* vbi etiam dicit, fori priuilegio in omnibus gaudere vxorem diuisam à Clerico promoto ad sacros, quæ vouit continentiam *iuxta cap. cum sis de Conuers. coniug.* & ratio est, quia vxor ratione matrimonij sortitur forum viri *l. fin. C. de Incol. lib. 10.* quod procedit etiam mortuo viro, donec alteri nubat: quia dum vita vidualis durat, cẽsetur in eodem matrimonio esse, *vt ex l. filij §. 1. ff. ad municip. colligit Bellett. d. tit. de fauor. cleric. real. §. 1. in fin.*

4 Dico 3. filios legitimos clericorum viuente Patre gaudere eodem priuilegio fori, ac exemptione gabellarum: quia Pater, & filius vna, & eadem persona reputantur *l. 2. C. de Epis. & Cler. l. fin. C. de Imp. ub. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 49. Car. de Gras. eff. 1. nu. 189. Nouar. in Quæst. forens. par. 1. q. 98. nu. 2. Squillan. de Priuil. Cleric. cap. 7. dub. 2. nu. 35. & cap. 8. dub. 1. num. 13. quos refert Dian. par. 3. tr. 1. res. 6.*

5 Difficultas est, an famuli temporales, vel conductitij clericorũ gaudeant hoc priuilegio? in qua alij absolutè affirmant, priuilegiũ fori Clericis concessum extendi, immò comprehendere eorum seruos, famulos, & colonos, qui mercede promissa ad tempus seruiunt, *ità tenet glos. in cap. eos qui 32. dist. & in c. iudicatum 89. dist. & in cap. clericum 1. 11. q. 1. & in cap. generaliter §. nouarum 16. q. 1. Bald. in l. 1. nu. 5. & in l. 2. num. 5. C. de Epis. & Cler. Paul. de Castr. & Alberic. in l. si quis C. vbi caus. fisc. vel diuin. dom. Ias. in l. cum quædam num. 17. ff. de Iurisd. om. Iud. Rebuff. de Priuil. Scholar. priuil. 166. n. 1. & seq. & hanc sententiam esse in iure veriorem, testa-*

teſtatur Carauit: ſuper Rit: magn. Cur: rit: 46: num. 27: verſ: & contraria procedunt Theſaur: dec: 22: num: 4.

Probatur 1. *ex l: 2. C: de Epiſc: & Cler:* vbi exemptio à muneribus publicis Clericis conceſſa nõ ſolum ad vxores, & filios, ſed etiã ad famulos extenditur: Vnde etiam priuilegium conceſſum Hoſpitali ad Hoſpitalarios extendit Oldrad: *conſ: 11.*

Probatur 2. quia priuilegium immunitatis conceſſum Doctoribus *in l. Medicos C: de Profeſſ: & med. lib: 10.* extenditur etiam ad ſeruos, famulos, & colonos ipſorum Doctorum, *vt dicit Menoch. de Arbitr: Iud: lib. 2: caſ: 562. n: 63.* & priuilegium electionis fori, & alia priuilegia ſcholaribus conceſſa etiam eorum famulis, & nũcijs conceduntur *auth: habita C: Ne fil: pro Patr.* Vnde neque exerceri poſſunt repreſaliæ contra Scholarium nuncios, *vt d. Bar. in tract. de Repreſal. q. 7. princ. nu. 7. ad ſextum.* & reſtitutio in integrum, quæ militibus conceditur, etiam militum medico datur *l. inter eos ff. Quib. ex cauſ: maior.*

Probatur 3. tum *ex c. continua 11. q. 1.* vbi priuilegium fori conceſſum Clericis, etiam eorum famulis concedi videtur, *ibi, vel eorum, qui eccleſiæ neceſſitatibus ſeruiunt*: tum etiam quia priuilegium debet extendi ad perſonas acceſſorias, ſine quibus priuilegium inutile remaneret *cap. licèt de priuil: in 6. l. 2 ff. de vſu: & habit.* Vnde nulla videtur eſſe differentia inter ſeruos perpetuos, & ad tempus; quia pro eo tempore etiam famuli, & ſerui temporales ſunt quid acceſſorium ad ipſos Dominos, qui ſine eis ſtare nequeunt; & ideò priuilegium ad eos durante ſeruitij tempore extendi debet, nè à clericorum miniſterio abſtrahãtur *Bald. in l. 1. n: 1. & 5. & ibidem Alberic. num. 4. C. de Epiſc. & Cler. & ità etiam tenet Narbona apud Dian. par. 3. tr. 1. reſol. 47.*

Alij abſolutè negant, huiuſmodi ſeruos, & colonos Clericorum gaudere priuilegio fori, *ità Natt. conſ. 576. numer. 3. tom. 3. vbi dicit hanc eſſe veriorem Iul. Clar. in Pract. crimin. §. fin. q. 35. verſ. quæro numquid Bellett. tit. de fauor. cleric: real. §. 1. num. 12: Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. n. 50. Capyc. dec. 12. num. 2. & hanc eſſe magis communem dicit Theſaur. dec. 22: num. 1:* vbi etiam teſtatur, ità in praxi ſeruari, *& ità etiam tenent alij apud Loccatell. de quæſt. Iudic: inſp. 5. num. 140.* & ratio eſt, quia priuilegia ſunt ſtricti iuris, & ideò non debent extendi *reg. priuilegium de Reg. Iur. in 6:* præſertim cum hoc priuilegium fori ſit perſonale, *vt dicit gloſ. in cap. vn. ver. omni priuilegio de Big. in 6. Euerard. conſ. 42. in princ.*

Alij verò ſentiunt, huiuſmodi famulos tunc fori priuilegio gaudere, quando alias clerici notabile damnum, ſeu detrimentum paterentur, puta ſi eorum famuli domeſticam curam gererent, aut haberent generalem eccleſiæ adminiſtrationem: hoc enim caſu tales famuli non niſi magno

cum

cum Clericorum incõmodo extra forum ecclesiasticum trahi possunt *glos. in cap. indicatum 89. distinct. Pelin. in capit. 2. numer. 2. vers. tene istam conclusionem de for. compet. Oldrad. cons. 11. Lucas à Penna in Rubr. de Apparit: Præs. Vrb. nu. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. Dian. par. 3. tr. 1. res. 47. vers. non desunt, vbi citat Squillant. de Priuil. cler. cap. 7. dub. 2. n. 57. Carol. de Graff. de effect. cler. eff. 1. num. 150. & alios:* nec dissentit Abb. *in cap. 2. num. 6. de for. comp. Thesaur. d. dec. 22. num. 7. vers. fallit quarto: quibus adde Surd. cõs. 304. num. 11. & 12. lib. 3.* vbi dicit, quod laicus Iudex non potest colonos, & conductores ecclesiæ criminaliter vexare, quando sine eis ecclesia non gauderet rebus suis, nec frui posset suo priuilegio, *& hanc sententiam tenet etiam Gratian. discept. 340. num. 4. 5. & 15.* atque ità cõciliari possunt supradictæ opiniones contrariæ.

SVMMARIVM.

1 *Munera ciuilia alia sunt patrimonialia, vel realia, alia personalia, alia mixta.*
2 *Quando Clerici teneãtur ad onera realia.*
3 *An Clerici teneantur ad soluenda tributa.*
4 *Et an teneãtur ad decimas prædiales.*
5 *Clerici non tenentur ad onera ex aliqua necessitate imposita, & illa in totum, vel ex parte cessante remouenda, vel minuenda.*
6 *Quoad Immunitatis priuilegium eodem iure censeri debent bona clericorum, & ecclesiæ.*
7 *Eadem immunitate gaudent bona Clerico ab extraneo donata, vt ad sacros ordines promoueri posset.*
8 *Clerici à muneribus personalibus sunt exempti.*
Quæ dicantur munera personalia, ibidem.
9 *Clerici non tenentur ad onera mixta.*
10 *Clerici non tenentur ad Collectas.*
11 *Forenses neque ad onera personalia, neque ad mixta tenentur, nisi adsit consuetudo in contrarium.*
12 *Mutata persona mutatur conditio rei.*
13 *Bartoli cautela reprobatur.*
14 *Portio collectarum, quæ pro bonis in ecclesiasticos translatis erat soluenda, accrescit cæteris in eodem loco æstimatis:*
15 *Quid si immunitas non de iure, sed priuilegio Principis, vel cõsuetudine alicui competat.*
16 *Quam pœnam incurrat imponens Clericis collectas, vel eas exigens.*
17 *Etiam Clerici in minoribus, vel prima tonsura initiati gaudent hac exemptione.*
18 *Quid si non habeant requisita Concilij Tridentini, vel si habitum assumpserint in fraudem collectarum.*
19 *Eodem priuilegio fruuntur Re-*

gulares etiam Nouitij, equites Hyerosolimitani, ac S. Iacobi, Calatrauæ, & aliæ personæ ecclesiasticæ, ac Deo dicatæ.

20 An clericus coniugatus sit exëptus à collectis, & gabellis.

21 An clericus, cui legata, vel vendita fuit res, cum onere soluendi collectas, teneatur illas soluere.

22 Quid si Princeps imponat collectam Vassallis suis pro feudis, & locis, quæ ab eo tenent.

23 An Clericus succedens in bonis huiusmodi onere affectis, teneatur soluere collectas præteritas.

24 Clerici regulariter non tenentur contribuere in expensis, quæ fiũt in refectione murorum Ciuitatis, viarum, & pontium: limitatur num. 25. 26. 27. 28. 29 & 30.

31 An Clerici teneantur reficere viã ante domus suas.

32 Item an teneantur soluere mercedem saltuario, vel medico.

33 Clerici mittentes animalia ad pascua communitatis cogi possunt ad soluendam mercedem.

34 Clerici tenentur pro damno dato ab eorum animalibus.

35 Quando pascua sunt communia ciuibus, non potest vniuersitas prohibere, nè clericorum animalia ibi pascantur.

36 Clerici non tenẽtur ad militum hospitationem, neque ad gabellas, & alia onera.

37 An hæc immunitas extendatur ad Clerici familiam.

38 Fratres, inter quos est Clericus, habentes patrimonium indiuisum, an teneãtur soluere collectam.

39 Si laicus habeat rem communẽ cum ecclesia, non erit locus præscriptioni, nisi tantum temporis effluxerit, quantum requiritur ad rem ecclesiæ præscribendam.

40 Iudex ecclesiasticus potest cogere fratres Clerici ad diuidendum bona.

41 An familia clerici, eo absente, gaudere debeat immunitate à collectis, & gabellis.

42 Quando emergit aliquod dubiũ circa priuilegium clericorum, recurrendum est semper ad Iudicem ecclesiasticum.

CAP. V.

An Clerici exempti sint a muneribus ciuilibus, seu publicis.

1 MVnerum ciuilium triplex est diuisio, quædam enim patrimonialia, seu realia dicuntur, quędam personalia sunt, alia mixta, *vt in l. vlt. ff. de muner. & honor.* realia dicuntur, quę ipsis fundis infixa sunt: personalia, quæ præstantur à persona propter personam: mixta verò ea sunt, quæ debentur à persona propter rem *Bald. in l. omnes nu: 4. & 5: C. sin. cens. vel. reliq. &c.* His pręmissis.

2 Dico 1. clericos teneri ad onera realia, dummodò sint certa perpetua, & inuariabilia, ac bonis propter bona, non autẽ propter personas imposita, *ità Abb. in cap. ex litteris num. 12. de Vit. & hon. Cleric. Ferrett. cons. 167. nu. 11.*

Eue-

Euerard.consil.42. in princ. Franc. de Aret.consil.132.sub.num. 1. vers: restat ergo videre Ruin. consil. 117. num.9.vol.4: Vulp.in Prax. iudic. cap:17.num.13.Ricc. in Prax. for. eccles.par.3.resol.130.& 134.& in collect.decis.504.par. 3. & communem dicit Bellett.in Disquis. cleric. tit.de exempt. cleric. & eorumdem honor.à muner.publ.§. 3. per tot. Bonacin. de Contract: disp.2.q.9. pun.2 numer.2.Rot.dec.42. nu. 11. & seq.par. 4. in Recent. & ideò tenentur ad soluenda tributa, quia tributa sunt onera merè patrimonialia, & præstantur ex re propter rem *s.si tributū 11.q.1.c.tributū 23.q.8. Bart.in l.rescripto §. fin. num.1.& 2.ff.de muner. & honor. Bald.in l.omnes num.4.C. fin.cens. vel reliq. &c.* quemadmodum etiam tenentur ad decimas prædiales, ad quas tenentur etiam Regulares speciale priuilegium non habentes *cap. commissum ex. de Decim.capit.fin.§.cæterum eod. tit.in 6.Monet.de Decim.cap.5.q.1. num.18.& seq.*

Secus dicendum est de oneribus ex aliqua necessitate impositis, & illa in totum, vel ex parte cessante remouenda, vel minuenda: ad hæc enim neque ecclesia neque Clerici tenentur *Azor. instit.mor.par.1.lib.5.cap.13.quæst.1. Gutier.pp qq.lib.1: quæst. 3.in. fin. Leo.in thes.for.eccles.p.1.cap.14.nu. 28.Vulp.d.cap.17.num.13. Ruin. consil.111.num.12.vol.5: Rota in Brunduſina Gabellæ 13.Februarij 1604.Coram Penia, quam refert Ricc.in Prax.for.eccles.par.3.resol. 134.& est communis opinio;* quippe iure cenſeri debent bona clericorum,& ecclesiarum quoad immunitatis priuilegium *cap. non minus, & cap. aduersus de Imm. Eccles.cap.quamquam de censib. in 6.& constat etiam ex Bulla Cœnæ Domini can.*18.præsertim si ad eorum titulum Clericus fuerit ordinatus *glos.fin. in cap: Episcopus de Præben.felin.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ num.*10. *vbi etiam Dec. n. 71.de Cōstit.Bellett.loco cit.§. 5.n.9. Dian.p.1.tract.2:resol.*40.quod procedit etiam in rebus Clerico donatis ab extraneo, vt ad sacros ordines promoueri posset, *vt tradunt Doctores, quos refert & sequitur Barbos.in cap. non minus n. 4. de immun.eccles.*

Dico 2. Clericos etiam de iure ciuili à muneribus personalibus esse exemptos, *vt constat ex l.1.& 2. C.de Epis.& Cler.* & ideò non tenentur ad onera, quæ imponūtur pro salario Prætoris, Medici, Magistri Grammatieæ, satellitum cęterorumque officialium, neque ad taxam salis: quia hæc sunt munera personalia, quæ imponuntur per capita subditorum non habito respectu ad patrimonium *Bosf. in tit.de princip.numer.*100. *Ruin. consil.111.num.12 vers.nec etiam to. 5.Alexand.consil.68.num.3. Bursat. consil.16.num.31.vol.1:*

Dico 3. Clericos neque teneri ad onera mixta *l.1.& Auth.item nulla communitas C. de Epis.& Cler.d:cap. non minus & cap. aduersus vbi Doctores omnes ex.de immun.eccles.cap.1.eod.tit.in 6.cap. quamquam de censib: in 6.* vbi dicitur, quod clerici de iure diuino

ab huiusmodi exactionibus sunt immunes *clem. præsenti eod. tit. de Censib. & constat etiam ex Bulla Cœnæ Domini can.* 18. Vnde non valeret consuetudo in contrariũ *c. fin. de cõsuet. Bellett. vbi sup. §. 1. n.* 11. *Berous. conf.* 31. *nu.* 17. *vol.* 1.

10 Ex quo infertur 1. quod Clerici non tenentur ad collectas: quia collectæ imponũtur personis pro rebus; & ideò non subditis imponi nequeunt *d. auth. item nulla communitas Bart. in l. rescripto §. fin. num.* 4. *ff. de muner. & honor. & conf.* 180. *n.* 3. *vol.* 1. *& alij apud Bellett. d. tit. de exempt. cleric. & eorum d. bon. &c. §.* 5. etiamsi certæ sint, & determinatę, siue perpetuę, & impositæ ex ordinatione Principis: quia ex hoc non tollitur, quin fuerint impositæ personis pro rebus *Ruin. conf.* 117. *nu.* 4. *& 9. vol.* 4. *& conf.* 111. *n.* 12. *vol.* 5. *Franc. Aretin. conf.* 132. *nu.* 1. *vers. sed tamen non obstante Gabr. commun. cõclus. lib.* 6. *tit. de iur. immun. concl.* 2. *num.* 3. *Euerard. conf.* 42: *in princip. Io: de Neuizan. conf.* 66. *nu.* 16. *Bursat: conf.* 16 *num.* 31. *vol.* 1.

11 Ità etiam, quia forenses subditi non sunt, nec ad onera personalia, neque ad mixta tenentur nisi adesset consuetudo legitimè præscripta *Bart. in d. l: rescripto §. fin. num.* 4. *& in l. vnic. C. de Aur. coronar. lib.* 10. *Franc. Aretin. conf.* 132. *sub num:* 1. *Io. de Neuizan. d. conf.* 66. *num.* 16. *Curt. Iun. conf* 60. *num.* 1. *& seq. par.* 1. *Euerard. conf.* 42. *colum:* 5. *Bursat. conf.* 16. *nu:* 31: *libr:* 1. *Gabr. d. lib.* 6. *tit. de iur. Immun. conc.* 2. *num.* 1. *& seq. Alexan: conf.* 68. *num.* 12. *lib.* 2.

12 Quare corruit huiusmodi onus, vbi bona vel per successionem, donationem, emptionem, seu aliũ quemcumque titulum perueniunt ad ecclesiasticum: mutata enim persona mutatur etiam cõditio rei *c. nouerint* 10. *q:* 1: *Abb. in cap. ex litteris nu:* 12. *de Vit. & hon. cleric. Barbos. in cap: non minus n:* 4: *de Immun. eccles. Bero. conf.* 31: *n:* 15. *& seq: lib.* 1. *Ferrett: conf:* 167: *n.* 11. *Gutier. pp. qq. lib.* 1. *q.* 3. *in fin: Purpurat. conf.* 582. *num.* 11. *Guid. Pap. decis.* 382. *Bellett: loco cit. §.* 3. *n.* 5. quod procedit, etiamsi Clericus emat bona in æstimo Ciuitatis posita, & collectis per pactum generaliter obligata *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 3 *res.* 130. *qui de communi testatur*; vel si ex statuto loci caueatur, quod omnia prædia sita in territorio statuentium sint tributaria, & affecta onere tributorum pro collectis de cætero imponendis: quia neque tunc ab vniuersitate seculari poterunt ecclesię, vel clerici collectari pro prædijs, seu bonis, quæ postea ad ecclesias, seu clericos perue-

13 niunt: quicquid dicat Bart. *in d. l. rescripto §. sciendum ff. de muner. & honor. qui in hoc communiter reprobatur, vt dicit Syluan. conf.* 9. *num.* 29. *& conf:* 32. *num.* 11. *Abb. in cap. fin. num.* 13. *de Vit. & hon. cler. Thesaur. decis.* 234. *nu.* 5. *Guid: Pap. decis.* 381: *Azor: tom.* 1. *Instit. mor. lib.* 5. *c.* 13. *in princip. Ricc. in Prax. par.* 3. *res:* 133. *Rota in d. Brunduſina coram Penia*. huiusmodi enim statuta irrita sunt & nulla *per l. priuilegia. & auth. cassa C. de sacrof. eccles.* cum non liceat obliquè, ac

per

per indirectum quicquam contra ecclesiasticam libertatem introducere *Azor.loco cit.& alij cõmuniter*.

14 Quare tunc portio collectarum, quæ pro bonis in ecclesiasticos translatis erat soluenda, accrescit cęteris in eodem loco æstimatis, & sic in damnum vniuersitatis ad quã spectat integrã collectã soluere *Aretin:cons.*132.*ante n.*2.*Bero.cons.*150.*sub n.*36.*vol.*3. hoc tamen damnum resarcitur, quando bona clericorum ex legitimo titulo deueniunt ad laicos: tunc enim subijciuntur oneribus communibus, cum amplius ad clericos non pertineant *Syluan. cons.*9.*nu.*5.*add. ad Thesaur. decis.* 116.*vers.cæterum*, quia mutata persona priuilegiũ propter personam concessum extinguitur *l.*1. *C.de Impo.lucrat. descript. Sperell. dec.*35.*num.*32.

15 Secus esset, si immunitas non de iure, sed priuilegio Principis, vel consuetudine ità obseruata alicui competit: quia in tali casu cedere debet in damnum ipsius Principis; & ideò tantò minus debet soluere vniuersitas de eo, quod debet, quantum importat rata Immunitatis prædictæ *glos.in clem.*1.*de Censib. Rico. in Collect.dec.*3109.*par.*7.

16 Imponentes verò Clericis huiusmodi collectas, siue alia onera, vel illa iam imposita exigentes etiã à sponte dantibus incidãt in censuras, & pœnas bullæ Cœnæ *can.*18.*Bellett.in tit.de exempt. cleric.& eorumd.bon.à muner. publ.§.*1.*num.*5.*& §.*2.*num.*11:*Ricc. in Prax:par.*2:*ref.*183.*Bonacin. de Censur in part:disp.*1.*q.*19.*pun.* 1. *num.*1.*& seq:& alij recentiores cõmuniter*. secus si in impositione collectarum nulla facta esset mẽtio clericorum, & exactores indistinctè exigerent tam à clericis quam à laicis; tunc enim tantum inciderent in excommunicationẽ contentam *in cap. quamquam de censib.in* 6. quæ non est reseruata, *vt dicit.Nauar.in man.cap.*27. *nu.* 61.*&* 128.*& cons.*6.*num.*8.*de censib.Quarant.in ver: Vectigal. vers. vt autem.* & ideò quilibet Sacerdos approbatus prẽuia satisfactione potest absoluere *cap.nuper de sent.excom.*

17 Hac autem exemptione gaudẽt tam clerici Beneficiati, & in sacris constituti, quam prima tonsura, vel minoribus ordinibus insigniti *Guid:Pap.decis.*83. *Dian:p.* 4.*tr.* 1.*res.* 32. etiamsi non habeãt

18 requisita concilij *sess.*23:*de ref.c.*6. quia ibi Concilium solum abstulit priuilegium fori, non autem cætera priuilegia Clericis competentia de iure communi, *vt declarauit Sacr.Congregatio teste Diã. par.*1.*tr.*2.*res.*37.*Ricc.in Prax.for. eccles.par* 4 *ref.*459.*Garc.de Benef. par.*2.*cap.*3.*numer.*5.*in fin.* ex quo infert Ricc. *loco citato Dian. vbi supra ref.*44. quod etiamsi Clerici non habeant animum permanẽdi in Clericatu, vel habitum assumpserint in fraudem collectarum, adhuc à collectis essent immunes. Immò addit idem Ricc. *in Prax. vt supra par.*3. *ref.* 129. quod neque hæreditas iacens Clerici potest collectari: quia dũ hære-

hæreditas iacet, persona Clerici fingitur viuere: & ideò durat priuilegium.

19 Eodē priuilegio fruuntur Regulares tam professi, quam nouitij; item Equites Hyerosolimitani, ac S. Iacobi, Calatrauæ, & aliæ personæ ecclesiasticæ, ac Deo dicatę *Barbos. in c. aduersus de Immunit. eccles. & de offic. & pot. Episc. par. 2 all. 13. num. 14. Dian. par. 1. tr. 2. res. 38. & 50. Ricc. in Prax. par. 3. resol. 132. & par. 4. ref. 174. & alij.*

20 Supradictam tamen conclusionem limitant Doctores in Clerico coniugato, qui ad gabellas, & collectas tenetur *ex cap. vn. de Cler. coniug. in 6.*

21 Limitant 2. si Clerico legata fuerit res cum onere soluendi collectas: quia hoc etiam casu tenetur soluere, vel remdimittere *Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 77. de constit. Azor. to. 1. Instit. mor. lib. 5. cap. 13. vers. secundo sciendum Ricc. in Prax. par. 3. res. 133. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 14. in fin. Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. num. 14.* idem dicendum, quando res venditur clerico cum tali onere: quia tunc onus istud habetur loco pretij, & ecclesia potest in se assumere hoc onus: dūmodo non sit personale, ad quod ecclesia, & Clerici nullo casu cōpelli possunt *Carol. de Grass. eff. 3. num. 275. & seq.* vnusquisque enim rei suæ moderator est, & potest in ea imponere onera sibi bene visa *l. in re mandata C. mandat.* neque libertas ecclesię in tali casu læditur: quia ecclesia non est immunis à contractibus, sed tunc lęderetur, quādo bona ecclesiarum, vel clericorum per statuta, seu leges laicorum Principum huiusmodi oneribus subycerētur *Mart. vt supra par. 4. cas. 14. nu 7.*

22 Limitant 3. quando Princeps imponit collectam vassallis suis pro feudis, & locis, quę ab eo tenent: tunc enim si Clericus ab eo feuda, aut loca teneat, pro illis teneretur soluere collectam *Ricc. vbi supra d. par. 3. ref. 133. Sbrozz. lib. 2. q. 26. num. 25. Barbos. in cap. verum. num. 5. de for. comp.*

23 Addit Ricc. *loco cit: d. ref. 133. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 17. nu. 19. Thesaur. dec. 234. nu. 8.* quod Clericus succedens in bonis huiusmodi onere affectis tenetur soluere collectas præteritas, vel rem dimittere.

24 Infertur 2. quod regulariter Clerici non tenentur contribuere in expensis, quę fiunt in refectio murorum Ciuitatis, viarum, & pontium; quia hæc etiam onera imponuntur personis pro rebus; nullo enim iure cauetur, fundos, seu bona ad huiusmodi onera esse obligata *Abb. in cap. non minus num. 18. versus fin. de Immun. eccles. latè Bellett. d. tit. de exempt. cle. & eorumdem bonor. & c. § 2. nu. 1. & seq. Bart. in l. ad Instructiones C. de Sacros. Eccles. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 13. numer. 6. Dian. par. 1 tr. 2. ref. 39.* ita etiam quando in parlamentis præbetur aliquod donatiuum Principibus sæcularibus pro custodia Regni, reparatione Pontium, turriū, &c: non tenentur ad illud soluendum Regulares, aut alij ecclesiastici

Lezan.

Lezan.in Summ.qq.Reg.to.1.c.11. num.26.& alij plures apud Dian par.1.tr:3:ref:22.

25 Contrarium tenent alij *apud Caualcan.decis.44.nu.100: par:1:* qui putant Clericos teneri ad onera, & expensas, quotiescunque tractatur de causa concernente communem vtilitatem Clericorum, & laicorum:

Sed hæc opinio intelligenda est concurrentibus infrascriptis cõditionibus: quarũ prima est, vt adsit communis vtilitas, vel necessitas: secunda quod onus sit tale, vt ad illud substinendum facultates laicorum non sufficiant: tertia, vt consentiat totus clerus simul cum Episcopo: quarta vt prius consulatur Romanus Pontifex: quinta vt Clerici ab Episcopo, non autem à ministris laicis ad huiusmodi onera compellantur *cap.non minus, & cap. aduersus & ibi DD. communiter de Immun.eccles.* sexta, vt onus sit reale, *vt decisum refert Barbos. d.par.2.all.13.num.7.*

26 Obseruant tamen Doctores, ad hoc requiri necessitatem precisã, cui aliter nec prouideri, nec occurri possit, nisi Clerici cum laicis contribuant *Barbos.in d.capit. non minus num.6.Caualcan.d.par. 1.decis.44.nu.100.* vbi dicit, quod causa debet esse vrgens, & necessaria immediatè, nõ mediatè *Rot. in d.Brunduſina Gabellæ 13. Febr. 1604.coram Penia.*

27 Obseruant 2. Ecclesiam, & Clericos solum teneri in subsidium, hoc est quando facultates Principis, & laicorum non essent per se sufficientes: & tunc ad illud residuum tenerentur Clerici pro eorum rata: nec sufficeret, quod opus concerneret publicam vtilitatem, & etiam ipsius ecclesiæ, vel Clerici *Abb.in d.cap. non minus num:18. Bero.cons:31.nu. 13. lib.1.Dian.par.5.tr.1.ref.11.Caual. can.d.decis.44.num.100.* tunc autem laicorum facultates non sufficere censendum est, quando laici propter gabellam imponendam cogerentur se eis priuare, quæ quotannis sibi necessaria essent ad viuendum secundùm cõuenientiam sui status, *vt d. Megal.apud Dian.par.1.tr.2. ref.134 & par.5.tr.1:ref.11.*

28 Obseruant 3. ità requiri consensum totius cleri, vt nõ sufficiat consensus Episcopi cum Capitulo: quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari *Bero. d.cons.31. n.13.lib.1:Bellett:loco ci. §.2.num.10.Dian.d:par.5.tr.1.ref: 11.Rota in d.Brunduſina coram Penia.* verum si Clerici in casu vrgentis necessitatis consensum præstare nolint, sufficeret consensus Episcopi; & Princeps, seu Populus in tali euentu poterit officiũ superioris ecclesiastici implorare, vt clericos ad collectam soluendam compellat *Barbos. in d. cap.non minus numer. 6. vbi citat Menoch.cons.800.num.15. Bellett. d.§:2.num.9.Surd.cons.301.n 1.67. Carol.de Graff.de effect.Cler. eff. 3. num.241.*

29 Obseruant 4. quod si tanta esset necessitas, vt sine periculo, aut scandalo ad summum Pontificem recurri non possit, tunc sufficeret con-

consensus Episcopi, & Cleri *Vulp. in prax. iudic. cap. 17. numer. 12. & alij permulti apud Dian. par. 1. tr. 2. res. 133. & par. 5. tr. 1. res. 11.* vbi etiam notat, quod hæc necessitas contingere potest in exactione, quæ ad vnum actum, vel ad breue tempus fit: nam si longiori tempore sit duratura, necessariò consulendus erit Summus Pontifex ad huiusmodi oneris continuationem.

30 Obseruant 5. Clericos in hoc casu teneri ex vi directiua rationis, non autem vi coactiua *Abb. in d. cap. non minus num. 18. de Immun. eccles. Purpurat. cons. 335. vol. 1. & cons. 485. vol. 2. Bellet. d. §. 2. num. 3.* naturalis enim ratio omnes ligat, *vt d. S. Tho. 1. 2. q. 95. ar. 2*

31 Vnde ecclesia, & Clerici tenentur etiam reficere, seu raparare viam ante domus suas *Purpurat. d. cons. 335. numer. 2. Bart. & alij communiter in d. l. ad instructiones C. de Sacros. Eccles. Dian. par. 1. tr. 2*

32 *res. 76. Vulp. in Prax. iudic. cap. 18. num. 7.* item tenentur soluere mercedem saltuario, siue Campario, qui custodit agros tam laicorum, quam ecclesiæ *Bursat. cons. 42. nu. 15. vol. 1. Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. nu. 11. vbi citat Natt. cons. 311. num. 1. & cons. 280. nu. 6. lib. 2. Castrens. cons. 424. lib. 2. Carol. de Grass. eff. 3: num. 371. & seq. & alios, & communem dicit Bellett. d. tit. de exempt. cleric. & eor. bon. & c. §. 6.* vbi *nu. 6* addit: quod tenentur etiam ad solutionem onerum pro medico communitatis, si eius opera vti voluerint, vel vsi fuerint; hæc enim appellari non possunt onera, sed potius mercede saltuarij, & Medici, ad quas omnes tenentur de iure diuino *iuxta illud, dignus est operarius mercede sua cap. 1. de sepult. clem. 2 §. verum eodem tit. in 6:* in his tamen, & alijs similibus casibus cogendi sunt ab Episcopo *vt d. Vulp. d. cap. 18. num. 7: & alij communiter.*

33 Ità etiam si Clerici mittunt animalia ad pascua communitatis, cogi possunt ad soluendam, mercedem, prout alij, *Purpurat. cons. 324. n. 10. lib: 1. Ricc: in Prax:*

34 *for. eccles: par. 3. res: 133.* quemadmodum tenentur etiam pro damno dato ab eorum animalibus, *Ricc. in Collect. dec. 165.*

35 Si verò pascua essent communia ciuibus, non posset Vniuersitas prohibere, nè clericorum animalia ibi pascantur: quia etiam Clerici sunt ciues *Paul: de Castr. cons: 257. vol. 2: Soccin: Iun. cons. 80: Bertr: cons. 92. p. 3: quos refert Vulp: d: cap: 18: n. 11. & 12.* vbi id extendit non solum ad Clericos originarios, sed etiam ad alienigenas, qui habent ibi beneficium curatum, aut residentiam requirens: quia tunc sortiũtur domicilium *iuxta l. ciues C: de Incol: lib. 10.*

36 Infertur 3. quod clerici nõn tenentur ad militum hospitationem, aut alimoniam, neque ad alia onera bellica non obstante quauis consuetudine; hæc enim sunt onera mixta *cap. 1. vbi Abb. num. 4 de immun. eccles. idem Abb. in cap. non minus num. 17: eod. tit. Bart. in repet. l. placet in fin. C. de Sacros.*

Sacros. eccles. Natt. cons. 409. n. 3. & seq. tom. 2. Riminald. sen. cons. 740. n. 12. vol. 4. Bellett. d. tit de exempt. cleric. & eor. bon. à muner. publ. §. 7. num. 1. idem dicendum est de gabellis, & alijs similibus oneribus *clem. præsenti vbi DD. de censib. Euerard. cons. 42. in princ. Azor. in stit. mor. par. 2. lib. 9. cap. 11. vers. in dubium vocatur.*

37 Hæc autem immunitas hospitandi milites extenditur etiam ad clericorum familiam, fratres, aliosque coniunctos simul habitantes cum ipsis Clericis *latè Car. de Graff. eff. 3. nu. 122. Surd. cons. 301. num. 80. vol. 3. Sperell. decis. 41. nu. 77. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 28. Dian. par. 4. tract. 1. resol. 32.* quemadmodum immunitas à munere hospitij, & ab alijs muneribus publicis concessa Doctori ad eius fratres, & familiam extenditur *Car. de Graff. loco cit. num. 125. Dian. vbi supra & alij per l. Medicos C. de profess. & Med. lib. 10.* cuius dispositio procedit, etiamsi talis Doctor actu non legat, cum textus indistinctè loquatur *Guid. Pap. decis. 88. & ibi Add. litt. E. quã uis contrarium teneat Ricc. in Collect. dec. 3 109. par. 7.*

38 Ità etiam fratres, inter quos est Clericus, habentes patrimonium indiuisum non tenentur soluere collectam, seu gabellas: quia socius cõsequitur immunitatem ab oneribus concessam suo Consocio *glos. in l. fin. C. de mun. & honor. lib. 10. Cephal. Cons. 661. nu. 78. lib. 5. Surd. cons. 301. num. 80. to. 3.* Vnde maior habens rem communem cum minore ratione connexitatis ex illius persona gaudet restitutione in integrum *glos. in l. vn. C. si in commun. eademq. caus. &c. Odd. de restit. in integ. q. 46. ar. 4. ver. in contrarium, vbi dicit, hãc esse magis communem Cephal. cons. 661. num. 76. lib. 5.*

39 Hinc etiam fit, vt si laicus habeat rem communem cum ecclesia, non erit locus præscriptioni, nisi tantum temporis effluxerit, quantum ad rem ecclesiæ prescribendam requiritur *Iaf. in l. emancipati nu. 17. C. de Collat. Vin. dec. 521. num. 19. Natt. cons. 590. nu. 17. tom. 3. Surd. cons. 301. num. 83. vol. 3.* neque laici ligantur statutis laicorum respectu iuris indiuidui, quod habent cum clericis *Aret. cons. 25. sub num. 3. vers. circa secũdum Car. de Graff. eff. 2. num. 55.*

40 Verum quia Clericus gaudere debet immunitate pro ea tantum parte, quæ ad illum spectat, *vt d. Car. de Graff. eff. 3. nu. 186. Couar. pp. qq. cap. 34. nu. 2.* ideò Iudex ecclesiasticus ex officio cogere potest laicos ad diuidendum bona, vt sciri possit, quota sit portio, pro qua collecta est soluenda *l. 2. C. Quan. & quib. quarta pars specul. in rubr. de cler. coniug. nu. 13. Mart. de iurisd. p. 4. cas. 12.* sed ante factam diuisionẽ nemo soluere tenetur, neque facta diuisione tenentur ad onera præterita, sed tantum ad futura *Natt. cons. 1. num. 10. & 11. tom. 1.*

41 Vltimò notandum est, quod etiam clerico absẽte tales coniũcti, & familiares, quos ipse Clericus in sua domo alere consueuit, & eis teneretur, si præsens es-

set, alimenta præstare, huiusmodi immunitate à collectis, & gabellis frui debent *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 329. & ità decisum per regiam audientiam Apuleæ refert Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. n. 3.* vbi etiam dicit, quod Camera summariè consueuit expedire prouisiones ad fauorem clericorum non solum pro familia, sed etiam pro omnibus, & quibuscũque colentibus prædia eorum.

42 Hæc autem cognitio, an priuilegium Clerici extendatur ad eius familiares, seu coniunctos, spectat tantum ad Iudicem ecclesiasticum, *vt d. Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 393.* vbi etiam obseruat, quod quando emergit aliquod dubium circa priuilegium clericorum, recurrendum est semper ad Iudicem ecclesiasticum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Negociator regulariter non excusatur à solutione gabellæ, limitatur num. 2. & seq.*

CAP. VI.

Vtrum Clericus Negotiator teneatur soluere gabellam.

1 CLericus negociator non excusatur à solutione gabellę *clem. præsenti vbi glos. ver. non negotiandi de Censib. cap. quamquam vers. quas nõ causa negotiãdi eod. tit. in 6.* Vnde tenetur ad omnium vectigaliũ solutionem non secus ac laicus *Natt. cons. 139. num. 4. vol. 1. Car. de Graff. de effect. lib. Cleric. eff. 3. nu. 176. Burs. cons. 42. num. 8. & 9. vol. 1. & alij communiter.* ità etiam si fiscus aliquid adduci faciat gratia negotiandi, ad gabellas tenetur *l. vniuersi C. de Vectigal. Rolãd. cons. 61. num. 23. vol. 4.*

Dicitur autem nogotiator, qui aliquid emit, vt vendat absque mutatione eius, *Nau. in man. c. 27. num. 128.* & ad hunc effectum requiruntur plures actus, ità vt nõ sufficiat semel tãtũ emere, vel vẽdere, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Ep. par. 2. all. 13. num. 11.*

2 Hæc tamen conclusio limitatur primò, vt non habeat locum in rebus, quæ in clericorum, & eorum familiæ vsum vehuntur, pro quibus ad pedagiorum, seu vectigalium solutionem Clerici non tenentur *Boss. in tit. de Princip. nu. 178. Burs. cons. 42. num. 17. vol. 1.* quoniam vnusquisque etiam sæcularis de talibus rebus gabellam soluere non debet *l. vniuersi C. dẽ Vectigal* & ideò neque Clericus coniugatus in tali casu ad huiusmodi solutionem tenetur: *quicquid dicat Bellett. tit. de exempt. Cleric. & eor. bonor. à muner. publ. §. 6. nu. 2.* Vnde si statutum prohibeat, nè extrahatur frumentum de comitatu, vel certo territorio, non intelligitur de eo, quod quis extrahit vsus sui causa *Bart. in l. cætera §. sed & si quis num. 4. ff. de leg. 1. quem sequuntur communiter scribentes, vt d. Roland. cons. 71. n. 14. 15. & 16. vol. 4.* & hæc procedũt

etiam

etiam quando à principio quis emeret causa sui vsus necessarij, licèt propositum postea mutauerit *Nauar.in man.cap.27. nu.128. Franc.Marc.decis.285.nu.3.par.1.* aut reuenderet id, quod sibi supereſt, quamuis carius: dummodò tanti valeat tempore venditionis; hęc enim negociatio non cēsetur *Vulp.in Prax.Iudic.c.17.nu. 17:Franc.Marc.d.decis. 285.nu.3. Roland.d.cons.71.num.19.vol.4.*

3 Limitatur 2. in rebus ecclesiæ, de quibus non debetur pedagium etiamsi aliquid fiat causa negotiandi: quia delictum clericorum non debet præiudicare ecclesiæ *glos.in cap.fin.ver.suis facultatibus de Vit.& honest.Cleric. Federic.de sen.cons.207.nu.1.* vbi dicit, quod *tex.in d: cap. quamquam*, habet locum in rebus proprijs ipsorum clericorum *Franc.Marc:dec.286. num.3:par.1.Dian:par.3.tract. 1. res.44.vers.nota etiam*.

4 Limitatur 3. quando Clericus non habens bona sufficientia ad victum emeret materiam rudem, & illam per artificium, & secundùm regulam alicuius professionis, vel artis ad aliquam formam deduceret: quia tunc ad gabellam non tenetur: hoc enim casu non dicitur negotiatio, sed artificium, quod non est Clericis interdictum *c.clericus 91.dist.Federic.de Senis d.cons:207.num.2.& 3.Nauar.d.cap.27. nu. 128.vbi de communi Bursat.cons:42.nu.9.vol. 1.* secus esset, si emeret causa lucri, & reuenderet non mutata forma: quia tunc negotiatio dicitur *c.eyciens 88. dist. Bursat. d. cons.42:num.9.Franc.Marc.d.dec. 286.num.4.*

5 Idem dicendum est, si clericus aliena prædia conduceret soluēdo certam fructuum, seu pecunię quantitatem: nam si ex necessitate id faceret, quia propria bona sibi, vel familiæ suę non sufficerent, aliterque commodè viuere nequiret, ad gabellam non tenetur *glos.in cap.peruenit ver.conductiones 86.dist.& in cap. dilecti ver.conduxistis de Decim.& est de mente omnium Doctorum.* quemadmodum neque teneretur, si cōductori succederet, & in illa conductione permaneret vsque ad prefinitum locationis tempus *Syluest:in ver.Clericus 3.num.2.Barbos.loco cit.num.13.Quarant. in ver.Vectigal.vers.quæritur.* si verò id faceret propter cupiditatem, & lucri causa, tunc ad gabellas tenetur: quia hoc clericis prohibetur *in c.peruenit, & cap.placuit 21. q.3.& d.Quarant. loco cit. Barbos. numero 12.*

6 Limitatur 4. vt non tenetur soluere gabellam, si clericus vendat vinum, oleum, frumentum, & similia ex rebus suis: quia neque tunc dicitur negotiari *d.c: eyciens Abb.cons.6.in fin.par.1.Roland.cōs. 71.num.12.lib:4.Dian.par.5.tr.1. resolutione 27.*

7 Hinc sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporū præposita censuit, clericum non prohiberi, terras patrimoniales per laicos colere, & pro eiusdem culturę vsu animalia necessaria emere, eorumque animalium fœtus pro sua, & familię substentatione

vendere, nec propterea illicitę negotiationis prætextu vexari posse, *vt refert Barbos. d. par. 2. all. 13. num. 11.*

8 Item si Clericus in suo fundo habeat venam ferrariam, eamq. aliò exportet, vt inde ferrum conficiat, & vendat, ad gabellas non teneretur: & idem esset, si alios prouentus ecclesiasticos, vel sui patrimonij deueheret, vt illos alibi venderet *Nauar. d. c. 27. num. 128. Barbos. loco cit. d. nu. 11.* secus esset, si emeret solam venã & aliorum ministrorum manibus conficeret, *vt d. Nauar. loco cit.*

In hoc autem stari debet iuramento ipsius Clerici, vel eius nuncij asserentis, merces esse propias, & ad sui vsum vehi *iuxta glos. cõmuniter receptam in d. clem. præsenti ver. non negotiandi de censib. Nau. cons. 4. num. 4. de Immun. eccles. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 17. nu. 19. Lezan. in Summ. qq. reg. to. 1. c. 11. numer. 25.* vbi dicit, quod possunt Gabellarij exigere huiusmodi iuramentũ, etiam à Regularibus: in casu verò controuersiæ non est adeũdus iudex laicus, *vt malè sentit Boss. d. tit. de Princip. num. 178.* sed ecclesiasticus, *vt probatur ex d. clem. præsenti, & dicit Roland. d. con. 71. num. 25. lib. 4. Bellett. loco cit. §. 6. num. 1.*

Limitatur 5. secundùm nonnullos DD. quando non præcessit trina monitio: hoc enim casu clerici non tenentur ad gabellas, neque ad pedagium, quamuis negotientur, *ità Abb. cons. 6. in fin. p. 1. qui dicit, id probari in cap. fin. de Vit. & honest. Cleric. Franc. Marc. decis. 286. num. 3. par. 1. Dian. par. 1. tr. 2. res. 47. & par. 3. tr. 1. res. 44.* sed contrarium videtur probari *ex d. cap. fin. ibi, cum facto priuilegium abijciant clericale,* & ideò in rebus, in quibus fit negotiatio, ipso facto absque aliæ monitione amitti priuilegium, tenet glos. *in d. cap. fin. Feder. de Sen. cons. 207. n. 3. in fin.* & *alij communiter, & de communi vsu, & praxi testatur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 133.* vbi dicit, quod statim potest exigi gabella à Clericis, etiamsi vnicum actum negotiationis exerceant.

SVMMARIVM.

1 *Coloni ecclesiarum, vel Clericorum non tenentur ad collectas, neque ad alia onera mixta.*

2 *Coloni, vel Conductores clericorum nõ possunt compelli ad hospitandum milites.*

3 *Quid si habeant etiam bona propria eorum nomine allibrata,*

4 *Coloni partiarij clericorum sunt immunes à collectis pro ea parte fructuum, quam ecclesiæ præstare tenentur, non tamen pro ea parte, quæ ad ipsos facta diuisione spectat.*

5 *An Conductor bonorum ecclesię sit immunis à collectis:*

6 *Quando gabellæ censeantur excessiuæ.*

7 *Principes sæculares, qui plus cæteris grauant colonos ecclesiarũ, vel Clericorum incidunt in cẽsuram bullæ Cenæ*

8 *An coloni partiarij mensæ episcopalis*

palis, ac S.R.E. Cardinalium sint exempti ab exactionibus laicorum.

9 *Coloni Clericorum sunt exempti ab oneribus personalibus, & à muneribus sordidis.*

10 *An ab his etiam excusetur emphiteuta ecclesiæ, vel Principis, seu fisci.*

11 *Princeps sæcularis auertens clericorum colonos à cultura an incidat in excommunicationem bullæ Cœnæ,*

12 *An Emphiteuta ecclesiæ possit collectari pro re emphiteotica.*

An lex retractus locum habeat in emphiteusi ecclesiæ ibidem.

CAP. VII.

An Coloni ecclesiarum & clericorum sint immunes à muneribus publicis.

1 DIco 1. colonos huiusmodi nō teneri ad collectas, neque ad alia onera mixta pro prædijs ecclesiarum, & clericorum: tum quia huiusmodi prędia sunt exempta: tum etiam quia alias læderetur saltem indirectè libertas ecclesiastica, *ità Bart in repet: l. placet in fin. C: de Sacros: eccles: Caualcan. decis. 44. num. 100: par: 1 Bellett. tit. de exempt. Cleric. & eor. honor. à muner. publ: §. 7. num. 1. & alij communiter*. vnde nec valeret contraria consuetudo *l. hi penes vbi Bart: C: de Agric. & Censit. lib: 11. Leo in Thes: for. eccles: par: 1: cap. 14. numer. 33. & seq. Sperell. decis: 42. num. 1.* præsertim quia cum hæc onera indicantur personis pro rebus, ad ea non coloni, sed Domini tantum, ac possessores rerum tenentur *Bellett. loc. cit. Decian. cons. 51. nu. 14. lib. 3. Surd. cons. 301. num. 90. lib. 3. Mart. de Iurisd. par. 4: cas. 13. nu. 23:* Ex quo fit, vt grauari non possint, quando Princeps laicus mandat subditis, vt quilibet iuxta agrum, quem colit, reficiat viam, aggerem contra vim fluminis reparet, aquæductum effodiat, vel quid simile; quia cum huiusmodi onera respiciant rem ipsam, eiusque conseruationem, & consequenter imponantur personis pro rebus, spectant ad Dominum fundi, non autem ad colonos *Natt. cons. 409 sub num. 7. vol 2. Thes. dec. 106 sub. num. 14:* alias per indirectum Princeps Ecclesiasticus grauaret clericos; quia si coloni eiusmodi impensas subirent, possent à Domino repetere, si finita locatione Domino commodū afferunt *Bart. in l. impensæ ff. de Impens. in reb. dot. fact. & in l. prædia §. ità legatum ff: de fund: instr. Ludou. dec. Perus. par. 1. decis. 24. num. 9. Menoch. de Arbitr: Iudic. cas. 215. num. 4. lib. 2. Rolan: cons. 28. num. 24. lib. 1.* vel possent se conseruare indemnes per retentionem *Bald. in l. cum duobus §. si in coeunda num. 2: ff. pro soc.*

2 Ex his etiam infertur, quod si in agris, & domibus Clericorum degant, non possunt compelli ad hospitandum milites, Satellites &c: quia id fieri nequit, nisi in consequentiam grauentur Clerici,

ci, eorumque bona, in quibus hospitatio fieret *Bald. in l. 1. numer. 2. C. de Episc. & Cler. Mart. de Iurisp. par. 4. cas. 86. num. 4. Bellett. loc. cit. Car. de Grass. eff. 3. nu. 126. Sperell. dec. 42. num. 15:* Vnde Sacr: Congregatio Episc: & regul: *sub die 9. Iunij 1617,* prohibuit magistratibus sæcularibus, nè in domus ecclesiasticarũ personarum, etiam laicis locatas milites hospitandi causa introducere præsumant, *vt refert Dian. par. 4. tr. 1. resp. 32.*

3 Limita, si vltra bona ecclesiastica, quę colunt, habeant etiam bona propria eorum nomine allibrata; quia tunc ratione dictorum bonorum non excusantur à solutione onerum *Bart. in d. l. hi penes in pprie: Bellett. d. §. 7. nu. 3. Natt. d. cons. 409. ante nu. 5:*

4 Dico 2: colonos partiarios clericorum esse etiam immunes pro ea parte fructuum, quam ecclesiæ præstare tenentur: quia huiusmodi fructus non sunt ipsius coloni, sed ecclesię, vel clericorum *Feder. de Sen. cons. 111. nu. 10. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. nu. 35. & alij communiter;* nõ tamen immunes sunt pro ea parte fructuum, quæ facta diuisione ad ipsos colonos spectat: quia de ea iudicatur vti de re prophana, cum amplius non sit ecclesiæ *Boss. in tit. de Princip. num. 121. & 174. Nau. in man. cap. 27. num. 128. Natt. d. cons. 409. num. 6. & seq. Ric. in Collect. dec. 165. par. 1 Feder. de Sen. d. cons. 111. num. 10. Gemin. in cap. quamquam num. 11. de Censib. in 6. Surd. cons. 301. num. 89. lib. 3. Roland. cons. 61. nu. 15. vol. 4. Thes. dec. 116. nu. 10. Riminald. Sen. cons. 740. numer. 12. vol. 4. & alij apud Dian. par. 3. tr. 1. res. 19. & hanc esse magis receptam sententiam dicit Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 37.* quemadmodum

5 conductor, cui pro certa pecunia locati sunt fructus bonorum ecclesię, vel clericorum, eadem ratione tenetur ad collectas, seu gabellas pro fructibus recollectis *Boss. loco cit. Guid. Pap. dec. 208. & alij apud Caualcan. decis. 44. n. 97.* quod procedit etiam in conductore bonorum mensæ Episcopalis etiam ad longum tempus, *vt dicit Sperell. d. dec. 42. nu. 21.* nisi collectæ, & gabellæ essent ità excessiuę, vt magna cum difficultate Ecclesiæ, seu Clerici inuenirent colonos, seu conductores *cap. vlt. de Immun. eccles. in 6. Feder. de Sen. & Gemin. locis cit. Syluan. cons. 9. num. 7. Thesaur. decis. 116. num. 9. Vulp. in Praxi iudic. cap. 17. nu. 18.* quod remittitur arbitrio Iudicis ecclesiastici *cap. si Iudex de sent. excom. in 6. Menoch. loco cit. n. 35.*

6 *Purpur. cons. 594. nu. 10. in fin. lib. 2.* censentur autem gabellæ, seu collectæ excessiuæ, quando coloni clericorum vltra modum, & plusquam coloni laicorum grauarentur ità, vt cogerentur Clerici locare minus, quam alij sæculares *Caualcan. d. decis. 44. num. 98. Feder. de Sen. d. cons. 111. n. 10. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 572. num. 47.* & tunc gabella soluenda non erit, cum in fraudem id factum censeatur, *idem Menoch. cons. 136. num. 25. to. 2. Bellett. loco cit.*

cit. §. 7. num. 5. Port. conf. 184. nu. 9.

7 imò Principes seculares, qui plus cæteris grauant colonos ecclesiarum, vel Clericorum incidunt in censuram bullæ Cœnæ tam quam indirectè lædentes libertatem ecclesiasticam *Vgolin. super. d. Bull. c. 18. ad ver. directè, vel indirectè par. 2 Quaran. in ver. vectigal. vers. item huius Bullæ.*

8 Colonos verò partiarios mēsę episcopalis, ac S.R.E. Cardinaliū durante colonia esse exēptos ab exactionibus laicorū resoluit Sac. Congreg. *apud Sperell. d. decis. 42. numero 21. & 22.*

9 Dico 3. quod coloni clericorū sunt exempti ab oneribus personalibus; & ideò non tenentur ad operandum cum bobus, & plaustris pro arcis fortificatione, arginumque, ac pontium reparatione, salisque vectatione *Rimin. ald. sen. conf. 740. num. 12. vol. 4. Syluan. conf. 9. per tot. Surd: conf. 301. num. 79. vol. 3. Decian. conf. 51. nu. 42. lib. 3. Lotter. de Re Benefic. tom. 1. lib. 1. quæst. 31. num. 46. & seq.* nec tenentur mittere equum, currum, vel quid simile *Surd. d. conf. 301. num. 90. vol. 3. quicquid dicit Thesaur. dec. 116. nu. 5. Natt. conf. 409. num. 8. tom. 2. & alij.* Itē

10 à muneribus sordidis, *de quibus in l. maximarū. C. de excusat. mun. lib. 10.* exempti sunt *per l. 2. C. de Episc. & cler.* à quibus etiam excusatur emphitheuta ecclesiæ *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2 cas. 562. num. 32. & 33.* quemadmodum ea non tenetur subire emphitheuta fisci, & principis *l. fin. C. eod. tit. de excus. mun.* & hæc opinio mihi valde probabilis videtur, tum quia magis fauet religioni *l. sunt personæ ff. de Relig. & sumpt. fun.* tum quia à muneribus personalibus facilè quis excusatur *l. placet. ver. munerum C. de sacros. eccles.* tum etiam quia tam ipsi coloni, quam boues, & equi sunt instrumenta fundi *l. instrumenta ff. de fund. instr.* & ideò in his granari non possunt coloni, quin per indirectum grauentur & clerici, cum eo casu non sine magno clericorum incommodo à cultura rerum ecclesiasticarum distrahe-

11 rentur; Vnde multi Doctores tenent, Principem sæcularem auertentem clericorum colonos à cultura tempore præsertim, quo prædia, & fruges opera indigent, & cultura, indirectè ledere libertatem ecclesiasticam impediendo Clericos, nè vtantur re sua, & incidere in excommunicationem bullę cœnę Domini, *ità Surd. conf. 301. num. 84. to. 3. Leo in Thes. for. eccles. par. 1. cap. 14. num. 33. Quaran. in ver. vectigal. vers. item huius bullæ Canalican. d. dec. 44. n. 100. par. 1: Syluan. conf. 9. num. 12. Bursat. conf. 42. num. 20. vol. 1. Menoch: conf. 136. num. 15. lib. 2. Paris. conf. 26. num. 10. & seq. vol. 1. Lotter. de Re Benefic. tom. 1. lib. 1. q. 31. numero 48.*

12 Dico 4. quod emphiteuta ecclesię potest collectari pro re emphiteotica, deducto onere: quia res iudicatur propria illius, penes quem reperitur: dominiū enim vtile emphiteutæ est quid separatum à dominio directo ipsius Clerici, & ecclesiæ; & ideò

de

de laici tantum, non ecclesiæ præiudicio tractatur *Surd. cons. 338: num. 14. lib. 3. Purpurat. cons. 332. num. 4. vol. 1. & cons. 594. num. 1. & seq: vol: 2: Bald. cons: 31: num. 2. vol. 1. Bellett: loco cit. §. 8. num. 5: Alex. cons: 101. num: 11. lib. 1. & hanc. esse communem dicit Valasc. in tr. de iur. emphit. q. 17. num. 11. & seq. & veriorem, ac magis receptam dicit Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 31. Thesaur. dec: 116: num. 8: & ibi Add: vers: cæterum* dixi, deducto onere, quia in catastro, & æstimo bonorum emphiteoticorum debet haberi ratio pensionis, quæ præstatur Domino directi, vt tanto minus ipse emphiteuta soluat pro æstimo, *vt d. Menoch. d. cas. 562. n. 29. Bellett. vt sup. nu. 5:*

Ex quo infertur, quod licèt ad præscribẽdam rem cuiuslibet ecclesiæ requiratur spatium 40. annorum *cap. de quarta ex. de Præscript.* & aduersus Romanam centum *Auth. vt ecclesia Rom. & c.* tamẽ contra earũdẽ ecclesiarum Vassallos, vel emphiteutas ad præscriptionem vtilis eorum dominij sufficit tempus commune, quod aduersus quoslibet priuatos sufficeret *Alex. cons. 169. num. 3. vers: sed præmissis non obstantibus vol. 2. & alij apud Valasc. d. q. 17: nu. 13.* vbi etiam addit, quod lex retractus habet locum etiam in emphiteusi ecclesiæ, *& ità etiam tenet Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos: 3. nu. 3. & latius glos. 13. num. 8. Alex. cons. 27: num. 5. lib. 6.*

Contrariam tamen sententiam tenent alij graues Doctores *per l. priuatæ C. de excusat. mun. lib. 10.* vbi prædia emphiteotica Principis, seu fisci ab extraordinarijs præstationibus eximuntur; & ideò putant, hac etiam immunitate gaudere emphiteutam ecclesiæ, cum fiscus, & ecclesia à pari procedant, *ità Bart. in d. l. priuatæ n. 2. Cassan. in cõment. ad Consuet. Burgun. rub. 4. §. 6. in textu, ibi, & sentat medietatem onerum num. 6. vers. et intellige prædicta Syluan. cons. 9. n. 9. vers. his tamen minimè obstantibus, & num. 17. & 18. Ruin. cons. 111. num. 10. lib. 5. Leo in Thesaur. for. eccles. par. 4. cap. 1: num: 90. & communem dicit Ceuall: in specul: opinion: commun. con. commun: q: 726: & alij apud Bellett. d: §: 8: numero 5:*

SVMMARIVM.

1 *Emptores fructuum ecclesiæ regulariter non gaudent immunitate à gabellis:*
2 *Emptores fisci ad vectigalia, & gabellas tenentur:*
3 *Declaratur supradicta cõclusio.*

CAP. VIII.

An, & quando ementes ab Ecclesia, seu clericis sint immunes à gabellis.

1 Vamuis ecclesia, & Clerici sint, pro fructibus perceptis ex proprijs bonis, immunes à gabellis, vecti-

ctigalibus, & alijs oneribus, tamen emptores fructuum non gaudent hac immunitate: quia mutatione personę extinguitur priuilegium, quod cum sit personale quoad Clericos, non egreditur illorum personas *glos. in clemen. præsenti ver. non negotiandi de Censib. Bart: in l. licitatio §. fin. ff. de Publica. & vectigal. Surd: cõs. 301. ante num. 90. lib. 3. Thesaur. decis. 116. num. 6. Syluan. cons. 9. num. 7. Roland. cons. 61. num. 5. & seq: vol. 4. Io: de Amic. cons. 18. nu. 3. & seq. Guid. Pap. decis. 208: & est communis opinio, vt testatur Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 13. n. 12. vbi plures refert, & hanc esse cõmunem dicit Bellett. tit. de exempt. Cleric: & cor. bonor. à muner. publ: §. 8. num. 2.* ità etiam licèt fiscus sit immunis à solutione vectigalium *l. licitatio §. fiscus ff: de Publican. & vectigal.* hęc tamen immunitas non transit adsingulares
2 successores habẽtes causã à fisco: & ideò ẽptores fisci ad vectigalia, & gabellas tenentur *d. l. licitatio §. Mercatores Io: de Amicis d. cons. 18. n. 4. & 5. Roland. d. cons. 61. n. 6. vol. 4.* Vnde idem dicendum est in ecclesia, quę fisco comparatur *l: Rẽpublicam C. de iure Reip. lib. 11. Io. de Amicis d. cons. 18. nu. 16.*

Et hoc procedit, quando collecta, seu gabella soluenda est ex actu separato ab emptione, puta si emptor deferat rem emptam per loca, vbi soluitur gabella: tũc enim emptor tenetur ad gabellas:
3 quia factum emptoris nihil habet commune cum facto venditoris *l. licitatio §: mercatores ff. de publican. & vectigal.* secus quando gabella soluenda est pro ipso actu connexo, seu pro ipso contractu celebrato cum clerico, puta si statutum dicat, quod soluantur duo solidi pro qualibet libra pretij rei quę emitur, & venditur: tunc enim emptor rei ecclesiæ ad nihil tenetur: quia per indirectum esset cõtra libertatem ecclesiæ, quæ hoc casu minoris vẽderet res suas *ità distinguit Bald: cons: 31. nu. 2. vol. 1. quem sequitur Io. de Amic. d. cons. 18. num. 13. & seq. Roland. cons. 61. nu. 18. & seq. Menoch. cons. 136. num. 19. lib. 2. Bellett. loco citato §. 8. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum super rebus, & negotijs ad ecclesiam spectantibus potest leges, & statuta condere.*
2 *Hoc tamen ius statuendi non competit beneficiatis.*
3 *Declaratur supradicta conclusio.*
4 *Capitulum non potest statuere quod aliquid detur Canonicis pro admissione ad possessionem Canonicatus.*
5 *Episcopus non potest quicquam accipere pro collatione Canonicatus, vel alterius beneficij.*
6 *An validum sit statutum Capitulare, quod non admittantur ad Canonicatum descẽdentes ex Hæbreis, aut hæreticis.*
7 *Valeret statutum, seu consuetudo, vt aliquid detur ab obtinẽtibus Canonicatum in sacristiæ vsus conuertendum, secus si esset conuertendum in reparatio-*

nem prædiorum Capituli.

8 An possit Capitulum modũ præscribere circa quotidianas distributiones.

9 Quando sufficiat consensus maioris partis, & quando requiratur consensus singulorum:

10 Quando possit Capitulum imponere onus præbendis vacaturis.

11 Capitulum sede vacante succedit in ijs omnibus, quæ ad ordinariam Episcopi iurisdictionem spectant, nisi expressè prohibita reperiantur.

12 Capitulũ sede vac. potest synodũ congregare, & condere statuta distringentia totam Diœcesim.

13 Capitulum sede vac. debet de necessitatate vocari ad Concilium prouinciale.

14 An Capitulum sede vac. possit cõcedere indulgentias.

15 Capitulum potest facere gratias.

16 Quando possit Capitulum Diœcesim visitare.

17 An Capitulum ecclesiæ non Cathedralis succedere possit in potestatem Prælati defuncti:

18 An vacante titulo Cardinalatus Capitulũ illius ecclesiæ succedat in potestatem Cardinalis defuncti.

19 An Capitulum ecclesiæ Cathedralis succedat in iurisdictionẽ Episcopo delegatam.

20 An possit Capitulum visitare Monasteria Sanctimonialium exempta.

21 An capitulum sede vacante possit dispensare in irregularitatibus, suspensionibus &c.

22 An capitulum possit dispensare in casibus pontificijs in casu necessitatis.

23 An possit procedere in casu hæresis contra exemptos.

24 Item an possit cognoscere causas matrimoniales.

25 An Vicarius capituli possit concedere monitoria ad finem reuelationis.

26 Item an huiusmodi monitoria concedere possint inferiores ordinarij habentes episcopalem iurisdictionem.

27 An Prælati inferiores possint cognoscere causas matrimoniales.

28 Quomodo probetur immemorabilis.

An Abbas, qui iura episcopolia, & proprium territorium habet, cognoscere possit causas matrimoniales, ibidem.

29 In ijs, quæ sunt ordinis episcopalis, Capitulum non succedit, potest tamen ea committere alteri Episcopo.

30 Capitulum infra annum non potest dimissorias ad ordines cõcedere, nisi ijs, qui occasione beneficij recepti, vel recipiendi arctati fuerint iuxta Tridentinum.

31 An pœnæ in Tridentino expressæ incurrantur, si concedantur dimissoriæ ad primam tonsuram.

32 An capitulum, vel Vicarius excusetur à supradictis pœnis, si is, qui obtinuit dimissorias, illis non vtatur.

33 An dispositio Tridentini locum habeat in Vicario Papæ.

34 Et an procedat in Vicarijs Episcoporum deputatis à Papa.

35 Qui

35 *Qui dicantur arctati.*
36 *Electus in concursu ad beneficiũ caratum, cuius collatio facienda est à Papa, an interim dicatur arctatus.*
37 *Et an dicatur arctatus is, cui aliquis vult resignare beneficiũ requirens actu ordinem, quo careat.*
38 *Quando Capitulum liberè possit concedere dimissorias.*
39 *An Capitulum possit intra annũ concedere litteras testimoniales de vita, & moribus, & quid seruetur de stilo Curiæ.*
40 *Ordinatus ad minores ordines, seu primam tonsuram intra annum vacationis cum dimissorijs Capituli an possit obtinere beneficium.*
41 *Quid si aliquis obtinuit facultatem à Sede Apostolica suscipiendi ordines cum licentia sui Ordinarij.*
42 *An possit Capitulum intra annum concedere licentiam alicui Episcopo, vt in ea Diœcesi ad ordines promoueat alienos subditos, vel habentes dimissorias Episcopi defuncti.*
43 *An facultas remittendi interstitia transeat in capitulum sede vacante.*
44 *Quando subditi alicuius Episcopi, vel Capituli possint recipere ordines ab alijs vicinis Episcopis absque licentia proprij Episcopi, vel Capituli.*
45 *Capitulum concedens dimissorias ad ordines sacros non habenti vnde viuat, tenetur illi prouidere, sicut tenetur Episcopus.*
46 *Capitulum sede vacante beneficia conferre non potest, limitatur nu. 47. & 48.*
49 *An Capitulum possit beneficia ad tempus commendare.*
50 *An Capitulum possit dispensare cum illegitimis ad simplex beneficium, & ad ordines minores.*
51 *An possit Capitulũ beneficia vnire:*
52 *In quibus casibus ecclesia episcopalis vacare censeatur.*
53 *Capitulum infra octo dies à die scientiæ vacationis constituere debet Vicarium habentem qualitates à Concilio præscriptas, alias electio deuoluitur ad Metropolitanum.*
54 *An facta deuolutione sit locus purgationi moræ.*
55 *Quid si Vicarius à Metropolitano electus decedat, vel renunciet.*
56 *Durante termino octo dierum ad eligendum Vicarium præfixo nõ Archidiaconus, sed totum Capitulum administrat.*
57 *Quid si adesset priuilegium, vel consuetudo, quod Archidiaconus, vel alius substineat vicem Capituli intra dictos octo dies.*
58 *An in electione Vicarij seruanda sit forma cap. quia propter de elect. vel Concilij Tridentini sess. 25. de Regul. cap. 6.*
59 *Quando electio, & alij actus capitulares possint expediri etiamsi duæ partes Canonicorum non sint præsentes.*
60 *Soli Canonici habent vocem in electione Vicarij, non autem alij, etiamsi de consuetudine haberent vocem in Capitulo*

cum Canonicis.

61 *Nullitas electionis Vicarij proponi debet coram superiore Capituli, non autem coram Capitulo.*

62 *Idoneus de gremio Capituli cæteris in huiusmodi officio est præferendus*

63 *Si Capitulum eligit non Doctorem, quando haberi potest Doctor canonum, electio est nulla.*

64 *Electio de Theologo omisso Canonista similiter inualida est.*

65 *Quid si in Capitulo Doctores non sint.*

66 *Quis præferri debeat, si plures à Canonicis ad hoc officium fuerint electi.*

67 *Capitulum eligere potest in Vicarium Capitularem Canonicũ eiusdem ecclesiæ, qui in eadem ciuitate, & ecclesia curam quoq; gerit animarum.*

68 *Capitulum absque causa approbanda à Sac. Congregatione non potest amouere Vicarium Capitularem, nisi fortè electus fuerit ad tempus.*

69 *Vicarius Capitularis in actibus publicis cedere debet digniorem locum primæ dignitati.*

70 *An Vicarius Capitularis simpliciter electus possit ea expedire, quæ requirunt speciale mandatum.*

71 *An Vicarius possit visitare Diœcesim, vel concedere dimissorias:*

72 *Professio fidei sede vacante faciẽda est corã Vicario Capitulari.*

73 *Capitulum potest in actu electionis Vicarij certos casus reseruare.*

74 *Quando eligi possint plures Vicarij.*

75 *Vicarius Capitularis potest procedere contra singulos de Capitulo, nequit tamen totum capitulum suspendere, vel interdicere.*

76 *Quando expiret Iurisdictio Vicarij.*

77 *Ad quem spectent emolumenta ex iurisdictione prouenientia vacante sede.*

78 *Vicarius Capituli habere debet salarium ex bonis ecclesiæ vacantis.*

79 *An Capitulum, seu Vicarius Capitularis possit omnes licentias audiendi confessiones Regularibus concessas suspendere.*

80 *Vicarius Capituli finito officio tenetur reddere rationem suæ administrationis nouo Episcopo.*

81 *Vicarius Capitularis an possit admittere renunciationem faciendam per Nouitium intra duos menses ante professionem iuxta Tridentinum.*

82 *Et an illam admittere possint Abbates, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Epsicopalem.*

CAP. VLT.

De Priuilegijs Capituli Ecclesiæ Cathedralis.

§. I.

An Capitulum Ecclesiæ Cathedralis possit condere statuta.

1 CApitulum de iure communi super rebus, & negotijs ad ecclesiam spectan-

stantibus, & pro ipsius tranquillo regimine potest leges, & statuta condere etiam sine consensu Episcopi *cap. cum omnes de Constit. Barbos. de offic. & pot. Episcop. par. 3. alleg. 93: num. 26. Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. c. 44. n. 16. Layman. in Theolog. mor. tr. 4. c. 7. §. 4. n. 10.* vbi id extendunt etiam
2 ad Capitulum Ecclesiæ collegiatæ *Bonac. to. 1. in tract. de Hor. canon. disp. 2. q. 5. pun. 5. n. 2. Rota dec. 76. n. 1. & seq. par. 7. Recent.* vbi etiam resoluit, hoc ius statuendi spectare tantum ad Capitulum, non autem ad Beneficiatos, etiamsi inter ipsos, & Capitulum in re aliqua communis esset vtilitas, siue ipsis competeret administratio eiusdem rei: quia Beneficiati reputantur tamquam ipsius Ecclesiæ serui *iuxta cap. penult. de Cler. non resid.*: quod intellige, dūmodò statuta licita, & iusta sint,
3 & non concernant statum vniuersalis ecclesiæ, neque sint Episcopo præiudicialia, *vt dicit glos. communiter recepta in cap. 2. §. cæterum ver. statutum de verbor. sign. in 6. Barbos. loco cit.*

4 Vnde non posset statuere, quod aliquid Capitulo, aut Canonicis soluatur pro admissione ad possessionem Canonicatus, hoc enim est prohibitum per constitutionē Pij V. *incip. Durum nimis, quam refert Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 4. num. 51. & constat. etiam ex Concilio Tridentino sess. 24. de ref. cap. 14.* quemadmodum neque
5 Episcopus potest quicquam accipere pro collatione Canonicatus, vel alterius beneficij non obstante quacunque consuetudine etiā immemorabili, *vt colligitur ex Concilio loco cit. & notat Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 15. nu. 25. Piasec. in Prax. par. 2. cap. 5: nu. 28. vbi refert, ità S. ac. Congregationem declarasse*; neq; validum esset
6 statutum capitulare, quod non admittantur ad Canonicatum descendentes ex hæbreis, aut hæreticis: quia hoc quoque esset contra ius commune, *vt in cap. eā te de Rescript:* nisi fuerit auctoritate Apostolica confirmatum.

7 Valeret tamen statutum, seu consuetudo, vt aliquid detur ab obtinentibus Canonicatum in Sacristiæ, vel Ecclesiæ vtilitatem, aut alios pios vsus conuertendū *ex Concilio Tridentino loco cit. & dicta constitutione Pij V.* secus, si cōuertendum esset in restaurationem, vel reparationem prædiorū, aut bonorum Capituli: quia tunc cederet in vtilitatem singulorum, *vt resoluit Sac: Cong. teste Barbos: d: cap: 15. num: 26: & 29.*

8 Addit Bonacin. *loc. cit.* quod potest Capitulum modum præscribere circa quotidianas distributiones, quo videlicet pacto facienda sit distributio: & quota distributionum pars cuilibet horæ assignanda sit *iuxta cap. ex litteris de Constit.*

9 Ad eiusmodi autem statuta sufficit consensus maioris partis etiā si statuatur de Reditibus spectantibus ad singulos, *iure tamen* Collegij, seu capituli, dummodò in hoc casu vtilitatis, vel necessitatis ratio concurrat: vel si id con-

consuetum sit prouideri per collegium; secus dicendum in ijs, quæ sunt voluntaria, in quibus debent omnes consentire, *vt decisum refert Ricc. in Collect: decis: 3377.par:8: Layman.tr:4.c.7.§.4. num.10.*

Nec sufficeret maior pars capituli ad statuendum contra id, quod fuit diù obtentum; nec cõtra constitutionem antiquam, vel priuilegium, seu exemptionem; tunc enim vnus solus potest contradicere, atque impedire; quia in tali casu agitur de interesse singulorum, cui præiudicari non potest per consocios, *vt dicit Riccius loco cit.* Neque potest maior pars Capituli cõcedere, vt qui non habet vocem in Capitulo, illam habere possit; nisi consentirent omnes ità, vt nullus discrepet. *Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 13. numer. 34.*

10 Addit Vulp. *loco cit. cap. 39. n. 11.* quod capitulum accedente Episcopi consensu potest condere statuta etiam de rebus extra statum Capituli, atque honestum onus imponere prębendis in posterum vacaturis in pręiudicium futurorum canonicorum *iuxta c. significatum de Præb.*

§. II.

An Capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacante succedat in totam Episcopi Iurisdictionem.

11 COmmunis est sententia, quod Capitulum sede vacante succedit in ijs omnibus, quæ ad ordinariam iurisdictionem, & administrationem Episcopi tam in spiritualibus, quam temporalibus pertinent, etiamsi essent talia, quæ requirerent speciale mandatum Episcopo viuente, nisi expresè prohibita reperiantur *cap. cum olim. vbi glos. in ver. capitulo de Maior. & obed. cap. ad abolendam de Hæret. c. 1. & ibi glos. in ver. Episcopum de Instit. in 6. glos. in c. quia sæpe ver. reseruari de elect. in 6. Quaran. in ver: Capitulum sede vacante in princ. Dian. par. 8. tr. 4. res. 1. & res. 31. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 36. nu. 9. & 10. & par. 3. all. 132. numer. 21. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. res. 506. & par. 2. res. 118. Nau. cons. 44. nu. 1. de Tempor. ordin. Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 29. num. 8. & alij:* quod procedit, siue huiusmodi iurisdictio competat de iure communi, siue de consuetudine: siue sit contentiosa, vel necessaria, siue sit voluntaria, *latè Quarant. loco cit. & alij permulti apud Dian. par. 8. tr. 4. res. 1. 3. 18. & 19.*

12 Hinc infertur 1. quod Capitulum potest synodum congregare, & condere statuta super statu Ecclesiæ districtu tam Diœcesim, quæ durant etiam in tempus futuri Prelati, etiamsi talia statuta essent contraria constitutionibus synodalibus, vel alijs statutis Episcopi defuncti *Quarant. loc. cit. quæst. 4. Megal. in ver. Capitulũ sede vacante nu. 9. Dian. par. 8. tr. 4. res. 22. & alij, quos refert. & sequitur*

tur Barbos. de offic. & pot: Epis: p. 3. all. 93. num. 4: Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 445.

13 Infertur 2: quod si tempore celebrationis Concilij prouincialis vacaret sedes, Capitulum ecclesiæ Cathedralis, cum succedat in iurisdictionem, debet de necessitate vocari, & potest comparere per Vicarium generalem cum speciali mandato dandi votum decisiuum *Piasec. in Prax. Epis. p. 2. cap. 2. vers. habet autem Vulp. in Prax. iudic. cap. 34. num. 7.*

14 Infertur 3. quod Capitulum sede vacante potest concedere indulgentias, quas de iure communi Episcopus potest concedere *iuxta cap. cum ex eo de Pœnit. & remiss.* hæc enim facultas pertinet ad potestatem iurisdictionis *Sylu. in ver. Capitulum q. 10. & hanc veriorem dicit Megal. in ver. capitulum sede vacante num. 6.* quin etiam Vicarius Episcopi potest illas concedere, si ad id habeat mãdatum speciale, *vt post alios dicit Bonacin. de sacram. disp. 6. q. 1. pun: 3. num. 10. & seq.* vbi addit, Episcopum posse hanc facultatẽ clerico demandare; alij tamen censent, potestatẽ cõcedendi indulgentias, & si pertineat ad clauem iurisdictionis, reseruatam tamen esse episcopali dignitati, *ità DD. apud Barbos. de offic. & pot Episc: p: 3. all. 88. numero 21. Bonacin. loco citato numero 13.*

15 Infertur 4. quod capitulum potest facere gratias, ac remittere pœnas per Episcopum defunctum impositas *Quaran. vbi supra in princ. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 316. vbi citat Panorm. in cap. cũ olim. de maior. & obed. Innocen. & Hostiens. in cap. ad abolendam de Hæret. Feder. de Sen: cons. 130. idẽ dicit Vulp. in Prax: iud. capit. 44. num. 26.*

16 Infertur 5. quod si lapsus fuerit annus à postrema Episcopi visitatione, nec de proximo ecclesia de pastore esset prouidẽda, potest capitulum visitare Diœcesim, & exigere procurationes debitas à visitatis, etiamsi sedes episcopalis quasi vacet, puta si Episcopus ab hostibus, seu paganis captus sit *Ricc: in Prax. vt supra par. 1: ref. 543. & alij communiter.*

17 Addunt alij, quod Capitulum ecclesiæ etiam nõ cathedralis succedit in potestatem Prælati defuncti, si potestas aliqua illi competebat ratione Prælaturæ, præsertim vbi talis esset consuetudo *Abb. in cap. bis, quæ num. 3: de maior. et obed. & ibidem Felin. quos refert Megal. in ver. capitulum sede vacante nu. 18.* vbi etiam dicit, quod

18 vacante titulo Cardinalatus capitulum illius ecclesię succedit in potestatem Cardinalis defuncti excepta auctoritate corrigendi, excommunicandi, & suspendendi, quæ pro bono pacis summo Pontifici reseruatur, *vt in d. cap. bis quæ S: quando autem.*

19 Sed dubium est, an Capitulum succedat in iurisdictionem Episcopo delegatam? in quo distinguendum est: aut enim à iure communi, seu à Sac. Concilio Tridentino datur facultas Episcopo, vt procedat tamquam delegatus sedis apostolicæ, vel apostoli-

ca

ca auctoritate, & in hac facultate capitulum sede vacante non succedit *Garc.de benef:par.5: cap. 7. num.48.Barbos:d:par.3. all. 92: nu:17. & ita intelligendi sunt alij Doctores apud Quaran:in ver.Capitulum sede vacante in princ.Megal:in eodem ver. nu.3. Sbrozz.de Vic.Episc.lib.1.q.16.* quod probatur *ex cap.pastoralis §. præterea de offic:Ind. ordin.* vbi mortuo Episcopo delegato expectatur successor,& non recurritur ad Capit. Vnde neq.Cap.neq. Vicarius Capitularis potest expedire dispensationes matrimoniales, neque alias causas à sede apostolica delegatas Episcopo, seu eius Vicario, *vt d:Quaran.loco cit.quæst:3: Megal. in ver.Capitulũ sede vacante n.2. & 7:Ricc.in Prax.for.eccles:par.4: res:274:& ità resoluisse Sac. Cong. refert Barbos.de Canon.& Dignit. cap.42:num.58:&* 102.etiamsi directæ sint officiali, seu Vicario simpliciter dicendo, V. Gr.officiali, seu Vicario Veliterno, quia tunc intelligitur tantum de officiali, seu Vicario Episcopi,& nõ capituli, attento etiam stilo Curiæ, & Cancellariæ, quę non dirigit huiusmodi dispensationes, seu litteras officiali Capituli, sed Episcopo viciniori, *vt obseruat etiam Dian.par.8. tr.4.res.66.*

Hanc tamen conclusionem limitant Doctores, vbi adesset necessitas, vel vtilitas causam expediendi, veluti cum agitur de sedandis inimicitijs, vel alia simili causa *Pauin.de Potest.Cap. par:1. q.10.sub.num.4.quem refert Quaran.in ver:capitulum sede vacante, & alij apud Garc.de Benef: par. 5. cap.7.num.46. & apud Ricc. in Prax:for.eccles:par:1.res:226.*

Aut in tali concessione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur,etiam tamquam sedis apostolicæ delegatus, vel,etiam auctoritate nostra, & tunc quia Episc.vltra delegatam retinet etiam facultatem ordinariam, in ea vtique capitulum succedit *Garc. d:p. 5.cap.7.num.47.Barbos.d.par.3.all. 92.num.17:Vulp.in Prax. iudic. c. 44. numero 9.*

Idemque dicendum est, si in concessione remouentur obstacula exemptionis, & priuilegiorum, veluti si dicatur, non obstantibus exemptionibus, seu priuilegijs, *vt in Conc.Tridentino sess.5.de ref. cap.2.& sess.7.cap.5.& 7. & in Clem.1.de testam.& in clem.1.de sepult.ità Barbos.d.all.92.num. 15. 16.&* 17:vel quando à iure, vel Concilio muneri, seu dignitati Episcopali aliqua potestas perpetuò, & simpliciter datur: tunc enim etiam Capitulum in talem iurisdictionem succedit: suppositæ enim perpetuitate huius delegationis talis iurisdictio censetur pars totius iurisdictionis episcopalis *c.vn.de maio.& obed:in6.Barbos.vbi supra Cened. in collect. ad ius Canon.3.par.collect.4.num. 3. & in pp.qq:q:26.num.28.vers. ego tamen Rodriq.qq.Canon.& Regul. tom.1.q:61.art.9. vers. nec simile est, & alij apud Dian.par. 7. tr.2. res.3.& par.8.tr.4.res.2. & 7.Piasec.in Prax.Episc.par:2. cap.1. numero 16.*

20 Hinc inferunt Doctores, quod po-

potest capitulum per se, vel per alium visitare etiam monasteria Sanctimonialium exempta, ac sedi apostolicæ immediatè subiecta: quemadmodum poterat Episcopus: quia hęc iurisdictio in perpetuum delegatur episcopali muneri *per clem.attendentes in princip.de stat Monach:& ex Concilio Tridentino sess.25.de regul.cap.9. & tradunt Doctores apud Barbos. de canon.& dignit.cap.42.nu:* 70. *& 107:& de offic.& pot:Episc.p.3. all.133.num.19.& seq.*

21 Inferunt 2.quod Capitulum sede vacante eadem ratione potest dispensare super irregularitatibus, suspensionibus &c. iuxta decretũ Concilij Tridentini *sess.24. de ref. cap.6.vt dicit Dian.par.7:tr.2 .ref. 3: & par:8.tract.4.ref.7.latè Barbos.de offic.& pot.Epis.par.2.alleg. 39.num.16.Piasec.in Prax. episc.p. 2:cap.1.num.16.Garc.de benefic.p. 5. cap.7.num.41.Megal.in ver. capitulum sede vacante num.2.& 8. Vulp.in Prax.iudic:cap.44.num.9. & ità censuit Sac:Congregat. Concilij teste Ricc.in Prax.for.eccles.p. 1.ref 466.& par.2.ref.118.& par.3 ref.265.& in collect.decis.721.par. 3.contra Bonacin.de Censur.disp.7. q.5. pun.1.num.7.& alios*:

22 Inferunt 3. posse Capitulum etiam dispensare in casibus Pontificijs in casu necessitatis, quandò non est facilis recursus ad Papam, quemadmodum potest dispensare Episc.quia iurisdictio, seu potestas, quam habet Episcopus dispensandi in legibus Pontificijs in casu necessitatis, censetur ordinaria, cum sit annexa perpetuò Episcopali dignitati *Sansh.lib. 2.de Matrim.disput.40.num.14.Merol. tom.3.disp.7.cap.7:dub. 1. num. 12. quos refert Dian.d.par. 8. tract. 4. resolutione 9.*

23 Inferunt 4. quod potest procedere in casu hæresis etiam contra exemptos: quia hæc etiam potestas perpetuò delegata est episcopali dignitati *in cap.ad abolendam de Hæret.& ità seruari dicit Dian. d.par.8.tract.4.ref. 37.*

24 Inferunt 5.posse Capitulum cognoscere etiam causas matrimoniales *per c.veniens de eo qui dux. in matrim.Quaran.loco cit. quæst. 5. & alij apud Dian.par:8.tr.4.resolutione* 22.qui dicunt, per Concilium Tridentinum *sess.24.de ref. cap.20.vers.ad hæc*, fuisse tantum exclusos alios Prælatos Episcopo inferiores, non autem Capitulum, quod in hoc casu non dicitur inferius Episcopo, sed par, *idem dicit Ricc.in Prax.par.1.ref.226.& par.4.ref.271.& 274.*

Ità etiam, licèt idem Concilium *sess.25.de ref. cap:3.* præcipiat, nè monitoria cum excommunicatione pro rebus deperditis inueniẽdis, seu ad finem reuelationis à nemine præterquam ab Episcopo decernantur, tamen Vicarius Capituli sede vacante monitoria huiusmodi concedere potest, *vt declarauit Sac.Cong. teste Garc. de benef.par.5.cap.8.num.97.* eãdemque facultatem competere Vicario Episcopi ex generali commissione dicit Sbrozz.*de Vic.Episcop. lib.2:q.171.num.2.& ità censuisse Sacram Congregationem testatur idem Garc.d.par.5.cap.8.nu.94. &*

26 *seq.* vbi etiam dicit, quod per Cōcilium excluduntur inferiores ordinarij etiam habentes episcopalem iurisdictionem, & etiam exēpti, ac immediatè sedi apostolicę subiecti, siue nullius Diœcesis, quorum subditi ad sedem apostolicam pro huiusmodi monitorijs recurrere debent, *vt notant etiam alij Doctores apud Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 3. allg. 96. numero* 12.

27 Obserua tamen, quod tales Prę lati inferiores, si ab immemorabili sint in quasi possessione cognoscendi huiusmodi causas matrimoniales, manuteneri debent: quia Concilium loco cit. non sustulit talem consuetudinem, *vt censuit Sac. Cong. apud Nau. conf. 3. num. 4. & seq. de offic. ind. deleg.* sed donec de tali immemorabili constiterit per tres sententias conformes, Episcopus, non autem inferior, debet interim huiusmodi causas cognoscere, *vt decisum refert Barbos. de offic. & pot. Episc.*

28 *par. 3. all.* 84. *num.* 5. vbi etiam subdit, immemorabilem probandam esse cum requisitis, de quibus *per glos. receptam in cap.* 1. *de Præscript. in* 6. videlicet per testes deponētes de visu per 40. annos ante litē motam, & habentes congruam ętatem, qualis est annorum 54.

Addunt Doctores, Abbatem, qui iura Episcopalia, & proprium territorium habet, non comprehendi sub decreto Concilij Tridentini *d. sess.* 24. *de ref. cap.* 20. & ideò posse cognoscere causas matrimoniales, & criminales; quia cum huiusmodi Abbas in locis sibi subiectis habeat iurisdictionem episcopalem, vel quasi non dicitur esse de inferioribus, *ità decis. refert Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 4. *resolutione* 272.

29 In ijs verò, quę sunt ordinis Episcopalis, capitulum minimè succedit: quia adeò sunt annexa habenti dignitatem Episcopalem, vt nullo modo possint ab ea separari, *vt notatur in c. aqua vbi glos. in ver. iurisdictionis de consecr. eccles. vel altar. & est communis opinio.* potest tamen ea committere alteri Episcopo, & ità poterit cōuocare Episcopum vicinum, vel alium, vt conficiat chrisma, oleum sanctum, ecclesias, vel altaria cōsecret &c. *vt cum Quarant. dicit Ricc. in Prax. for. eccles. part.* 2. *resolutione* 248.

§. III.

An Capitulum sede vacante possit concedere litteras dimissorias ad ordines suscipiendos.

30 QVamuis textus *in cap. cum nullus de Tempor. ordin. in* 6. absque aliqua restrictione Capitulo sede vacāte huiusmodi auctoritatem tribuat, postmodum tamen Concilium Tridentinum, *sess.* 7. *de ref. cap.* 10. statuit, nè infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, nisi ijs, qui beneficij ecclesiastici recepti, vel recipiendi occasione arctati fuerint, Cap. seu Vicarius Capitularis concedat, alias Capitulum contrauenies ecclesiastico subiacet interdicto

dicto, & sic ordinati ad minores nullo priuilegio clericali gaudent: ordinati verò ad sacros ordines ab exequutione ordinum arbitrio futuri Prælati sunt ipso iure suspensi: Vicarius verò Capitularis dimissorias concedens non arctato, & ante elapsum annum, ab officio & beneficio per annum est ipso iure suspensus ex eodem Concilio Tridentino *sess.* 23. *de ref. cap.* 10: idque habere locum, etiamsi con-
31 cedantur dimissoriæ ad primam tonsuram, dicit Ricc. *in Prax. for. eccles. p.* 2. *ref.* 106. *Quaran: in ver. Capit. sede vacāte quæs.* 10: *Vulp. in Prax. iudic: c.* 44. *n.* 20. quia prima tonsura est ordo secundùm Canonistas *in c: cum contingat de ætat. & qual.* quamuis contrarium teneant Theologi, *vt notat etiam Dian. par.* 8. *tr.* 4. *ref* 43:

32 Obseruant autem Doctores 1. quod si quis litteris dimissorijs à Capitulo obtentis non vtatur, nec Capitulum, nec eius Vicarius in dictas pœnas inciderent, quia pœna pro aliquo delicto imposita regulariter nō incurritur, nisi post opus consummatum, ideſt post vsū prædictarum litterarum *Marchin. de Sacram. ord. tr.* 1. *par.* 6. *cap:* 3. *nu.* 11. *quem refert Dian: par:* 8. *tr:* 4. *ref.* 41. *cōtra Barbos. de offic. & pot. Epis: par.* 2. *all.* 7: *num.* 13.

33 Obseruant 2: Concilium non loqui de Vicario Papæ, qui post sede apostolica vacante dimis- 37 sorias concedere *Maiol. de Irreg. lib:* 4. *c.* 6. *Henriq. lib.* 10. *de sacram. ord. c:* 22. *§.* 3. *Campanil. in Diuers. Iur. canon. rubr.* 9. *cap.* 8. *nu.* 8. *quos refert, & sequitur Dian. par.* 8. *tr.* 4: *ref.* 41. *quibus adde alios apud Barbos. d: par* 2: *all.* 7. *num.* 13. vbi idem
34 dicit de Vicarijs Episcoporum deputatis per Papam, quos apostolicos vocamus.

35 Obseruant 3. quod illi dicuntur arctati occasione beneficij recepti, qui obtinent aliquod beneficium requirens seruitium personale, cuius ratione de iure, cōsuetudine, priuilegio, statuto ecclesiæ, vel fundatione intra annum tenētur ad ordines suscipiendos: arctati verò occasione beneficij recipiendi dicūtur qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, quod tamen requirit actu certum ordinem, quo illi carent; item illi, qui non habētes primā tonsuram prēsentantur ad beneficia *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 2. *ref.* 98. *Garc. de Benef. p:* 5. *cap:* 7. *num.* 98. *& seq. & alij apud Barbos. de offic. & pot. epis: par.* 2. *alleg.* 7. *num.* 11.

36 Notandum tamen est, quod electus in concursu ad beneficium curatum, cuius collatio facienda est à Papa, non potest interim dici arctatus occasione beneficij recepti: quia illud tunc non habet: neque occasione beneficij recipiendi, quod non requirit actu sacerdotium, *vt dicit Barbos. & Ricc. locis cit:* præterea non dicitur arctatus occasione beneficij recipiendi is, cui aliquis vult re-
signare beneficium requirens actu ordinē, quo caret: hoc enim est merè voluntarium, *vt dicit idem Ricc. in Prax. d. par.* 2. *ref.* 98.

38 Obseruant 4. quod elapso anno à puncto sedis vacātis Capitulum

liberè concedere poteſt dimiſſorias *Nau.conſ.44.num.4. de Temp. ordin. Quarant. in ver. Capitulum ſede vacante quæſt.11. Dian. par.8. tr.4.reſ.41. & alij communiter.*

39 Obſeruant 5. Capitulum etiam intra annum poſſe litteras teſtimoniales de vita, & moribus, ac de idoneitate concedere: quia huiuſmodi litteræ teſtimoniales non ſunt dimiſſoriæ *Bonaccin.de Sacram.diſp.8.q.vn.pun.4.num.25 Vulp.in prax iudic.cap.44.num.21 Quarant.loco cit.quæſ.10.verſ.tertio limita Nau.conſ.27.de Tempor. ordin.* hodie verò de ſtilo Curiæ dictæ litteræ teſtimoniales ſede epiſcopali vacante dandæ ſunt ab ordinario viciniore, *vt dicit Barboſ.dicta all.7.num.16.* quod tamen ità intellige, vt non ſolus ordinarius vicinior illas dare poſſit, ſed ſimul cum Vicario Capituli, vel habitis ab eodem informationibus de vita ordinandi, cũ alias Epiſcopus vicinior de ſubdito non ſuo rectum nequeat ferre teſtimonium *Dian.par.8.tr.4. reſ. 42.vbi citat Marchin. de Sacram. ordin.tract.1.par.6:cap.3.num.* 17. & 18.

40 Obſeruant 6: quod licèt ordinatus ad primam tonſuram, ſeu ad minores ordines intra annum vacationis nullo priuilegio clericali gaudere debeat *iuxta Concilium d.ſeſſ.7.cap.*10. poteſt tamen obtinere beneficium, quia priuilegiũ hoc non amittit ipſo iure, ſed debet priuari per ſententiam, vel exceptionem *Nau.conſ.28.de Tẽpor.ordin:quem ſequitur Quaran. loco cit.quæſ.*10.*verſ. Hinc contingit Bonacin.de Sacram.diſp.8.q.vn. pun.4.num.24. Dian.d. par.8.tr.4. reſ.44.*

41 Obſeruant 7. quod obtinenti facultatem à ſede apoſtolica ſuſcipiendi ordines cum licentia ſui ordinarij, huiuſmodi facultatem ſubordinatam concedere poteſt Capitulum ſede vacante ante lapſum annum, *vt poſt Nau.& Quarant.dicit Piaſec.in Prax.Epiſc.p.1. cap.1.nu.13.*

42 Obſeruant 8. quod poteſt Capitulum ſede vacante ante annum elapſum concedere licentiam alicui Epiſcopo, vt in ea Diœceſi ad ordines promoueat alienos ſubditos habentes dimiſſorias proprij Epiſcopi, aut ſui Prælati Regularis vel perſonas eiuſdẽ Diœceſis habẽtes dimiſſorias Epiſcopi defuncti, vel Nũtij Apoſtolici, vt à quocunq. Antiſtite ordinentur, *ità Sanch.in opuſc.mor.lib.7.cap.1.dub.26.quem refert Barboſ.d.par.2.all.* 7. *nu.*14. *& alij apud Dian.par.8.tr.4.reſ.73.* qui dicunt, illam prohibitionem Tridentini, nè Capitulum ſede vacante concedat litteras dimiſſorias, ſolum intelligendam eſſe quoad Clericos ſubditos Capitulo, non verò quoad non ſubditos, *& ità videtur etiam ſentire Quarant.in d.ver. Capitulum ſede vacante quæſ.*11.*Piaſec.in Prax.epiſc. par.1.cap.1.num.*13.

43 Obſeruant 9 quod facultas remittendi interſtitia Epiſcopo competens ex cauſis comprehenſis in Concilio Tridentino *ſeſſ.23.de reſ. c.*11.13:*&* 14.tranſit in Capitulum ſede vacante: quia capitulum ſuccedit in omnibus, quæ ſunt iuriſdi-

dictionis, *vt censuit Sac. Congregatio teste Vulp. in Prax. iudic. c. 44. num. 27. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 1. resol. 616:* alij tamen id admittũt, quando ex decretis eiusdem Cõcilij capitulum potest concedere licentiam ordinandi, puta post elapsum annũ sedis vacantis *Quarant. in ver. Capitulum sede vacante quæs. 10. vers. & refertur, & alij apud Dian. par. 8 tr. 4 res. 5.*

44 His adde, quod si Capitulum intra annum concesserit litteras dimissorias, quibus obtinens vsus fuerit, poterunt subditi post annum ordines recipere ab alijs vicinis Episcopis absque licentia Capituli, cum eo casu Capitulum subiaceat ecclesiastico interdicto, quemadmodum dicimus de Episcopo suspenso *per cap. eos qui de Tempor. ordin.* requiritur tamen ad hunc effectum, vt interdictum, vel suspensio sit manifesta per euidentiam facti, vel per Iudicis sententiam, non verò dubia, *vt ibidem dicit glos. in ver: manifesta;* & ideò ordinando incumbit onus probandi suspensionem Episcopi, vel interdictum Capituli per sententiam Metropolitani: quia præsumptio non est contra Episcopũ, vel Capitulum, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Bonaccin. de Censur. in part. disp. 3. q. 1. pun. 11 num: 6: Barbos. d. par. 2. all. 8. num. 1.*

45 Adde 2. quod si Capitulum cõcederet dimissorias ad ordines sacros non habenti vnde viuat, tenetur illi prouidere, sicut tenetur Episcopus *Diana d. par. 8. tr. 4. res. 41. vbi citat Vgolin. de Potest. Episc. cap. 26. §. 15. nu. 1.*

§. IV.

An Capitulum sede Episcopali vacante succedat in potestatẽ conferendi beneficia.

46 COllatio beneficiorum, cum sit veluti quędam donatio saltem ex ea parte, quia in potestate Episcopi est potius huic, quã alteri illa conferre, pertinet quasi ad fructus, & emolumenta Episcopatus *glos. in cap. cum olim de maior. & obed.* & ideò Capitulum illa conferre non potest, sed eorũ collatio ad Papam pertinet ex *c. 2. Ne sed. vac. & ex reg. 2. Cancellariæ & ex constitutione Pij V. incip. Sãctissimus in Christo Pater, quam refert Quarant. in ver. Capitulum sede vacante quæs. 9: Megal. in eodẽ ver. nu. 4. Vulp. in Prax. iudic. c. 44. num. 5.* vbi omnia beneficia episcopali sede vacante quomodolibet vacantia ad Episcoporum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia ipsi Pontifici reseruantur.

Ex quo infertur, quod non potest Capitulum conferre beneficia etiam Episcopo deuoluta ob negligentiam, vel culpam inferiorum Prælatorum non conferentium, vel malè conferentium *ex dicta constitutione Pij V. & ex c. 2. Nè sed. vac. Megal. in ver. Capitulum sede vacante nu. 4: Barbos. de offic: & pot. Episc. par: 3. all. 126: num. 70. Dian. par. 8. tr. 4. res. 27.* neque beneficia spectantia ad collationem

Epis-

Episcopi vacantia per resignationem ex causa permutationis, *vt decisum refert Garc. de Benefic. p.* 11 *cap.* 4. *num.* 80.

47 Limitatur tamen supradicta cõclusio in beneficijs, quæ communiter spectant ad collationem Episcopi, & Capituli; quia vno deficiente, vel inhabili existente alter confert *cap. vn. Nè sed. vac. in* 6. quod procedit, etiamsi ex cõcordia vna vice prouideat Episcopus, & altera Capitulum; quia tunc mortuo Episcopo, seu alias vacãte sede potest Capitulum iure proprio conferre Canonicatus, & alia beneficia simultanea, non solũ quando beneficium vacat inturno Capituli, in quo non est difficultas, quia regula solum reseruat beneficia spectantia ad collationem Episcopi, & non Capituli; sed etiam quando beneficium vacat in turno Episcopi *Garc. de Benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 235. *&* 236. *Barbos. par.* 3. *all.* 57. *num.* 90.

Similiter Capitulum succedit in potestatem præsentandi, vel eligendi, quoties ad vtrumque simul spectaret præsentatio, vel electio *Quaran. in ver. Capitulum sede vacante quæs.* 9. *vers. quæ conclusio.*

Item poterit Capitulum auctoritatem in beneficiorũ resignatione, seu permutatione interponere, si eorum collatio spectet cõmuniter ad Episcopum, & Capitulum *iuxta glos. communiter receptam in clem. vn. ver. conferantur de Rer. permut. Megal. in ver. Capitulum sede vacante numer.* 4. dummodò permutatio, vel resignatio fiat ex causa necessaria, & ante prouisionem factam de Prælato in Consistorio *Quarant. loco cit. q.* 9. *Megal. vt sup. num.* 4. *Ricc. in Prax. par.* 2. *res.* 243. *& alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *all.* 69. *num.* 8.

Secus esset, si ad Episcopum spectaret electio, nominatio, seu præsentatio personæ, quamuis collatio, seu institutio ad alium pertineat, seu sit communis Episcopi, & Capituli, quia attendenda est prima dispositio beneficij *Garc. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 230. *Barbos. d. p.* 3. *all.* 57. *num.* 90: vnde non poterit Capitulum sede vacante Pœnitentiarium, seu Theologum eligere, licèt collatio præbendæ sit communis Episcopi, & Capituli vel etiã solius Capituli; quia electio personę ad huiusmodi prębendas ad solum Episcopum spectat; & ideò tũc electio, & collatio pertinebit ad Papam *vt declarauit Sac. Congatio, ac Rota Romana apud Garc. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 145. *& seq. & in addit. ad d. cap.* 4. *num.* 150. *Barbos. d. par.* 3. *alleg.* 55. *num.* 2. *&* 17. *& all.* 56. *nu.* 3. *Ricc. in Prax. par.* 1. *resol.* 487: quemadmodum ad Papam etiam spectat, vbi officium Pęnitentiarij, vel Theologi, & vnita prębenda vacat in mense apostolico, vel adest alia reseruatio, & affectio *Barbos. d. all.* 56. *num.* 4: *Garc. d. par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 138: *&* 164. in alijs verò casibus, quamuis electio Pœnitentiarij, & Theologi spectet ad solum Episcopum, collatio tamen præbendæ vnitæ ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat, *vt declarauit Greg.* XIII.

&

& Sac. Congreg. teste Garc. d. par. 5. cap. 4. num: 138. & 162. Barbos. d. all. 56. num: 3:

48 Limitatur 2: quando collatio beneficiorum est ità necessaria, vt ad illam Episcopus de iure cõpelli potuisset: tunc enim transit in Capitulum sede vacante *Megal. in ver. Capitulum sede vacante num.* 4: & ideò potest instituere, presentatos à patronis *cap.* 1. *de Instit. in* 6. & confirmare electiones, quas Episcopus cofirmabat *cap. cum olim de maior. & obed.* etiamsi ipsummet Capitulum eligat: quia in tali casu eligeret iure capituli, & confirmaret iure Episcopali, *vt dicit glos. in c. pen: de suppl. negl. Prælat. i* 6. reseruatio enim non habet locum, quando præsentatio, vel electio ad aliũ pertinet, quamuis collatio, seu institutio spectet ad Episcopũ *Garc. par. 5. cap. 1. num. 231. Barbos. par. 3. all: 57 num.* 90 Vnde posset Capitulum sede vacante, si Patronus esset clericus, illi acceptanti beneficium motu proprio conferre sicut posset Episcopus, *vt dicit Quaran: loco cit. quæst. 9.*

Idem dicendum, si mandatum est, alicui prouideri de primo vacaturo, vel si collatio debetur certæ personæ, & certo generi personarum, vel antiquiori optanti: his enim casibus potest etiam collatio fieri à Capitulo sede vacante *Megal. in ver. Capitulum sede vacante numero* 4.

Non tamen succedit Capitulũ in potestatẽ conferendi beneficia parochialia: quia licèt hęc conferenda sint per concursum magis idoneis *iuxta Consilium Tridentinum sess.* 24. *de ref. cap.* 18. *& constitutionem Pij V. incip. in Conferendis*, tamen collatio hæc dici non potest necessaria, ità vt transeat ad Capitulum, cum tota dependeat ex mera voluntate Episcopi, qui potest ab illa abstinere, & permittere, vt per lapsum temporis deuoluatur ad superiorem *Megal. loco cit. vbi dicit, ità resoluisse Sac. Congregationem*, ac *Rotam Romanam.*

49 Queres, an Capitulum possit beneficia ad tempus commendare? affirmatiuè respondet Barbos *in cap.* 2. *num.* 4. *nè sed. vac. & alij apud Quarant. loco. cit. q:* 9. hoc tamen intelligendum esse de beneficijs simplicibus, non autẽ curatis declarauit Sac. Congreg. *apud Dian: par.* 8. *tr:* 4: *res.* 32.

50 Quæres 2. an Capitulum possit cum illegitimis ad beneficium simplex, & ad minores ordines dispensare? affirmatiuè respondẽt Doctores *apud Barbos. in d. cap.* 2. *num.* 9. *nè sed. vac. Quaran. in ver: Capitulum sede vacante quæst.* 2: vbi dicit, hanc conclusionem procedere in casu, in quo subsistente legitima causa dispensatio esset debita *iuxta glos. in c. vt constitueretur dist* 50:

51 Quæres 3. an possit Capitulum ea beneficia vnire, quæ potest Episcopus? affirmat Dian. *par.* 8. *d. tract.* 4. *res.* 31. *vbi citat Caccialup. in tract. de Vnion. art.* 3. *q:* 6. *nu.* 19. *Petr. de Vbald. eod. tract. cap.* 5. *numero* 26. *Rebuff. in Prax: tit. de Vnion: benefic: num:* 36. *Hoied. de Incompat. Benef.* 2. *par. cap.* 3. *nu.* 7. *vers.*

vers. similiter capitulum, & alios: item posse capitulum dismembrare beneficia vnita in eo casu, in quo similiter poterat Episcopus, tenet Quarant. *in ver: Capitulum sede vacante quæst. 9. vers. quæ cõclusio in fin.*

Sed contrarium quoad vnionẽ & dismembrationem tuentur alij Doctores, *quos refert, & sequitur Megal. in eodem ver: capitulum sede vacan. num: 4. vers. tertio prædicta*, quia sede vacante nihil est innouandum, nec fieri tunc aliquid debet, ex quo possit Episcopo præiudicari *cap. 1. & cap. vlt. vbi glos. fin. ne sed. vac.* Vnde quãdo vertitur quæstio super proprietate certi iuris, seu iurisdictionis, an ad Episcopum pertineat, vel non, puta si contenderetur, an aliquis sit subiectus, vel exemptus: item an talis locus sit de Diœcesi, aut quando dubitatur, an aliquod beneficium sit de Iurepatronatus, vel liberæ collationis, Capitulum huiusmodi causas reseruare debet futuro Episcopo, etiamsi cẽptę fuerint ante vacationem sedis episcopalis, *vt dicũt Doctores in d. c. vlt: ne sed. vac. Panor. in cap: verum num. 12. de for. compet. quem refert Quarant. loco cit. vers. prędicta restringe Dian. p. 8. tr. 4. res:* 10. eadem ratione non poterit Capitulum transigere, aut compromittere super rebus ecclesię vacantis *Megal: vbi supra num* 12. idemque dicendum de causis feudalibus, quarum cognitio futuro Prelato reseruatur, *vt in cap: verum, vbi glos. in ver. quæstio mota de for. compet. Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. num.* 8. vnde nõ posset capitulum infeudare bona infeudari solita deuoluta, & dependentia à mensa Prælati, nisi inuestitura esset necessaria: cum tunc ex ea successori nullum paretur præiudicium: vel vbi in ecclesia esset consuetudo talia infeudandi, vacante sede, *vt dicit Quaran. loco cit. quæst. 6. vers: sub hac.*

Quare ea tantum vnio fieri poterit à Capitulo, per quam beneficia vnita manẽt æqualiter principalia: quia in tali casu nihil Episcopali iuri detrahitur; secus si vnio fiat accessoriè: cum enim per talem vnionem supprimatur titulus, fieri non potest quin depereat aliquid de iuribus episcopi, quę intacta seruanda sunt *d: cap: 1: nè sed. vac. & ità intelligendi sunt Doctores apud Barbos: d. par. 3. all. 66. num. 11. Garc. de Benef. par. 12. c. 2. num. 67. Quaran: in ver. Capitulum: sed. vac: quæst. 9: vers. sexto limitã.*

§. V.

Qualiter sit eligendus vicarius Capitularis.

52 NOtandum est primò, quod non tantum per mortem Episcopi, sed etiam alijs casibus ecclesia, seu sedes episcopalis vacat, videlicet si Episcopus captus esset à Paganis, vel schismaticis, aut hæreticis *cap. si Episcopus de supplen: negl. Prælat. in 6. & notat Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 52. num. 3: Ricc. in Prax: for: eccles. par. 1. res.* 543. in hoc enim

mors

mors ciuilis æquiparatur naturali, *vt dicit glos. in d.cap.si Episcopus in ver.sed Capitulum.*

Item ecclesia, à qua Episcopus de suo consensu transfertur, ab eo tempore vacat, quo idem Episcopus ab illius vinculo in Consistorio Romani Pontificis absoluitur, etiam ante expeditionem litterarum apostolicarum, vel adeptam secundæ ecclesiæ possessionem *ex constitutione Vrbani VIII. incip. nobis nuper, quam refert Barbos: post tertiam partem Tract. de offic. & pot. Episc. constit. 68. & alijs relatis notat. Quaran: in ver. capitulum sede vacante num. 3. vers. terminum.*

Similiter vacat per ingressum in religionem, relegationem, depositionem, renunciationem, cessionem, permutationem, & aliam similem Episcopi abdicationem, postquam admissa fuerit à summo Pontifice *glos. in d.cap.si Episcopus ver. mortem Sbrozz. de Vicar. Episcop: lib. 3. q. 42. Barbos. de offic. & pot: Episc. par. 3. all. 54. num. 154.*

Addunt alij Doctores, quod si Episcopo existēte in remotis moriatur Vicarius, in tali casu succedit Capitulum in eius iurisdictionē: quia longa absentia æquiparatur morti, *ità Quaran. in ver. Archiepiscopi auctoritas n. 22. & in ver. Capitulum sede vac. nu. 12. Barbos. par. 3. all. 52. nu. 3.* vbi idem dicit, si per potentiam sæcularem Vicarius eijciatur, & ità etiam tenent alij DD. apud *Dian. par. 8. tract. 4. ref. 4.* vbi etiam notat, quod ille dicitur esse in remotis, cuius præsentia in breui haberi non potest: puta si esset vltra mōtes, *vt dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 18. per tex. in cap: nihil de elect.*

Excōmunicato verò Episcopo, licèt expiret iurisdictio Vicarij tamquam accessoria, & semper dependens à iurisdictione Episcopi, seu potius vna, eademque cum illa *secundùm glos. communiter receptam in cap. 1. ver. ipsius de offic Vic. in 6.* non tamen poterit Capitulum eligere Vicarium, sed adiri debet Papa, vt prouideat de causis interim cognoscēdis, *vt dicit glos. ibidem Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 441.*

53 Tunc autem capitulū officialē, seu Vicarium infra octo dies à die scientiæ vacationis computandos constituere tenetur, qui saltem in iure canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus; alias ad Metropolitanum huiusmodi deputatio deuoluitur *ex Conc. Tridentino sess. 24 de ref. cap. 16.* ità vt post deuolutionem non sit amplius lo-
54 cus purgationi moræ: quia ius quęritur ipsi superiori, & fit exoquutio ab ipso iure, seu Concilio transferente statim illam potestatem ad Metropolitanum, *vt post Gemin. in cap. fin. de Suppl. neglig. Prælat in 6. dicit Quaran. in ver. Capitulum sede vacante numero 4.*

Alij tamen asserunt, posse Capitulum, etiamsi infra octo dies Vicarium non constituerit, re integra antequam Metropolitanus eum deputet, purgare moram; tum quia ad Metropolitanum nō

devolvitur ius nominandi privativè, sed cumulativè: tum etiam quia hæc devolutio non est alicuius beneficij ecclesiastici, sed officij, & ideò non est necesse, vt sequatur naturam devolutionis beneficiorum, præcipuè cum sit constitutio pœnalis, *ità Gare. de Benef. par.5. cap.7. num.7. Barbos. p. 3. all.54. num.164. in fin. Riec. in collect. dec.1602. par.5.*

55 Sed observa, quod licèt Metropolitanus, vel alius ex Episcopis antiquior iuxta Concilij decretũ Vicarium constituerit supplendo Capituli negligentiã, non privatur tamen Capitulum iurisdictione alijs vicibus; & ideò si Vicarius à superiore constitutus decedat, vel renunciet, vel lapsum sit tempus, ad quod electus fuit, potest denuo à Capitulo alter Vicarius deputari, & non à superiore, *vt dicit Quaran. vbi supra numero 4.*

56 Notandum 2. quod durante termino octo dierum ad eligendum Vicarium præfixo non Archidiaconus, aut prima dignitas sed totum Capitulum administrat iurisdictionem *Quaran. loco cit. num.2. Dian. par.8. tr.4. res. 36. & ità declarasse Sac. Congregationem refert Barbos. de canon. & dignit. cap.42. num.29: quicquid dicat Sbrozz. de Vic. Episc. lib.1 q.62. Vulp. in Frax. iudic. cap.44. nu.30: & alij.* consulit tamen Quaran. *loco cit. num.3. vers. terminum*, vt Capitulum deputet personam, quæ interim nomine ipsius administret per septem dies absque tamen facultate decidendi causas, vel procedendi ad actus irretractabiles, sed tantum ad actus currentes, & ad ea, quę celeritatẽ exigunt.

57 Vbi verò adesset privilegium, vel consuetudo, quod Archidiaconus, vel prima Dignitas substineat vices capituli, & administret iurisdictionem infra dictos octo dies; illa esset servanda, nisi forte sedes Episcopalis vacet eo quod Episcopus à Paganis, seu schismaticis captus fuerit: tunc enim iurisdictio Episcopalis ad Capitulũ pertinet, nec potest Archidiaconus, vel alius de capitulo ex vi huiusmodi consuetudinis, vel privilegij illam exercere; quia talis consuetudo, vel privilegium verificari solum debet in vacatione propria, & vera, quæ scilicet contingit per mortem, aut per alium similem modum, non verò in vacatione ficta, *vt dicunt Doctores apud Barbos. de offic. & pot. episc. p. 3. all.132. num 19.*

58 Notandum 3. quod in huiusmodi electione non est necessariò servanda forma *cap. quia propter de elect.* neque Concilij Tridentini *sess.25. de regul. c.6.* & ideò necesse non est, vt fiat per vota secreta; quia textus *in d. cap. quia propter*, loquitur de electione Episcoporũ & aliorum prælatorum ecclesiarũ Collegiatarũ habentiũ generalẽ, & perpetuam iurisdictionem: & in Concilio *d. cap.6.* sermo est de electione Prælatorum regularium, non sæcularium, *ità resoluit Sac. Congreg. vt post Gare. de benefic. p. 5. cap.7. num 21. refert etiam Dian. par.8. tract. 4. resolutione 60.*

59 Ob-

59 Obserua tamen quod ad huiusmodi electionem faciendam ad minus duæ partes Canonicorum debent esse præsentes *iuxta glos. in cap. 1. ver. constitutum de ijs, quæ fiunt à maior. par. capit.* nisi absentes vocati fuerint, & non venerint: quia tunc potestas eligendi remanet penes præsentes, etiamsi non sint duæ partes; nam cum vocati nõ comparuerint, indignos se reddiderunt electione, & ideò potest procedi sine illis *glos. in cap. cum nobis ver. alienos de elect. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 247. & 280. vbi citat Innoc. in cap. ecclesi. 1 vestra de elect. & in capit. de maior. & obed. Panor. in d. cap. cum nobis de elect.* quod præcipuè procedit stante cõsuetudine: tunc enim actus capitulares possunt expediri, etiamsi non adsint duæ partes, *vt dixdem Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 257.*

60 Obserua 2. quod soli Canonici habent vocem in electione Vicarij Capitularis, & non alij, etiamsi de consuetudine haberẽt vocem in Capitulo cum Canonicis: quia Canonici tantũ faciunt capitulũ *Abb. in cap. cum olim de sent. & re iud. Gemin. in cap. fin. de Præb. in 6. & alij apud. Marcellum. Vulp. in Prax. Indic. cap. 44. n. 2. & 3.*

61 Obserua 3: quod si detur denullitate electionis Vicarij capitularis, vt quia non omnes fuerunt vocati, nullitas huiusmodi non potest proponi coram Capitulo, sed coram superiore Capituli, per quem si electio fuerit declarata nulla, potest Capitulũ iterum se congregare, & deuenire ad Vicarij deputationẽ, *vt censuit Sacr. Congreg. episc. & Regul. teste Vulp. in Prax. iud. c. 44. n. 31. Quarant. in ver. capitulum sede vacante in fin.*

62 Notandum 4: quod licèt non sit de necessitate eligere personã capitularẽ, si tamen adesset idoneus de gremio Capituli, cæteris paribus esset præferendus: decet enim Vicarium esse de gremio Capituli, *& ità declarasse Sac. Cong. testatur Quarant. loco cit. num. 6. Vulp. in Prax. cap. 44. nu. 25. Dian. par. 8. tract. 4. ref. 57. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 515.* alias datur appellatio, etiamsi à maiori parte fuerit facta electio *Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 249.*

63 Notandum 5. quod si capitulũ eligit non Doctorem, quando haberi potest Doctor canonum, electio est nulla, *vt resoluit Sac. Congreg. teste Sbrozz. lib. 1. q. 36. n. 12. Vulp. in Prax. cap. 44. num. 15. & refertur inter Decis. Diuers. par. 4. decis. 86.* quemadmodum irrita etiam esset cõfirmatio Vicarij nõ Doctoris, quem Episcopus defunctus elegerat, *vt censuit etiam Sacr. Cong. apud Dian. par. 8. tr. 4. ref. 56. Vulp. loco cit. d. num. 15.* nec sufficeret, quod aliquis Doctoratus lauream acceperit à priuata persona, sed requiritur, vt sit Doctoratus in aliqua vniuersitate *iuxta decretum Sac. Cõgr. quod refert Barbos. de Canon. & dignit. c. 42. nu. 51.* & adeò requiritur qualitas doctoratus in iure canonico

64 vt electio de Theologo omisso canonista inualida sit, *ità resoluit Sacr. Congr. sub die 28. August. 1621.*

teste Barbos. d. c. 42. nu. 53. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 515. quicquid in contrarium dicant DD. apud Dian. d. par. 8. tr. 4. res. 56.

65 Si verò in Capitulo Doctores non sint, potest deputari alius, qui sit idoneus iuxta formam Concilij loco cit. & in ipso actu deputationis potest Capitulum dare ei consultorem Doctorem sibi benè visum; alioquin poterit ipse Vicarius eligere Doctorem consultorem partibus non suspectum, *vt declarauit Sac. Cõgregatio teste Diana par. 8. d. tr. 4. res. 56. Vulp. in Prax. d. cap. 44. nu. 15.*

66 Si verò discordes inter se Canonici plures ad hoc officium elegerint, is electus censetur, qui erit magis idoneus, & habuerit qualitates Cõcilij, *vt censuit Sac. Congregatio Concilij teste Quarã. in d. ver. Capitulum sede vac. n. 2. Ricc. in Collect. dec. 1602. par. 5: & in Prax. for. eccles. par. 1. res. 515. in not. aũ:*

67 Notandum 6. quod Capitulum sede vacãte eligere potest in Vicarium Capitularem Dignitatem, vel Canonicum eiusdem Ecclesiæ, qui in eadem Ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum, *vt resoluit Sac. Congregatio sub die 19. Martij, & 19. Iulij 1619.* quæ etiam declarauit, contrarias decisiones intelligendas esse de Parocho rurali, *prout refert Barbos. de Canon. & Digni. cap. 42. num. 38. Dian. par. 8. tr. 4. res. 58.*

68 Notandum 7. quod licèt Episcopus possit ad nutum amouere suum Vicarium, quia semper censetur constitutus ad beneplacitũ, etiamsi in commissione hoc non exprimatur iuxta communem Doctorum sententiam: non potest tamen Capitulum absque causa approbanda à Sac. Congregatione super causis Episcoporum ad libitum reuocare Vicarium à se electum, alias reuocatio esset nulla *Quarant. in ver. Capitulum sede vac. num. 3. in fin: vbi refert, ita* Sac. *Congregationẽ declarasse Dian. par. 8. tr. 4. res. 63. Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. nu. 24. contra Ricc. in Prax. par. 1. res. 515. & alios:* nisi fortè in ipso actu electionis constitutus fuerit ad tempus; tunc enim transacto eo tempore expiraret eius iurisdictio; potest enim Vicarius Capitularis eligi ad tempus determinatum, *vt declarauit Sacr. Cõgregatio ad petitionem Capituli Salernitani teste Dian. d. par. 8. tr. 4. res. 69. Vulp. d. cap. 44. n. 28. Quarant. loco cit. nu. 3. 8. 9. & 15.* quo tempore transacto tenetur Capitulum intra octo dies alium constituere, alias ius deputandi similiter deuoluitur ad Metropolitanum *Dian. loco cit. res. 63: vers. sed contrariam in fin. Quarant. vbi supra num. 3. vers. eidem Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. res. 515.*

69 Notandum 8. quod Vicarius Capitularis in processionibus, & alijs actibus publicis cedere debet digniorem locum Archidiacono, seu alteri dignitati maiori, & primæ post Pontificalem *Sbroz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 25. n. 20. Quaran. loco cit. num. 8. Barbos.*

de

de Canon. & Dignit. c. 42. n. 41. & 42. & de offic. & pot. Epis. par. 3. all. 54. num. 165. Vulp. in Prax. iudic. cap. 34. num. 16. quicquid dicat Merol. to. 3. disp. 7. c. 7. dub. 32. nu. 329. quem refert & sequitur Diä. par. 8. d. tract. 4. res. 67. in fin.

70 Notandum 9. quod Vicarius Capitularis simpliciter electus non potest absque speciali commissione ea expedire, quę requirunt speciale mandatum *iuxta textum in cap. 3. de offic. Vic. in 6. & ità resoluit Rota apud Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 42. n. 103 Dian. par. 8 tr. 4. res. 64.* nisi adesset consuetudo in contrarium: consuetudo enim tribuit iurisdictionem *Rot. decis 76. in princip. par. 7. Recent.* præsertim si esset immemorabilis *Nau. cons. 3. num. 5. & seq. de offic. Iud. Deleg. & alij cõmuniter.*

Contrariam tamen sententiam sequitur Garc. *de Benef. par. 5. c. 7. num. 28. & alij* asserentes, totam Capituli auctoritatem etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum transire in Vicarium: & ità videtur sensisse Sac. Congre-

71 gatio, dum resoluit, Vicarium Capitularem posse visitare omnia loca, quæ poterat Episcopus, etiamsi id à Capitulo specialiter ei non fuerit commissum: & alias etiam censuit, spectare ad eumdem Vicarium Capitularem, & non ad Capitulum, concedere dimissorias post annum, *vt refert Barbos. de Canon. & Dignit. c. 42. num. 68. & 120.*

72 His adde, quod professio fidei, quę iuxta Concilium Tridentinum à Prouisis de Canonicatu, seu Dignitate in Ecclesia Cathedrali, seu de beneficio curato coram Episcopo est emittenda, sede vacãte coram Vicario Capitulari emitti debet: quia cum iurisdictio episcopalis administretur per Vicarium, magis per eũ repræsentatur Episcopus, quam per Capitulum *Garc. de Benef. p. 3 cap. 3. nu. 27. & 28. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 61. num. 18. Bonacin. de legib. disp. 3. q. 2. pun. 4. §. 2. num. 2. quibus adde Piasec. in Prax. Episc par. 1. cap. 1. nu. 13. in fin.* vbi dicit, Vicarium Capituli alia etiam exercere posse, quę

73 speciale mandatum requirunt; immò ad ipsum spectare, nisi Capitulum ea sibi specialiter reseruauerit: potest enim Capitulum iurisdictionem Vicarij limitare, ac sibi reseruare certos casus, *vt notat etiam Ricc. in Prax. For. Eccles. p. 1. res. 506. vbi citat Gutier. can. qq. c. 11. n. 10.* huiusmodi tamen reseruatio fieri debet in ipso actu electionis Vicarij, non autem postea *Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. numer. 28. Quarant. in ver. Capitulum sede vac. num. 15. vers. item erit obseruandum.*

74 Notandum 10. quod licèt regulariter vnus tantum Vicarius Capitularis sit eligendus, eligi tamen possunt etiam plures, si ità adsit consuetudo, *vt censuit Sac. Congregatio teste Quaran. loc. cit. num. 9. Dian. par. 8. tr. 4. res. 61. in fin.* Vnde quando duo Episcopatus sunt vniti, & Capitula Cathedraliũ separata, per obitum Episcopi

copi constitui possunt duo Vicarij, vnusquisque in sua Diœcesi, *vt dicit Quarant. vbi supra.*

75 Notandum 11. quod Vicarius Capituli potest procedere contra singulos de Capitulo: nequit tamen totum Capitulum suspendere, vel interdicere: quia id redundaret contra se ipsum, cum vis officij, & iurisdictionis Vicarij ab ipso Capitulo dependeat; & ideò suspenso Capitulo erit suspensus eius Vicarius; quod procedit etiam, quando Vicarij deputatio facta fuerit per Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum ob negligentiam Capituli *Suar. de Censur. disp. 7. sect. 3. quæ refert Quarant. loco cit. n. 1. vers. vlterius sciendum, & nu. 15. vers. fin.*

76 Notandum 12. quod Iurisdictio Vicarij non cessat per prouisionem factam de nouo Prælato, etiamsi litteræ apostolicę fuerint expeditę: sed requiritur apprehensio possessionis Episcopatus cum litterarum ostensione, *per extrau. iniunctæ de elect. & ità decisum refert Quarant. vbi supra n. 13. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. nu. 161. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 510.* Vnde poterit Vicarius Capitularis continuare exercitium iurisdictionis, donec nouus Prælatus adeptus fuerit possessionem, *vt notat etiã Dian. d. par. 8. tr. 4. ref. 69. & ità cõmuniter obseruari testatur Vul. in Prax. iudic. d. cap. 44. nu. 32.*

77 Notandum 13. quod emolumenta vacante sede episcopali obuenientia ex iurisdictione, & sigillo, aut alias vndecunque, quæ ad episcopum ecclesia non vacante pertinerent, nequaquam ad Capitulum spectant, nisi apostolico priuilegio illi concessa fuerint; sed futuro Episcopo sũt reseruanda; ex his tamen emolumentis deducendum est rationabile salarium Vicario constituẽ-

78 dum, & persoluendum *iuxta decretum Sac. Congregationis apud Vulp. d. c. 44. n. 14.* quod procedit etiamsi ad huiusmodi officium deputetur Canonicus Ecclesiæ Cathedralis: quia nemo tenetur suis stipendijs militare *Sbrozz. de Vicar. Episc. lib. 1. q. 55. numer. 7. & alij apud Quaran. loco cit. n. 7.*

79 Notãdum 14. quod licèt Episcopus successor possit omnes licẽtias audiendi confessiones Regularibus concessas suspendere, & de nouo illos examinare, id tamen fieri non potest à Vicario Capitulari, neque à Capitulo *Mirand. in Man. Prælat. to. 1. q. 45. ar. 7. ad fin: Fagund. pra: . 2. lib. 7: c. 2. num. 28. quos refert, & seq. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 27.* vbi etiam refert priuilegiũ particulare Clem. IV.

80 Notandum 15. quod licèt Vicarius Episcopi non teneatur stare syndicatui, *vt d. Quaran. ibidem num. 14. & declarauit Greg. XIII. teste Barbos. par. 3. all. 54. num. 183.* tamen Vicarius Capituli finito officio tenetur reddere rationem suæ administrationis nouo Episcopo; & si malè administrauerit, seu exercuerit suum officium, potest ab eo puniri, *vt constat ex Tridentino sess. 24. de ref. cap. 16.*

81 Ad

81 Addunt etiam DD. quod Vicarius Capitularis potest admittere renunciationem faciendam per nouitium intra duos menses ante professionem *iuxta formam Concilij Tridentini sess. 25. de regul. c. 16.* etiamsi ibi solum fiat mẽ-
82 tio Episcopi, vel eius Vicarij: quia etiam Abbates, & alij Prælati habentes Iurisdictionem quasi episcopalẽ, nulliq Episcopo subiecti in suis Diœcesibus possunt huiusmodi licentiam concedere, *ità Sanch. Tambur: & alij apud Barbos. d. par. 3. all: 99. nu. 5. & seq.* vbi etiam dicit, huiusmodi facultatem esse delegabilem, cum sit perpetuò annexa dignitati, & officio.

Finis Libri Quarti.

TRACTATVS DE REGIMINE ECCLESIAE EPISCOPALIS

PARS SECVNDA.

AVCTORE

IO. CAROLO ANTONELLO

SAC. THEOL. AC I. V. DOCT. VELITERNO

Prothonotario Apostolico, eiusdemque Ciuitatis

ARCHIPRESBYTERO.

VELITRIS, Apud Carolum Bilancionum. M. DC. L.

SVPERIORVM LICENTIA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imprimatur.
Si videbitur D. Canonico Deputat.
Ant. de Federicis Vic. Gener.

Imprimatur.
Ioannes Baptista Catelina Canonicus Prothonot. Apost. & pro Reuerendiss. P. Mag. S. P. Apost. Deput.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

MARCELLO LANTI

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO

EPISCOPO OSTIENSI, ET VELITERNO,

SACRI COLLEGII DECANO.

IO. CAROLVS ANTONELLVS F.

POSTREMA hæc Operis pars, vbi de recto subditorum tractatur regimine, in publicam proditura lucem, tuo potissimum debuit, & commendari patrocinio, & nomini dedicari. Sanè in te nihil desideratur, quod optimus Pastor præstare debet: tu iustitiæ rigorem clementia, ac mansuetudine temperas, pietatem, humanitatemque in omnes exerces, pauperum

perum inopiam tua liberalitate ditas, cæteriſque ad eccleſiam rectè adminiſtrandam ſpectatibus, vigilantiſsimè prouides altitudine ingenij tui, diuturna rerum experientia, atque admirabili peritia gubernandi. Quapropter eadem tua, qua omnes reſpicis, benignitas, me quoque excitauit ad lucubrationem hanc conſecrandam tibi; quod etiam ſuaſit ſingularis beneuolentia, qua me ſemper proſequutus es, ac luculenta humanitatis tuæ argumenta, quibus me præ cæteris obſtrinxiſti, vt propterea diù optauerim, aliquod tibi memoris, ac grati animi indicium offerre. Hoc igitur opus meæ in te obſeruantiæ pignus quantumuis exiguum, & grati animi qualecunq. teſtimonium benignus excipias, atque ſolitis tuæ virtutis radijs luſtrare nè dedigneris.

Vale. Velitris Idib. Auguſti 1650.

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER QVINTVS.

DE IVDICIIS CIVILIBVS.

SVMMARIVM:

1 *CAusæ spirituales, seu concernẽtes animam, fidem, vel Religionem ad ecclesiasticum iudicem spectant.*

2 *Causas matrimoniales nullo modo potest Iudex laicus cognoscere, etiamsi tantum de possessorio agatur.*

3 *Quæstio natalium, seu legitimationis filiorum incidens incausa ciuili hæreditatis, quæ vertitur coram sæculari iudice, ad Episcopum est remittenda.*

4 *An iudex ecclesiasticus cognoscere possit inter laicos de causa dotis:*

5 *Quãdo agitur de processionibus, aliisque actibus pietatis, Iudex tantum ecclesiastic us est competens:*

6 *Item causæ, in quibus agitur de iure decimarum, de iure præsentandi, aut de titulo beneficij, ad Iudicem ecclesiasticum spectant:*

7 *An Iudex laicus agere possit contra laicum turbantem Clericos in possessione beneficij, aut iuris decimarum:*

8 *An Iudex laicus compellere possit ad fidem sponsalium seruandam:*

CAP. I.

De causis spiritualibus, seu ecclesiasticis.

1 INdubitata estiuris cõclusio, quod causæ spirituales, seu concernentes animam, seu fidem, vel religionem ad solum ecclesiasticum iudicem spectant, etiamsi inter laicos agitentur *c.2.de iudic: cap.tuã de ord. cognit. Layman. in theol. mor. lib.4: tract.9.cap.2.num.2.& 3. Marant.de ord.iudic: par:4.dist. 21.n.8.& 27. Barbos.de offic.& pot. Episc: par:3.all.107.nu:32. & alij communiter.*

2 Ex quo infertur 1. quod causæ matrimoniales ità sunt propriæ Episcopalis fori, vt nullo modo possit iudex laicus cognoscere *c. multorum 35.q:6.cap.1.de consanguin.& affinit:cap.accedentibus de excess.Prælat.Conc: Tridentinum sess.24.de Sacram.matr.can.12.* etiã si tantum de possessorio agatur: quia hoc possessorium non est sicut cętera; non enim sufficit sola possessio, sed probandus est etiam titulus, hoc est legitima desponsatio, de qua laicus iudex cõgnoscere non potest *cap.ex transmissa, vbi glos: singularis in ver. & ab eo cognita cap. ex parte de Restit. spol. Thesaur.dec. 117. Borrell.in sum.omn.decis tom.1.tit.43: num.104. Sperell.decis.9:num. 22. Vincent.de Franch.decis.36.nu.1. Gutier.canon.lib.1.cap. 34.nu. 26. vers.& in terminis Valasc:consult. 93:num.2:ad med. vers.in causa matrimoniali, & alij quos refert, & sequitur Barbos. dict. parte 3. allegatione 84.numero.34. Riccius in collect. decision. 1767. quibus adde Dian.par.7.tract.1.res.24.* vbi dicit, hoc procedere non solum quatenus matrimonium est sacramẽtum, sed quatenus est etiam contractus ciuilis: quia cum talis contractus à Christo Domino eleuatus fuerit ad esse sacramentale, in rem sacram transiuit *iuxta cõmunem omnium Doctorum sentẽtiam.*

3 Infertur 2. quod quæstio natalium, seu legitimationis filiorum incidens in causa ciuili hęreditatis, quæ vertitur coram sæculari iudice, ad Epiſcopum est remittenda *cap.lator.5; cap. causam quæ 8. Qui fil: sint leg: d.c. tuam de ord. cognit:. & ibi Doctores communiter*, ità vt neque summariè de illa cognoscere possit iudex sæcularis, quia non potest discuti, nec decidi causa legitimitatis, seu natalium, nisi etiam agatur de iuribus, & validitate matrimonij, ex quo pẽdet *Barbos.d.par.3.all.84.nu.17.& 32. vbi citat Ioan: Andr. in addit. ad specul.tit.qui fil: sint legitimi.§. 1.vers.competit.Dec.in cap.2.de iudic.num.24.vers.tertio fallit.*

4 Addunt alij Doctores, ad iudicem ecclesiasticum non solum pertinere quęstionem de fœdere matrimonij, sed etiam de dote, aliisque illius accessorijs, quæ spiritualia non sunt, *vt decisum refert Robertus lib.3.rerum iudicatar.decis.5. quem refert Ricc.in*

Col-

collect. 1767.p.5. hoc tamen procedit, quando de dote incidenter agitur; & ideò delegatus ad causam matrimonij si ferat sentẽtiam diuortij, pronunciare etiam debet, dotem restitui, *vt in cap. de prudentia de Donat.int. vir.& vxor.* secus si principaliter de dote agatur inter laicos: tunc enim ad iudicem secularem est deferẽda, veluti quando dos petitur a viro, tamquam promissa, vel quando constante matrimonio mulier agit ex capite inopię, ad quam vergit maritus, vel quando repetitur mortuo viro *glos. in d. cap. de prudentia ver. incidens accessoriè, & ibi etiam Barbos. nu. 3. & de offic.& pot: Episc. par. 3. all. 84. n. 29. & 30. & alij apud Bonacin. de contract. disp. 3. q. 11. pun. 13. nu. 1.* nisi dos in testamento relicta sit puellæ pauperi: tunc enim non Iudex secularis, sed ecclesiasticus erit competens contra laicum etiam principaliter, & ad instantiam partis *Dian. par. 1 tract. 2. res. 117. vbi citat Bobadill. in Polit. to. 1. lib. 2. cap. 17. num. 10. in. fin. & in glos. litt. C. Gutier. pract. qq. lib. 3. q. 29. num: 30. Cened. in canon. q q. q. 37. num. 7. Ceuall. in tract. de Cognit. per viam violent. par. 2. q. 13. numero 4.*

5 Infertur 3. quod quando agitur de processionibus, defunctis sepeliendis, alijsque actibus pietatis Iudex tantum ecclesiasticus est competens *cap. 2. de iudic: Nauar. cons. 3. num. 6. de for. compet. Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 11: numero 10.*

6 Infertur 4. solum iudicem ecclesiasticum esse competentem, quando agitur de iure decimarũ, de iure præsentandi, aut de titulo beneficij ecclesiastici, videlicet an Titius sit canonicè institutus: an ius decimarum, vel præsentandi competat: tunc enim solius ecclesiastici Iudicis est cognoscere, & iudicare *cap. 2. & 3. de Iudic. cap. causam 2. Qui fil. sint leg. clem. dispendiosam eod. tit. de Iud.* 7 si verò agitur de solo facto laici turbantis clericum in possessione beneficij, aut iuris decimarum, etiam coram Iudice seculari agi potest contra laicum turbantem interdicto retinendæ, vel recuperandæ *secundum Gutier. lib. 1. can. qq. cap. 34: num: 24. Garc. de Benef: par. 1. cap. 2. nu. 59. Mart. de iurisd. par. 2. cap. 43. num. 18. quos refert, & sequitur Layman. lib. 4. tract. 9. cap: 2. num. 13.* immò posse etiam 8 Iudicem secularem compellere ad fidem sponsalium seruandam, quando certa sunt, tradunt Doctores *apud Dian. p. 1. tr. 2. res. 131.*

SVMMARIVM.

1 *Quando sponsalia sunt iuramẽto firmata, potest iudex ecclesiasticus sponsos compellere ad matrimonium contrahendum.*

2 *Antequam ad coactionem procedatur, constare debet de sponsalibus antea contractis.*

3 *Qualiter cogendi sint sponsi ad contrahendum matrimonium.*

4 *Si sponsalia iurata non fuerint, in foro contentioso non est locus coactioni.*

5 *Quando difficilis exitus proba-*

biliter timetur, vel aliqua rationabilis causa subest, Iudex ecclesiasticus abstinere debet à coactione.

6 *Dissensus Parentum inter iustas causas non numeratur.*

7 *Quid si vltra sponsalia sponsus cum sponsa copulam habuerit, & ob id inter eos, & consanguineos inimicitiæ exortæ fuerint.*

8 *Et quid si sponsus pluries accesserit ad domum sponsæ.*

9 *An possit cogi qui absque iuramento promisit, se contracturũ matrimoniũ cum vna & deinde iurauit, se cõtracturũ cũ alia.*

10 *Quid si primum contraxit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimonium cum cognata eius.*

11 *Et quid si cum secunda copulam habuit.*

12 *An impedimentum publicæ honestatis duret dissolutis sponsalibus per mutuum consensum, vel per mortem.*

13 *An cogi possit deprehensus in stupro, qui metu mortis, vel nè prodatur iustitiæ, promittit, se cum muliere matrimonium contracturum.*

CAP. II.

An sponsus ad contrahendum matrimonium possit compelli.

1 IN sponsalia iuramento fuerint cõfirmata, omnes concedunt, posse Iudicem ecclesiasticum censuris compellere sponsum, siue sponsam ad contrahendum matrimonium *iuxta cap: ex litteris 2. de sponsal. & matr.* seruata tamen forma Concilij Tridentini *sess: 25. de ref. cap. 3.* vt scilicet præcedat exequutio realis, & personalis, *vt notat etiam Ricc. in Prax. for. eccles. par: 4. ref. 406:* nec propterea diceretur matrimoniũ in tali casu minus liberum, quia non dicitur inuitus qui propter voluntariam promissionem vrgetur ad promissi solutionem; quẽadmodum nec vim pati dicitur, qui propter iam susceptum beneficium ad ordines vrgetur, cũ sponte susceperit beneficium, *vt dicit glos: in cap. it. requisiuit eod. tit.*

2 Obserua tamen, quod antequã ad coactionem procedatur, constare debet de sponsalibus an tea contractis *Rot: coram Card: Caualer. dec. 421.*

3 Obserua 2. sponsos posse quidẽ carcerari, & excommunicari, vt metu carcerationis, & censuræ ecclesiasticæ ad contrahendum matrimonium inducantur, non tamen debẽt precisè cogi ad illud contrahendum, nè consensus ad matrimonium requisitus deficiat: præsertim quia coactiones difficiles pariunt exitus *d. c. requisiuit eod. tit. de spõsal:* & ideò si carcerati, & excommunicati pertinaciter recusent, debent relaxari, & absolui, etiamsi non petant *Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. c. 90. num. 8. Mantic. de Tacit: & ambig. conuent. lib. 3. tit. 17. nu. 10 Ric.*

in

in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 406: & 422.

4 Si verò sponsalia iurata non fuerint, in foro contentioso non est locus coactioni, sed pro peccato iniungitur pœnitentia, *vt post S. Tho. dicit Sylu. in ver. Sponsalia nu. 4 Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 9. num. 27. & alij apud Mart. d. lib. 3. tit. 17 nu. 6. & 7. vbi dicit hanc esse magis communem, quam sequuta fuit Rota decis.* 468. *nu. 3. coram Card. Caualer.*

5 Idem dicendum, vbi difficilis exitus probabiliter timetur, vel aliqua rationabilis causa subest: tunc enim iudex ecclesiasticus abstinere debet à coactione, etiã si iuramentum interuenerit. *cap. requisiuit de spons. & matr.* puta 8 si superueniat odium capitale, vel timor exheredationis, scandali, inimicitiæ, adulterij, vel homicidij, vel alterius maioris mali *glos. in cap. cum in tua ver. scandalo de spons. & matr. Manti: d. lib. 3. tit. 17. nu. 13. & seq.* vbi dicit, hanc præsumptionem futurorum malorum vehementem esse oportere *Nau. in man. cap. 16 num. 18 Layman. in Theol. moral. lib. 5. tr. 10. cap. 1. num. 14. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 17. numer. 26. Ricc. in Prax. vt supra p. 4. ref.* 406. & 410. *Rot. coram Card. Caualer. dec.* 447. *Beltram. ad Greg. dec.* 376.

6 dissensus verò parentum inter iustas causas non numeratur, quia de iure canonico talis consensus non requiritur *Concil. Tridentin: sess. 24. de ref. matr. cap. 1. in princ. Caualer. dec.* 415. *nu. 4.*

7 Verum si vltra sponsalia sponsus cum sponsa copulam habuerit, & ob id inter eos, & consanguineos odium, & inimicitiæ ortæ fuerint, tunc iudex à coactione, & censuris abstinere non debet: quia magis verisimile est, quod ex nuptijs sequatur reconciliatio: & nisi sponsus compellatur, ex dolo suo commodum reportaret, tum quia sponsam defloruit, tum quia fidem non adimpleuit *Mantic: de Tacit. d. lib. 3. tit. 17: num. 15. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref.* 418. & 424. *qui referunt ità fuisse decisum in Valent. matrimonij die 6. Februarij* 1579. *coram Clemente VIII. tunc temporis sacri Palatij Apostolici Auditore.*

Idem dicendum si sponsus pluries accesserit ad domum sponsæ ità, vt dissolutio sponsalium non sine mulieris iniuria, & periculo scandali sit futura *Greg. dec.* 376. *num. 7*

9 Sed quæres, an sit cogendus qui absque iuramento promisit, se contracturum matrimonium cũ vna, & deinde iurauit, se contracturum cum alia? Resp. quod ex neutra promissione cogi potest: non quidem ex prima, quia non fuit iurata: neque ex secunda iurata, quia in hoc casu iuramẽtum directè contrarium primæ promissioni temerarium est, & ideò minimè obligat *cap. veniens de Iureiur. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 2. cap. 79 nu. 4.*

10 Qui verò primum contrahit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimonium cum cognata eius in primo gradu, priorem debet

acci-

accipere, quia matrimonium cum secunda propter impedimentum publicæ honestatis nul-
11 lum fuit; sed si cum secunda rem habuit, neutram habere potest; non secundam, propter dictum impedimentum: non priorem, propter impedimentum affinitatis, *vt dicunt Doctores communiter in cap. litteras de Desponsim pub. & in c. ex litteris de eo qui cogn. consang. vxor.*

12 Hoc autem impedimentum publicæ honestatis durat etiam solutis sponsalibus, siue soluantur per mutuum consensum iuxta *c. 2. de spons.* siue per mortem *Layman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. cap. 9. num. 3. Bonacin. de Matrim. q. 3. pun. 11. num. 7.* vbi refert declarationem Sac. Congregationis, dummodò sponsalia pura sint, & valida: ex sponsalibus enim conditionatis nullum oritur impedimentum ante conditionis euentum, *vt dicit Layman. loco citato num. 4.* quemadmodum nec oritur ex sponsalibus inualidis *ex Conc. Tridentino sess. 24. de ref. matr. c. 3.* ex quo infert Layman. *vbi supra d. num. 4.* quod ex secundis sponsalibus non oritur impedimentum publicæ honestatis, si contra fidem priorum sponsalium contracta fuerint: quia in tali casu ipso iure irrita sunt *ex cap. sicut de sponsal.*

13 Quæres 2. an cogi possit deprehensus in stupro, qui metu mortis sibi à mulieris consanguineis inferendæ promittit, se cum illa matrimonium contracturum? Resp. negatiuè: quia talis metus iniustè infertur, cum non possint consanguinei iustè occidere, sed tantum comprehendere, & Iudici prodere; ideò stuprator in tali casu non tenetur præcisè matrimonium contrahere, sed vel stupratam ducere in vxorem, vel illam competenter dotare, *iuxta textum, & Doctores in cap. 1. de Adult.* secus esset, si stuprator offerat matrimonium, nè accusetur, seu prodatur iustitiæ, quod consanguinei iustè facere poterant: tunc enim cogendus est, vt iniuria compensetur *Dian. par. 3. tr. 4. ref. 228. vbi citat Basil. Pontium de Matrimon. lib. 4. c. 19. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro re sua, vel ecclesiæ potest laicum coram ecclesiastico Iudice conuenire.*

2 *Quid si laicus neget rem esse Ecclesiæ.*

3 *Clericus etiam pro fructibus ex re sua, vel ecclesiæ prouenientibus potest laicum trahere ad forum ecclesiasticum.*

4 *Clericus potest suos colonos conuenire coram ordinario.*

5 *Item emphiteutam ecclesiæ.*

6 *Laici, vel Clerici ratione feudi coram Domino feudi conueniuntur: sed contra clericum non potest fieri executio personalis, nec potest Dominus feudi cognoscere de aliquo delicto Clerici, & num. 7.*

8 *Si Clericus agat contra laicum ad rescissionem contractus, vel contra inuadentes, aut vsurpantes*

tes bona ecclesiæ, vel ipsius clerici, ecclesiasticus iudex est competens.

9 *Qui administrauit bona ecclesiæ in eadem curia ecclesiastica conuenitur.*

10 *An Clericus venditor in iudicio nominatus ab emptore laico teneatur sequi forum emptoris, & num.* 11.

12 *Quid si laicus conuentus nullũ in re ius habet, puta si sit colonus, Inquilinus, aut operarius*

13 *Quomodo procedendum sit in causa operarij conducti ab alio in alieno fundo, vel domo.*

CAP. III.

An Clericus pro re suæ, vel ecclesiæ, possit laicum coram ecclesiastico Iudice conuenire.

1 Communis est conclusio, quod potest Clericus pro re sua, vel ecclesiæ laicum corã Iudice ecclesiastico conuenire, siue agatur actione reali, siue personali, siue mixta *cap. si clericus laicum & ibi Doctores de for. compet. Gutier. canon. qq. lib.* 1. *cap.* 34. *num* 13. *vbi dicit hanc esse magis communem Dian. par.* 5. *tr.* 1 *ref.* 7. *& alij, quos refert & sequitur Bellett. Disquis. Cleric. par.* 1. *tit. de fauor. Cleric. real. §.* 5. *num.* 2 *& seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 3. *ref.* 541. *Gratian. discept.* 238. *nu.* 17. sufficit autem in libello allegare hanc qualitatem, vt iudicium inchoetur tamquam corã competente *Felin. in d. cap. si cleric. n.* 12. *Ricc. in Prax. p.* 1. *ref.* 556. vbi etiam dicunt, quod non est

2 necesse illam allegare, si probata fuerit in actis. Si verò laicus neget, rem esse ecclesiæ, vel clerici, præmitti debet summaria cognitio de veritate huius qualitatis: Iudex enim, cuius iurisdictio negatur, potest de iure cognoscere, an sua sit iurisdictio *cap. cum personæ de priuil. in* 6. non tamen sufficit sola negatio, si non esset verisimilis, & cum probabili ratione, *vt in d. cap. si clericus & dixit Gratian. discept.* 238. *numer.* 17. vel si haberet contra se iuris præsumptionem *Felin. in d. cap. si clericus sub num.* 1. *Dian. par.* 5. *tr.* 1. *ref.* 7. *vers. restat modò*; Vnde si notorium esset, rem esse ecclesiasticam, talis probatio non requiritur *cap. super eo de testib. cog. alias* dispositio dicti textus posset faciliter reddi inutilis, & frustratoria, cum quilibet possit negare, rem esse ecclesiæ *Abb. in d. cap. si clericus num.* 15. *quem refert Ricc. in Prax. p.* 3. *ref.* 541. Quare si iudex ecclesiasticus cognouerit iurisdictionem esse suam, ad vlteriora procedet: si verò viderit, non esse suam, clericum actorem cõdemnabit in expensis, & causam remittet ad iudicem suum *Abb. in cap. cum sit generale num.* 14. *de for. compet. Ricc. in Prax. par.* 3. *ref.* 578. in casu verò dubij Iudex ecclesiasticus potest cognoscere exceptione non obstante *l. sunt personæ ff. de Relig. & sumpt. fun. c.*

iunc-

iuuenis de sponsal. & matr. cap. illud de Cler. excom. Abb. in cap. cũ sit generale num. 14. de for. compet. & tunc spectanda est consuetudo *Gabr. cons. 37. num. 12. vol. 2. Sperell. dec. 41. nu. 31.*

3 Ex dictis infertur primò, quod Clericus potest laicum in Curia ecclesiastica conuenire etiam pro fructibus ex eisdem bonis prouenientibus: rei enim appellatione veniunt etiam fructus *l. rei, & ibi Doctores ff. de ver. sign. Gabr. cons. 37. num. 10. vol. 2.* Vnde si clericus præbendam suam, aut alia patrimonialia bona laico locauerit, potest eumdem in Curia ecclesiastica conuenire *Bellett. d. §. 5. nu. 8. Dian. par. 5. tr. 1. res. 8. Gratian. discept. 238. num. 17.*

4 Infertur 2. quod Clerici possunt conuenire coram ordinario suos colonos ratione culturæ: quia cum agatur de societate, & contractu inito super rebus clericorum, vel Ecclesiæ Episcopus est iudex competens, *vt notatur in c. indicatum 89. dist. & in cap. 2 de for. compet. Gabr. cons. 37. n. 10. vol. 2. Sperell. dec. 41. num. 31.* 8

5 Infertur 3. quod emphiteuta ecclesiæ coram Iudice ecclesiastico potest conueniri, siue agatur pro canone ex re ecclesiæ debito, *vt dicit Abb. in d. cap. si clericus laicum num. 13. de for. compet. Valasc. de Iur. emphit. q. 39. numer. 14. Borgnin. dec. 45. num. 68. par. 1.* siue pro laudemio, quod soluitur in signum recognitionis directi dominij *Dian. loco cit. Bellett. d. §. 5. numer. 10.* siue agatur ad reficiendam rem emphiteoticam, *vt decisum refert. Rice. in Collect. dec. 451. par. 2.*

6 Idem dicendum est in causa feudali: quia etiam propter feudum, quod laicus habet, & tenet ab Ecclesia, conuenitur coram Iudice ecclesiastico: quemadmodum in feudo, quod Clericus habet a laico, coram Iudice laico conuenitur *cap. cæterum de Iudic. cap. verum, vbi Doctores de for. compet.* 2

7 Obserua tamen, quod licèt Clericus ratione feudi cogatur litigare coram Domino feudi, non tamen potest contra eum fieri exequutio personalis, sed tantum realis *Abb. in d. cap. verum nu. 23. de for. compet.* nec potest Dominus feudi cognoscere de aliquo delicto clerici, nec eum condemnare, siue agatur de delicto criminaliter, siue ciuiliter: sed tũc solus Iudex ecclesiasticus cognoscit *Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. nu. 2. vbi citat. Ioan. Andr. Innoc. Foller. & alios.*

8 Infertur 4. Iudicem ecclesiasticum esse competentem, vbi Clericus ageret contra laicum ad rescissionem contractus *Marant. de ord. Iudic. par. 4. dist. 11. nn. 16. Rice. in Prax. for. Eccl. p. 3. res. 541.* vel si ageret contra inuadentes, aut vsurpantes bona Ecclesiæ, vel ipsius Clerici *Vulp. loco cit. cap. 41. num. 43. Barbos. in cap. si clericus laicum num. 2. & 5. de for. compet. Marant. loco cit. d. dist. 11. num. 6. & alij communiter.*

9 Infertur 5. quod is, qui bona Ecclesiæ administrauit, in eadem Curia ecclesiastica conuenitur

Soccin.

Soccin.in rubr.de for:compet. in princ.vers:primo ratione administrationis, & statuit etiam Concilium Tridentinum sess. 22. de ref. cap.9.

10 His adde, quod Clericus venditor in iudicio nominatus ab emptore laico, non tenetur iudicium susc ipere in foro emptoris, sed potest trahere causam ad forum ecclesiasticum *Boer.decis.69.Capyc.decis.87.Ann.sing.45 Nouar. in Prax. elect. & variat. for sect.1.quæst.31.n.4.quos refert, & sequitur Ricc. in Collect. dec. 2283.par.6.& hanc esse veriorem, & communiorem sententiam dicit Grammat.dec.21.nu.10.Socin.Iun. cons:40.numer.10.lib.1.* ratio est, quia huiusmodi causa censetur indiuidua, & prejudicium in clericum redūdat; & ideò coram Iudice ecclesiastico est agitanda: quia in indiuiduis socius vtitur priuilegio socij *l.1.& 2. C. si vn. ex plur.l.si cōmunem ff. Quemad. seruit.amitt.* vnde tota causa remittitur ad Iudicem ecclesiasticum, vti digniorem *Bart. in l. præcipimus §. eodem obseruando C.de Appell.Boss.in tit.de for.compet.num 116.Clar.§ fin.q.36 vers. euenit plerunque Socin.Sen.consil. 82.num.9.ver.nona conclusio vol. 3.Couar.pp:qq:c.34.n.2.* ità etiam quando agitur contra emptorem fisci, causa remittitur ad Procuratorem Cæsaris *iuxta l. 2. vbi glos.in ver.procuratorem meum C.si aduers:fisc.l. ad fiscum C. vbi caus.fiscal.Capyc.dec.197.per tot.*

11 Contrarium tamen tenēt alij Doctores, quia cum laicus in tali casu habeat ius in rē, iudicium dirigitur principaliter cōtra possessorem nomine proprio, non ante contra clericum; & ideō putant, non posse Clericum venditorem declinare forum emptoris, *& hanc communem dicit Viu. decis.49.nu.8.& alij plures apud Grammat. d. decis.21. per tot.* vbi etiā dicit, quod in Regno Sac. Cōsilium clericum authorem laudatum remittit ad forum ecclesiasticum, & contra emptorem ab eo causam habentem procedit, & in sententia reseruat ius laico cōtra Clericum, *vt obseruat etiam Vulp.in Prax.iudic.cap.43. n. 13. & seq.*

12 Omnes autem cōcedunt, quod si laicus conuentus nullum in re ius habeat, & clericum nominet in iudicio, puta si sit colonus, inquilinus, aut operarius, tunc si compareat Clericus vti necessarius defensor, huiusmodi causa cognoscenda tantum est à Iudice ecclesiastico propter ius Clerici, *ità Doctores in capit. quoniam frequenter §. quod si super Vt lit.non contest.l.2.C.vbi in rem act.Socin.Sen.cons:91.nu.13.vol.3. Natt.cons:324.nu.4. vol.2. Mart. de Iurisd.par.4.cas:112. num. 10. Grammat:d.decis:21.nu:3 .Capyc. decis:197.nu.4.Viui.d.dec.49.n.8: vers:sed vbicunque,* & tunc laicus conuentus absoluendus est ab obseruatione Iudicij, & nouus libellus contra nominatum dari debet *Bart.in l.2.nu.19. C. vbi in rem act:Socin.Iun.cons:46.num.5. & 9.lib.1.*

13 Ex his constat, quomodò proceden-

cedendũ sit in causa operarij cõducti ab alio in alieno fundo, vel domo: hic enim semper excusatur propter ignorantiam, ex quo putare poterat, bona legitimè possideri per illum, qui conduxit, si res non sapiat delictum, vt agrum colere, segetes secare *Bart. in l. in rem actio §. tignum ff. de rei vendic. Surd. cons. 22. num. 40. lib. 1.* secus si possessor, vel Dominus ipsi operario denunciauerit, vel protestatus fuerit, nè id faceret, vel si noctu accesserit ad laborandũ: tunc enim videtur esse in dolo, & ideò non excusatur, *vt dicit Clar. §. fin. q. 60. vers. solet dubitari, & alij communiter.*

10 11 12 13 14

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ habent electionem fori tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus.*
2 *Hoc priuilegio vti nequeunt cõtra alias personas æque priuilegiatas.*
3 *Miserabiles censentur qui pauperes sunt.*
4 *Qui dicantur pauperes in hoc casu.*
5 *Pupillus dicitur, qui cum impubes esset, desijt esse in Patris potestate.*
6 *Quæ dicatur Vidua.*
7 *Priuilegium non datur mulieribus impudicis.*
8 *Inter personas miserabiles vumeratur etiam Hospitale, Seminarium puerorum, vniuersitas, seu Ciuitas.*
9 *Quando inter litis cõsortes adest aliquis habens priuilegium electionis fori, omnes ratione connexitatis eodem gaudent priuilegio.*
10 *Si inter plures cohæredes esset aliquis clericus, omnes pro eadẽ causa communi conueniendi sũt coram Iudice ecclesiastico, alias processus est nullus.*
11 *Quid si causa esset diuidua.*
12 *Colegium, in quo sunt plures laici, quam Clerici, coram quo Iudice conueniri debeat.*
13 *Viduæ, & pupilli diuites in defectum iustitiæ sæcularis possunt laicos coram ecclesiastico iudice conuenire:*
14 *Pupilli, & Viduæ tam pauperes, quam diuites possunt implorare iudicium ecclesiæ in possessorio, vel vbi agitur de iniuria, vel violentia eis illata.*

CAP. IV.

An in causis miserabilium personarum ecclesiastícus sit iudex cõpetens.

AFfirmatiuè respondẽt Doctores communiter: quia huiusmodi personæ habent electionem fori *c. 1. & 2. dist. 87. cap. ex parte de for. compet. cap. super quibusdam de verbor: signif:* & hoc priuilegio vti possunt, etiamsi cæptum sit iudicium coram iudice laico *Vrsill. ad Afflict. decis: 257. sub num. 2. Novar. in Prax. elect. for. q. 6. sect. 2. Giurb. decis. 82. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in collect. decis.* 1

2156.

2156.par.6.vbi refert, ità fuisse decisum in magna curia Vicariæ, & in senatu Sabaudiæ. quod procedit non solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, vt post Viu.decis.65.dicit idē Ricc. in collect.decis. 1.par.1. Vulp. in
2 Prax.iudic.for.eccles.cap. 47.nu.4. & seq. hoc tamen priuilegio vti nequeunt contra alias personas æquè priuilegiatas Ricc.in collect. decis 300: par. 2. Quemadmodum neque filiusfam.potest vti Macedoniano contra alium filiumfam. nec potest ecclesia cogere alterā ecclesiam,vt vendat eius domum pro ipsius ecclesiæ ampliatione, idem Ricc.in collect.decis.348.p. 2. & decis.2308.par.6.

3 Miserabiles verò censentur qui pauperes sunt DD. in cap. significantibus de offic.deleg.Viu. dec.22. quem refert idem Ricc. in collect: decis.226.par.1.vnde Viduæ,& pupilli diuites ab hoc priuilegio excluduntur, vt in d.cap.significantibus Marant.de ord.iudic.par: 4. dist.9.nu. 79. & alij apud Bellett. Disquis.cleric.tit. de fauor. Cleric. real.§.5.num.33.Dian.par.4: tr. 1.
4 res.90.pauperes autem in hoc casu illi etiam dicuntur, qui licèt habeant necessaria ad vitam seruandam, non tamen ad se decenter pro sua qualitate substentandum c.probanda, & c.considerandа dist.86.Nauar.in tract.de redit: eccles. q.1.mon.27.num.3.Vnde illaq.Angliæ Regina, de qua in cap. ex parte de for. compet. inspecta tunc qualitate sua dicebatur miserabilis, & ideò agere poterat 7 coram iudice ecclesiastico contra laicum, vt d. Bellett.loco cit.n. 39.Barbos.in d. cap.ex parte nu. 7. hoc autem arbitrio Iudicis relinquitur cap.de causis ex.de offis. deleg.Bart.in l.vn.C.Quan.Imper.inter pup.vel Vid.Guid.Pap.dec.566. & communem dicit Vrsill.loco citato num.2.contrarium tenet Menoch.de Arbitr.cas.66.num.4.Borrell.in sum.Decis.tit.56.à numer.9. Gratian.discept.182. num.3. Vincent.de Franch.decis.100.num.19. Viu.decis.459.num 12.& dec.521. à num.7.Thesaur.decis.177. nu.3. Couar.pract.cap.6.num.2. & alij apud Barbos.in d.cap.significantibus num 3.de offic.deleg.qui putāt, etiam Viduas ac pupillos diuites inter personas miserabiles annumerandos esse; sed hęc opinio procedere potest de iure ciuili iuxta l.vn.C.Quan.Imper.int.pup. & Vid.quæ generaliter loquitur: non autem de iure Canonico propter.tex.expressum in d.cap.significantibus.

5 Obserua tamen,quod pupillus dicitur qui cum impubes esset, desijt in Patris potestate esse l.pupillus ff.de verb.sign.glos.in d.l.vn. ver.contra pupillos.Ricc.in collect. decis.1.par.1.vbi etiam dicit,quod pupillus, qui est sub potestate Aui,hoc priuilegio non gaudet.

6 Obserua 2. quod Vidua dicitur, quæ nunquam habuit virum, vel quæ virum amisit, vel quę habet virum inutilem Bart. in d. l. vn.num.5.Guid.Pap.dec.566.Gratian.discept.666. num.9.dummodò honestam vitam agat: quia priuilegium non datur mulieribus impudicis l.his solis C. de

Reuoc.donat.& post Bald. fel. & alios dicit Bellett.loco cit.d.§.5.nu. 40. Vnde virgo stuprata hoc priuilegio non gaudet, nisi contra stuprantem *Ricc.in d.collect. decis.* 1.& *dec.*137.*par.*1.*vbi citat Vinc. de Franch:dec.*599.& ideò ab hoc priuilegio multo magis excludun tur meretrices, *vt in d.l.his solis vbi glos. & Doctores C. de reuoc. donat.*

8 Obserua 3. quod inter personas miserabiles numeratur etiam Hospitale, quod re vera nihil aliud est, quam ipsę miserabiles personæ:item Seminarium puero rum, in quo pauperum filij recipiendi sunt *iuxta Concilium Tridentinum sess.*23.*de ref:cap.* 18. ac cętera loca pia *Ricc.in Prax.for. eccles.par.*2.*res.*317.& *par.*3. *resol.* 413.& *alij communiter.* Item vniuersitas, seu Ciuitas *secundum Alex.cons.* 122.*vol:* 4.*quem refert Vrsill.ad Afflict.d.decis.*257.*nu.*2. vbi dicit, quod benè potest iudex arbitrari ex causa sibi visa, vniuersitatem habere istud priuilegium, cum ipsa Ciuitas pupillos, Viduas, & alias personas miserabiles comprehendat.

9 Obserua 4.quod quando inter litis consortes adest aliquis habēs priuilegiū electionis fori, omnes ratione connexitatis eodem gaudent priuilegio *Viu.decis.*521.*nu.* 21.*Gratian.discept.*641.*num.*1.& *seq.Couar.pract.cap.*34.*nu.* 2. Vn-
10 de si inter plures cohęredes esset aliquis clericus, omnes pro eadem causa communi conueniendi sunt coram Iudice ecclesiastico *Bart.in l.præcipimus §.eodem obseruando C.de Appell.& in l.solent in fin.ff:de Alim.& cib. leg.felin.in cap.* 1. *nu.* 6. *de Præscript. Maran.de ord.Iudic.par.*4.*dist.*11. *num.*21.alias, etiamsi non opponatur, iudicium est nullum, nec processus substineri potest etiam quoad ipsos laicos *Seraphin.decis.* 957.*per tot.Gratian.d:discept.*641. *num.*19.& 20. *Scacc. de iudic.lib.* 1. *cap.*11.*num.*24. in hoc enim casu vnus tantum Iudex est adeundus, & non plures *l.*1.*ff. de quib. reb.ad eumd.Iud.eat.Afflict.decis:* 354.*nu.*3.*Menoch.de Arbitr. iud. lib.*2.*cas.*371.*num.*11.*Boss.in tit:de for:compet.num.*116. Vnde si prædicti hæredes in diuisione facienda discreparent, per Iudicem ecclesiasticum esset dirimenda controuersia *Car. de Grass. de effect. Cler.eff.*1.*num.*520. quod procedit etiamsi essent plures laici, quā Clerici *Scacc.loco cit.d.cap.* 11 *nu.* 24.*Socin.sen.cons.*12.*num.*17: *lib.*1.

21 Hæc tamen conclusio limitatur, quando causa esset diuidua: tunc enim quilibet potest conueniri coram Iudice suo *Bart.in d.l. præcipimus §. eodem obseruando Maran.loco cit:num.*24. Vnde fideiussor clerici coram iudice laico conueniri potest, etiamsi esset in solidum obligatus cum clerico *Boss.in tit.de for.compet.n.*116.

12 Alij etiam limitant in Collegio, in quo sint plures laici, quam Clerici: tunc enim putant esse conueniendum coram iudice sæculari; quia collegium accipit de nominationem à maiori parte *Bart.in l.sodales num.*15.*ff. de Colleg.illic. Socin.sen.cons.*12.*nu.* 17.

lib.

lib.1: Marant.d.dist.11.numer.23: Scacc.de Iudic.lib.1.cap.11.nu.25. dum enim conuenitur collegium non dicuntur conueniri singuli de Collegio *l.sed si hac §.qui manumittitur ff.de in ius voc.*

Sed contrarium mihi videtur verius: quia etiam in tali casu collegium dicitur ecclesiasticum, quamuis minor pars sit Clericorum, cum hæc minor pars sit dignior; & ideò coram Iudice ecclesiastico conueniri debet, *vt d.Ant.Burg.in cap.cum dilecti n.14.de empt. & vend. quem refert. Couar.pract.cap.34.num.1.* quod eo magis procederet, quãdo par esset numerus clericorum, & laicorum *Bart.in d.l.sodales nu.15. Couar.vbi supra.*

13 Obserua 5. quod Viduę, & pupilli diuites in defectum iustitiæ sæcularis possunt laicos coram ecclesiastico Iudice conuenire *cap.ex tenore vbi DD.de for.comp.* quamuis enim huiusmodi causæ primariò spectent ad iudicium sæculare *iuxta cap.regum 23.q.5.* secundariò tamen etiam ad ecclesiam spectant, quando scilicet Iudex sęcularis est negligens *c. administratores ead.q.5. vt dicũt DD.quos refert, & sequitur Bellet.tit.de fauor.cleric.real.§.5. nu.34.* è contra verò causæ pupillorum, & Viduarum pauperum, & aliarum personarum miserabiliũ principaliter ad ecclesiam spectant *cap.1.dist.87.* & ideò possũt huiusmodi personę laicos trahere ad Ecclesiasticum tribunal, etiãsi coram sæculari iudice iustitiam consequi possint *cap.super quibusdam de verb.sign.cap.significantibus de offic.& pot.Iud.deleg. capit. ex parte de for.compet. vbi id notat glos.in ver.exceptionibus vers.item est arg.& ibidem Barb. num.6. & ità etiam videtur sentire Bellett. loco cit. nu.32. & seq.*

14 His adde, quod pupilli, & Viduæ siue pauperes, siue diuites possunt implorare Iudicium ecclesię in possessorio, vel vbi agitur de iniuria, siue de violentiã eis illata *cap.si quis de potentibus 24.q.3.glos.in d.c. significantibus ver.pauperem & in d.cap.ex tenore ver.iniustitia, & hanc esse communem dicit Barbos. in d. cap. ex parte num.6.*

SVMMARIVM:

1 *In causis prophanis laici regulariter conueniendi sunt in foro sæculari, limitatur nu.2.3.4.5. & 6.*

7 *Impediens Iudices ecclesiasticos nè sua iurisdictione vtantur, quam pœnam incurrat.*

8 *Quando Iudex Ecclesiasticus in causis ciuilibus procedere possit ad censuras.*

9 *Potest Curia ecclesiastica habere familiam armatam.*

10 *Concessa iurisdictione omnia intelliguntur concessa, quæ ad illam conseruandam sunt necessaria.*

11 *An Ordinarius, vel Auditor Cameræ possit interdicere Prouinciam, Ciuitatem, castrum, vel alium locum.*

12 *Quando in causis criminalibus Iudex ecclesiasticus possit reos ex com-*

excommunicare.

13 *An valeat excommunicatio huiusmodi non seruato ordine cõcilij Tridentini.*

CAP. V

An in causis prophanis laici conueniri possint coram Iudice Ecclesiastico.

1 NEgatiuè respondent Doctores, quia regulariter actor sequitur forum rei *l. actor C. vbi in rem act. cap. cum sit generale de for. compet.*

Hęc tamen regula limitatur 1. vbi adesset consuetudo conueniendi laicos coram Iudice ecclesiastico etiam in causis prophanis: quia tunc est seruanda *cap. licet ex suscepto, vbi Doctores de for. compet. cap. si quis Presbyter 2. q. 5. Bellett. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num. 4. Barbos. in cap. si Clericus laicum num. 5. de for. compet. Rot. decis. 793. num. 1. p. 1. Diuers. Capyc. dec. 161. n. 3. Ricc: decis. 217. num. 5. & seq. par. 2. & ità seruari in Hispania, & in alijs Curijs Ecclesiasticis testatur Ferraq. mor. par. 1. q. 102. num. 5. Leo in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 13. n. 39. & seq.*

2 Secundò in defectum iustitiæ in foro sæculari, *DD. in cap. licet 1. de for. compet.* potest enim negligentia Iudicis sæcularis in administranda iustitia suppleri per ecclesiasticum, sed non è contra *cap. clericum 11. q. 1. cap. si diligenti de for. compet.* nec obstat textus *in cap. filijs, vel nepotibus 16. q. 7.* quia ibi solum statuitur, vt Episcopo negligente, vel renuente, ad Regem causa deferatur, non, vt ipse Rex causam iudicet, sed vt moneat reuerenter Superiorem, *vt notat Diana par. 3. tr. 1. res. 25.* vbi etiam dicit, quod hoc ius sublatum fuit ab Innocentio III. *in cap. qualiter, & quando de Iudic.*

3 Tertiò ratione iuramenti, videlicet quando debitor est obligatus per instrumentum iuratum; tunc enim conueniri potest corã Iudice ecclesiastico pro obseruantia iuramenti *cap. fin. de for. compet. in 6.* quod procedit etiã in iuramentis Iudæorum & hæreticorum *secundùm Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. res. 225. in fin.* ex quo fit, vt si quis petat absolutionem â iuramento coram Iudice Ecclesiastico, potest coram eodẽ Iudice de tota causa litigare; quia qui fuit Iudex causę præparantis, & sic absolutionis â iuramento, erit etiam Iudex causæ præparatæ *Marant. de ordin. Iudic. par. 4. dist. 11: num. 14.* vbi *num. 17.* addit, quod quando coram Iudice sęculari vertitur dubium super validitate iuramenti, videlicet vtrum liget, vel non, tunc Iudex sæcularis non potest de hoc cognoscere, sed debet causam remittere ad Iudicem ecclesiasticum.

Obserua tamen, quod textus *in d. cap. fin. de for. compet. in 6.* habet tantum locum contra ipsum iurantem, non autem cõtra eius hære-

hæredes: quia cum iuramentum sit personale, non transit in hæredem, *vt dicunt Doctores apud Ricc. in prax. for. eccles. par. 2. res:* 484. *& par: 3 res.* 225. vbi ex hoc concludit, quod hæres iurantis non potest conueniri coram Iudice ecclesiastico.

4 Quartò obligati in forma Cameræ possunt coram Iudice ecclesiastico conueniri *l. episcopale iudiciũ C: de Epis. aud. Couar. pp. qq. cap. 35. num. 2. vers. Quinto non video Sperell. dec. 41. nu. 29. in fin.*

5 Quintò apparitores Curiæ ecclesiasticæ coram eodem ecclesiastico Iudice tam ciuiliter, quã criminaliter conueniuntur *l. 2. C. de offic. mag. mil.* & hoc est regulare in omni ministro, & officiali, vt sub eo magistratu, & Præside conueniatur, ad cuius prouidentiam, & iudicium illius ministerium, & officium noscitur pertinere, nè videatur ab eius ministerio abstrahi, cuius obsequio deputatus est, *vt dicit Luc. de Penna in rubr: C. de Apparitor. Præf. Vrb. lib. 12.*

6 Sextò cognoscit iudex ecclesiasticus inter laicos, vbicunque aliquis detinet rem alienam cũ peccato, & est tale debitum, ad quod nulla competit actio de iure ciuili, & sic non potest aliquo remedio recuperari in Curia sæculari *Marant. de ord. Iudic. p. 4. dist. 11. num. 12:*

7 Qui verò impedit Iudices ecclesiasticos ordinarios, nè suã iurisdictione ecclesiastica vtantur, secundum quod Canones, & sacræ cõstitutiones ecclesiasticę, ac decreta Cõciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuunt, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnę can. 16. quam adimpedientes eosdem iudices in causis ad forum ecclesiasticum etiam ex consuetudine spectantibus extendit Filliuc. *tract. 16. cap. 10. q: 10. nu: 280. quem refert Bonacin. de censur. in partic. disp. 1. q. 17. pũ. 1. nu. 18:* quia huiusmodi consuetudines videntur approbatæ *in cap: licet ex suscepto, ibi, sicut hactenus seruatũ est, vt tradunt ibi Doctores communiter:*

8 Notandum verò est, quod Episcopus in causis ciuilibus, vbi executio realis, vel personalis per suos proprios, aut alienos executores fieri poterit, debet à censuris absti nere, *vt præcipit Concilium Tridentinum sess. 25: de ref. cap. 3.* ex quo textu clarè colligitur, quod potest curia ecclesiastica habere familiam armatã, idemque de iure antiquo statutum fuerat *in cap. attendendum & cap. si quis contumax & c. seq. 17. q. 4. & in cap. contra idolorum. vbi glos. 26. q. 5. vt notat Genuens. in Prax. Archiep. cap. 13. numer. 3. Mart. de Iurisd. par. 2. cap. 29. n. 7. Vgolin. de offic. & pot. Episc. par. 2. cap. 56. num. 3. Barbos. eod. tract. p. 3 all. 107. à nu. 2. vers. altera vsque ad nu: 9. Mastrill: decis. 68. num. 4: Beliett. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 5. n. 103. Decian: tract. crim: to. 1. lib. 4. cap: 16. nu. 1. & communem dicit Sperell. dec. 4. n: 3: 8: & 9. & 14. Guazin. Defens. reor. 1. cap. 8. nu. 28. late Io. Franc.*

9

Leo

Leo in Thesaur. eccles. par: 1. cap. 9. num. 16. & seq. Dian. p. 1. tr. 2. resol. 89. Ricc. in Prax. par: 1: ref. 483. cõcessa enim iurisdictione omnia
10 intelliguntur concessa, quę ad illam tuendam, & conseruandam sunt necessaria *arg. l. 2 ff. de iurisd. omn. Iud.*

11 Addit Leo *loco cit. p. 3. c. 8. n. 92. & seq.* quod nec ordinarius, nec Auditor Cameræ potest absq; licẽtia Summi Põtificis Prouinciã, Ciuitatem, Castrum, vel alium locum ecclesiastico supponere interdicto pro debito pecuniario, *ità prohibente Bonifacio VIII. in extrau. prouidè de sent. excom.*

12 In causis quoque criminalibus nõ licet Iudici ecclesiastico reos excommunicare, nisi in subsidiũ, videlicet quando exequutio realis, vel personalis fieri non poterit; & tunc si delicti qualitas id exposcat, præcedere debet bina saltem monitio etiam per edictũ 1
ex dispositione eiusdem Concilij loco cit. d. cap. 3.

13 Obseruant tamen nonnulli recentiores, Concilium *d. c. 3.* tradere instructionem, non autem imponere formam, & ideò valere excommunicationem non seruato dicto ordine Concilij, *ità Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol. 202. num. 4. vbi citat Maceratens. var. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 75. in fin. vers. insuper.* 2

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio iuramenti non ad secularem, sed ad ecclesiasticum iudicem spectat.*

2 *Capitulum sede vacãte, & alij Prælati inferiores habentes iurisdictionem episcopalem, vel quasi relaxare possunt iuramẽtum.*

3 *Quæ requirantur ad relaxationem iuramenti.*

4 *Quando Episcopus possit periurum absoluere à reatu periurij.*

5 *Tot requiruntur absolutiones, quot sunt iuramenta:*

6 *An requiratur speciale mandatum ad impetrandam huiusmodi absolutionem:*

CAP. VI.

An, & quando possit iudex ecclesiasticus absoluere à iuramento.

RElaxatio iuramenti nõ ad potestatem sæcularem, sed ad Episcopum spectat *cap: noxit de iudic. cap. venerabilem S. idem etiam de elect. S. Th. 2. 2: q. 89: art. 9: ad 3. Laym. in Theol. mor: lib. 4. tr. 3. cap. 11. num. 9. & alij communiter:* etiamsi Episcopus sit tantum electus, & confirmatus, licèt nondum consecratus *Dian. par. 7. tr. 2. res. 1.* idemque dicendum de Capitulo sede vacante, & alijs Prælatis inferioribus habentibus iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, *vt notant Doctores apud Barb. de offic. & pot. Episc: par. 2. all. 36. nu. 9. & seq. Bonacin. de legib. disp: 4. q. 1. pun. 17. num. 9.* 1

Ad huiusmodi verò relaxationem

nem requiritur 1. iusta causa, puta si in contractu interuenerit dolus, metus, læsio, aut quid simile *cap. Abbas, vbi glos. in ver. coactus de ijs, quę met. cauſ. cap. verũ de iureiur. S. Th. 2. 2. d. q. 89. art. 7. ad 7. & art. 9. ad 3. Barboſ. in d. cap. verum num. 2. & alij.*

Secundò vt iurans sit subditus Episcopi absoluentis *Barboſ. dict. parte 2. allegat. 36. num. 17. & ſeq. Genuenſ. in Prax. Archiepiſc. c. 4. num. 9. vbi dicit, hanc eſſe magis communem*: quamuis alij teneant, quod absolutio à iuramento peti, & concedi potest ab ordinario, in cuius Diœcesi reperitur is, qui iurauit, licèt contractus alibi sit celebratus: quia tractatur de fauore animæ, quæ non circumscribitur loco, *ità Doctores, quos refert, & ſequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 30. num. 5. & 6.* quorum opinio admitti potest, quando necessitas hoc postularet, vel si talis adsit consuetudo *Dian. par. 8. tr. 3. reſ. 47. Genuenſ. in Prax. d. cap. 4. num. 10.* vbi dicit, quod in Curia Archiep. Neap ex antiquissima obseruãtia absoluuntur omnes exteri à iuramentis præstitis, etiam extra Regnum, quando adeunt Ciuitatem Neapolitanam animo litigandi in curia seculari:

Tertiò quod absolutio petatur ante incursum periurium: & ideò obtinenda est, antequam aduenìat tempus solutionis; quia termino elapso Episcopus absolutionem concedere non potest, sed recurrendum est ad Papam *Vulp. d. cap. 30. num. 9. & ſeq. vbi alios refert, & de communi teſtatur Ricc. in Prax ſor. eccleſ. par. 1. reſ. 309.* immò in pœnam periurij debitor cogitur soluere, licèt possit deinde repetere *c. debitores de iureiur. gloſ. in cap. Abbas ver. coactus de his quæ met. cauſ. Graff. deciſ. aur. p. 1. lib. 2. cap. 18. num. 34.*

4 Notandum est autem, quod periurus potest à reatu periurij etiam ab Episcopo absolui, citata tamen parte, ac probata læsione vel metu, alijsque legitimis exceptionibus *Genuenſ. d. cap. 4. num. 3. Vulp. vbi ſupra cap. 30 nu. 11. Vrſill. ad Afflict. dec. 30. num. 5.*

5 Obserua tamen, quod qui petit absolutionem, omnia iuramẽta specificè exprimere debet; & ideò si duo instrumenta super alĩ qua re fiant, non sufficit petere absolutionem à iuramentis contentis in vno, alias contrauenienti non excusatur à periurio, *vt dixit Nouar. apud Ricc. in collect. dec. 3186: par. 7.* Vnde si quis impetrauit absolutionem à iuramento ad effectum agendi, & non fecit mẽtionem, se iurasse non petere absolutionem à iuramento, non censetur habilitatus, vt possit agere, nisi prius absoluatur à iuramento de non petenda huiusmodi absolutione, quia tot requiruntur absolutiones, quot sunt iuramenta *Afflict. deciſ. 220. num 12. Vulp. d. cap. 30. nu. 7: vbi n. 15.* addit, quod 6 procurator non potest petere absolutionem à iuramento per suum principalem præstito absq; speciali mandato: quia cum tractetur de obligatione spirituali, specialis consensus requiritur: sed contrarium tenet Rebuff. *in Prax.*

beneficio in tit. de Different: inter rescript. gratiæ, & iustit. num. 16. & in tit. de Dispensat. num: 13. Nau. cons. 4. de Reseript. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. in cap. innotuit num: 16. de elect. vbi dicit, quod nec speciale, nec generale mandatum desideratur ad dispẽsationes, & quæuis alia priuilegia impetranda, sed possunt validè impetrari eo, cui impetrantur, ignorante *iuxta tex. in cap. si tibi de Præb. in 6.* vnde hæc verior videtur opinio. ratificatio tamen debet fieri in tempore hoc est intra terminum prẽfixum ad soluendum, alias incurritur in periurium, *vt post Rom. cons. 427. & alios notat Genuens. d. cap. 4. nu. 11.*

SVMMARIVM.

1 *De iure ciuili Iudex ordinarius non potest penitus recusari, secus de iure canonico.*

2 *Delegatus tam de iure canonico quam ciuili recusari potest.*
Quid si sit delegatus ad vniuersitatem causarum.

3 *Huiusmodi recusatio ante litis ingressum proponenda est, & ante omnes dilatorias.*

4 *Quando post litem contestatam recusatio proponi possit.*

5 *In libello recusationis debet exprimi legitima, seu probabilis causa suspicionis.*

6 *Si proponatur causa non legitima, potest Iudex recusatus ad vlteriora procedere.*

7 *Appellationi Friuolæ non est deferendum.*

8 *Iudex tam ordinarius, quam delegatus Papæ compellit partes ad eligendum arbitros, qui de causis suspicionis cognoscant.*

9 *Quando possit Iudex recusatus ad vlteriora procedere.*

10 *Declaratur tex: in cap. legitima de appell. in 6. & cap. suspicionis ex. de offic: deleg.*

11 *Arbitri possunt eligi etiamalibi, quam in loco Iudicis recusati.*

12 *Potest etiam Iudex recusatus cogere partes ad eligendum tertium, si arbitri non sint concordes:*

13 *Quid si partes in ipsos arbitros, aut in tertium eligendum non conueniant.*

14 *Recusato Episcopo vt suspecto, ex eadem causa Vicarius ipsius recusari potest. limitatur nu. 15.*

16 *In recusatione Vicarij generalis, vel delegati ab Episcopo non eliguntur arbitri, sed causæ suspicionis coram Episcopo sunt proponendæ.*

17 *Quid si suspicio concerneret ipsũ Episcopum.*

18 *Similiter ad Capitulum recurritur in casu recusationis Vicarij Capitularis.*

19 *Item Delegatus Papæ cognoscit de causis recusationis sui subdelegati.*

20 *Quid si vnus ex duobus delegatis Papæ recusetur vt suspectus.*

21 *Si Episcopus esset in remotis, & Vicarius recusetur, tunc de recusatione illius cognoscent arbitri: limitatur num. 22.*

23 *Vicarius Episcopi cognoscit de causis suspicionis delegati ab Episcopo existente in remotis.*

24 De

24 *De stilo Signaturæ Vicarij non allegantur suspecti, sed dantur illis adiuncti.*

25 *Iudex ordinarius potest statim ac recusatur causam alteri partibus non suspecto committere.*

26 *Quid si recusationis causa coram Arbitris probata fuerit.*

27 *Quando Delegatus Papæ possit causam alteri subdelegare.*

28 *An delegatus Principis possit recusari si causa commissa fuerit recusatione remota.*

29 *Duo tantum Iudices recusari possunt.*

30 *An procurator absque speciali mandato possit Iudicē recusare.*

31 *Quid si procuratores ambarum partium de communi consensu Iudicem in Romana Curia impetrauerint.*

32 *Processus factus post interpositā recusationem est ipso iure nullus.*

33 *An Episcopus visitans possit vt suspectus recusari.*
Quomodo in causis visitationis procedatur, ibidem.

34 *An possit Episcopus in actu visitationis procedere contra Capitulares absque adiunctis.*

35 *An contra Coadiutorem cum futura successione teneatur Episcopus procedere cum huiusmodi adiunctis.*

36 *Quid si totum Capitulum delinquat:*

37 *Ad quem sit appellandum, si Iudex renuat admittere legitimā recusationem.*

38 *Si Iudex esset inimicus capitali inimicitia, potest subditus petere à Principe, se eximi cum tota familia à iurisdictione talis Iudicis.*

CAP. VII.

An, & quando Iudex possit vt suspectus recusari.

1 DE iure ciuili Iudex ordinarius regulariter nō potest penitus recusari, sed illi associatur Episcopus, vel alius vir honestus, & integræ opinionis *iuxta auth. ſ vero iuncta glos. C. de Iud. & est communis opinio, vt d. M. Graſſ. relat. in Syntag. opin. commun. tit. de Iud. cap:* 20. de iure verò canonico Iudex ordinarius in totū recusari potest, siue sit Episcopus, siue eius Vicarius *cap. si quis cōtra de for. compet. cap. cum speciali, & ibi glos. ex. de Appell.* quod ex dispositione vtriusque iuris

2 procedit in delegato etiam à Principe *l. apertissimi C. de Iud. c. Iudex de offic. deleg. in 6.* nisi sit delegatus ad vniuersitatem causarum: quia neque tunc de iure ciuili in totum recusatur, sed illi similiter adiungitur Episcopus *iuxta glos. in l. fin. ver. cum specialis C. de Iud. Marant. de ord. Iud. par. 4. dist. 5. num. 40:* secus de iure canonico: quia tunc etiam in totum recusari potest: vt de Conseruatore Religionum, seu Regularium personarū dicit *Barbos. de offic. & pot. Episc: par. 3. all. 106. num. 32. Lezan. in Sum. qq. regul. to. 2. cap. 10. num. 74. & alij.*

3 Obseruant autem Doctores, huiusmodi recusationem tam de-

iure canonico, quam ciuili ante litis ingressum proponēdam esse, cum sit dilatoria *iuxta tex. in d.l. apertissimi & cap. inter monasterium de sent. & re iud. Ricc. in collect. decis.* 445. *par.* 2. vel saltem intra terminum statutum à iudice ad dilatorias proponendas *glos. in cap. secundo requiris §. tertio postulas ver. coram eodem de Appell. contra Villal. relatum in Syntag. opin. commun. tit. de iudic. cap.* 20. *vers. de iure regio*, vbi dicit, quod de iure ciuili in quacunque parte litis recusatio huiusmodi proponi potest. 5

Debet autem proponi ante omnes dilatorias, quia si opponitur alia dilatoria, censetur prouocari Iudex, vt super ea pronūciet, & sic inducitur consensus in iudicem; vnde postea non posset recusari *Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap.* 25. *nu.* 4. & 5. nisi post litem contestatam superuenerit aliqua noua causa suspicionis, *vt dicit glos. communiter recepta in l. error. ver. facti C. de Iur. & fact. ignor. Vulp. loco cit.* in hoc tamen non creditur recusanti absque iuramento *Ricc. in Prax. for. eccles. p.* 4. *res.* 515. vbi etiam dicit, quod si in causa ecclesiæ, vel minoris lapsum fuerit tempus ad proponendam recusationem, concedenda est restitutio; idem dicendum, si causa suspicionis post litē contestatam perueniret ad notitiam recusantis, quia tunc etiam opponi potest præstito huius ignorantiæ iuramento *M. Graff. relatus in Syntag. opin. com. tit. de iud. cap.* 20. *ver. limita.* 6 7 8 9

Obseruant 2. quod debet exprimi in libello recusationis legitima, seu probabilis causa suspicionis coram iudice, qui recusatur, *vt notatur in cap. si contra de offic. deleg. in* 6. siue iudex recusatus sit ordinarius, *vt in d. cap. cum speciali*, siue sit delegatus, *d. cap. secūdò requiris §. tertiò postulas, vbi glos. ver. coram eodem*; quod etiam procedere de iure ciuili tenet Ricc. *in Prax. par.* 2. *res.* 400. *vbi dicit, ità communiter sentire Doctores in d.l. apertissimi C. de Iudic.* quamuis in hoc contrarium asserat Marant. *d. par.* 4. *dist.* 5. *num.* 40. *& alij relati in Syntag. opin. com. d. tit. de Iudic. cap.* 20. *vers. an autem cum seq.* ex quo fit, vt si allegaretur causa, quę si esset probata, legitima non reputaretur, posset tūc iudex recusatus ad vlteriora procedere *cap. inter monasterium de sent. & re iud. glos. in d. §. tertio postulas ver. coram eodem Vulp. loco cit. cap.* 25. *num.* 28. *Marant. d. dist.* 5. *nu.* 40. *Barbos. in cap. super quæstionū §. eius ergo de offic. iud. deleg.* quemadmodū appellationi notoriè friuolæ non est deferendum *cap. cum appellationibus de Appell. in* 6. *Gennens. in Prax. Archiep. cap.* 55. *numero* 8. 5 6 7 8

Iudex autem tam ordinarius, quam delegatus Papæ in tali casu compellit partes ad eligendum arbitros, qui de causis suspicionis cognoscere, & iudicare debent, *vt in d. §. tertiò postulas & d. cap. cum speciali de Appell.* ipsisque arbitris competentem terminum præfigit, intra quem in idē conueniant, vel tertium concordi- 9

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diter aduocent, cum quo ambo, vel alter eorum negotium suspicionis terminare debent, alias illo transacto, & causa suspicionis coram ipsis non probata, ad vlteriora procedere poterit *d: cap. cũ speciali, & cap. legitima de Appell. in 6.* per quem textum corrigitur *cap. suspicionis de offic. deleg. secundum glos. in d: cap. secundo requiris & tertio postulas ver. terminum competentem*. quamquam pro-
10 babilius videtur, quod *d. cap. suspicionis*, non fuerit correctum *per cit. cap. legitima*: illud enim loquitur in termino parti assignando ad probandam causam suspicionis, qui proculdubio ab arbitris assignari debet: hoc autem loquitur in termino assignando arbitris ad causam recusationis finiendam, quem non arbitri, sed iudex recusatus debet præfigere, *vt dicit glos. in d. cap. legitima ver. per Iudicem Barbos in d: cap: suspicionis num. 5. de offic. deleg. Ricc. in Prax. for. eccles. ref. 400. p. 2.*

11 Arbitri verò possunt eligi etiã alibi, quam in loco Iudicis recusati, dummodò non in loco valdè remoto, ideſt vltra dietam legalẽ *Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. nu. 14: Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol. 519. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. num. 150: vers: quando Episcopus*.

12 Potest etiam Iudex recusatus cogere partes ad eligendum tertium, si arbitri iam electi non fuerunt concordes *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 27. Barbos. in d. cap. suspicionis num. 3:*

13 Si verò partes ipsos arbitros, aut in tertium eligendum non conueniant, tunc ad infinitatem vitandam electio deuoluitur ad iudicem recusatum *Neuizan. cõs. 55. in fin. Scacc. d: cap. 101. num. 27.* verum si per arbitros fuerit pronunciatum, causas suspicionis, vel aliquam earum legitimas esse, causa deuoluitur ad superiorem, *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. num. 150.*

14 Obseruant 3: quod recusato Episcopo vt suspecto, ex eadẽ causa Vicarius ipsius recusari potest: quia vbi superior est suspectus, sunt quoque suspecti eius officiales *cap. insinuante de offic. deleg.* ità etiam si allegetur suspectus Gubernator, censentur etiam eius Auditores, & officiales suspecti, *vt decisum refert Ricc. in collect. decis. 83. par. 1.* quod procedit, etiamsi Vicarius seorsim ab Episcopo habitet, vel causam cognoscat vti delegatus ab Episcopo, vel à Papa: quia semper poterit ab Episcopo reuocari, seu ab officio remoueri: & ideò est verisimile, quod Vicarius trahatur in sentẽtiam Episcopi *Rip. in cap. 1. nu. 44. de iudic. quicquid dicat Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. num. 15. & alij,*

15 nisi Vicarius Episcopi sit confirmatus à Papa, siue ab alio superiore: tunc enim non poterit recusari ex eo, quod Episcopus sit suspectus, quia tunc non potest per Episcopum remoueri *Rip. loco cit. Barbos. d. par. 3. all. 54. n. 150.*

16 Obseruant 4. quod in recusatione Vicarij generalis, vel delegati ab Episcopo non eliguntur arbitri ad cognoscendas causas suspicionis

nis, sed illæ debent proponi coram Episcopo, si præsens est in Diœcesi, vel non multum absens *cap. si contra de offic. Iud. deleg: in 6.* dummodò suspicio non concernat ipsum Episcopum, quia tunc Episcopus de causa recusationis non cognoscet, sed eius cognitionem alicui alteri confidenti committit *vt post Gemin. dicit Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 3. q. 16. num. 3. & 8: Ricc. in Prax. par. 2. ref. 400. Barbos. d. all. 54. num. 150. vers. nota tamen.*

18 Idem dicendum est de Vicario capitulari, quia similiter ad Capitulum recurritur in casu recusationis, & tunc Capitulum potest cognoscere causas suspicionis sui Vicarij, quemadmodum Episcopus *cap. si contra de offic. deleg. in 6. Sbrozz. d. lib. 3. q. 16. num. 1. & 9. Vulp: in Prax. iudic. cap. 44: nu. 29.* quę si verę sint, poterit Capitulũ causam à Vicario auferre, & alteri committere *Quarant. in ver. Capitulum sede vacante num 5.*

19 Ità etiam si subdelegatus delegati Summi Pontificis recusetur, non eliguntur arbitri, sed causæ recusationis sunt proponendæ coram ipso delegato Papæ *c. super quæstionum §. eius ergo de offic. deleg. Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 517.*

20 Neque eligendi sunt arbitri, quando duobus iudicibus à Papa delegatis cum clausula, *quod si ambo interesse non possunt, alter eorum in causa procedat*, causa suspicionis contra vnum proponitur: tunc enim causa ipsa suspicionis coram non recusato coniudice probari, & ab eo expediri debebit *d. cap. si contra de offic. deleg. in 6.*

21 Si verò Episcopus esset in remotis, & Vicarius recusetur, tunc de recusatione illius cognoscent arbitri, sicut cognoscerent de recusatione Episcopi *Sbrozz. d. lib. 3. q. 16. num. 6: Vulp. in Prax. iudic. cap. 25 num. 18.* nisi adsit alter 22 Vicarius, quia tunc ad illum pertinebit huiusmodi cognitio, *vt post Gemin. Franch. & Lap. declarat Sbrozz. loco cit. num. 7.* quod videtur probari *ex. d. cap. si contra* 23 *de offic. deleg. in 6.* & in tali casu si delegatus Episcopi suspectus allegetur, Vicarius eiusdem Episcopi cognoscet de huiusmodi suspicione *Sbrozz: d. q. 16. num: 5.*

24 Notandum tamen est, quod de stilo signaturæ Vicarij non allegantur suspecti, sed dantur illis adiuncti, *vt post Staphil. & alios dicit Sbrozz. vbi supra d. lib. 3. q. 14. num. 15.*

25 Obseruant 5. posse iudicem ordinarium statim ac recusatur, causam alteri partibus non suspecto committere etiam absque partium consensu *cap. siquis contra, & ibi Abb. num. 14. de for. cõpet. Capije. dec. 139. num. 10.* si verò recusationis causa coram arbitris iam electis probata fuerit, tunc 26 non potest alteri causam committere, nisi de vtriusque partis consensu: & si partes non concordauerint, adhuc poterit iudex causam committere alicui personæ, quæ neutri parti suspecta sit, vel illam remittere ad superiorẽ *d. cap. cum speciali, vbi glos. in ver. de recusatoris ex. de appell. glos. in d. c.*

d. cap. si quis contra ver. actor. de for. compet.

27 Obseruant 6. posse similiter iudicem delegatum à Papa causam alteri in totum subdelegare, si coram eo recusatio proposita non fuerit; secus si proposita iam fuit; quia tunc non potest alteri committere, nisi de consensu recusatoris *cap. Iudex de offic. deleg. in 6.* quod intellige, vt de consensu vtriusque partis in tali casu causam committat, vt dicit *glos. in d. cap. cum speciali ver. de recusatoris de Appell.* si verò pronunciatum fuerit super recusatione, tunc non potest alteri committere etiam de partium consensu, sed causa remittenda est ad suum superiorem: quia eo casu non est amplius iudex *d. c. iudex in fin. Marant. d. dist. 5. num. 41. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 516.*

28 Obseruant 7. quod si Princeps delegasset aliquam causam recusatione remota, adhuc posset recusari iudex delegatus: quia illa verba sunt intelligenda de friuola recusatione; quemadmodum si causa committatur appellatione remota, adhuc esset locus appellationi: quia hæc clausula aufert solum friuolas, non autem legitimas appellationes, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. cap. 25 num. 11.* hoc tamen limitatur, quãdo Iudex exequutor procedit in causa ex commissione Papæ cum clausula, appellatione, seu recusatione remota; tunc enim Iudex procedere potest in causa ad vlteriora non obstante recusatione *secundum Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 513.*

29 Obseruant 8. quod non nisi duo Iudices recusari possunt, *vt decisum refert Ricc. in Collect. dec. 445.*

30 *par. 2.* nec potest procurator absque speciali mandato Iudicem recusare, cum ad eum non spectet absconditam sui principalis voluntatem declarare *Alex. cons. 26 num. 6. Felin. in cap. 1. Vt lit. nõ cont. & alij apud Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. num. 7.*

31 Adde, quod si procuratores ambarum partium de communi consensu Iudicem in Romana Curia impetrauerint, principales in partibus illum recusare non possunt *iuxta text. in cap. cũ olim de cons. poss. & propriet.* nisi nouam causam superueniisse probarent, *vt d. Vulp. loco cit. nu. 8.*

32 Obseruant 9. processum factũ post interpositam recusationem esse ipso iure nullum, etiamsi non fuerit appellatum à non admissa recusatione, seu à processu ad vlteriora, quia recusatio non minus suspendit Iudicis iurisdictionem, quam appellatio, *vt dicunt Doctores relati in Syntag. opin. cõ. tit. de Iudic. cap. 20. vers. recusatio Iudicis cum seq. & decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 513. & in Collect. dec. 83. par. 1.* idque probat ex Concilio Tridentino *sess. 14. de ref. cap. 5. ibi, nequaquam in causa procedatur.*

33 Obseruant 10. Episcopum visitantem, vel alium, cui id legitimè competit, nõ posse vti suspectum recusari, *vt declarauit Paulus*

Ius V. teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 25. num. 14. quemadmodum nec appellatio admittitur in ijs, quæ ad visitationem, & morum correctionem spectant *ex Concilio Tridentino sess. 24. de ref. cap. 10.* saltem quoad effectum suspensiuum, nam iuxta declarationē Sac. Congregationis, *quam refert Piasec. in Prax. Epis. par. 2. cap. 3. num. 61.* Concilium loco citato non abstulit appellationem quoad effectum deuolutiuum.

Hoc tamen secūdum eiusdem Sac. Congregationis declarationem procedit, dummodò Episcopus processum non compleat, & se intra visitationis terminos cōtineat, *vt refert Barbos. de offic. & pot. Epis. par. 3. all. 73: nu. 38. Farinac. dec. 153. p. 4. Diuers.* in causis enim visitationis est procedēdum de plano, nulla seruata forma iudicij *cap. cum olim de Accus.* nec potest visitans pœnas delictorū ordinarias imponere, sed tantū extraordinarias, quæ magis morū emendationē, accorrectionem, quam ordinariam delicti vindictam respiciant, *vt cēsuit etiam Sac. Congregatio apud eumdem Farinac. d par. 4. Diuers. dec. 178.* quia visitatio potius fit per modum fori pœnitentialis, quam contentiosi: nec in ea præcisè puniendi finis intendendus est, sed corrigendi, & salutares pœnitentias iniungendi, *vt post Imol. in cap. Romana de Censib: in 6. dicit Piasec. d. par. 2. cap. 3. num. 61.* vnde si Episcopus procedat compilato processu, vel modum in visitando excedat, poterit recusari vt suspectus, & ab eo licitè appellatur, iuxta S. Congregationis declarationem, quam refert *Leo in Thes for. eccles. par: 2. cap. 2. num. 77. Barbos. d. all. 73. nu. 32. & seq.*

34 Quæres, an possit Episcopus procedere contra Capitulares absque adiunctis in actu visitationis? affirmatiuè respōdet *Barbos. d. all. 73. nu. 13. vbi citat Armendar. tit. 6. de Visitat. num. 30.* quod probatur ex Con. Tridentino *sess. 6. de ref. cap. 4.* extra visitationem verò non potest Episcopus procedere contra aliquem ex capitularibus absque adiunctorum consilio, & assensu tam in formando processu, quam in cęteris omnibus actibus vsque ad finem causæ inclusiuè *iuxta formā eiusdem Concilij sess: 25. de ref. cap. 6.* cuius dispositionem procedere tātum in Capitulis exemptis censuit *Sac. Congreg. ac Rota Romana dec. 308. par. 2. Diuers. & coram Seraphin. dec. 743. Barbos. de offic. & pot. Epis. p. 3. d. all. 73. n: 4. Ricc. in Prax: for: Eccl: p: 4: res: 592*

35 Notandum tamen est, quod contra Coadiutores cum futura successione non tenetur Episcopus cū huiusmodi adiunctis procedere, nisi ex forma Coadiutoriæ colligatur, ipsi Coadiutori cessa fuisse omnia priuilegia, quæ habent Canonici, *vt resoluit Sac. Congreg: teste Ricc: in Prax: for: eccles: par 4: res: 599.*

36 Addunt etiam Doctores, quod si totum Capitulū delinquat nemine ex capitularibus excepto iurisdictio deuoluitur ad Episcopum

pum, cum nulli supersint Canonici, cum quibus Episcopus possit procedere seruata forma Concilij *glos: in cap. irrefragabili §: excessus ver: per capitulum de offic: ord: Rota in Burgen: concordiæ 12: Nouembris 1593: coram Seraphino, quam refert Ricc: in Prax: for. Eccles: par: 4: res: 600:* vbi id limitat, quando totum Capitulum delinqueret contra Episcopum: tunc enim cognitio deuoluitur ad superiorem, nè videatur Episcopus esse Iudex in causa propria *cõtra text: in l. vn: C: Nè quis in sua caus:*

37 Quæres 2. ad quem sit appellãdum, si Iudex renuat admittere legitimam recusationem? Resp. ad Papam esse appellandum, siue appelletur à Iudice delegato, *vt in cap: super quæstionum §. eius ergo de offic: deleg: Barbos: d: p. 3: all: 106. n: 4: Lezan: in Sum: qq: reg: to. 2: cap: 10: num: 75:* siue appelletur ab ordinario: quia cum hęc appellatio non sit à diffinitiua, sed ab interlocutoria, *vt d: Abb: in d: cap: cum speciali §: porro num: 9. de appell.* de ea Metropolitanus, aut alius Superior non potest cognoscere, ità prohibente Conc. Trid. *sess: 24: de ref: cap:* 20: nec obstat *cap: 1: de offic: leg:* quia illud procedit, quando appellatur à diffinitiua: tunc enim appellari potest ab Episcopo ad Metropolitanũ, seu legatum, aut Nuntium apostolicum, & ità sentiunt Doctores communiter.

38 His adde, quod si Iudex esset inimicus capitali inimicitia, potest subditus petere à Principe, se eximi cum tota sua familia à Iurisdictione talis Iudicis *l. vn. vbi Bart. & alij C: si quacun. præd. potest. & dicit Bellac: relatus in Syntag. opin. com. tit. de Iudic. cap. 20. vers. fallit quando.*

SVMMARIVM:

1 *Iudex ordinarius potest causas delegare.*
Item delegatus ad vniuersitatem causarum potest causas subdelegare, ibidem.

2 *A Vicario foraneo ad Episcopũ, vel Vicarium generalem appellatur.*

3 *Vicarius generalis in Ciuitate tantum constitutus verè generalis non est, sed foraneus.*

4 *Iudex ordinarius ad modicum tempus ex iusta causa potest alium in sui locum substituere.*

5 *Talis substitutus dicitur ordinarius.*

6 *Quando talis substitutus possit expedire causas meri, & mixti imperij.*

7 *Talis substitutus nõ potest subdelegare ipsam vniuersitatẽ causarum.*

8 *An per mortem substituentis expiret potestas Vicarij substituti.*

9 *An iurisdictio ordinarij expiret per mortem Superioris constituentis.*

10 *Quando expiret iurisdictio Iudicis delegati.*

11 *Quando Iudex possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ.*

12 *An Archipresbyter possit alium substituere in cura animarum Archipresbyter ecclesiæ cathedra-*

lis est Vicarius episcopi in spiritualibus, ibidem.

CAP. VIII.

An, & quando Iudex ordinarius possit causas delegare.

1 DIco 1. Iudicem ordinariũ, qualis est Vicarius Episcopi, vel Capituli sede vacante, præses, aut Rector Ciuitatis, vel alterius loci non solum posse aliquem articulum causæ alteri delegare, *vt d. glos: in cap. super quæstionum ver. quicunque ex. de off. & pot. Iud. deleg.* sed etiam totã causã *l. cognitio ff. de off. eius l. more maiorũ ff. de iurisd. omn. iud. & dicunt Doctores apud Barbos. de off. & pot. Episc: par. 3. all: 54. num. 101.* idem dicendum est in Delegato ad vniuersitatem causarum, qui etiam causas subdelegare potest *l. solet Prætor, & l. seq. ff. de iurisd. omn. iud. Bart. in l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo appell.* ille verò dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum, cui præses Prouincię, vel Episcopus commisit iurisdictionem in tali castro, vel loco, *vt d. glos. communiter recepta in d. §. ab eo in princ.* & hic non inter iudices ordinarios, sed inter alios delegatos numerãdus est, quamuis ordinario quoad potestatem subdelegandi comparetur *iuxta glos. communiter approbatam in cap. cum causam ver. delegatus ex. de Appell. Maran. par. 4. dist. 5. num. 14. 27. & 47.* Vnde à Vicario foraneo ad ipsum Episcopum, vel Vicarium generalem appellatur *glos. in Clem. 2. ver. foraneo de Rescript. Sbrozz. de Vic. Epi sc: q. 2. num. 15. lib: 3.* idemque procedit in Vicario generali in Ciuitate tantum constituto: quia iste verè generalis non est, sed foraneus propriè dici potest, nisi generaliter ad totius Diœcesis causas deputetur in loco, vbi Episcopus sedem habet *Garc. de benef. par. 5. cap. 8. num. 33. quem refert Barb. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. num. 24. & 127.*

2

3

4 Dico 2. quod Iudex ordinarius ad modicum tempus ex iusta causa, puta infirmitatis, vel absentię, alium in sui locum substituere potest *§. ad hæc prohibemus in Auth. de Collat. Bart. in l. obseruare nu. 3. & 5. ff. de offic. proconsul. Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. nu. 17. Marant. de ord. iudic. par: 4. dist. 5: num. 17. & 22. Ricc. in Prax: for. eccles. par. 2. res. 113. & in collect. dec. 1599. par. 5. Barbos. de offic. & pot: Episc. par. 3. all. 54. num. 100.* & de Vicario Capituli sede vacante dicit Quarant. *in ver. Capitulum sede vacante num. 10. & alij apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 511. & alij communiter.* quamuis ad longum tempus, & iusta causa non concurrente id facere non possit *cap. Clericos de offic. Vic. d. §. ad hæc prohibemus.*

5 Talis autem substitutus dicitur ordinarius: quia lex permittens eum substitui, videtur ei dare ordinariam iurisdictionem, *vt d. idē Bart. in l. nec quicquam §. vbi decretum in prima lect. num. 5. ff. de off. Proconsul. Marant. d. par. 4. dist. 5. num.*

*nn.*17.& per consequens potest ipse etiam causas particulares subdelegare *Marant.loco cit.num.*58. & omnia potest facere,quę potest principalis officialis,exceptis cau
6 sis, in quibus imponenda esset pęna mortis, aut membrorum mutilatio *Bart.in d.l.obseruare nu.* 3. nisi fuerit subrogatus in locum ordinarij absentis, vel infirmi ab ipsomet Principe, seu alio Superiore habente facultatem constituendi Iudicem ordinarium;quia tunc posset expedire omnes causas etiam meri,& mixti imperij vsque ad mortem,& membrorum abscissionem inclusiuè, *vt de communi testatur Marant.d.dist.*5.*n.* 20.*&* 21.& potest in tali casu exequi commissa ipsimet ordinario substituenti *Ricc: in Collect. decis.* 1599. *par.*5.

7 Obserua tamen quod talis substitutus non potest subdelegare ipsam vniuersitatem causarum, *vt d.glos.in l.*1 *§.ab eo ff.quis & à quo appell.*quemadmodum neque id possunt cæteri delegati ad vniuersitatem causarum *Marant. d: par.*4. *dist.*5 *num.*51. *& alij apud Sbrozz.de Vic.Episc.lib.*2.*q.*66.*numero.*20.

8 Obserua 2. quod per mortem substituentis non expiraret potestas Vicarij substituti, quando substituens habuit facultatem substituendi ab Episcopo,vel à Principe,aut ab alio superiore:quia tunc substitutus non accipit auctoritatem à Vicario, sed à superiore per ministerium substituentis, *l.item eorum §.decuriones ff.quod cuiusque vniuer.nom.Ricc.in collect.decis.*1599.*par.*5.*&* *in Prax.for: eccles.par:*1.*res.*512.*&* *par.*2.*res.*113. *Sbrozz.de Vicar.Episc.lib.*2.*q.* 92. *num.*3.

9 Quæres, vtrum iurisdictio ordinarij expiret per mortem superioris constituentis? Resp.negatiuè *cap. legatos de off.leg. in* 6.nisi vna iurisdictio ordinaria cohęreat alteri ordinariæ, vt accessoria, sicut dicimus in Vicario Episcopi, qui licèt sit ordinarius,tamen eius iurisdictio finitur morte Episcopi *clem:fin.iuncta glos.in ver.contestata de procur. Sbrozz. lib.*3.*q.*44.*num.*1.*Marant.part.* 4. *dist.*5.*nu.* 57. Iurisdictio verò de-
10 legati non expirat per mortem mandantis, nisi re integra *l. & quia ff.de iurisd.omn.iud.cap. licet vndique de off.deleg.* vnde ad perpetuandam eius iurisdictionem sufficeret vna citatio facta ante mortem delegantis *cap.gratum de off:deleg.* quod procedit etiam in delegato ad vniuersitatem causarum, *vt d.Marant.de ord.Iudic: par.*4.*dist.*5:*num.* 56. *& alij communiter.*

Ex quo infertur,quod cum plures iudices, vel exequutores ab apostolica sede deputantur sub illa forma, *vt omnes, aut duo, vel vnus eorum mandatum apostolicũ exequãtur,* tunc si iurisdictio perpetuetur quoad vnum, censetur etiam perpetuata quoad alios: & ideò illo impedito, vel defuncto poterunt alij procedere *cap. cum plures de offic.deleg.in* 6.

11 Quæres 2. vtrum delegatus ad vniuersitatem causarum possit cognoscere de nullitate suæ senten-

etiæ? affirmatiuè respondent DD. *quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles: par. 1. res. 428. & res. 582.* talis enim Delegatus in hoc etiam comparatur ordinario, cui id cõceditur *in l. si Præses, vbi Bart. C. Quom. & quan. Iudex* l. 1. *C. de sentent. & interlo-. cut. omn. Iud. l. si accusatoribus C.. de Accusat. & Inscript. cap. qualiter, & quando 17. vbi glos. in ver. obseruari de Accusat.* secus dicẽdum est in delegato ad vnam causam tantum, qui cùm semel functus est officio suo, non potest amplius se ingerere *cap: in litteris de offic. Iud. deleg.* nisi protulerit sententiã nullam ex defectu formę mandati: tunc enim poterit de nullitate cognoscere: quia si non seruauit formam mãdati, non videtur pronunciasse, *vt d. idem Ricc. d. res. 428.* vbi etiã addit, quod Arbiter iterum sententiare potest, si non seruauit formam compromissi.

12 Vltimò obseruat Sylu. *in ver. Vicarius nu. 5.* quod Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis, qui Vicarius est Episcopi in spiritualibus, potest alium Vicarium instituere in cura animarum etiã ad longum tempus *per text. in cap. 2. & seq: de offic. Archipresbyt. & in cap: extirpandæ §. qui verò, de Præb.* talis autem Vicarius, qui substituitur, debet ab Episcopo approbari. *d. §. qui verò, & cap. ad hæc de offic. Vic. Concil. Trid. sess. 6. de ref. cap. 2. & sess. 7. cap. 5. & sess. 23. c. 15. latè Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 25. num. 25. & seq. Dian. p. 3. tr. 4. res. 110. & res. 146.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus regulariter subdelegare non potest, fallit in delegato Principis.*
2 *Quando à subdelegato appelletur ad Delegatum.*
3 *Delegatus Papæ debet subdelegare causas personis in dignitate constitutis, limitatur numer. 4.*
5 *Quando Delegatus ab inferiore possit subdelegare.*
6 *Delegatus Principis potest committere causã etiam suo superiori.*
7 *In multis casibus Delegatus Principis subdelegare non potest.*
8 *Quando ex pluribus delegatis alter possit sine alio procedere.*
9 *An ordinarius possit punire delegatum, si procedat in casu nõ comprehenso in sua cõmissione.*

CAP. IX.

An, & quando Delegatus possit subdelegare.

1 DElegatus regulariter subdelegare non potest *l. fin. vbi glos. ff. de offic. eius &c. l. more maiorũ vbi etiam glos. ver. alieno beneficio ff. de Iurisd. omn. Iud.* hoc tamen habet locum in delegato ab inferiore, non autem in delegato Principis, qui potest subdelegare *l: à Iudice C. de Iud. cap. pastoralis & cap: venerabili de off. deleg: cap. si duo eod. in 6. Garcia de bene-*

benefic.p.6.c.2.n.23. Barbos. de off. & pot.Episc.p.3:all. 54: num.136: Piasec:in Prax:episc.p.2. c:4:n:7. & tunc si Delegatus totam cau-
2 sam commisit, à subdelegato appellatur ad primum Delegantem omisso medio *cap.super quaestionum §.porrò, vbi glos.ex. de offic. deleg.l.1:§.ab eo ff.quis & à quo appell.* Si verò delegatus non in totum causam commisit : sed partem sibi reseruauit, ad ipsum, non autem ad primum delegantem appellatur, *vt in d. §. porrò & ità tenent communiter DD:vt d. Marant.de ordin.Iudic: par.4. dist.5.num.27.in fin.*

3 Debet tamen Delegatus Papæ subdelegare causas illis personis, quibus delegat Papa, scilicet in dignitate constitutis *cap statutũ §.in nullo quoque de rescript.in 6.*
4 ex quo tamen textu non prohibetur, quin audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico committi possit, puta examinatio testium, seu inductio in corporalem possessionem *glos. in d.cap: statutum ver. causæ, Genuens in Prax. Archiep.*
5 *cap.69:num.7.* vbi etiam dicit, quod delegatus ab Inferiore post delatum iuramentum testibus, & admissa capitula potest alteri examen committere.

6 Potest autem delegatus Principis committere causam etiam suo superiori, & alijs non subditis, etiam inuitis, illosque compellere ad subdelegationem suscipiendam *iuxta cap. pastoralis de offic.deleg.* vbi additur, quod in coactione huiusmodi, si personis superioribus causam duxerit committendam, deferre debet dignitati, & personæ.

Limitatur supradicta conclusio, quando est electa industria personę: tunc enim Delegatus Principis subdelegare non potest *l.inter artifices ff. de solut. c. is cui de off.deleg.in 6. glos.in cap.fin. §.*
7 *vlt.de offic.deleg.Marant: d. dist. 5.num.64.* censetur autem electa industria personę quando negotium, quod demandatur, est grauissimum, & publicã vtilitatem concernit *Ricc.in Prax.for: eccles.par.1.res.106.* vbi dicit, non posse Commissarios apostolicos, quibus litteræ, si in euidentem, diriguntur, vices suas alteri demandare ; eadem ratione causa matrimonialis subdelegari non potest, *latè idem Ricc. in Prax. vt supra par:4.res.270.Sbrozz. de Vic.Ep.lib.2.q.43.nu.12.* secundò quando est facta delegatio de aliquibus casibus reseruatis Principi *Marant.d.dist.5. numer. 64.* tertiò quando à Papa committitur nudum ministerium absolutionis, vel dispensationis *capit. fin.§.vlt.de offic.deleg.* non tamen impeditur subdelegatio per clausulam, conscientiam tuam oneramus *Nau.cõs:6.de off.Iud.deleg. Genuẽs.in Prax:Archiep.c:69:n:5: quamuis contrariũ teneat Ricc.in Prax.for. eccles.par.1.res.106.*

8 Adde, quod si plures sint Iudices delegati, non potest vnus sine alio procedere *l.duo ex tribus ff.de re iud.* nisi alter alteri vices suas commiserit *cap. cum causa de off.deleg.* dummodò col-

lega

lega viuente alter cæperit vti iurisdictione: tunc enim poterit solus procedere *cap.licet vndique eod.tit.* nam regulariter vno defuncto, aliorum officium expirat, quando simpliciter dati sunt sine illa clausula, *quod si non omnes &c. cap.vno delegatorum, & ibi glos.& DD.eod.tit.de off:deleg:* secus si causa commissa fuerit cum dicta clausula: tunc enim si collegę requisiti declarauerint, quod nequeunt interuenire, possunt alij soli procedere *iuxta cap.prudentiam eod.tit. & dicunt DD.quos refert Marant.de ordin. Iudic.par.4.dist.5.num.30.*

9 Quæres, an Ordinarius possit punire delegatum, si procederet in casu non comprehenso in sua commissione? affirmatiuè respõdent DD. *apud Ricc:in Prax.for. eccles.par.1. res.431.* quemadmodum Iudici volenti mandare exequutioni sententiam nullam impunè potest resisti *iuxta glos: commun.receptam in cap.ex litteris ver:denuncietis irritam de off. deleg.* sed contrarium videtur decidere *text.in cap.cum contingat de Rescript.* vbi ordinario nulla tribuitur potestas, vt inter delegatos, aut partes de iurisdictione dijudicet. vnde ad Principem videtur esse recurrendum, *vide Bart. in l. si quis violauerit in fin.ff.de Rer.diuis.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest esse iudex vbi agitur de ipsius bonis patrimonialibus, sed in tali casu ab vtraque parte eligendi sunt arbitri.*
2 *Ab huiusmodi arbitris ad summum Pontificem appellatur.*
3 *Valet consuetudo, vt Episcopus committat alteri causam propriam.*
4 *Subsistente manifesta, & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatem, & honorem ecclesiæ, potest Episcopus esse iudex in causa propria.*
5 *Quãdo Episcopus possit suos subditos ad charitatiuum subsidiũ soluendum cogere.*
6 *Qui teneantur ad charitatiuum subsidium.*
7 *Episcopus potest esse Iudex, quãdo ea causa non est persona sed ecclesiæ, potest tamen recusari in tali casu.*
8 *Episcopus non potest esse iudex vbi agitur de fructibus bonorũ mensæ Episcopalis, sed in huiusmodi causis Vicarius Episcopi erit iudex competens.*
9 *Quid si Vicarius Episcopi recusetur.*

CAP. X.

An Episcopus possit esse Iudex in re sua, vel Ecclesiæ.

1 DIco 1. quod Episcopus non potest esse iudex, vbi agitur de ipsius bonis patrimonialibus, aut temporalibus *l.vn.C. nè quis in sua caus.Ant.de Butr.in capit. cum veniissent sub num. 9. & 10. de Iud. & ibi etiam Abb.num.9.*

Bar-

Barbos.de offic.& pot.Episc.par.3. all.54.num.150.vers.quando Episcopus, sed in tali casu ab vtraq. parte eligendi sunt arbitri, qui in Iudicis locum suffecti negotium dirimant *cap.si clericus* 11. *q:* 1. *Maran.de ord.iudic.par.6.ver.& quandoque appellatur num.* 376. *Zerol.in Prax.Episc.ver. Appellatio vers.ad Decimum sextum Capyc.dec.*137:*num.*4. à quibus quidem Arbitris ad summum Pontificem appellatur; *Marant.& Zerol.locis cit:* valeret tamen cõsuetudo, vt Episcopus committat alteri causam propriam *Felin.in cap.cum veniissent in fin.de Iudic.Surd.cons.*50.*nu.*34. *lib.*1.

Dico 2. quod subsistente manifesta, & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatem, & honorem Ecclesiæ, potest Episcopus esse iudex in causa propria *cap. Romana de Pœn.in 6. & tradunt Doctores,quos refert, & sequitur Barbos.de offic.& pot.Episc.par.*3. *ali.*87:*nu.*6. Vnde si reditus propriæ ecclesiæ non sufficiant, potest subditos suos ad charitatiuũ subsidium soluendum cogere non obstante appellatione *iuxta cap.cum Apostolus §. prohibemus de Censibus.* quod intelligitur de subditis ecclesiasticis, hoc est de Clericis non exemptis habentibus sufficientia beneficia *cap. conquerente de offic. ordin.* & ideò ad id laicos compellere nõ potest *cap. quia cognouimus* 10. *q.*3. *Barbos loco cit.num.*40.& 41. *vbi citat Bellencin. de Charitat. subsid.quæst.*26. *Azor instit. mor. par.*2. *lib.*9. *cap.*14. *q.*6. neque clericos exemptos, aut Regulares, nisi habeant populum non exẽptum, vel in priuilegio exemptionis adsit illa clausula, *volumus autem, quod ecclesia huiusmodi exempta cum charitate priori cũ Episcopo suo remaneat, vt dicunt Doctores,quos refert Barbos.d.p.*3. *ali.*87.*n.* 47. quamuis contrariũ teneant alij *apud Bellett.Disquis. cleric.tit:de Cler.debit.§:*12. *n.*18. neque clericos non habentes beneficia ecclesiastica *Nau.cons.* 5.*de Censib.* neque pauperes, *vt post Host.Imol.& alios dicit Bellett.loco cit.num.*19. pauper verò clericus dicitur, qui ex reditibus non percipit vltra decentem victum *Quarant. in ver. Concilium prouinciale nu.*8 *Piasec. in Prax. Episc.par.*2.*cap.*2.*num.*11. idemq. dicendum est de monialibus pauperibus non habentibus reditus vltra summam 14. ducatorum auri de camera pro victu cuiuslibet monialis *iuxta constitutionem Pij IV.vt dicit Bellett. ibidè num.*24.

Dico 3. quod Episcopus potest similiter esse iudex, quando ea causa non est personę, sed ecclesiæ,& vtilitas principaliter respicit ecclesiã, puta si agitur, quod res emphitèotica reuersa sit, seu deuoluta ad Episcopatum, *ità tenent Canonistæ communiter, vt dicit Bald.in l:*1.*num.*3.*C.nè quis in sua caus:iud.Redoan.de Reb.eccles.non alien.q.*78 *cap.*8. *num.*5. *Calder.cons.*6.*in fin.de Iud.* quod intellige parte non contradicente, non autem illa inuita: potest enim Episcopus in tali casu vt suspec-

spectus ratione affectionis ad causam recusari *Calder. loco cit. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 203. & in collect. decis. 1706. par. 5. Piasec. par. 2. cap. 4. num. 4. Philipp. Franc. in cap. postremo vers. quinto quæritur de appell. & de magis communi testatur Capyc. decis. 137. num. 6.* Vnde in tali casu etiam Vicarius Episcopi recusari potest *cap. insinuante de offic. deleg. Crauett. cons. 6. num. 33. tom. 1. Surd. cons. 50. nu. 16. lib. 1. Scacc. de Appell. q. 8. n. 68.* nisi electus fuerit, vel confirmatus à Papa, *Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 3. q: 14. num: 11. Barbos. d. par. 3. all. 54. num. 150. vers. limita 3.* & hæc est verior opinio, quicquid dicat Antonin. *var. resol lib. 1. res. 48. num. 8. & 9. Felin. in cap. cum venissent nu. 7. de iud. & alij apud Bellett. tit. de exempt. Cleric. à Statut. secul. §. 1. num. 36.* asserentes, Episcopum in causa suæ ecclesiæ non posse allegari suspectum.

8 Dico 4. quod Episcopus non potest esse iudex, vbi agitur de fructibus bonorum mensę Episcopalis: quia tunc agitur principaliter de proprio commodò *per d: tex. in d. cap. si Cleric. 11. q. 1. Alex. cons. 79. nu. 2. vol. 1. Natt. cons. 174. num. 7: lib. 1. Surd. cons. 50. nu. 11. lib: 1. Barbos. d. par. 3. all. 54. n: 150. vers. quando Episcop.* nemo enim potest esse actor, & iudex *cap. cõquerente de restit. spol. d. l. vn. C. Nè quis in sua caus. iud.* verum cum huiusmodi causæ spectent ad forum Ecclesiasticum, Vicarius Episcopi erit iudex competens, nisi

9 recusetur *Riminal. sen. d. cons. 539. num: 1. Surd. d. cons. 50. num. 16.* si verò recusetur, de iure erunt eligendi ab vtraque parte arbitri, qui negotium terminent *iuxta citatum tex. in d. cap. si clericus.*

SVMMARIVM.

1 *Regulariter à Vicario ad Archiepiscopum, seu superiorem appellatur, limitatur num. 2. & 3.*

4 *A sententia Archidiaconi ad Episcopum appellatur.*

5 *An à decreto interloquutorio Vicarij appellari possit ad Episcopum.*

CAP. XI.

Quo casu à sententia Vicarij appellari debeat ad Episcopum.

1 REgulariter à Vicario non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum, seu superiorē appellatur *cap. 2. de consuet. in 6. cap. Romana de appell. eod. lib.* hoc tamen intelligendum est, quando

2 Vicarius vti Iudex ordinarius procedit: quia tunc facit vnum tribunal, & consistorium cum Episcopo *Garc. de benef. par. 5. cap. 8. n. 28. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. num. 45.* censetur autem Vicarius iudex ordinarius quoad illas causas, quę iure communi, & generali ei conceduntur; & ideò in alijs, quę in generali concessione non veniũt, puta beneficia conferre, & similia, si specialiter per Episcopum Vicario concedantur, non ordi-

na-

narius, sed delegatus censetur. *Marant. par. 4. dist: 5. n. 16. Sbrozz. lib. 3: q: 2. num. 20. & seq:* Vnde in tali casu à Vicario ad Episcopum appellatur, *vt dicunt citati DD.* regulâ enim est, quod à delegato siue ad vnam causam tantum, siue ad vniuersitatem causarum appellatur ad delegantem *cap. dilecti filij 3. vbi glos. in ver. post huiusmodi appellationem ex. de Appell. Bart. in l. 1: §. ab eo in fin. ff. quis, & à quo appell. Sbrozz. d. q. 2. n. 15.*

3 Hoc autem procedit, quando huiusmodi causę separatim committuntur; secus si addatur in litteris clausula generalis post aliquot specialium expressionem: aut si committantur simul cum ordinaria potestate *Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 1. q: 67 num. 3. & lib. 2: q. 55 num 37. & 39. & alij apud Garc. de benef. par. 5. cap. 8: num. 41. Barbos. par: 3. all. 54. num. 52.*

4 Obserua tamen, quod licèt Archidiaconus Episcopi Vicarius sit, & ordinaria à lege ratione officij, & dignitatis sibi tributa fruatur iurisdictione, tamen quia non eamdem, quam Episcopus, sed inferiorem obtinet, ideò ab illius sententia ad Episcopum appellatur *cap: Romana §. ab Archidiaconis de Appell. in 6.*

5 Quæres, an à decreto interloquutorio Vicarij per viâ recursus appellari possit ad Episc. affirmati uè respõdet Barb. *de off. & pot. Ep. p. 3. all. 54. n. 50. & seq. vbi citat Put. lib. 2. dec. 502. & alios:* quia sicut Vicarius decretum interloquutorium mutare, siue emendare potest *cap: cum cessante de appell.* ità etiam Episcopus, qui eamdem cum Vicario iurisdictionem, & auditorium habet *d. cap. Romana vbi DD. eod. tit. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Quando iurisdictio absolutè cõceditur per illa verba, auctoritate apostolica, vel tamquam sedis Apostolicæ delegatus, tunc Episcopus delegatus censetur, & ab eo ad Papam appellatur.*

2 *Quid si in concessione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamquam Apostolica sedis delegatus.*

3 *Et quid si Papa mandat Episcopo id, quod potestate ordinaria potest facere.*

4 *Quando in concessione remouentur obstacula exemptionis, vel priuilegiorum, tunc ab Episcopo ad Metropolitanum appellatur.*

5 *Smiliter ad Metropolitanum appellatur, quando aliqua potestas à iure, seu Concilio specialiter Episcopo conceditur, simpliciter tamen nulla adiecta clausula.*

CAP. XII.

Ad quem appellandum sit quando Episcopus processit vti sedis apostolicæ delegatus.

1 PRo faciliori intelligẽtia distinguendi sunt plures casus, de quibus etiam egimus su-

pra *lib.4.cap.9.§.2.* quorum primus est, quando iurisdictio absolutè conceditur per illa verba, auctoritate apostolica, seu tamquam sedis apostolicę delegatus, vt in pluribus decretis Concilij Tridentini, & iuris communis. & tunc Episcopus delegatus censetur *Garc.de benef.par.5.cap.7.n.48. & alij*. Vnde ab eo ad Papam appellatur *iuxta textum in cap.super §:porrò de off:deleg: cap: si duo eod.tit.in 6. & post.Abb.in cap. ad abolendam sub num.15.de Hæret. not.Quarant.in ver. Archiepiscopi auctoritas n.18.ver. similiter Ricc. in Prax:for.eccles.par.2. ref 449.*

2 Secundus casus est, quando in concessione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamquam apostolicæ sedis delegatus: vel, etiam auctoritate nostra, *vt in eodem Conc:sess.6. de ref.cap:6.& sess.22.de ref. cap.* 10. quo casu quia vtramq.potestatem habet, ordinariam scilicet,& delegatam iuxta naturam dictionis, *etiam*, quę vnum casum exprimit, & alium includit *clem.2. vbi glos. ver.eccles.de Hæret.* inspiciendum est, qua auctoritate procedat: si enim constat, eum procedere auctoritate ordinaria, ad Archiepiscopum appellatur *iuxta cap.1.de off.ord.in 6.* si verò non constat, qua potestate procedat, ab eius sententia indistinctè ad delegantem appellandum est, quia in dubio censetur delegata potestate procedere, *vt dicunt DD.quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot.Episc:p.3.all.92. n.11.& seq.*

3 Tertius casus est, quando Papa mandat Episcopo id, quod potestate ordinaria potest facere: & tunc non derogatur, quin ab Episcopo ad sedē Metropolitanam appellari possit, cum hoc casu dicatur potius excitata Iurisdictio ordinaria *cap.licet, vbi Fel.& alij de off.ordin. Quarant. loco cit.vers.itē si Papa.* quod intellige, nisi in litteris Apostolicis exprimatur, quod Episcopus in huiusmodi causis auctoritate apostolica procedat *iux: tex.in cap.cum aliquibus de Rescript.in 6.Barbos.d.all. 92: num.10. Ricc. in Collect.dec.413.par.2.*

4 Quartus casus est, quando in concessione solum remouentur obstacula exemptionum, aut priuilegiorum, veluti si dicatur non obstātibus priuilegijs, vel exemptionibus, *vt in sess.5. de ref. c.2. in fin.vers.quæstores,& sess.7.c.5. & 7.& in clem.1.de testam. & in alia clem.1.de Sepult.* & hoc etiā casu sola potestas ordinaria restituta censetur, *vt ex d.cap.cum aliquibus vers.si verò,colligit Barbos.d.all:92.num.15.* & tunc ad Metropolitanum quoque appellatur *iuxta cit.cap.licet de off. ordin.& cap.Romana eod.tit.in 6.*

5 Quintus casus est, quando aliqua potestas Episcopis à Iure, seu Concilio specialiter conceditur, simpliciter tamen nulla adiecta clausula, *vt in sess.24.de ref.cap:6.* & tunc si non personæ, sed muneri, seu dignitati perpetuò datur, licèt specialiter detur, ordinaria dicitur competens iure speciali ordinario *glos.1.in cap.vlt. de off. ord Garc.*

par.

par.5.cap.7.num.41.& 48. & alij apud Barbos.d.all.92. num.16. & tunc etiam ad Metropolitanum appellatur *iuxta d.cap. licet & c. Romana,& d.Quarant.loco citato vers.similiter.*

SVMMARIVM.

1 *Numerantur personæ,quæ secũdum ius ciuile non tenentur nisi inquantum facere possunt.*
2 *Tales,qui fruuntur dicto beneficio, carcerari nequeunt.*
3 *Alimenta ad quam summam taxari debeant.*
4 *Ab huiusmodi taxatione non datur appellatio.*
5 *Pendente lite, an debitor sit admittendus ad dictum beneficiũ, an carcerari possit.*
6 *De iure canonico hoc beneficium conceditur clericis etiam in minoribus ordinibus constitutis.*
7 *An Clerici in minoribus,vt gaudeant prædicto priuilegio, habere debeant requisita Concilij Tridentini sess.23.de ref. cap.6.*
8 *An gaudeant prædicto beneficio, si se in forma cameræ obligauerint, vel iurauerint.*
9 *An eodem beneficio iuuentur clerici excommunicati.*
10 *In quibus casibus clerici prædicto beneficio priuentur.*
11 *Clericus renunciare non potest huiusmodi priuilegio.*
12 *Item nec Parens, nec Patronus, nec Socer, nec Maritus.*
Iuramentum non obligat contra bonos mores, ibidem.
13 *An donans huiusmodi priuilegio renunciare possit.*
14 *Frater renunciare potest dicto beneficio.*
15 *Item filius beneficio l.2.ff. & C. quod cum eo.*
16 *Socius, ac miles prædicto beneficio etiam tacitè possunt renuntiare.*

CAP. XIII.

De Personis, quæ non tenentur nisi inquantum facere possunt.

1 DIco 1. quod secundùm ius ciuile hoc priuilegio gaudent qui pro socio conueniuntur *l.sunt qui ff. de Re iud.§.sed & si quis Inst. de Action.*

Secundò Parentes vtriusque sexus, *vt in citatis iuribus.*

Tertiò Patronus, ac Patrona. *l. Patronus ff.de re iud.*

Quartò Maritus *d.l.Patronus, ac l.maritum ff.sol.matr.* & eius hæredes, hoc est communes filij ex eodem matrimonio susceptj, non autem hęredes extranei *d.l. maritum l.quia tale, vbi Bart. n. 3.ff.sol.matr. idẽ Bart.in l. verum nu.5.ff. pro soc.* nisi fortè maritus conueniatur ab extraneo dotãte: quia tunc non gaudet hoc priuilegio, *vt decisum refert Ricc. in Collect. decis.227.par.1.*

Eodem beneficio gaudet vxor *l.non tantum ff.de re iud.*

Quintò Socer *iuxta l.sicut autem & l.seq.ff.eod.tit.de re iud.*

Sextò is, qui ex causa suæ donationis conuenitur *l.inter eos ff.*

de re iud.d.§ sed & si quis. idem dicendum est in dotante etiam extraneo : huiusmodi enim dotatio respicit solum fauorem recipientis, & non dantis; & ideò censetur mera liberalitas *l.si extraneus ff.de Iur:dot. Ricc.in Collect.dec.227.par.1.Giurb.decis.45. num.11.*

Septimò, Miles, qui sub armata militia stipendia meruerit *l.item miles ff.de re iud.*

Octauò frater eodem beneficio vtitur aduersus fratrem, quia alter alterum alere tenetur, si egeat; & ideò potest se tueri ea exceptione, dolo facis, quia petis quod statim restituturus es *Ias.in d.§.sed & si quis numer.4. Thomat.dec.85.n.41. & alij apud Giurb.decis.45.num.14.* idem de Sorore dicit Ricc. *in Collect.dec. 227.par.1.* quamuis contrarium teneat glos. *in l.verum ver fraternitatis, & ibi Bart. num.3. ff. pro Soc.*

Nonò eadem ratione hoc beneficio vtitur filius etiam emancipatus aduersus Patrem *Ias.in d.§. sed & si quis num.3.* immò etiam aduersus extraneos filiusfam. hoc priuilegio gaudet, siue cum illis contraxerit cum Patris voluntate, aut sine, si ab hæreditate Patris se abstineat *iuxta l.2: vbi Doctores comm. ff. et C. quod cum eo Vrsill.ad Afflict. dec 308. nu.20.Franc.dec.70. & 181. & 221.Paris.cons.94.num.12. & 43. lib.1.Giurb.dec.42.num.1. & alij apud Gratian.discept.799.num.6.* non haberet tamen, hoc priuilegium in bonis castrensibus, vel quasi, quę habebat tempore cõtractus, quorum contemplatione creditores contraxerunt, *vt decisum refert Ricc.in Collect.dec. 231.par:1.*

Ex quo fit, vt tales, qui huiusmodi fruuntur beneficio, carcerari nequeant *Ang:in d. §. sed & si quis nu.1.Inst. de Action: Thomat.d.decis.85.nu. 42.* sed sequestrantur fructus relicta eis congrua portione *Genuens. in Prax: Archiep.cap:3.num.16.Vulp. in Prax:iudic.cap.41:nu. 13: & seq.* congrua autem portio ea dicitur, qua commodè, & honestè viuere possint; attenta qualitate personæ, & redituum arbitrio Iudicis *Genuens.d.cap.3.post n.20 Vulp.vbi supra Bellett.tit.de Cleric. debit §.1.num. 11. Ricc. in Prax.for.eccles.par.2.ref. 422.* vbi etiam dicit, quod regulariter hęc alimenta sunt taxanda ad quartam partem redituum eius rei, de qua agitur, vel ad summã ducatorum 24. nisi aliud personæ qualitas exposcat; non enim attenditur proprietas rerum, nec quantum ex venditione rerum redigeretur *glos.in d. §. sed & si quis ver.potest Giurb.dec.45.n.1. Ias.vbi supra num.11.* vbi dicit, quod in hoc habenda est ratio fructuum patrimonij, non autem valoris *iuxta l.ius alimentorum, ibi, vt non vniuersum reditum patrimonij in alimenta decernat ff.vbi tut.educ.deb.* nec datur ab huiusmodi taxatione appellatio quoad effectum suspensiuũ *Grat. discept.726.num. 17. & alij communiter.*

1 2 3 4

Ad-

5 Adde, quod etiam pendente iudicio, ac lite, an debitor sit admittendus ad dictum beneficium, regulariter carcerari non debet: quia si carceretur, & postea constaret, eum esse admittēdum, grauaretur grauamine irreparabili *Barbos. in cap. Odoardus nu.3. de solut. Vulp: in Prax. iudic.cap.41.num.14. Gratia.disc. 222.num.41.*

6 Dico 2. quod de iure canonico hoc beneficium conceditur etiā clericis, qui dicuntur milites cœlestis militiæ, *vt in d.cap. Odoardus*, dummodò pauperes sint, *vt ibi notant Doctores communiter*. paupertas verò probatur ex cōmuni reputatione, vel si clericus habeat reditus non excedentes scuta 25. *Genuens.d.cap.3.nu. 19. Seraphin.dec.33.& 173. quem refert Ricc. in Collect. dec.1750.* & in ea probanda non est scrupulosè agendum, sed vrbanè, *vt dicit Barbos.in d.cap.Odoardus n.3.*

Hoc autem priuilegium Doctores extendunt etiam ad clericos in minoribus ordinibus cōstitutos, aut prima tonsura initiatos, etiamsi in eis non concurrāt requisita Concilij *sess. 23. de ref. cap.6.* quia Concilium desiderat hęc requisita quoad fori priuilegium; & ideò non debet extendi de vno casu ad alium, *vt dicit Nouar. apud Ricc. in Prax. for.eccles.par.4:ref.237. Bellett. tit. de Cleric.debit.§.1.num. 5. & ità in his terminis censuit Sac. Cong. apud Farinac.dec.147.par.4: Diuers.quicquid dicat Couar. var. lib.2.cap.1:numer. 9. & alij apud*

8 *Barbos.loco cit.nu.8.* quod procedit, etiamsi se se in forma camerę obligauerint *Couar.lib:2. var. cap:1.nu.9.vers.quoties verò Gallef.de oblig.camer.q. 19.numer. 1. Genuens.cap.3.numer. 13.& alij, quos refert,& sequitur Ricc. in Prax.vt supra par.1. ref. 264.* vbi dicit, ità in praxi seruari, quorum opinio mihi videtur verior, non enim video, cur in hoc casu Clerici gaudere non debeant huiusmodi beneficio inducto in fauorem totius ordinis clericalis, *quic quid in contrarium dicat Bellett. d.tit.de Cleric.debit.§.2: numer.7. Barbos.in d.cap.Odoardus nu. 23. & alij apud Gratian.discept. 799. num.* 20. idemque dicendum, si agatur vigore instrumenti iurati, nam tunc etiam admittuntur ad hoc beneficium *Bellett.d.§.1.n 2. Couar.loco cit.Genuens.d.capit. 3: num.13.vbi dicit, ità seruari in Curia Archiep.Neap.* contra Ric. *in Prax.for.eccles.par. 1. ref. 267. & alios apud Vulp.in Prax. iud: cap.20.num.14.* vbi subdit, quod si Clericus in tali casu se constituat in carceribus, & deinde petat absolutionem à iuramento, potest obtenta absolutione instare pro beneficio *d.cap.Odoardus*.

9 An verò hoc priuilegio gaudeant Clerici excōmunicati? affirmatiuè respondet Ricc. *in Prax.par.1:ref. 263: Barbos. in d. cap.Odoardus num:18.*

10 Hæc autem conclusio à nonnullis Doctoribus limitatur in Clerico debitore pensionis: tunc enim non iuuatur exceptione *d.cap.* sed potius debet dimitte-

re

re beneficium; æquum enim non est, quod retineat beneficium, & pensionem non soluat, *vt post Brun. dicit Genuens. d. cap. 3. nu:* 10. quod intellige, si pensionis impositioni personaliter consenserit cum obligatione camer. & iuramento; secus si consensus per alium est præstitus *secũdum Gom. in compen. V triusq. signaturæ versus fin. vers: tamen ad hoc Gratian. discept. 222: num.* 50: *Barbos. in d. cap. odoardus nu:* 6. mihi verò semper placuit sententia Couar. *d: lib. 2. var. cap.* 1. *num.* 9. *vers. quoties verò*, vbi indistinctè tenet, quod si talis clericus inopia grauetur, potest vti dicto priuilegio, quamuis lite pẽdente solutio pensionis non cesset, cuius opinionẽ approbauit signatura Papæ, *vt refertur in Prax. Archiep. Cur. Neap. cap.* 3 *in addit. vers. contrarium.*

Limitatur 2. in Clerico, qui negauit debitum *iuxta glos: & DD. in d. cap. odoardus num:* 6. quod intellige, quando dolo, & culpa negauit; secus si ex iusta causa, *vt dicit Afflict. decis.* 379. *& ibidem V rsill. num.* 3: immò etiãsi à principio debitum negauerit, si deinde debitum agnoscat, vel ante vel post sententiam, adhuc gaudebit dicto beneficio *Genuens. d. cap: 3. num.* 5. *Ricc. in Prax. for. eccl. par.* 1. *resol.* 258. *& in Collect. decis.* 1750. quod procedit, etiamsi debitum fateatur post tres conformes *Genuens. d. cap. 3. num.* 13, *vbi citat Put. decis: 56: Ricc: in Prax. par.* 1. *res: 266. Bellett. loco cit: §.* 1. *n.* 2. *Barbos. vbi supra nu.* 16. *Couar. var. d. lib. 2. cap.* 1. *num: 9: vers: quoties verò, contra Gom. in compend: vtriusq. signat: versus fin:*

Limitatur 3. in clerico conuento actione reali: quia tunc non iuuatur dicto beneficio *Vulp: in Prax: iudic: cap:* 41: *num:* 14: *& alij apud Barbos: in d: cap: odoardus n:* 20: quemadmodum nec maritus gaudet huiusmodi priuilegio in tali casu, *vt dicit Bart: in l. maritum num.* 1: *ff. sol: matr: Genuens: loco citato numero* 9.

Limitatur 4. quando Creditor esset pauperior clerico, tũc enim Clericus non gaudet dicto beneficio *Bellett. d. tit. de Cleric. debit. §.* 2: *num.* 11. *& seq. & alij apud Barbos. in d. cap. odoardus num:* 7. quẽadmodum si nec Maritus, nec vxor habeant vnde viuant, maritus non gaudet priuilegio, vt nõ possit conueniri vltra quam facere possit: quia in tali casu æquius est, mulierem præferri, quæ repetit suum, quam virum lucrari *Bart. in d. l: maritum nu.* 4: *Canalcan. decis.* 30. *num* 33: *& seq: par.* 1. *Greg. dec.* 473. *num:* 13. quod tamẽ non procedit in filiosam. qui progestis, dum erat sub patria potestate, non potest conueniri, postquam est effectus sui iuris, nisi in quantum facere potest, etiamsi creditor sit pauperior *secundùm Bald. in l.* 2. *num:* 51 C. *quod cum eo Paris. cons:* 94: *n:* 50. *lib.* 1. *Giurb. decis.* 42. *num.* 2: *& alios apud Gratian. discept.* 799. *nu.* 7. *&* 8. vbi dicit, quod hoc est in filio propter mutationem status: tunc enim videtur quodammodo nouus homo, *vt not. Bart: in Rubr. ff. quod cum eo.*

Li-

Limitatur 5. quando clericus est suspectus de fuga : tunc enim carcerari poterit, immò ab ipso creditore capi potest, si aufugiat cum bonis, dummodò proprio iudici statim præsentetur *Couar. d.lib.2.cap.1.num.9.Bellett.d. §. 2. num.8.Gratian.discept.222.nu.49. & communem dicit Genuens. d.c. 3.num.16.*

Limitatur 6.si clericus esset periurus *Gom.in Compend. V triusq. signat. versus finem Bellett.de Cleric debit.d.§.2 num. 10. Genuens. vbi supra num.16.*vbi dicit, quod ad fundandum periurium sufficit probare, quod tempus soluendi est elapsum : sed hoc procedere potest, quando clericus esset in dolo, *vt notat Vrsill.ad Afflict.decis.308.num:20.Barbos.loco cit. n. 10.Gratian.discept.222.n.49.* quia dolus nemini debet patrocinari *l.etiam §.1.ff.sol.matr.*vnde prædictum beneficium clerico denegatur,si in fraudem creditorum bona consumpserit, vel pendente iudicio bona in extraneos aliena uerit, vel si fuisset tutor, aut Curator, & malam rationem reddidisset de administratis, vel hereditatem adierit non confecto inuentario, vel si clericatum susceperit, postquam fuit condemnatus ad debiti solutionem, *vt resoluunt Doctores, quos refert, & sequitur Genuens.d.cap.3.num. 6. & seq. Barbos. vbi supra à nu.10. Bellett.d.§.2.num.4.& seq.Rot.dec.* 11 841.*par.3.diuers.* idemque dicendum, si clericus conueniatur ratione depositi penes se facti *secũdùm Car.de Graff.eff.7.num.58.et alios apud Barbos.loco cit.num.* 13. secus esset, si absit dolus, & clericus propter paupertatem iuramentũ obseruare non possit: quia cum hoc casu excusetur à pœna periurij, *vt decisum refert Ricc.in collect.dec.2239.par.6.*æquum non est, vt prædicto beneficio priuetur *Couar.var.lib.2.d. cap.1. vers. quoties verò Vrsill.ad Afflict. dec.* 308 *num* 21.

Limitatur 7. in clerico, qui in ludo, vel luxuriosè viuendo bona sua consumpsit *Bellett.d.§.2. n: 6.vbi citat Bald.in l.1. C. qui bon. ced.poss.Ferrett.cons.*144.

Limitatur 8. in clerico exercente illicitam negotiationem *Barbos. in d.cap.odoardus nu.*18.*Genuens. d.cap* 3.*num.*12.

Limitatur 9. quando clericus cõuenitur pro debito descendente ex delicto *Abb.in cap.veniens.n.4. de transact.& alij apud Bellett.vbi supra §.2.num.9.*quod intelligè, quando pœna pecuniaria est applicanda fisco ad vindictam publicam: tunc enim si non habet in ære, debet luere in corpore *iuxta l.fin.ff.de in ius voc. cap.finẽ litibus de dol. & contum.* secus si pecunia soluenda sit parti ratione interesse : quia tunc clericus iuuatur dicto beneficio *Ricc.in Prax.for.eccles. par.1.res.* 263.*Genuens.d.cap.3.num.7. vbi citat Io: Andr.& Abb.in d. cap. odoardus Menoch.de Arbitr.cas.* 447.

11 Quæres, an clericus renunciare possit beneficio *dict. cap: odoardus*? Resp.negatiuè,' quia huiusmodi beneficium concessum fuit in fauorem totius ordinis cleri-

ricalis, nè cogatur clericus cum dedecore mendicare; & ideò neque cum iuramento huic priuilegio renunciare potest *arg. cap. si diligenti de for.compet. Genuens. d. cap. 3. num. 4. Bellett. tit. de cleric. debit. §. 1. num. 32. Ceuall. commun. con. comm. q: 71. nu. 11. Cost. de Remed. subsid. remed. 29. nu. 8. & alij apud Barbos. in d. rep. Odoardus numero 24.*

12 Ità etiam nec Parens, nec Patronus potest cum iuramento renunciare beneficio, nè teneatur vltra, quam facere potest *l. alia §. eleganter, vbi Bart. nu. 5. ff. sol. matr: Rota in Recanaten, separationis thori 16. Februarij 1625. corã Pirouano.* idem de socero, ac marito dicit Giurb. *decis. 45. num. 13. Ricc. in collect. decis. 227. par. 1. vbi citat Vincent. de Franch. decis. 164:* quod rationi maximè consentaneum est ratione reuerentię hisce personis debitę: iuramentũ enim non obligat contra bonos mores sicut nec quæcunque alia conuẽtio, *vt in d. §. eleganter vbi Bart: num: 5:*

13 Idem puto in donante, cui pinguius succurrendum est, quam alijs, qui verum debitum persoluere tenentur, nè ex liberalitate sua inops factus periclitetur *l. exhæredatum, & l seq. ff. de re iud: & notat Ias. in d. §. sed & si quis n. 7.*

14 Secus dicendum est in alijs personis, in quibus hę rationes non militant, & ideò si frater ad fauorem alterius fratris, seu sororis huic priuilegio renunciauerit, renunciatio tenet *Giurb. dec. 45. num. 13. & 14.* quemadmodum

15 iuxta communem Doctorum sententiam filius renunciare potest beneficio *l. 2. ff. & C. quod cum eo.* quod est simile: requiritur tamen expressa renunciatio ità, vt non sufficeret generalis *Vinc. de Frãch. decis. 181. quem refert Ricc. in collect: decis. 231. Vrsill. ad Afflict. dec. 308. num. 21. Giurb decis. 45: n: 14. & seq.* vbi etiam dicit, quod renunciato vno ex dictis beneficijs alterum non censetur sublatum.

16 Et hoc multo magis procedit in milite, ac socio, qui etiam tacitè possunt huic priuilegio renũtiare, quia huiusmodi pactum nõ est contra bonos mores: & ideò si se obligauerint in forma Cameræ, exequutio obligationis non retardatur *Bart. in d. §. eleganter n. 1 Rot. in d. Recanaten. separationis thori coram Pirouano.*

SVMMARIVM.

1 *Quando Beneficiatus successor teneatur stare locationi factæ per prædecessorem.*

2 *Potest successor de nouo exigere à Conductore pensionem prædecessori anticipatè solutam, sed conductor habet recursum contra heredes locatoris, limitatur num. 3.*

4 *Successor tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, si inchoatus esset annus, vel laborerium.*

5 *Successor recipiens pensionem videtur consentire locationi:*

6 *Si Beneficiatus decedat ante impletum tempus locationis, neque eius heredes, neque fideiussores*

re-

tenentur de euictione, secus si beneficium renunciauerit.

7 *Quietatio à prædecessore in mortis articulo facta conductori bonorum ecclesiæ non præiudicat successori.*

CAP. XIV.

An Beneficiatus successor teneatur stare locationi factæ per Prædecessorem.

1 OMmunis resolutio est, quod si locatio fiat nomine ecclesiæ in rebus ad ipsam ecclesiam, non autem ad Prælatum pertinentibus, Beneficiatus successor tenetur stare locationi, dummodò contractus tēdat in commodum, seu vtilitatem ecclesiæ, *glos. in cap. fin. ne Prælat. vic. suas Quaran. in ver. alienatio rerum ecclesiæ nu: 19. vers. amplia idem Genuens. in Prax. Archiep. c. 97. Bonacin. de contract: disp. 3. q. 7. pun. vlt. num. 10. Rot. dec 805. par. 1. Diuers.* si verò beneficiatus locauerit rem, cuius reditus ad ipsum, non autem ad ecclesiam pertinēt, tunc successor ad id non obligatur, *vt dicunt DD. citati, & alij communiter.* quod procedit etiāsi conductor anticipatè soluisset affictum: adhuc enim non tenetur 2 successor stare locationi *Genuens. loco cit. num. 2:* immò poterit successor de nouo exigere à Conductore pensionem prędecessori anticipatè solutam *Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3: all. 94: num. 5: Bonacin. loco citato vers. tertio, & alij apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol. 369.* quia huiusmodi locationes, quæ anticipatis solutionibus fiunt, nullatenus in præiudicium successorum validę intelliguntur *ex Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 11.* habebit tamen conductor recursum cōtra hæredes locatoris *l. pro hæreditarijs C. de hæred. act. Quarant. loco cit: num. 19. in fi.* hoc ta- 3 men limitat Ricc. *loco citato*, quando solutio anticipata verè conuersa fuerit in vtilitatem ecclesiæ, puta si ecclesia rueret, nisi pecunia pro reparatione inueniretur: hoc enim casu non videtur tractari de præiudicio successoris, quia tunc etiam successor teneretur ad debita ob hanc causam contracta, *vt constat ex cap. 1. de solut.*

Adde, quod neque conductor in tali casu tenetur perseuerare in conductione si noluerit, vt seruetur æqualitas *l. qui fundū ff. locat. Quarant. in ver. alienatio num. 19. ver. amplia idem, & alij apud Barbos. loco cit. num. 15.*

4 Verum si inchoatus esset annus, vel laborerium, & res non esset amplius integra, tunc pro anno incæpto successor in beneficio tenetur stare locationi: quemadmodum nec conductor pro eodem anno ab ea potest recedere *Caualcan. dec. 44. nu. 23 Ricc. in Prax. vt supra par. 1. resol. 108 Quarant: vbi supra Bonac. de contract. d. disp. 3. q. 7. pun. vlt. num. 10. & alij.* obserua tamen, quod conductor non tenetur perseuerare cum eisdem pactis initis cum prędecessore, sed tamquam colonus partiarius fructus anni cæpti diuidet cum

successore *Canalcan.d.decis.44.n.23.& alij apud Ricc.d.res.108.*

5 Idem dicendum, si successor receperit pensionem: quia tunc videtur consentire locationi pro eo anno, pro quo illam recepit *Surd.decis.33.& 264.& 265.Put. decis.180.par.1 & alij, quos refert, & sequitur Barbos.d.all.94.n.8.*

6 Obseruant etiam DD. quod si Beneficiatus decedat ante impletum tempus locationis, neque eius heredes, neque fideiussores vllo modo tenentur de euictione, neque cõductor aduersus eos vllam actionem habet in casu, quo successor nolit stare locationi, *Gutier.Canon.lib.1.cap.36.nu.23.& alij apud Barbos.d.all.94.num.11.* intelligitur enim ea locatio sub conditione, si ipse Beneficiatus vixerit, & vt effectum habeat, dum ipse ius habuerit percipiendi fructus beneficij, *vt post Couar.d.Genuens.d.cap.97.num.1.* secus esset, si Rector ex causa renunciationis, vel permutationis, vel ex alia causa liberè dimittat suum beneficium: quia tunc ipse, siue heredes, & fideiussores tenentur de euictione, cum propter factum voluntarium conductor non possit in tali casu frui re conducta intra tempus in locatione prefixum *d.l.qui fundum ff.locat.Barbos.vbi supra numero 12.*

7 Quæres an quietatio à prædecessore in mortis articulo facta Conductori bonorum ecclesiæ præiudicet successori? negatiuè respondet Ricc.*in Prax.for.eccles. par.4.res.370.Afflict.dec.168.* quia huiusmodi quietatio habetur pro suspecta ob præiudicium successoris; & ideò etiam confessio debiti facta in nomine non nocet hæredi, vbi non est iurata *l. rationes, & auth.quod obtinet C.de Probat.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum alicui sub nomine proprio censetur relictum contemplatione personæ, relictum vero sub nomine appellatiuo dignitatis censetur relictum intuitu ecclesiæ.*

2 *Quid si sub vtroque nomine proprio scilicet, & appellatiuo relinquatur.*

3 *Ex coniecturis colligitur, quando legatum censeatur relictum ecclesiæ, vel rectori:*

4 *An legatum relictum Canonicis censeatur relictum intuitu ecclesiæ, vel personarum.*

5 *De qua ecclesia intelligatur legatum simpliciter ecclesiæ relictum:*

6 *Si ecclesia, cui relinquitur, non reperiatur in Diœcesi, legatum debetur ecclesiæ cathedrali, nisi aliter constet de mente disponentis:*

7 *Si in loco ipsius testatoris plures sint ecclesiæ eius nominis, quod testator expressit, legatum censetur relictum pauperiori.*

8 *Cui debeatur legatum relictum Capellæ existenti in aliqua ecclesia.*

CAP XV.

CAP. XV.

Quando censeatur legatum relictum intuitu ecclesiæ, vel contemplatione personæ.

1 REgula est, quod legatum relictum alicui sub nomine proprio censetur relictum cõtemplatione personæ: quemadmodum si relinquatur alicui sub nomine appellatiuo dignitatis cẽsetur relictum intuitu ecclesiæ; & ideò transit in successorem *arg. l. nonnumquam ff. ad Trebell. l. si hæredes 127. ff. de leg. 1. & est communis Doctorum sententia*. 2 si verò sub vtroque nomine, proprio scilicet, & appellatiuo relinquatur, inspicitur quod precedit *iuxta l. si communis seruus 37. vbi Bart. ff. de stipul: seruor.*

3 Sed hæc regula procedit in dubio: & ideò aliter dicendum est, quando ex coniecturis contrariũ constat *Barbos. de offic. & pot. Episcop. par. 3. all. 116. num. 5.* Vnde si legatum sit expressa aliqua causa, quæ respiciat fauorem animæ, vel ecclesiæ, non rectori, sed eidem ecclesiæ legatum debetur, etiamsi nomẽ rectoris expressum sit *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 342. Barbos: loco citato num. 9. & alij cõmuniter*. idem dicendum est, si legatum relictum fuerit ab extraneo *cap. requisisti de testam. c. Pontifices 12: q. 3.* vel si quis legauit calicem, patenam, vel quid simile: quia tunc etiam ex qualitate rei legatę arguitur, quod legatum relictum ecclesiæ intelligatur *Mãtic. de Coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 6. numero 19*

Ità etiam si legatum relictum fuerit à coniuncto, vel affine intra quartum consanguinitatis, vel affinitatis gradum, præsumitur relictum contemplatione personę, non ecclesiæ *d. cap. requisisti & ibi glos. ver. à propinquo Bart: in l. ciuibus num. 2. ff. de Reb. dub. Barbos: d. all. 116. num. 16. Graff. p. 1. decis. lib. 2. cap. 100. nu. 37.* etiamsi non sit expressum nisi nomen appellatiuum dignitatis, quod eo casu censetur appositum ad demonstrationem personæ *Alciat. in reg. 1. præsumpt. 28. num. 1.* & quod dicitur de coniuncto, & affine, habet etiam locum in amico *Alciat. ibidem num. 2.* quod intellige de magna, & stricta amicitia *glos. in d. cap. requisisti ver. præsumitur de Testam. Graff. loco cit. num. 36. Mantic. vbi supra tit. 6. nu. 18. vbi dicit, hanc sententiam ab omnibus esse receptam;* idemque dicendum, si Rector est benemeritus, licèt non sit consanguineus *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 342. Mantic. ibidem num. 19.* debet tamen Rector probare, se esse consanguineum, vel amicum, aut benemeritum, *vt post glos. in § interdicimus in Auth. de eccles. tit: dicit idem Alciat. loco cit. num. 5.*

4 Sed quæres, an legatum relictum Canonicis alicuius ecclesiæ censeatur relictum intuitu ecclesiæ, vel personarum? *Bart. in d.*

l.ciuibus num. 3. asserit, relictum videri contemplatione ecclesiæ: sed contraria sententia crebrior est, quod intuitu personarum, non ecclesiæ relictum censeatur, modò non habeant administrationē, siue præbendas distinctas: tunc enim ipsis Canonicis, non ecclesiæ acquiritur, etiamsi relinquatur ab extraneo *Genuens.in Prax. Archiep.cap.57.num.6.& hanc esse magis communem testatur Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.6.nu. 21.& seq.Viuius relat.in Syntag. opin.commun.tit.de legat: c.9.vers. in contrariam.* & tunc diuidi non debet æqualiter inter Canonicos sed eo modo, quo reliqua bona ipsius Capituli distribuuntur ita, vt plus vni Canonico, quam alteri tribuatur secundùm statuta, & consuetudinem ecclesiæ: quia cēsetur relictum collegio, seu Capitulo, non autem singulis personis *secundùm veriorem sententiā, quā tenet Mantic.d.lib.8.tit.6.num.24. Genuens.in Prax.Archie.c.57.n.13.*

Sed hæc intellige, dummodò ex coniecturis contrarium non probetur *Bellett.Disquis.cleric.tit. de bon.cleric.§.3.num.45.& alij cōmuniter*: quia si legatum relinquatur Capitulo, aut canonicis, qui administrationem habeant, aut exprimatur causa, quę respiciat ecclesiam, & non Canonicos, tūc intuitu ecclesiæ legatum relictum videtur *Bart.in l.pater filium §. Tusculanus in fin.ff.de leg.3. Mantic.d.lib.8.tit.6.num.23.* Vnde legatum factum Capitulo cum onere erigendi Capellanias, vel celebrandi anniuersarium pro ipso testatore non est diuidendum inter Canonicos, sed debet conuerti in bona stabilia, seu in annuos cēsus, & sic debet seruari pro futuris Canonicis *Nau.cons.8. de Reb. Eccles.non alien.Ricc.in Prax. for. eccles.par.1.res.359.*

5 Quæres 2.de qua ecclesia intelligatur legatum simpliciter ecclesiæ relictum? Resp.quod intelligi debet de ecclesia eius loci, in quo testator domicilium habuerit *§.si quis in nomine magni Dei in Auth.de eccles.tit.* videtur enim testator sensisse de illa ecclesia, in qua consueuit audire diuina, & ecclesiastica recipere sacramenta *cap.cum quis de sepult.in 6.& hāc esse communem Doctorum sententiam dicit Mantic.de coniectur.vlt. volunt.lib.8.tit.6.nu.4.& 5.*& probatur etiam *ex l.quæ conditio §.1. ff.de condit.& demonstr.*

Si vero testator duo habebat domicilia, aut duas Parochias, legatam inter vtramque diuidetur, *vt in d.cap.cum quis de sepul.in 6.* nisi ex coniecturis aliud colligatur, videlicet si vnam magis, quam alteram diligebat, aut si in vna magis, quam in altera versari cōsueuit, aut si in altera elegit sibi sepulturam, *vt d.Mantic.d. lib.8. tit.6.num.14.*

6 Sed si ecclesia, cui relinquitur non reperiatur in Diœcesi, tunc debetur ecclesiæ cathedrali, nisi aliter constet de mente disponentis: quia ecclesia Cathedralis dicitur esse Parochia totius Ciuitatis, & Diœcesis *Lap. alleg. 87. & alij apud Bellett.loco cit.d.§.3. nu. 42.& 43.*

7 Si

7 Si verò in loco ipsius testatoris plures sint ecclesię eius nominis, quod testator expressit, legatum censetur relictum pauperiori *d. §. si quis in nomine in Auth. de eccles. tit. Genuens. d. cap. 57. nu. 14. & 15.* & si ecclesiæ sint pares in paupertate, communis est opinio, vt tribuatur Episcopo, qui distribuat, vel eligat, dummodò pro altera Ecclesia coniecturæ, & præsumptiones supradictæ non concurrant: tunc enim legatum applicari debet illi ecclesiæ, quã testator magis diligebat, aut in qua magis versari consueuit, vel vbi sibi elegit sepulturam *Mant. d. lib. 8. tit. 6. num. 6.* vbi etiam addit, quod si testator iussit certo die, & singulis annis in perpetuum celebrari aliquas missas, & ob id aliquid legauit, & non expressit, in qua Ecclesia, intelligitur de ea, in qua est sepultus.

8 Quæres 3. cui debeatur legatũ relictum Capellæ existenti in aliqua ecclesia? Resp. quod regulariter Parocho debetur, etiãsi in ea Capella sit aliqua Cõfraternitas erecta, nisi ex coniecturis aliud appareat *Bellett. tit. de bon. Cleric. §. 3. num. 40. & seq. vbi citat Felin. in cap. dilectus n. 3. de offic. ordin. Duran. de Arte testan. tit. 6. caut. 7. Genuens. in Prax: Archiep. cap. 57. num. 4. Mantic. de Coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 6. numer. 16.*

SVMMARIVM:

1 *Alienatio emphiteusis in personam potentem de iure prohibetur.*

2 *Personæ potentes quæ dicantur.*

3 *Emphiteusis ecclesiæ non potest alienari in aliam ecclesiam.*

4 *Ecclesia Domina directi potest cogere aliam ecclesiam ad vendendam rem emphiteoticam priuato infra annum.*

5 *Quid in relicto facto in opus pietatis perpetuum.*

6 *Quo temporis spatio hoc ius contra ecclesiam præscribatur.*

7 *Quindennia de iure non debentur.*

8 *Si fiat pactum expressum, ne fieri possit alienatio in personã potentem, ecclesia non est capax emphiteusis etiam ad effectum vendendi.*

9 *An valeat legatum emphiteusis, quæ post mortem ipsius disponentis finitur.*

10 *Quid si bona erant deuoluta ob non solutum canonem.*

11 *An declaratio caducitatis, quæ non fuit facta in vita defuncti, possit fieri post eius mortem contra successorem, & nu. 12. & 13.*

14 *Quando emphiteusis non finitur per obitum illius, qui legat, valet legatum quoad æstimationẽ.*

15 *An emphiteusis transeat in monasterium, si emphiteota ingrediatur religionem:*

16 *Emphiteusis ecclesiæ de sui natura non transit ad extraneos.*

17 *Declaratur, quando pro canone soluitur res minima, secus si esset notabilis summa.*

18 *An Emphiteusis priuati transeat ad ecclesiam.*

19 *Quid si in Inuestitura adsit pactum, quod non possit fieri alienatio*

natio in personas potentes.

20 *An talis emphyteusis reuerti possit ad Dominum ob canonem non solutum.* 2

21 *Quid, si emphiteusis concessa fuerit Clerico in sacris constituto.*

22 *Ecclesia seu Monasterium loco filij habetur.*

23 *An contractus præsumatur censuarius, vel emphiteoticus.*

24 *Quid, si in contractu appositum sit pactum caducitatis.*

25 *An incurratur caducitas ob non solutionem canonis pendente discussione, an contractus sit censualis.*

26 *Quo casu contractus censeatur emphiteoticus, & num. 27. & 28.*

29 *Minor probatio admittitur ad probandum dominium ad effectum cogendi ad vendendum infra annum priuato.*

CAP. XVI.

An Ecclesia succedere possit in bonis emphiteoticis alterius Ecclesiæ.

1 DE Iure etiam in casibus, in quibus licita est alienatio irrequisito Domino, vt in donatione, & legato, nō permittitur fieri alienationē rei emphiteoticæ in personā potentem *Clar. in §. emphiteusis q. 15. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 633. & alij, quos refert, & sequitur Marescot. lib. 3. var. cap. 3. num. 7.* etiamsi in inuestitura cō- 3 cessa sit facultas alienandi. *Greg. decis. 529. num. 1. & seq.*

Personæ verò potentes ad hūc effectum censentur Ecclesiæ, Cōfraternitates, Hospitalia, & cætera loca pia *Rota coram Andr. decis. 6. num. 2.* item vniuersitas sęcularis, seu Ciuitas, & aliud Collegium laicale *Marescott. vbi supra num. 14. & seq. Ricc. loco cit. num. 14. & seq.* vbi etiam notāt, quod dicuntur manus mortuæ, quia sicut morientis hominis manus id quod comprehendit, firmissimè tenet, nec facilè remittit: sic etiam quicquid ecclesia, seu vniuersitas semel acquirit, tenaciter retinet, & nō nisi cum magna difficultate in commune hominum commercium remittit atque hęc fuit ratio, cur huiusmodi alienatio vetita fuerit: quia cum loca pia, & collegia, seu Vniuersitates nunquam pereant, neque possint iura sua sic facilè alienare, sicut priuatus, Dominus directus priuaretur laudemio, & res ità de facili non posset ad eum reuerti *Clar. d. §. emphiteusis q. 33. Martin. Andr. d. decis. 6. num. 1. Marescott. loco citato nu. 8. & seq.*

Ex quo fit, vt emphiteusis ecclesię neque possit alienari in aliam ecclesiam ęquè potentem 4 *Greg. d. decis. 529. num. 15.* & ideò ecclesia, quæ directum habet dominium, potest cogere aliam ecclesiam ad vendendam rem emphiteoticam priuato infra annum *Clar. d. q. 33. in fin. Marescot. lib. 3. d. cap. 3. num. 17. Rot. coram Martin. Andr. d. decis. 6. num. 1. &*

coram

coram Buratt. decis 601. numer. 1. Ricc. in Collect. dec. 3179. par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. res. 633.

5 Quod procedit etiam in relicto facto in opus pietatis perpetuum, quando videlicet Testator mandauit, vt omnes reditus suorum bonorum deponantur, & ex illis nuptui tradantur puellæ pauperes quolibet anno, si in eius hæreditate adsint bona spectantia ad directum dominium ecclesiæ *Maresc. d. cap. 3. nu. 19* 9 *vbi refert, ità resoluisse Rotam in Ferrarien. bonorum 19. Decembr. 1611. & 9. Aprilis 1612. coram Coccino.*

6 Hoc autem ius cogendi ad ponendam rem emphiteoticam extra manus mortuas contra Ecclesiam non præscribitur minori spatio 40. annorum *auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. cap. de quarta ex. de Præscript.* nec censetur approbata alienatio per receptionem canonis, & laudemij factam per Rectorem ecclesiæ: quia Rector nec expressè, nec tacitè Ecclesiæ præiudicare potest *Buratt. d. decis. 601. num. 8. & 9.*

7 Non potest tamen Dominus directus cogere ecclesiam ad soluenda quindennia, quia hęc de iure non debentur. *Andr. decis. 70. num. 1.*

8 Si verò in inuestitura apponatur pactum expressum, quod nō possit fieri alienatio in personas potentes, seu de iure prohibitas, tunc non solum non potest succedere ecclesia, seu Vniuersitas, cui talis emphiteusis legatur, seu relinquitur, sed neque habet locū in hoc casu cōsuetudo illi cōcedens facultatem retinendi per annum, & vendendo subrogandi alium emphiteutam non potentem propter vim pacti, quod resistit potestati relinquendi ecclesiæ, & personæ potenti Maresc. *d. lib. 3. cap. 3. n. 23. & seq.* vbi etiā dicit quod neque æstimatio debetur in tali casu *Rot. corā Greg. d. decis 529. nu. 9. & seq.*

9 Ità etiam si emphiteusis ecclesię post mortem ipsius Disponētis finitur, puta si bona concessa sint ad tertiam generationem, & tertia generatio non adsit, tūc quia bona sunt deuoluta ad Ecclesiam, legatum, seu alia dispositio de re emphiteotica, vel feudali non valet etiam respectu æstimationis: quia alias Testator disponeret non de re propria, sed de re directi Domini *Rimin. iun. cons. 453. num. 25. vers. non obstat' lib. 4. & alij apud Maresc. loco cit. nu. 22. vbi etiam dicit, ità tenuisse Rotam in d. Ferrarien. bonorum 19 Decembris 1611. coram Coccino.*

10 Idem dicendum est, quādo bona erant deuoluta ob non solutum canonē vltra biennū *iuxta c. potuit de locat. Maresc. loc. cit. n. 25. Greg. dec. 529. n. 15. & seq.* vbi

11 addit, quod licèt declaratio caducitatis, quæ non fuit facta in vita defuncti, non possit post eius mortem fieri contra successorē, *iuxta l. fin. C. de Reuoc. Donat. glos. & DD. in cap. fin. de Donat.* hoc tamen non procedit, quādo adest

12 ignorantia deuolutionis, quæ sē-

per

per præsumitur, & *notat etiam Marescott.d. cap.3. nu.25:* quemadmodum hęc regula non habet
13 locum, quãdo pœna deuolutionis ipso iure, vel vigore pacti incurritur: quia tunc fieri potest etiam contra successorem *Gabr. commun.conclus.lib.7.concl. 35.n. 14.& 16.Greg.d.decis.529.nu.20. & ibi Add.nu.24.*

14 Secus esset, quando emphiteusis non finitur per obitum illius, qui legat: quia cum hoc casu agatur de solo præiudicio vocatorũ, non autem de præiudicio ecclesiæ, legatum substinetur quoad æstimationem *Specul.in tit. de emphit. alias de locat. §.nunc aliqua q.117.num.143.& alij, quos refert Marescott.d lib.3.cap.3.numer.21.*

15 Sed quæres, an Emphiteusis trãseat in Monasterium, si emphiteuta ingrediatur Religionem? Resp. quod emphiteusis concessa ab Ecclesia non trãsit in monasteriũ, si ecclesia, quæ est Domina directi dominij, vult illam ad se reuocare *Bart.in l.si finita §.si de vectigalibus num:6.ff:de Damn.infect.& in Auth. ingressi nu.18.C.de Sacrosc.eccles. & ibidem Dec.num.26.& hanc esse cõmunem dicit Clar. in §. emphiteusis q. 33.* Emphiteusis enim
16 Ecclesiæ de sui natura non est transitoria ad extraneas personas *§.emphiteusim Auth.de Non alien. Clar. in §. Emphiteusis q. 28.Greg.d.decis.529. nu.1.* dummodò res minima soluatur pro
17 canone: quia si esset notabilis summa, censeretur magis sapere locationem, quam emphiteusim; & ideò transiret ad extraneos, *vt dicit Beltram.ad Greg.d. decis. 529.num.21. vbi citat. Surd.dec. 198.num.3.*

18 Si verò emphiteusis concessa sit à Priuato, siquidem est talis, quæ fortè ex conuentione transiret in extraneum hæredem, tunc transiret in monasterium, quod habetur, vt hęres *cap. in præsentia de Probat.* secus si ad hæredem extraneum non transiret, quia tunc neque transiret in monasterium *Bart in d.l.si finita §.si de vectigalibus nu.6.Dec.vbi supra num.26.Clar.in §. Emphiteusis q.33.* vbi subdit, quod in tali casu tenetur monasterium vendere infra annum alteri priuato, quibus adde *Riec. in Collect.dec.3 179.p. 7.& in Prax. for. eccles.p.3 ref.171* vbi dicit, quod tunc emphiteusis apud monasterium durat, quamdiù vixerit talis emphiteuta, qui Religionem ingressus fuit.

Transiret autem emphiteusis in extraneos, si concessa sit pro se,& hęredibus quibuscumque, vel pro se,& hæredibus,& quibus dederit *Clar.in §. emphiteusis q. 28.vers.secundus est casus, & in §.feudum q. 9. vers.hoc præmisso Gratian:discept.481.nu.61. & seq.*

19 Notandum tamen est, quod ex sola conuentione, seu prohibitione, nè fieri possit alienatio in personas potentes, non impeditur, quin emphiteusis priuati transeat in monasterium, siue talis prohibitio concepta sit in rem, siue in personam: quia sub ista

pro-

prohibitione non comprehenditur alienatio legalis, sed solum alienatio hominis *secundùm veriorem, & communiorem sententiam, vt dicit Ricc. in Prax. par. 3. ref. 171.* nam quando monasterijū succedit monacho in Religionē ingresso, tunc dicitur esse quædā successio intestati tū ex dispositione legis volētis, bona ingressi tamquam mortui ciuiliter transire in monasterium, *vt in d. auth. ingressi C. de Sacrosanct. eccles.* tum etiam ex tacita voluntate defuncti: sicut etiam ex tacita voluntate defuncti succeditur ab intestato *l. si quis cum testamentum & l. conficiuntur ff. de Iur. Codic.*

20 An verò possit talis emphiteusis reuerti ad Dominum ob non solutum canonem? Resp, affirmatiuè, quia transit in monasterium cum illo iure *Bart. in repet. Auth: ingressi num. 36. C. de sacrosanct. Eccl.*

21 Notandum 2. quod si emphiteusis concessa fuerit Clerico in sacris constituto pro se, filijs, & nepotibus, tunc si iste ingrediatur religionem, acquiritur monasterio irreuocabiliter, siue sit concessa ab ecclesia, siue à priuato, *vt dicit Ricc. d. ref. 171.* quia cum nō possit filios ex matrimonio suscipere, recipiendo pro filijs, intelligitur recepisse pro ec-

22 clesia, seu monasterio, quod pro filio habetur *Bart. in Auth. nisi rogati C. ad Senatus cons. Trebell. & in d. § sed & hoc præsenti in Auth. de Sanctiss. episc.*

23 His adde, quod regulariter quando non apparet de causa concessionis in emphiteusim, contractus præsumendus est potius censuarius, quam emphiteoticus *Capyc. dec. 123. Gram. dec. 77. Crescen. dec. 1. de Censib. Milanen. dec. Sicil. 123. lib. 1. Caualc. dec. 43. quos refert Rico. in Collect. decis. 2163. par. 6. vbi dicit hanc esse cōmuniorem sententiam Card. Caualer. dec. 201. num. 2.* Vnde licèt nomen, *censuale*, tamquam æquiuocum possit conuenire tam cēsui, quam emphiteusi, in dubio tamen, & quando aliud ex coniecturis desumi non potest, prædium, quod in contractu censuale appellatur, præsumendum est censuale, non emphiteoticū: etiamsi in contractu appositum

24 sit pactum caducitatis: quia tale pactum potest conuenire etiā cōtractui census *Add. ad Baratt. dec. 601. nu. 12. & 13. vbi aliæ decisiones allegantur.*

25 Quare pendente discussione, an contractus sit censualis, vel emphiteoticus, si non fiat canonis solutio, non inducitur caducitas emphiteusis, *vt decisum refert Ricc. d. decis. 2163. par. 6.*

26 Si verò constet, prædium fuisse ab initio de Dominio ecclesiæ, nec appareat fuisse abdicatum, excluditur contractus censualis, & remanet emphiteoticus *Card. Caualer. dec. 201. nu. 2. & seq.* vbi idem dicit, quando contractus

27 fuit factus ad tertiam generationem, aut cum clausula ad meliorandum, quæ soli emphiteusi conuenit, cuius finis est, vt bona concessa meliorentur.

28 Probatur similiter emphiteusis ex reseruatione consensus, aut il

lius prestatione, ex solutione laudemij, & ex pacto, quod prædium vendi non possit absque expresso consensu alterius *Buratt. d. decis. 601. num. 3. & seq.* vbi
29 etiam dicit, quod minor probatio admittitur ad probandum dominium ad effectum cogendi 1
ad vendendum, vt res exeat ex manibus mortuis.

SVMMARIVM.

1 *Quoad peculia castrẽsia, vel quasi castrensia, & profectitia nulla est differentia inter filium fam. clericum, & laicum.*
2 *In bonis castrensibus, vel quasi nullum ius quæritur Patri.*
3 *Bona profectitia liberè ad Patrem spectant.*
4 *In bonis aduentitijs regulariter Patri quæritur vsusfructus, sed fallit in filiofam. clerico.*
5 *Clericus filiusfam. potest liberè disponere de bonis, quæ sibi hæreditario iure, vel suo labore, industria, donatione, aut fauente fortuna obueniunt.*
6 *Bona filiofam. clerico à Patre donata, vt ad illorum titulum ordinari posset, transeunt in peculium quasi castrense ipsius Clerici.*
7 *An hoc priuilegio gaudeat Clericus in minoribus cõstitutus, vel prima tonsura initiatus.*
8 *An hoc priuilegio gaudeat Clericus coniugatus.*
9 *An in bonis aduentitijs quæsitis ante clericatum Pater habeat vsumfructum.*

CAP. XVII.

An in bonis per Clericum filiũfam. acquisitis Pater habeat vsum fructum.

QVoad peculia castrensia, vel quasi Castrensia, & profectitia nulla est differentia inter filium fam. Clericum, & laicum *vt d. Pano. in rubr. de Pecul. cleric. quem refert, & sequitur Sylu. in ver. Peculium 1. nu. 2. & alij communiter.*

2 Vnde in bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, acquisitis per filiũfam. tam clericum, quã laicũ Patri nullum ius quæritur, sed liberè spectant ad filium *l. ex nota, cum seq. ff. de Castr. pecul. l. cum oportet C. de bon. quæ lib.* & est cõmunis opinio. è contra verò bona profectitia hoc est quę filiofam. ex re Patris, vel eius intuitu obueniunt, pleno iure Parenti acquiruntur æquum enim est, ad Patrem reuerti quod ex eius occasione profectum est, *§. igitur liberi Instit. Per quas pers. nob. acquir. Abb. in rubr. de Pecul. cler. Couar. in cap. quia nos de Testam. Sanch. in Summ. to. 2. lib. 7. cap. 13. num. 28. Rip. in l. in quartam numer. 171. ff. ad l. Falcid. Squillan. de Priuil. Cleric. cap. 12. num. 20.*

4 Bona verò aduentitia, in quibus filius regulariter habet proprietatem, & Pater vsumfructũ, *iuxta tex. in d. §. igitur liberi Instit. per quas person. nob. acquir. d. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.*

respe-

respectu filijsam. Clerici castrensia, vel quasi castrensia reputantur, nec Patri queritur vsusfructus *auth. Presbyteros C. de Episc. & Cler: l sacrosanctæ C. eod. tit. Syl. in ver. peculium 1. nu. 2. Nau. in Man. cap: 17. num: 142. Bellett: in Disquis. Cleric. tit: de Bon. cleric. § 7. numero 18. Ricc. in Collect. decis: 221. par. prima.* Vnde Clericus liberè disponere potest quoad proprietatem, & vsumfructum de bonis, quę sibi hereditario iure à matre, aut à suis Cognatis, & Amicis, vel suo labore, industria, donatione, aut fauente fortuna obueniunt *cap: quia nos vbi Doctores de Testam: Molin. de Iustit. to. 1: disp. 138. & disp. 231. Less: de Iustit. lib. 2. cap. 4. dub. 3. num. 7. Sanch. in Summ. to. 2. lib. 7: cap. 13: Surd: cons. 259. nu. 21. vol. 2 & alij, quos refert, & sequitur Squillan. de Priuil. Cleric: cap. 12. num. 1: & seq: Bellett. loco cit. nu. 5:*

6 vnde etiam bona filiofam. Clerico à Patre donata, vt ad illorũ titulum ordinari posset, transeũt in peculium quasi castrense, si receptio ordinum subsequatur, *vt d: Sanch: loco cit. d. cap. 13. n. 29.*

7 Et hoc procedit etiam in filiofam. in minoribus ordinibus constituto, seu prima tonsura initiato *Bellett. d. § 7: n. 18. & alij communiter.*

An verò ad effectum gaudendi hoc priuilegio necesse sit, vt Clericus habeat requisita Concilij Tridentini *sess. 23: de ref. c. 6?* affirmat Bellett. *vbi supra nu. 26.* Alij verò negant *ità Sanch. in to: 2. lib. 7. cap. 13. num. 33. Nau. cõs: 24. de Priuil. Gonz. ad reg. 8. glos: 5. § 5: numer. 6. & 7:* vbi dicunt, Concilium ibi eas conditiones requirere ad priuilegium fori, non autem ad cętera priuilegia retinenda.

8 Limitatur tamen supradicta conclusio in Clerico coniugato, quinullis alijs clericorum priuilegijs gaudet pręter canonis, & fori, seruatis tamen conditionibus *c. vn. de Cler: coniug. in 6. & Conc. Trid. d. cap: 6. ità Squillan. loco cit. cap. 12. num: 9. & 11:*

Limitatur 2. in bonis aduentitijs quæsitis ante clericatum, in quibus remanet Patri vsusfructus, licèt filius postea assumat clericatum *Nau. cap. 17. num: 142 Squillan. d. cap. 12. num: 16.*

SVMMARIVM.

1 *Primitiæ quæ dicantur.*

2 *Hodiè de præcepto non debentur nisi vbi adest talis consuetudo. vel quando ministri ecclesiæ indigerent, & tunc solui debent illi parochiæ, in qua prædia existunt.*

3 *Oblatio quid sit:*

4 *De ratione oblationis est, vt spõte fiat.*

5 *Debetur si præcedat promissio, aut adsit consuetudo, vel si ministri ecclesiæ non haberent vnde viuerent:*

6 *Oblationes, quæ fiunt Capellæ, oratorijs, aut sacris imaginibus, cui debeantur.*

7 *Ad quem spectãt oblationes, quæ fiunt tempore iubilæi vel anni sancti.*

8 *Quid si oblationes à fidelibus ad certum finem, veluti pro missis, aut fabrica præstantur.*

9 *Oblationes, quæ fiunt, dum Episcopus missam celebrat, cui debeantur.*

10 *Quid si ex consuetudine, vel statuto oblationes, quæ fiunt die dominico, debeantur parocho, & in festo principali debeantur Episcopo, & festum principale die dominico occurrat.*

11 *Reprobatur consuetudo, seu abusus, quod ad domos laicorum deferantur candelæ benedictæ in festo purificationis Beatissimæ Virginis.*

CAP. XVIII.

De primitijs, & oblationibus.

1 Primitiæ sunt primæ, quæ nascuntur, fruges, seu prima frugum pars, *vt dicit Syluest: in ver. Decima num. 1. in fin.* quæ licèt in veteri lege in præcepto fuerint, *vt constat ex lib. exod. c. 23. & aliis scripturæ locis*, hodiè tamen de præ-
2 cepto non debentur, nisi vbi adest talis cõsuetudo, vel quando ministri ecclesiæ indigerent *S. Th. 2. 2. q: 86: art. 4.* & tunc solui debent illi Parochiæ, in qua prædia existunt *Barbos: de offic. & pot. Paroch. cap. 27. nu. 6. & seq.* primitiæ enim sunt onus prædiale, non personale, & offeruntur Deo pro recognitione dominij, quod habet in omnes fructus terræ *cap. tua nobis de Decim.*

3 Oblatio autẽ est quidquid Deo vel ecclesiæ, eiusue ministris voluntariè exhibetur *cap: cum inter de verb: signif.* & hæc regulariter ad Parochum spectat *cap: quia sacerdotes c. sanctorũ & c: hanc consuetudinem 10: q. 1. Genuens: in Prax. Archiep. cap. 57. num. 12:* non
4 est tamen in præcepto, cum de ratione oblationis sit, vt sponte fiat *iuxta illud ex 9. d. c. 25. ab omni homine, qui offert vltroneus,*
5 *accipietis eas*, nisi aut præcedat promissio, siue alius actus obligationẽ inducens, aut adsit consuetudo, aut si ministri ecclesiæ non haberent vnde substentarentur: tunc enim est in præcepto, *vt colligitur ex c. qui oblationes 13. q. 2. & d. S: Tho. communiter receptus in 2. 2. q. 86. art. 1. Ricc: in Prax. fòr eccles. p. 4: res: 296:* vbi etiam dicit, quod consuetudo in tali casu spatio 10. annorum inducitur.

6 Ex quo infertur, quod oblationes, quæ fiunt Capellæ existenti in aliqua ecclesia, Rectori ipsius ecclesiæ, non autem Capellano beneficiato eiusdem Capellę debentur: nisi ex coniecturis constet, quod factæ fuerint intuitu ipsius Capellæ, seu altaris *Genuẽs. in Prax. Archiep. d: cap. 57. n: 3. Bellett. tit. de Beneficio: §. 3: nu. 4. & 5.* quod arbitrio iudicis relinquitur, *vt d. Mantic. de coniectur. vltim. volun. lib. 8. tit. 6. nu: 17. in fin:* idem que dicendum de alijs oblationibus, quæ fiunt oratorijs, ac sacris imaginibus existentibus intra limites parochię *S. Th. 2. 2. q. 86. art. 2: ad. 2. Barbos. de offic: & pot: Paroch. cap: 24. num. 24: Mantic: loco cit.*

cit. lib. 8. tit. 6. nu. 16. Ricc. in Prax.
7 *par. 4. resol. 297.* Vnde etiam oblationes, quæ fiunt tempore Iubilei, vel anni sancti in ecclesia cathedrali spectare ad Parochum eiusdem ecclesiæ, non autem ad Episcopum, tenuit Rota *in Beneuentana spolij 2. Decembris 1585. coram Orano, quam refert Ricc. in Collect. decis. 2662. par. 7. & censuit etiam Sac. Congregatio teste Barb. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 80. numero 14.*

8 Secus esset, si oblationes à fidelibus ad certum finem, veluti pro Missis, aut fabrica præstantur: tunc enim ad parochum minimè spectant, sed voluntas eorum, qui oblationes, aut eleemosinas tribuunt, est præcisè seruanda *c. quatuor 12. q. 2. Barbos. de offic. Paroch. d. cap. 24. num. 30.* administratio tamen harum oblationum etiam in tali casu pertinet ad parochum, *vt d. S. Th. d. q. 86. art. 2.* nisi adsit consuetudo in contrarium *Barb. loco cit. d. num. 30. in fin.*

9 Obserua tamen, quod si Episcopus celebrauerit missam in Parochiali, oblationes in ea factæ ad eumdem Episcopum spectant, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bellett. tit. de Bon. cleric. §. 3. nu. 46. & seq.* nisi adesset consuetudo in contrarium *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 80. num. 13. & alij*, vel nisi Episcopus in eo loco longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret, *vt post Hostien. dicit Genuens. in Prax. Archiep. cap. 57. num. 7.* verum si Episcopus celebraret in loco exempto, oblationes in tali casu debentur illi, ad quem spectant iura parochialia, non autem Episcopo *secundùm Felin. in cap. dilectus num. 1. vers. & adde de offic. ordin.* quem refert *Bellett. loco cit. nu. 47. vers. secus autem*: sed in hac re ad priuilegia, & consuetudines est recurrendum, *vt sentiunt alij apud Barbos. d. all. 80. num. 11. & seq.*

Obserua 2. quod si ex consuetu
10 dine, vel statuto oblationes, quæ fiunt die dominico, debentur parocho, & in festo principali debētur Episcopo, & festum principale die dominico occurrat, tunc oblationes factæ ab alienis parochianis censentur factæ intuitu festiuitatis: oblationes verò factæ à proprijs parochianis diuidendæ sunt, cum dubium sit, cuius cōtemplatione fiant *Ricc. in Prax. vt supra par. 4. res. 297.*

11 His adde, quod laicus non debet recipere à clericis oblationes, nec aliqua consuetudo in hoc est admittenda; & ideò consuetudo, siue potius abusus, quod ad domos laicorum deferantur candelæ benedictæ in festo purificationis B. Virginis omninò reprobatur *Sylu. in ver. Decima n. 7. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. res. 296.*

SVMMARIVM.

1 *Decimæ aliæ sunt prædiales, aliæ personales: aliæ mixtæ:*
2 *Ex decimis prædialibus & mixtis non deducuntur expensæ, neque tributa, vel alia debita, secus in personalibus:*
3 *Decimæ personales vt plurimum non sunt in vsu, & vbi in vsu sunt*

sunt, debentur illi ecclesiæ, in cuius Parochia quis habet domicilium.

4 *Decimæ prædiales regulariter spectant ad Ecclesiam, in cuius terminis prædia sunt sita.*

Decimę noualium cui ecclesiæ debeantur, ibidem:

5 *Quid si locus esset intra duas parochias, & ignoretur suò qua sit.*

6 *Si prædium non sit in alicuius parochia situm, illius decimæ pertinent ad Episcopum.*

Quid si parochiæ non sint distinctæ, ibidem.

7 *Si Pastor diuersis temporibus in duabus parochijs gregem pascit, debet proportionabiliter vtrique ecclesiæ decimas soluere.*

8 *Quando decimæ soluendæ sint ex fructibus extra territorium collectis:*

9 *De vna, & eadem re duplex decima solui non debet.*

10 *Parochus exigens decimas quoad certos fructus eo ipso censetur esse in possessione quoad omnes fructus, & quando id procedat.*

11 *Possessor fundi pro decimis præteritis conueniri potest:*

12 *Quando agitur de sola quæstione facti, vterque Iudex tam ecclesiasticus, quam secularis est cõpetens; si verò oriatur quæstio iuris, Iudex ecclesiasticus solus est competens, & num. 13.*

14 *Ius accipiendi decimas, regulariter spectat ad solos clericos habẽtes curam animarum.*

15 *Clerici de quibus bonis teneantur soluere decimas.*

16 *An regulares teneantur decimas persoluere.*

17 *An in decimis attendenda sit consuetudo, vel præscriptio, aut priuilegium, & num. 18.*

19 *Iudex ecclesiasticus in causa decimarum incipere potest à præcepto cum monitione sub pœna excommunicationis, limitatur numero 20. & 21.*

22 *Controuersiæ inter ecclesiam Sacramentalem, vel prædialem quomodo terminandæ.*

23 *An parochiani teneantur deferre decimas ad horrea clericorum.*

24 *Cõpositio super decimis facta per Rectorem quando valeat:*

25 *In causa decimarum regulariter non datur appellatio, limitatur num. 26. 27. 28. & 29.*

CAP. VI.

De decimis.

§. I.

An ex decimis deducantur expensæ.

1 PRo faciliori intelligentia præmittẽdum est, quod tria sunt genera decimarum: alię enim dicuntur prædiales, quales sunt quæ proueniunt ex prædijs, vt vinum, frumentum, fructus arborũ, & huiusmodi: alię personales, quæ videlicet proueniunt ex opere personali, vt ex mercatura, artificio, scientia, militia, venatione, & simili: aliæ sunt mixtæ, quę partim ex prædijs, partim ex opere personali pro-

proueniunt, vt sunt animalia, quæ pascuntur ex prædijs, & humano opere nutriuntur, & fœtus, ac fructus eorum, *vt colligitur ex c. decimæ 16 q. 1. cap. non est in potestate de Decim. & d. Sylu. in ver. decima in princ. & alij communiter.* his præmissis.

2 Resp. quod ex decimis prædialibus, & mixtis non deducuntur expensæ, neque tributa, census, aut alia debita, sed integrè, ac sine diminutione soluendæ sunt *d. cap. non est in potestate cap. tua nobis, & cap. cum non sit in homine de Decim. d. cap. decimæ 16. q. 1.* secus in personalibus, in quibus expensæ deducuntur *cap. pastoralis eod. tit. glos. in d.c. non est in potesta* 4 *te ver. antequam Ndu. in man. cap: 21. num. 31. Sylu. in ver. decima n. 10. Rico. in collect. decis. 392. tar. 6. Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 1. num: 37. & 38. quibus adde S. Th. 2. 2. q. 87. art. 1. & art. 2. ad p.* vbi dicit, quod decimæ prædiales, & mixtæ debentur partim ex institutione ecclesiæ, partim ex iure naturali: & ideò in huiusmodi decimis verbum fructus intelligitur naturaliter, prout in fundo percipiuntur; decimæ verò per- 5 sonales debentur ex sola auctoritate ecclesiæ: non enim vllum de illis extat præceptum in lege veteri, & ideò accipiendę sunt iuxta interpretationem, & censuram humani iuris, secundùm quod fructus non aliter intelliguntur, quã deductis expensis, quæ gratia eorundem fructuum fiunt *l. fructus vbi glos. & DD. ff. sol. matr.*

3 Obserua tamen, quod huiusmodi decimæ personales vt plurimũ non sunt in vsu, nisi in aliquibus regionibus Hispaniæ, *vt d. Nau. cap: 21. num: 31.* vbi autem sunt in vsu, debentur illi ecclesiæ, in cuius parochia quis habet domicilium: quia persoluuntur ad substentationem eorum, qui spiritualia ministrant, etiamsi occasione absentiæ alibi recipiat sacramenta *glos. in cap. ad apostolicæ de Decim. quã esse communiter receptam d. Nau. cons. 1. num: 7. de Decim. S. Th. 2. 2. q. 87. art. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Barbos. d. cap. 28. §. 2. n. 26. & seq.* nisi alibi commoretur animo illuc transferendi domicilium *Nau. cons. 1. num. 5. de Decim:*

Obserua 2. quod decimæ prædiales regulariter spectant ad ecclesiam, in cuius terminis prædia sunt sita, *vt videtur concludi in c. cum sint homines de Decim. & in c. vlt. vbi glos. de Paroch. glos. communiter recepta in cap. ad apostolicæ ver. consuetudo de Decim. S. Th. 2. 2. q. 87. d. art. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14. Nau. cons. 1. num: 7. de Decim.* Vnde decimæ nouaIium debentur illi ecclesiæ, in cuius parochia surgunt, *vt est tex. in cap. quoniam de Decim.* Si verò locus esset intra duas parochias, & ignoretur, sub qua sit, tunc inter eas fiet diuisio *Abb. & alij in d. c. quoniã Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 2. num. 20.* vbi etiam dicit, quod si limites quoquomodo apparent, pro modo, & portione limitum cuilibet parochiæ decimæ sunt assignandæ: si verò prædium non sit in alicuius parochia 6 situm, illius Decimę pertinent ad

Epi-

Episcopum, *vt in d. capit. quoniam in fine de Decim.* idemque dicendum est, vbi parochiæ non sunt distinctę *Rota in Ciuitaten. Decimarum 26. Martij & 28. Iunij 1618. coram Verospio, quam refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 86. num. 37.*

7 Obserua 3. quod si Pastor diuersis temporibus in duabus Parochijs gregem pascit, debet etiã proportionabiliter vtriq. Ecclesiæ decimas soluere *S. Thom. 2. 2. q. 87. ar. 3. ad 2. Sylu. in ver. Decima num. 14.* Vnde si oues in vna Parochia iaceant, & dormiant, & in alia pascant, decimæ erunt similiter diuidendæ *Barbos. d. cap. 28. §. 2. n. 39.* magis tamẽ debetur decima gregis ecclesię, in cuius territorio grex pascitur, quam illi, in cuius territorio ouile locatur: quia ex pascuis fructus gregis proueniunt, *vt d. S. Th. loco cit.*

8 Obserua 4. quod decimę soluẽdæ sunt nedum ex fructibus recollectis in Territorio, sed de omnibus alijs fructibus etiã extra territorium perceptis, dummodò decisdem fructibus nòn soluatur decima alteri ecclesię extra territorium: quia de vna, & eadem re duplex decima solui non debet *Ricc. in prax. for. eccles. par. 2. res. 90.* & ideò peti non potest secunda decima de tributo, vel pensione, quãrecipit Dominus propter locationem prædij, si ex eius fructibus decima fuit antè soluta. *glos. & DD. in c. pastoralis de Decim.*

10 Obserua 5. quod Parochus exigens decimas quoad certos fructus eo ipso censetur esse in possessione quoad omnes fructus: quia ius decimandi prouenit ex iure vniuersali parochialitatis *Beltramin. ad Greg. decis. 557. nu: 10: vbi citat. Ruin. cons. 141. lib. 5: Seraphin. dec. 1047. n: 1. & 2* quod intellige alio non existente in possessione: tunc enim per perceptionem vnius speciei illi conseruatur possessio percipiendi decimam ex omnibus alijs fructibus etiam subrogatis in locum eorum, qui ex prędio decimali prius colligebantur, *vt decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. p: 4. res. 295.*

11 Obserua 6. quod possessor fundi pro decimis pręteritis conueniri potest ità, vt in optione ecclesię sit, quem velit conuenire, nouum, an antiquum prędij possessorem; quia hoc est onus reale *cap. penult: de decim. glos. in cap. tua nobis ver. sic & Dominus de decim. ita Barbos. de off. & pot. Paroch. cap. 28. §. 4. num. 10. & seq. & in cap. tua 2. n. 13. de Decim. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. res. 57.*

§. II.

Quis sit iudex competens in causa decimarum.

12 Resp. quod si circa decimas agitur de sola quæstione facti, vterque Iudex tam ecclesiasticus, quam laicus erit competens *Couar. pp. qq: cap. 35: num. 2.*

Mo-

Monet. de Decim. cap. 8. q. 1. nu. 5 & seq. vbi de communi Ricc. in collec. decis. 246. par. 6. Piasec: in Prax. Episc. par. 2. cap. 14. nu. 59. & ideò etiam iudex secularis compellit laicos ad soluendũ decimas *Calderin. cons. 15. in fin. de Iud. & for. compet.* si verò oriatur quęstio iuris, Iudex ecclesiasticus solus est competens priuatiuè quoad laicum, puta si dubitetur, an decima sit soluẽda, vel ex quibus fructibus debeat solui, aut si agatur de exempti one, priuilegio, prę-
scriptione, vel consuetudine *tot. tit. de Decim. Calderin. cons. 15. in fin. Ricc. loco cit. Couar. vbi sup. num. 2.* quod procedit etiam, vbi
13 quęstio iuris est incidens, siue agatur in petitorio, siue possessorio *Monet. d. q. 1. n. 1. & seq. Feder. de Sen. cons. 245. nu. 3. & alij apud Barbos: de offic. & pot. Paroc. c. 28. §. 4. n. 1. & in c. tua 1. nu. 2. de Decim.*

Ex quo fit, vt clerici simpliciter beneficiati non possint laicos coram Iudice sęculari ad decimas soluendas conuenire, quia isti debent de titulo docere, etiamsi agerent iudicio possessorio, nec sufficeret decẽnalis possessio *Put. dec. 413. lib: 1. quem refert, & sequitur*
14 *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 111.* ius enim accipiendi decimas regulariter ad solos clericos pertinet habẽtes curam animarum *c: vlt. de Paroc. S: Tho. 2: 2. q. 87. art. 3*

§. III.

An Clerici teneantur soluere decimas.

15 REsp. quod tenentur de fructibus, quos ex bonis patrimonialibus percipiunt *cap. 2. vbi glo. ver. à Clericis de Decim. S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 4.* etiam de eo, quod percipiunt ex patrimonio, ad cuius titulũ fuerũt ordinati *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 10. de Constit: Barbos d. cap. 28. §: 3. n. 10. & in cap. 2. nu. 5. de Decim. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de exempt. cler. & eor. bonor. & c. §. 5. num. 9. in fin:* quamuis contrarium in hoc sentiat Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 4. ref: 143. & in Collect. decis. 566. par: 3.* non tamen tenẽtur de fructibus suorum beneficiorum, *vt d. S. Tho. 2: 2. q. 87. art. 4. glos. in d. cap. 2. de Decim. & in cap. quæsti ver. vt Episcopi 16. q. 1. Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Cleric. debit. §. 12 num. 35.* nisi prędia beneficij fuerint prius tributaria: quia res trãsit cum suo onere *glos. communiter recepta in cap. 1. ver: vllo de Censib.*

16 Ità etiam licèt omnes ferè Regulares per specialia priuilegia exempti sint à solutione decimarum, *vt d: Sorb. in compend. priuil. ver. Decimę:* tamen si nouas possessiones acquirunt, de quibus prius soluebantur decimæ ecclesijs parochialibus, tenentur eriã ipsi decimas persoluere *cap. nuper de Decim.* & ideò Parochi manutenendi sunt in possessione exigendi *Barbos. de offic. Paroch. d. cap. 28. § 3. numer. 42. & 43.* nisi expressè in eorum priuilegijs fuerit derogatum dispositioni *d. cap: nuper*, quod cum sit conciliare censetur habere clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones *Rot: coram Card. Caualer:*

decis.229.num.3.& 247:num.10. & coram Buratt.dec:704.nu.2. & hæc derogatio *d.c.nuper.* est etiã necessaria in communicatione priuilegiorum, *vt pluries censuit Rota teste Ferentill. ad Buratt. d. dec:704.* vbi etiam dicit, quod censetur sufficienter derogatum *d.cap.nuper*, si in clausulis derogatorijs priuilegij facta sit mentio generalis Conciliorum.

Sed hoc intelligendum est de decimis, quæ debentur pro administranda cura animarum: non autem de ijs quæ sunt impositæ rebus, puta si ab initio fuerunt concessæ, vel traditæ cum ea conditione, & onere, vt ex eis decimę soluantur: tũc enim Regulares etiam Mendicantes tenentur eas soluere: quia eorum priuilegium ad huiusmodi decimas non extenditur, *vt censuit Sac.Congr. Concilij apud Farinac.dec.* 168 *p.4.Diuers:*

§.IV.

An contraria consuetudo, seu præscriptio excuset à solutione decimarum.

17 NEgatiuè respondent Canonistę communiter: quia cũ decimæ sint debitæ de iure diuino *cap.1.& cap.cum non sit in homine de Decim.* ideò omnis præscriptio & consuetudo reprobatur *cap.vlt.de Consuet.* hæc tamen cõclusio à Theologis declaratur, vt procedat quantum ad substẽtationem ministrorum: hoc enim respectu decimæ sunt de iure diuino: non autẽ quantum ad quotam taxatam; potest enim Ecclesia pensatis opportunitatibus tẽporum, & personarum aliam partem determinare soluendam; & ideò valere potest consuetudo, quod non plenè soluantur, non autem quod nihil soluatur *S.Tho. 2.2.q.87.ar.1.Sylu.in ver.Decima nu.10:Nau.in Man.cap.21.n.30. & alij communiter:* nam præceptum in lege veteri de soluendis decimis quantum ad determinationem decimæ partis, *de qua in lib.leuit.c.27.* erat iudiciale: quia immediatè ordinabatur ad æqualitatem inter ministros Dei, & populum seruandam, & ideò non obligat tempore gratiæ, *vt constat ex illo Apost. ad Hebr. 8. & docet S.Tho. loco cit. & omnes in cap. vn. de Purificat. post part.* Vnde valere etiam consuetudinem, quod expensę deducantur ex decimis prędialibus, & mixtis, dicit Barbos. *de offic.& pot.Paroch.cap.28.§.1.num.38.*

Vbi verò ex consuetudine nihil soluitur, ecclesia remittere videtur: & tunc neque Curatus, neque Episcopus eas exigere potest, nisi auctoritate Papę, vel in casu magnę indigentiæ, *vt dicit* 18 *Sylu.ibidem.* Hinc Doctores cõmuniter sentiunt, posse Romanũ Pontificem cõcedere priuilegiũ, quo aliquis à solutione decimarum eximatur, quando ex alijs prouentibus remanet congrua, & sufficiens ministrorum substentatio: præceptum enim de soluẽdis decimis quatenus excedit cõgruam ministri substentationem non est diuinum, seu naturale, sed solum humanum, cõtra quod pri-

ui-

uilegium dari potest *Barbos. de off. & po. Paroc. c. 28. §. 3. nu. 12.* huiusmodi tamen priuilegiũ moderari debet, si incipiat esse enormiter læsiuũ ecclesiæ parochiali adeò, vt eius Rectori congrua, seu sufficiens subsistentatio non remaneat *c. nuper de Decim. c. 2. §. vbi autẽ eod. tit in 6.* quod locorũ ordinarijs ibidem cõmittitur, vt ipsi eo casu prouideant: quamuis aliter sentiat Barbos. *d. cap. 28. §. 3. n. 45.* vbi dicit, hoc spectare ad declarationem Papę, vel alterius, cui Papa commiserit.

19 Hinc etiam fit, vt quamuis Iudex ecclesiasticus in causa decimarum incipere possit à præcepto cum monitione sub pœna excommunicationis, siue agatur ad decimas non solutas, siue ad soluendas in futurum *cap. peruenit de Decim. Ricc. in Prax. par. 4. ref. 506.*

20 *Barbos. de offic. Paroch. cap. 28. §. 4. num. 5. in fin.* tamen non poterit Episcopus excommunicare non soluentem, si adsit immemorabilis possessio non soluendi: quia consuetudo temporis immemorabilis æquipollet priuilegio *cap. super quibusdam §. præterea de verb. signif. Nau. cons. 21. de Cleric. non resid. ità Ricc. in Prax. vt sup. par. 4. ref. 510. vbi citat. Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit. pend: Innoc. in cap. cum veniſſent de Restit. spol. Capyc. dec. 189. & alios.*

21 Addit idem Ricc. *loco cit. p. 4. ref. 508.* neque posse Episcopum excommunicare non soluentem decimas, si allegetur præscriptio, & probetur: quamuis interim non probata præscriptione possit Parochus vti iure suo, *vt notatur in cap. cum personæ de Priuil. in 6.*

22 Si verò oriatur controuersia inter ecclesiam prędialem, & sacramentalem, scilicet an colonus soluere debeat decimam ecclesię, in cuius parochia sita sunt prædia, an verò ecclesię, vbi audit diuina, tunc particularis consuetudo attendi debet *cap. cum sint homines, & ibi DD: de Decim.* & ad hunc effectum sufficit consuetudo decennalis: quia non est contra, sed prętęrius *glos. communiter recepta in capit. vlt. ver. consuetudo de consuet. in 6. Rot. coram Cardin. Caualer. dec. 95. num. 2. & seq.* & si consuetudo loci sit dubia, attenda est cõsuetudo loci vicinioris, vel loci prędominantis *Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 28. §. 3. num. 72. & in d. cap. cum sint homines n. 4* vbi etiam dicit, quod si in loco viciniori adest aliqua cõsuetudo, & in loco dominanti adest diuersa consuetudo, tunc attendi debet consuetudo loci vicinioris, & non dominantis.

§. V.

An Parochiani de iure communi debeant decimas in horrea, seu ad domum Clerici deferre.

23 Affirmatiuè respondet glos. *in cap. reuertimini ver. in horrea 16. q. 1. Graff. decis. cas. conscien. p. 2. lib. 2. c. 27. n. 15. & alij apud Ricciũ in Prax. for. eccl. p. 2. ref. 244.* cõtrariũ tamẽ probatur *in c. quæsti iũcta glos. in ver. ad eccles. suas 16. q. 1.* Vnde etiam in hoc attẽdenda erit cõsuetudo locorũ *c. in aliquibus §. fin. de Decim. Nau. cons. 2.*

n.1.de Decim.Ricc.in Prax.vt sup.. p.2.ref.244. vbi etiã dicit, quod talis cõsuetudo inducitur spatio 10. annorum:

§. VI.

An & quando valida sit compositio super decimis facta per Rectorem absque assensu Papæ, vel Episcopi.

24 REsp.quod si cõpositio fiat super decimis præteritis, etiã sine consensu Papæ, vel Episcopi valet: quia in hoc considerari nõ potest aliquod præiudicium ecclesiæ, aut successoris, sed solius Parochi, *vt post Abb.d. Quarant. in ver.alienatio rerum ecclesiæ n.20.* si verò cõpositio fiat super decimis futuris, distinguendum est: aut enim agitur de paruo præiudicio ecclesiæ, & tunc sufficit auctoritas Episcopi ad validandã huiusmodi compositionem, *& ita intelligendus est textus in cap.2.de transact.Barbos.de off. & pot. Paroch.c. 28.§.4.n.24.& 25.* aut agitur de magno præiudicio ecclesiæ, & in hoc casu non valet sine confirmatione apostolica, *& ità intelligendus est textus in cap.veniens de transact.& in cap.venerabilis de confirmat.vtil.*

§. VII.

An detur appellatio in causa decimarum.

25 REsp. negatiuè *cap.tua de Decim.* quod intellige quoad effectum suspensiuum, non autem deuolutiuũ *Ricc: in Prax.for.eccl. par.4.ref.506.Barbos.in cap. tua 2. num.9.de Decim.*

26 Hæc tamen conclusio limitatur 1.quando agitur cum persona ecclesiastica, quę prætendit habere potiora iura in decimis *Præpos.in cap.fin.§.quoties num.32. q. 6.& ibi Gemin.sub nu. 22. de Appell.& alij quos refert, & sequitur Barbos.in d.cap.tua 2.numer.9.de Decim.*

27 Limitatur 2. quando appellatur à non admissione exceptionũ, quæ proponuntur in iudicio decimarum *secundum Ricc:in Prax.vt supra par.4 ref.506.* vel vbi collector decimarum modũ excederet: quia tunc ab excessu potest appellari *Barbos.loco cit.*

28 Limitatur 3. quando agitur inter duas ecclesias contendentes de iure decimandi *Rot.in Corduben.decimarum 2. Decẽbris 1605. coram Pamphilio, quam refert Barbos.in d.cap.tua 2.num. 9.*

29 Limitatur 4. quando allegatur priuilegium Papæ, vel compositio: secus si allegetur consuetudo, vel præscriptio, tunc enim appellatio non admittitur: quia fauorabilius est priuilegium, & compositio, quam consuetudo, & præscriptio, *ità Ricc.in Prax: par.4. ref.506.vbi citat Monet.de Decim. cap.8.num.56.& seq.Ruginell.de Appellat. §: 2.cap.3.num. 256.quibus adde Barbos.vbi supra nu.11. vbi dicit ità tenuisse Rotam in d. Corduben.decimarum.*

10:

Finis libri Quinti.

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER SEXTVS.

DE IVDICIIS CRIMINALIBVS.

SVMMARIVM:

1 *Delicta, quæ vtraque lege prohibentur, aut puniuntur, sunt mixti fori.*
2 *Potest ecclesiasticus procedere cõtra laicos, quando crimina sunt adinuenta de iure canonico.*
3 *Violatio ieiunij, & fornicatio simplex à Iudice ecclesiastico tantũ punitur.*
4 *Laici puniri possunt ab ecclesiastico Iudice, quoties committũt crimen, quo læditur locus, vel res, seu persona ecclesiastica.*
5 *Item si offendant ministrum Curiæ ecclesiasticę.*
6 *Tales ministri puniuntur ab eodem Iudice, cuius obsequio sunt deputati.*
7 *Laicus administrator loci pij à quo Iudice sit puniendus.*
8 *In criminibus notorijs potest Epũ scopus contra laicos cognoscere.*
9 *In ijs, quæ concernũt animarum salutem, & publicam modestiã, & honestatem possunt laici per Iudicem Ecclesiasticum corripi.*
10 *Iudex Ecclesiasticus expellit meretrices de vicinia, & etiam de propria domo.*
11 *Cognoscit de pace fracta etiam contra laicos:*
12 *Punit eos, qui in excommunicatione perseuerant.*
13 *Prohibere potest inhonesta spectacula, ludos, & choreas, ac superfluos ornatus virorum, ac mulierum.*

14 *Iudex*

14 *Iudex eccleſiaſticus poteſt punire laicos coram ſe delinquentes.*

15 *Laicus accuſatus coram eccleſiaſtico Iudice, ſi in ipſius Iuriſdictionem conſentiat, poteſt ab eodem puniri.*

16 *Territorium Epiſcopi eſt tota Diœceſis.*

CAP. 1

Quæ ſint, ac cenſeantur delicta mixti fori.

1 DIco 1. quod delicta, quæ vtraque lege prohibentur, aut puniuntur, canonica ſcilicet, & ciuili, ſunt mixti fori, *vt tradunt omnes in cap. cum ſit generale de for. compet. Decian. in tract. crimin. to. 1. lib 4. cap. 25. num. 63. Bellett. Diſquiſ. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. num. 8. Sperell. dec. 3. num. 15. Bald. in auth. clericus quoque nu. 7. C. de Epiſc. & cler. Zerol. in Prax. p. 2. ver. laici §. 8. & 9. Oltrad. conſ. 86. Bonacoſ. relat. in Syntag. opin. commun. tit. de Aduiter. & c. cap. 9. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 2. num. 4. Bonacin. de cenſur. in par. diſp. 1. q. 17 pun. 1. num. 14. Dian. p. 5. tract. 1. reſol. 10.* ſiue puniantur pœna corporis afflictiua, vel pecuniaria, ſiue pœna excommunicationis *Abb. in d. cap. cum ſit generale in fin. ver. alia regula eſt de for. compet.* quod multo magis procederet, quando huiuſmodi pœnæ eſſent impoſitæ à iure canonico ſpecialiter contra laicos, *vt in cap. contra Idolorum 26. q. 5. Abb. loco cit. Bartholom. Socin. conſ. 119. num. 7. vol. 4. Leo in Theſaur. for. eccleſ. par. 3. cap. 7. num. 69.*

2 Dico 2. quod poteſt eccleſiaſticus procedere contra laicos, quãdo crimina ſunt adinuenta de iure canonico, ſeu habent originariam prohibitionem à Canonibus & non à legibus *Abb. loco cit. Leo* 3 *d. cap. 7. num. 69.* vt in violatione ieiunij, & aliorum præceptorum eccleſię *Layman. vbi ſupra d. c. 2. num. 4.* & in fornicatione ſimplici, quæ à iure ciuili non punitur, *vt conſtat ex l. 1. ff. de Concub. & d. Bart in l. verum eſt nu. 2. ff. de furt:* ſed tantum de iure canonico, quo prohibitus eſt omnis coitus præter matrimonialem *cap nemo blãdiatur 32. q. 4.* Vnde fornicarij ſiue clerici, ſiue laici ab eccleſiaſticotã tũ iudice pœna arbitraria puniũtur *Clar. in §. fornic. verſ. ſed quæro Megal. var. tom. 2. reſ. 176. nu. 4.*

4 Dico 3. quod puniri poſſunt laici ab eccleſiaſtico iudice, quoties committunt crimen, quo lęditur locus, vel res, ſeu perſona eccleſiaſtica, puta ſi vſurpatur res eccleſiæ, aut ſi in eccleſia delinquitur, vel clericus offenditur: quia ob delictum in rem, vel in perſonam ſubijcitur quis iuriſdictioni Iudicis habentis rem, vel perſonam ſubiectam *c. ſuper quibuſdã de verb. ſignif. Io: de Anan. in cap. cum ſit generale 8: in princ. num. 1. verſ. quæ autem ſint, & ibi Anton. de Butr. num. 5. ver. nota de for. cõpet. Oltrad. conſ. 86. Bald. in d. auth. Clericus quoque num. 7. ver. & cõclude.*

5 Idem dicendum eſt de laico offendente miniſtrum curiæ eccle-

cleſiaſticę: hic enim punitur ab ecclesiaſtico iudice priuatiuè quo ad Iudicem laicum: quia offendens Iudicis familiam prorogat iuriſdictionem eiuſdem, cuius maieſtas in ſuo miniſtro eſt offenſa *l.nullum C.de teſtib.Genuenſ.in Prax.Archiep.c.10. Farinacc. cõſ. 134.vol.2.Sperell.deciſ.86. num.3. & ſeq.Ricc.in Prax.for.eccleſ. p.1. reſ.332.Paul.de Caſtr.in l.addictos num.1.& 6.C.de Epiſcop.aud.*

6 Adde,quod tales miniſtri,ſi delinquunt,puniuntur ab eodẽ Iudice, cuius obſequio ſunt deputati *l.2.C de offic.Mag.mil.Luc.de Pẽn. in Rubr.C.de Apparitor.Præf.Vrb: lib.12.*

7 Ex his etiam infertur,quod laicus officialis, ſeu adminiſtrator alicuius eccleſię, ſeu loci pij delinquens in re eccleſiæ, quam adminiſtrat, puniri poteſt à Iudice eccleſiaſtico *Ferr.qq.mor.par.1. q.30.num.21.*in hoc enim caſu delinquens quaſi contrahit cum foro eccleſiæ, cuius eſt res *gloſ. in l.hæres abſens §.proinde ver. debebit.ff.de iudic.*

8 Dico 4.quod in criminibus notorijs poteſt Epiſcopus contra laicos cognoſcere propter preſũptam negligentiam Iudicis ſæcularis, *vt dicit Alciat.in cap. perniciosam num.21.de offic.ordin.*

9 Dico 5.quod in ijs,quæ concernunt animarum ſalutem,& publicam modeſtiam, & honeſtatem, poſſunt laici per iudicem eccleſiaſticum corripi indifferenter *cap. nouit de iud.& tradunt DD.apud*
10 *Barboſ.de offic.& pot.Epiſc.p.3. all. 107.num.31.* Vnde expellere poteſt meretrices de Ciuitate, aut de vicinia, ac etiam de propria domo, nè honeſtę familiæ inficiãtur, *vt deciſũ refert Ricc.in collect. deciſ.163.par.1.Bellett.tit de fauor. Cleric.reil.§.4.num.53. & ſeq. & alij communiter*. ità etiam poteſt
11 cognoſcere de pace fracta etiam contra laicos *cap. ſuper quibuſdã vbi gloſ.ver.pro pace de verb. ſign.*
12 *Marant.de ord.iudic.par.4.diſt.11. num.15.*atque eos etiam punire, qui in excommunicatione perſeverant *Marant. vbi ſupra nu. 25.* idemque dicendum de ſponſaliorum violatoribus,& ſimilibus *Layman.lib.4.tr.9.cap.2.num.4. & alij.*
13 item prohibere poteſt ſpectacula inhoneſta,ſiue ludos,& choreas diebus feſtis, ac ſuperfluos ornatus virorum,ac mulierum *Barboſ. de offic.& pot.Epiſc.par.3.all.107. num.35.*
14 Dico 6.quod Iudex eccleſiaſticus poteſt punire laicos coram ſe delinquentes *l.nullum* C. *de teſtib.* vbi Doctores exemplificant in Notario, procuratore, aduocato,teſtibus, ac alijs deliquentibus coram Iudice, *vide Bart.in d.l:nullum Vulp.in Prax.iudic.for. eccleſ. cap.41.num.44.*
15 Dico 7. quodſi laicus accuſatus coram eccleſiaſtico Iudice in ipſius iuriſdictionem conſentiat,poterit ab eodem Iudice puniri: poteſt enim laicus prorogare iuriſdictionem eccleſiaſticam *cap.ſignificaſti de for.compet. Ferr. qq. mor.par.1.q.30.num.18.*
16 Territorium autẽ Epiſcopi eſt tota Diœceſis, ideoque omnes intra illam delinquentes punire poteſt

test *Gemin. in cap. cum Episcopus nu. 2. de offic. ordin. Mart. de iurisd. p. 2. cap. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an punire possit suum subditum delinquentem in loco exempto.*
2 *Iudex sæcularis an possit punire reum, qui in ecclesia deliquit.*
3 *Quando excommunicatio lata ab Episcopo liget subditos existentes extra territorium, siue Diœcesim.*
4 *An nuncius curiæ sæcularis citare possit laicũ existentẽ in ecclesia.*

CAP. II

An Episcopus punire, & excommunicare possit suum subditum delinquẽtem in loco exempto intra fines suę Diœcesis.

1 NEgatiuè resp. Vulp. *in Prax. for. eccles. cap. 1. nu. 32.* vbi dicit, quod lata per Episcopum censura contra ludentes, vel furtum, aut aliud crimen cõmittẽtes, sicut non afficit subditos ludẽtes, vel furãtes extra territorium, seu diœcesim Episcopi, ità neque ludentes, seu furantes in aliquo monasterio, vel conuentu Regularium; quia sunt exempta à iurisdictione ordinaria; & ideò haberi debent, ac si essent extra diœcesim, *ità etiam tenẽt alij apud Lezan. in sum. qq. reg. to. 1. cap. 11. numero 19.*

Sed contrariũ videtur verius: quia quamuis monasterium, seu cõuentus Regularium non sit sub Episcopi iurisdictione, sufficit tamen, quod sit in illius territorio *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resol. 108. & 109. Sperell. decis. 51. nu. 28. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 102. nu. 75.* Vnde etiam Iudex sæcularis punire potest reum, qui in ecclesia deliquit: quamuis enim locus ecclesiæ sit sacer, non tamẽ desinit esse de territorio Principis sęcularis *Roland. cons. 24. n. 7. & 8. vol. 2. Clar. S. fin. q. 38. nu. 18. Sperell. loco cit. nu. 27.*

3 Si verò subditi sint extra Diœcesim, tunc nequaquam possunt ab Episcopo excommunicari *cap. 2. de Constit. in 6. Nauar. in man. cap. 27. num. 6. & alij communiter*; & ideò si Episcopus concedat monitorium cum excommunicatione ad finem reuelationis, & subditi tunc degant extra diœcesim, non tenerentur reuelare, etiamsi deinde reuertantur: tum quia excommunicatio non habet tractũ successiuum: tum etiam quia extra territorium iusdicenti non pareretur impunè, *vt in d. cap. 2.* nisi abfuerint post monitionem: tunc enim excommunicatione ligãtur, licèt existant extra territorium: quia per citationem perpetuatur iurisdictio *c. proposuit de for. cõpet Vulp. in Prax. iudic. c. 2. num. 13.*

4 Addit Bart: *in l. præsenti num. 3. C. de his qui ad eccles. confug. & in l. plerique num. 8. ff. de in ius voc.* Bald.

Bald.in l.2.num.9.C.de sacros:eccl. quod nuncius Curiæ secularis potest citare laicum existentem in ecclesia: sed contrarium est verius *ex cap.decet de Immun:eccles. in 6.ibi, omnis in eis sæcularium iudiciorum strepitus conquiescat;* vnde etiam citatio prohibetur, à qua iudicium incipit *§.fin.Instit. de Pœn.tem.litig:&* est fundamentum ordinis iudiciarij, *vt dicit Marant.de ord:Iudic.par.6. tit. de citat.num.1.* quare ordinarij iure merito prohibere possunt, nè absque eorum licentia in locis immunibus citationum exequutio fiat *iuxta d.cap. decet §. ordinarij,* & tunc non solet eiusmodi licentia concedi, nisi pro reliquis locis immunibus extra ecclesiæ corpus existentibus, *vt obseruat Sperell.dec.51.num.26.in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Degradatio duplex est, alia verbalis, alia realis.*
2 *Quæ solemnitas requiratur in degradatione verbali, quando fit ad effectum, vt sequatur degradatio actualis.*
3 *Degradatio Clerici minoribus ordinibus, vel tonsura insigniti non est in vsu.*
4 *Quid importet degradatio, quãdo non fit ad effectum, vt sequatur actualis.*
5 *Degradatio actualis est exequutio degradationis verbalis.*
6 *An degradatio actualis possit ab Episcopo non consecrato exerceri, & quid de verbali.*
7 *Iudex sæcularis in causa hæresis, vel alterius merè ecclesiastici criminis cognoscere non potest.*
8 *Quid in alijs causis mixti fori.*
9 *Et quid si Episcopus ipse vult exequi suam sententiam, & simpliciter implorat familiam.*
10 *Sæcularis magistratus sub pœna excommunicationis cogitur ad præstandum auxilium ecclesiastico Iudici.*
11 *Quid si constaret de iniustitia sententiæ Iudicis ecclesiastici.*
12 *In quibus casibus ad degradationem deuenitur.*
13 *In quo differat anathema ab excommunicatione.*
14 *An Episcopus possit dispensare cum degradato solemniter.*
15 *Qua pœna puniatur offendens Vicarium Episcopi.*
16 *An Clerici, qui ad triremes damnantur, sint degradandi:*
17 *Sacerdotes ad triremes transmitti nõ debent, nisi pro maxima causa.*
18 *Si Clerici sint nobiles, pœna corporalis commutari potest in pecuniariam.*
19 *In Regno Franciæ pœna triremium contra clericos non imponitur.*
20 *Laicus nobilis an possit ad triremes, vel alias pœnas ignominiosas damnari:*
21 *Qua pœna puniantur nobiles pro simplici homicidio.*

CAP. III.

De Degradatione, seu depositione.

1 DVplex est degradatio: alia verbalis, alia realis, seu actualis. Verbalis dupliciter considerari potest: si enim fiat ad effectum, 2 vt sequatur degradatio actualis, tunc importat priuationem exequutionis ordinum, officiorum, ac beneficiorum ecclesiasticorum, ac priuilegij clericalis absq; spe restitutionis *cap. degradatio de Pœn. in 6. Sylu. in ver. degradatio Bonacin. de Censur. disput. 4. pun. vn. num. 2.* & in hac requiruntur solemnitates, de quibus *in cap. Felix, & ibi glos. 15. q. 8.* videlicet vt Presbyter à sex Episcopis, & Diaconus, vel Subdiaconus à tribus præter propriũ Episcopum degradentur, *vt obseruat Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 110. num. 22:* sed hodiè sufficiũt tot Abbates vsum mitræ, & bacuti habentes, vel alię personæ in ecclesiastica dignitate constitutę, ac iuris scientia commendabiles *ex dispositione Concilij Triden. sess. 13. de ref. cap. 4.*

Supradicti verò Episcopi, vel Abbates, aut Prælati causam huiusmodi degradationis vna cum proprio Episcopo cognoscere debent vti iudices, *vt d. Sylu. in ver. degradatio nu. 3 & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. loco citato n. 13.* & si discordant in pronunciãdo, sufficit maior pars *Syl. ibidem Clar in §. fin. q. 74. vers sed quæro.* quod procedit respectu Diaconi, vel Subdiaconi: nõ autẽ respectu sacerdotis, contra quem sententia degradationis proferẽda est nemine discrepãte *per tex. in cap. 3. de sent. & re iud. vt dicũt Doctores apud Barbos. d: all. 110: num: 28.*

3 Verum in degradatione eorum, qui minores dumtaxat ordines receperunt, sufficit proprij Episcopi sententia sine aliorum Episcoporum, aut Prelatorum presentia *per text. in d. cap. degradatio de Pœn. in 6.* notat tamen Bonac. *d. disp. 4. pun. vn. nu. 18:* quod degradatio Clerici minoribus solũ ordinibus, vel tonsura insigniti non est in vsu.

4 Si verò talis degradatio non fiat ad hunc effectũ, vt sequatur actualis, tunc perpetuò priuat clericũ ordinum ministerio, siue exequutione *cap. at si clerici. de Iud. Bellet. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. person. §. 10. nu. 4. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. num. 93. Barbos. d. par. 3 all. 110. num. 1.* à qua Episcopus non potest dispensare, nisi vbi talis pœna imposita fuerit pro adulterio, vel alijs criminibus minoribus, vel saltem non maioribus: vel nisi in sententia huiusmodi facultatem sibi reseruauerit *d: cap. at si clerici §. de adulterijs Specul. lib. 1. tit. de legat. §. nũc ostendendum est num. 7. Bellett. loco cit. nu. 9: Nau. cons. 2. de Iud. Bonacin. de Censur. d. disp. 4. pun. vn. num: 4* & hæc propriè dicitur potius depositio, quam degradatio *Clar. d q. 74. Bellett. num. 4: Piasec. d. par.*

d.par.2.cap.4. num.93. & de hac intelliguntur iura in dubio, cum loquuntur de depositione *Sylu.in ver.degradatio num.2. Bellett. vbi supra num.5: Piasec.loco cit. Bonac: d.pun.vn.num.7 Barbos.d.all:110. num.9.* & in tali casu non requiruntur supradictæ solemnitates, sed solus Episcopus procedit *Clar. d.q.74.vers.sed quæro.* nec amittitur priuilegium canonis, & fori, *vt dicunt Doctores apud Barbos.loco cit.num.3:* nec beneficiũ, nisi clericus per sententiam priuetur *Layman.in Theol.mor. lib.3. tract.5.cap.5:num. 2.* differt verò à suspensione, quia suspensio est priuatio eorumdem simpliciter, vel ad tempus, sed non perpetuò *Sylu.in ver.degradatio num:1.*

Colligitur autem hęc distinctio *ex d.cap.at si Clerici §. de adulteriys ex. de Iudic.* vbi dicitur, quod non debet Episcopus quẽlibet depositum pro suis excessibus Iudici sęculari tradere.

5 Degradatio verò actualis est exequutio degradationis verbalis, de qua supra diximus, quando videlicet clericus post degradationis sententiam personaliter priuatur, exuitur, & spoliatur ordinibus ecclesiasticis per detractionem clericalium insignium, ac traditur Iudici sęculari puniendus *Sylu.in ver.degradatio n. 1. Bellett.d.§.10:nu.5. & alij apud Barbos.d.par.3.all.110.num.4.* & in hac Episcoporum, aut Prelatorũ numerus non requiritur, sed sufficit solus Episcopus *iuxta communem Doctorum sententiam:* quia iam prius degradatus est *Sylu.in ver.degradatio num.1.in fin. Layman.in Theol.mor.lib.3. tract. 5.c. 6 5.nu.4.* hęc tamen degradatio actualis exerceri debet ab Episcopo consecrato: quia est actus episcopali ordini ex ecclesiæ institutione annexus *iuxta glos. cõmun.receptam in cap. transmissam ver.de talibus ex de elect.Layman. vbi supra num:5.Barbos.d. par. 3. all.110. nu.24.* secus est in degradatione, seu depositione verbali; ad hanc enim Episcopus etiam non consecratus per se, vel Vicarium generalem deuenire potest, cum sit actus solius iurisdictionis *iuxta Cont.Trident.sess.13 d.cap.4.*

7 Obserua tamen, quod Iudex sęcularis in causa hęresis, vel alterius merè ecclesiastici criminis cognoscere non potest, sed solum exequi secundùm latam sententiã à Iudice ecclesiastico *cap. vt inquisitionis de Hæret.in 6. Grauat. ad Vesbr in Prax.lib.8.cap.vlt.nu: 41. Sbroz.de Vis.Episc:lib:2.q.190. num.9.Barbos:de offic:& pot. Epis. par.3.all.107.num.27.& alij communiter.* in cęteris verò causis 8 mixti fori potest petere à Iudice ecclesiastico processum, vt eius iustitiam cognoscat: immò potest de nouo processum formare: & postea reum sibi traditum punire, quia in tali casu Iudex laicus iudicat vt in subditum *Add.ad Quarant.in ver: Abortus littera B. & est communis opinio, vt dicit Clar: S fin.q.96.vers quæro etiam:* quãuis contrarium teneat Bonacin. *de Censur. in partic. disp. 1. q. 20. pun.3.§.3.num.3.* secus esset, quã-

do Episcopus ipse vult exequi suã sententiam puniendo secundùm canones, & simpliciter implorat à magistratu sœculari familiam; quia tunc sęcularis in nullo dicitur exequutor, sed solummodò accomodat familiam, *vt post Abb. & alios d. Alciat. in cap. perniciosã num:* 120. *de offic. ordin. Genuens. in Prax: Archiep. cap.* 36: *nu.* 2. quod procedit etiam in ciuilibus causis *iuxta l. Episcopale in fin. C. de Episc. aud.*

10 Compellitur autem sęcularis magistratus ad præstandum auxilium sub pœna excommunicationis, donec debitam ecclesiastico Iudici obedientiam exhibuerit *Grauat. ad Vestr. in Prax: lib.* 8. *cap. vlt. nu.* 40. *Bonacin. de Censur. in part. disp.* 1. *q.* 20. *pun.* 3. §. 2. *n.* 3. *Barbos. d. par.* 3. *all.* 107. *num:* 23.

11 Addunt tamen Doctores, quod si constaret de iniustitia sententiæ Iudicis ecclesiastici, vel si pẽdeat legitima appellatio ad superiorẽ, Iudex sęcularis auxilium præstare nequaquam tenetur *Sbrozz. de Vicar. Episc. lib.* 2. *q.* 190. *num.* 6. 7. *& 11. Bonacc. in. vbi supra pun.* 3. §. 3. *num.* 4.

12 In tribus autem casibus ad huiusmodi degradationem de iure deuenitur *secundùm glos. in cap. ad abolendam ver. relinquatur de Hæret.* videlicet in crimine hęresis *iuxta cit. cap. ad abolendam.* Secundò in falsario litterarum. Papę *cap. ad falsariorum de crim. falsi.* Tertiò propter calumniam, seu cõtumaliam illatam proprio Episcopo *cap. si quis sacerdotum* 11. *q.* 1. dummodò qui calumniam intulit, sit incorrigibilis *glos. in cap. cum non ab homine de Iudic. Sylu. vbi supra num:* 4. *& ità communiter tenetur, vt dicit Clar. in d. §. fin. q.* 36: *vers. hinc infertur:* in alijs tamen casibus hęc qualitas incorrigibilitatis non requiritur *secundum Barbos. de offic. & pot. Ep. p.* 3. *all.* 10. *numer.* 12. *quamuis alij apud Bellett. loc. cit. d.* §. 10. *num:* 6: *contrarium sentiant.*

Dicitur verò incorrigibilis ad effectum vt per potestatem sœcularem clericus iudicetur, & comprimatur, si fuerit seruata forma *cap: cum non ab homine de Iud. vt ibidem dicit Alciat. n.* 125. *Barbos. nu.* 7. *& alij communiter*, videlicet quod primò sit depositus, secundò excommunicatus, tertiò anathematizatus, & adhuc in contumacia sua perseueret, *vt notat etiam Boss. tit. de for. compet. num:* 132.

Obserua tamen, quod hodiè huiusmodi pœna degradationis etiam ad alia delicta extenditur, videlicet si clericus sodomiam exerceat *per constitutionẽ Pij V. incip. Horrendum, quam refert Quarant. in ver: Sodomia*: aut si de crimine falsæ monetæ culpabilis reperiatur *ex constitutione Vrbani VIII. Incip. In suprema pastorali specula, relata per Vulp: in Prax. iudic. cap.* 42. *num.* 29. *Ric. in collect. dec.* 3312. *par.* 8. Item propter abortum fœtus animati *ex constitutione Sixti V. incip. Effrenatam, relata per Quaran. in ver. Abortus*, similique degradatione punitur qui ad sacrum presbyteratus ordinem non promo-

tus

tus missam celebrare, aut sacramentalem confessionem audire ausus fuerit *ex constitutione Clementis VIII. Incip. Etsi alias, quam refert Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. num. 93.* hac eadem pœna puniri potest sollicitans mulieres in confessione, si delicti grauitas id exposcat *ex constitutione Gregory XV. incip: Vniuersi Dominici gregis, relata per Bonacin. to. 1. in tract. de pœn. & oblig. de nunc. disp. 6. pun. 3. num. 22.* vt in suis locis fusius tractabimus.

Addūt DD. quod Clericus etiā in alijs casibus est degradandus nō expectata incorrigibilitate, videlicet si committat homicidium qualificatum, vt per insidias, & industriam, seu proditorium, parricidium, fratricidium, Assassiniū, vel si ecclesiā incēdat, aut eā spoliet rebus deputatis ad seruitium Diuinū, vel si occidat suum Episcopum, vel committat delictum valdè pernicioſum reip. siue plura delicta atrocia, vt plura latrocinia, homicidia, falsitates &c. quia in his casibus ecclesia non potest clericos congruè punire propter defectum pœnæ, nisi tradendo eos Curiæ seculari *Syl. in ver: degradatio nu. 4. Bellett. tit. de fauor. cler. pers. §. 10. nu. 6. vers. Quintus in homicidijs Alciat. in cap. cum. non ab homine num. 21. & seq. de Iud. Bonacin. d. disp. 4. pun. vn. num. 2. & hanc esse magis communem dicit Clar. in §. fin. quæst. 36. vers. seias etiam, & vers. pariter etiam & alij apud Ricc: in Prax. for. eccl. p. 4. ref. 122.* Alij tamen sentiunt, clericum in his, & similibus casibus non esse degradandum, sed detrudendum in perpetuum carcerem; quia ad degradationē nō est deueniendū nisi in casibus à iure expressis, *ità Boss: in tit. de for. compet. Barbos. de offic: & potest. Episc. par. 3. d. all. 110. nume. 13. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 3. tract. 1. res. 16.*

13 Quæres 1. in quo differt anathema ab excommunicatione? Resp. quod anathema infertur aduersus eos, qui ex grauissimo aliquo delicto detestabiles sunt, & maledicti, & de quibus non est spes, quod reducantur ad pœnitētiam, & sic meritò infligitur tamquam quid extremum; excommunicatio verò infertur aduersus eos, de quibus est spes, quod pœniteant *Alciat. in d. cap cum non ab homine num. 109.*

14 Quæres 2. an Episcopus possit dispensare cum degradato solemniter? Resp. negatiuè, sed hoc spectat tantum ad summum Pontificem *ex: ideò 2. q. 6. Ricc. in Prax. p. 2. ref. 221. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. num. 13. vers. Quarto reseruatur*, nisi constet de nullitate degradationis, vt quia non adfuit legitimus numerus Episcoporum, vel Abbatum, aut Dignitatum, vel non fuit obseruatus ordo iudiciarius: tunc enim posset Episcopus dispensare cum tali degradato etiam sine assistentia aliorum Prælatorum *secundùm glos. in cap. Episcopus Presbyter in ver. Synodo 11. q. 3. Ricc. loco citat. quamuis contrariū teneat Bona c. de Censur. disp. 4. pun. vn. num. 19 vers.*

vers. addunt.

15 Quæres 3. qua pœna puniatur offendens Vicariũ Episcopi? Resp. quod potest ad triremes dãnari, si excessus sit grauis, & ità fuisse seruatum contra quemdam Diaconum, qui Vicarium Episcopi in brachio vulnerauit, dicit Ricc. *in Prax.for.eccles.par.2.ref.* 132.

16 Quæres 4. An clerici, qui ad triremes damnantur, sint degradãdi? Resp. affirmatiuè, si ad triremes damnentur ad vitam: si verò ad tempus, deponuntur tantum verbaliter, & vtroque casu licitè verberantur à triremium ministris *Piasec.in Prax.Episc.par.2. cap.4. num.92.* hoc tamen de iure procedit: sed de consuetudine, etiamsi perpetuò ad triremes damnentur, verbaliter tantum degradantur, *vt notat Ricc.in Prax. for.eccles.par.2 :ref.*104.

17 Obserua tamen, quod licèt ad triremes clerici etiam sacerdotes de consuetudine damnentur, quia pœna detrusionis in monasterium, quæ ad eorum emendationem salubrior esset, ac pro dignitate ordinis honestior, hodiè commodè imponi non potest propter monasteriorum exemptiones, *vt aduertit.Ricc:loco citato d.ref.* 104. non debent tamen Sacerdotes ad triremes transmitti, nisi pro maxima causa, vbi scilicet nulla videatur alia spes correctionis subesse, *vt dicit Clar.in §.fin.q.70. vers. frequens est:* dedecet enim Sacerdotes diuino ministerio iam dicatos tam miserabili punitionis genere cruciari, licèt in clericis non sacerdotibus possit tolerari, si excessus grauitas id exposcat; & ideò ad huiusmodi pœnam eos non esse damnandos, nisi pro crimine falsi, hæresis, vel alijs grauissimis criminibus dicit Genuẽs. *in Prax. Archiep.cap.29.nu.2.Ricc.in Prax. d.par.2.ref.*104. Vnde in alijs delictis vel relegantur, vel carceribus mancipantur, vel in exilium mittuntur, quia magna est dignitas clericorum, *vt notat Genuens. loco cit.num.1. & seq.* & si clerici

18 sint nobiles, potest pœna corporalis commutari in pecuniariã, *vt d.Ricc in Prax.vt supra par. 4. ref:*120. *per tex.in l. sed si vnius §.*

19 *quædam ff.de iniur.* immò in Regno Franciæ sæculares magistratus minimè patiuntur, clericos alijs pœnis, quam sacris Pontificum cõstitutionibus puniri, ac propterea hęc pœna triremium minimè imponitur, *vt refert Ricc:in Prax. d.par.2.ref:*104.

20 Ità etiam laicus nobilis regulariter ad triremes, vel alias ignominiosas pœnas non damnatur, sed relegatur *l.capitalium §.non omnes ff:de Pœn.Grammat.dec.33.n.* 12. quod etiam ad Patrem ipsius nobilis, vel in aliqua dignitate cõstituti, atque ad alios populares diuites, & honestiores extendit Ricc.*in Prax:par:1.ref:*477. *& in collect.decis.*664.*par.* 3. nisi sordidas artes exerceant, tunc enim nobilitatem amittunt: vel nisi cõmiserint crimen falsæ monetæ, hęresis, sodomiæ, vel alia delicta infamiã inducentia, in quibus nõ habetur ratio nobilitatis quoad pœnas insligẽdas, *vt decisũ refert idẽ Ricc.in d. collect. dec.*664.*p.*3.

21 Ad

21 Adde, quod etiam pro simplici homicidio nobiles damnari possunt ad triremes: quia sicarius, vel adulter nobilis de iure ciuili deportatur, *vt dicit Alciat. in d.c.cũ non ab homine num.26. de iudic.* loco autem deportationis condecens videtur esse in tali casu pœna triremium, *vt notat Gandin. de malef:tit.de falsar.post num:3.*

SVMMARIVM.

1 *Parochus secundas nuptias benedicens quam pœnam incurrat.*
2 *Quando Parochus secundas nuptias benedicens à pœna excusetur.*
3 *Sacerdos siue regularis, siue sæcularis coniungens in matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochiæ absque Parochi, vel ordinarij licentia qua pœna puniatur.*
4 *An mulier nubens intra annum luctus incurrat pœnas de iure ciuili impositas*
5 *Quam pœnam incurrat Parochus, qui matrimonio clandestino interfuerit.*
6 *Qua pœna puniantur testes, qui sine Parocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfunt, ac ipsi sic contrahentes.*
7 *Quando possit ordinarius absoluere à censuris latis à Iure.*
8 *An matrimonium sit nullum, si omittantur denunciationes.*
9 *An puniri possit Parochus, si matrimonio assistat extra ecclesiã.*
10 *Qua pœna plectendus sit Parochus, cuius culpa sine sacramẽto quis moritur.*
11 *Quando excusetur Parochus ab administratione sacramenti extremæ vnctionis.*
12 *An Parochus tempore pestis teneatur eucharistiam ministrare.*
13 *An sit de necessitate sacramenti extremæ vnctionis vngere renes, & pedes.*
14 *Sacramentum baptismi, & pœnitentiæ tenetur Parochus ministrare etiam cum periculo vitæ.*
15 *An Parochus possit à loco pestifero aufugere relicto substituto.*
16 *Qua pœna plectitur Parochus cognoscens carnaliter suam filiã spiritualem.*
17 *An Confessarius copulã habens cum sua pœnitente teneatur dictam circumstantiam in confessione aperire.*
18 *Quid si fœminam, cum qua copulam habuit, baptizauerit.*
19 *Et quid si vtatur sacramento tãquam medio ad sollicitandam pœnitentem.*
20 *An Episcopus peccatum mortale committens teneatur episcopatus circumstantiam aperire.*
21 *An sacerdos committens peccatum luxuriæ teneatur dicere confessario, se esse sacerdotem, vel habere votum solemne castitatis.*
22 *Parochus, vel alius Confessarius reuelans sigillum confessionis qua pœna sit plectendus.*
23 *An fractio sigilli probetur per testes singulares.*

CAP.

CAP. IV.

De Excessibus Parochorum.

1 DIco 1. quod Parochus secundas nuptias benedicens ab officio, & beneficio suspenditur, & sic suspensus ad Apostolicam sedem mittēdus est *cap. 1. de Secun. nupt.* quod procedit, etiamsi fortè primum matrimonium fuerit inualidum; quia benedictio non respicit nuptias, sed personas, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 6: nu. 4.* vnde benedictio reiterari nō debet, etiamsi vnus tātum ex coniugibus fuerit alias benedictus *cap. vir autem eod. tit.* secus si primæ nuptiæ benedictæ nō fuerint, quia 3 tunc secundæ benedici possunt *Genuens. in Prax. Archiep: cap: 59. num: 3.*

Obserua tamen, quod hæc suspensio non incurritur ipso iure, sed est suspendendus per sententiam *Genuens. d. cap. 59. n: 5. Clar. in §. fin. q: 75. Ricc. in Prax. for: eccl. par. 2. ref. 382. & alij communiter.*

Obserua 2. quod nec Parochus in hoc delinquēs mittitur ad Romanam curiam: quia hæc pœna quoad hanc partem sublata fuit *per constitutionem Ioannis XXII. de qua post Couar: & alios meminit Barbos: de offic. & pot. Episc. p. 2 all. 32. nu. 186.*

Obserua 3. quod potest Parochus in tali casu etiam arbitraria pœna puniri, *vt dicunt Doctores apud Barbos. in d. cap. 1. num. 7: de Secun. nupt. Ric. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 324. Genuens. loco cit. n. 5. Megal. in ver. benedictio num. 13.*

3 Obserua 4. quod Parochus ab huiusmodi suspensione excusatur ratione consuetudinis, vel ignorantiæ etiam crassæ, dummodò non sit ingens temeritas *Nau. in man. cap. 22. nu. 83. Megal. in ver. benedictio numer. 11. Possevin. de offic. Curat. cap. 10. num. 48: Genuens. loco cit: num. 1. & 2. & alij apud Bonacin. d. pu. 6. n. 4. Barbos. in d. cap. 1. num. 3. & in cap. vir autem num. 3. de Secun. nupt:* vbi dicit, quod hodie ex generali cōsuetudine communiter recepta si fœmina solum nondum fuisset benedicta, potest tunc vtrique benedictio generaliter fieri.

3 Sacerdos verò siue secularis, siue regularis coniungēs in matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochiæ absque Parochi, vel ordinarij licentia, ipso iure tamdiu suspensus manet, quādiu ab ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipiēda erat, absoluatur *iuxta Concil. Trid. sess. 24. de ref. matr. cap: 1.* quā suspensionis pœnam nedum ad officium, sed etiam ad beneficiū extendi posse resoluit Franc. Molin. *de Rit. Nupt. lib. 2. differ. 11. nu. 149. quem refert Barbos. in d. c. 1 num. 6. de Secun. nupt.* & vltra dictam suspensionem sacerdos regularis ipso facto est excommunicatus, & absolutio reseruatur Papæ *per clem. 1. de Priuil.* cuius dispositioni non esse derogatum per Concilium Tridentinum tenet

net

net Nau: *consil.* 10. *de Constit. & alij, quos sequitur Barbos. d. all.* 32. *num.* 192. alij tamen putant, religiosum in tali casu non incurrere excommunicationem, sed tantum suspensionem à Concilio impositam, nè duplex pœna incurratur pro eodem delicto *contra l. licet ff. Nau. Cau. stab. l. omnes* C. *de Pœn. cap: at si de Iudic. & ità declarasse Sac. Congregationem refert Bonac. de Matrim. q.* 4. *pun.* 6. *nu.* 3 sed in alijs casibus firma, proculdubio remanet dictæ Clementinæ excommunicatio contra religiosos sine licentia Parochi ministrantes extremam vnctionem, vel eucharistiam, quamuis hodiè *per constitutionem Leonis X. & Pij V.* possint religiosi ministrare in proprijs ecclesijs Sanctissimum Eucharistiæ Sacramētum quouis anni die excepto die Paschatis Resurrectionis, *vt d. Nau: in Man. cap.* 21. *n.* 52. *Sorb. in ver. communicare*, vbi etiam addit, eos, qui in aliqua ecclesia mendicantium communionē receperint in vno ex octo diebus ante, vel post Pascha, satisfacere præcepto Ecclesiæ.

4 Quæres, an mulier nubens intra annum luctus incurrat pœnas de iure ciuili impositas? Negat glos. *in cap. cum secundum in ver: legalis infamiæ de secun. nupt. Clar. in §. stuprum vers. generaliter autem & alij apud Barbos. in d. cap. cum secundum num.* 2, quorum opinio satis fauet libertati matrimonij; alij verò contrarium tenent, nisi secundò nupserit de licentia mariti expressa, vel tacita, puta si maritus in testamento legatum vxori reliquerit, siue vidua maneat, siue iterū nubat: tunc enim censetur dedisse licentiam contrahendi secundas nuptias, *& ità decisum refert Ricc. in Collect. dec.* 431. *par.* 2. *& dec.* 3381. *part.* 8. vbi etiam dicit, quod pœnæ adiectæ mulieri secundò nubenti fauore filiorum similiter euitantur, si filij consentiant expressè, vel tacitè. Pœnam tamen infamiæ numquam incurrit mulier sic nubēs: hæc enim sublata fuit *per d. cap: cū secundum*, nisi vidua intra annum luctus stuprum committat: tunc enim non euitat infamiam, neque alias pœnas de iure communi impositas contra nubentes intra annum luctus; & ideò in tali casu perdit tam ipsa, quā stuprator omnia sibi relicta à testatore, & ea fisco applicantur *Verall. dec.* 25. *par.* 2. *quem refert Ricc. in Collect. dec.* 3381. *par.* 8. *Clar: loco cit. & alij communiter*:

5 Dico 2. quod Parochus, vel quiuis alius Sacerdos regularis, vel sæcularis, qui matrimonio clandestino interfuerit, aut sciens nō prohibuerit, ab officio per triennium suspendendus est *c. vlt. §. fin. de Clandest. desponsat.* non est tamen ipso iure suspensus, *vt notāt DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par* 2. *all.* 32. *num.* 161. potest etiam alia pœna arbitraria puniri: quemadmodum testes etiam, qui sine Parocho, vel Sacerdote huiusmodi cōtractui interfuerint, nec non ipsos sic contrahētes grauiter arbitrio ordinarij puniri præcipit Concilium Tridentinum

sess.24.de ref.matr. cap.1. Pœnam verò suspensionis triennalis non fuisse sublatam per Concilium loco cit.sed prœterea licere ordinario in Parochum alia pœna arbitraria animaduertere dicit Frãc. Molin. *de Rit.nupt.lib.2.differ.11. num.147.cum seq. Salzed. ad Bernard.in pract.cap. 76. vers.octauò non est obliuioni Maiol. de Irreg. lib.23.cap.17. Ledesm.in Sum. p.1. de Sacram.matrim.cap.6. concl. 4. dub.16.& alij, quos refert, & sequitur Barbos.d.par.2.alleg.32.nu. 162.*sed alij communiter sentiũt, quod si pro aliquo delicto,vel excessu sit imposita aliqua pœna per ius commune, vel aliam legem antiquam, & postea fuerit condita lex noua,vel statutum imponens aliam pœnam pro eodem delicto, eo casu imponenda est pœna statuta à lege noua, non autem à lege antiqua, vel à iure cõmuni,ità *Gandin.in tit.de aliquib. quæstion.n.4.* qui ab omnibus iudicibus maleficiorum habetur princeps, *vt dicit Boss.in tit. de delict.nu.17.& hanc sententiam sequuti sunt alij plures apud Clar. in §.fin.q.85.vers.debet etiam, vbi dicit hanc esse magis communem, & à communi consuetudine approbatam.*

7 Quæres,an Ordinarius possit ab huiusmodi triennali suspensione absoluere post sententiam? Resp. negatiuè,quia licèt possit ordinarius absoluere suspensum à iure, quoties conditor legis sibi absolutionem non reseruauit, hoc tamen intelligendum est,vbi quis suspensus est à iure indefinitè, nullo designato termino, secus vbi terminus suspensioni adijcitur *Couar.de Sponsp.par.2. cap.6.n. 14.Bernard.in Pract.cap.76.nu.3. in vltim.impress.Henriq.lib.13.c. 39.§.3.Gutier.canon.lib.1.cap.5.n. 6.& alij apud Barbos.d.par.2.all. 32.num.166.& seq.* vbi etiam subdit,quod neque potest absoluere ab hac suspẽsione virtute decreti Conc.Tridentini *sess.24 de ref.c.6.* quia cum hæc suspensio non incurratur ipso iure,sed per sententiam,supponitur delictum deductum iam fuisse ad forum contentiosum.

8 Obseruant autem Doctores communiter,quod etiamsi denũciationes omitterentur nulla impetrata dispensatione ab ordinario, matrimonium non esset nullum, quamuis sint de præcepto Concilij;quia quãdo lex mandat, actũ fieri certo modo, si vlterius non procedat annullando, actus valet. Concilium verò mandat,fieri denunciationes, nec vlterius procedit annullando: quemadmodum annullauit, quando fieret sine Parocho, & testibus *Riminald.cons.691.n.34.& seq. lib.6. Coninch.de Sacr.& Censur.disp.24. dub.1.nu.49. Nau.in Man.c.22. n.70.* vbi etiam notat, quod matrimoniũ in tali casu dicitur clãdestinum quoad alios effectus, quam annullationis.

9 An verò puniri possit Parochus, si matrimonio assistat extra ecclesiam? Resp. negatiuè: non enim potest ordinarius prohibere,quin matrimonium domi celebretur; sed cum maximè deceat, vt in ec-

ecclesia illud fiat, id hortari potest, non præcipere *Leo in Thes. for. eccl. p. 2. c. 9. nu. 48. Sanch. lib. 3. disp. 15. n. 20. & alij apud Barbos. d. p. 2. all: 32. n. 18. & ità declarasse Sac. Congr. refert Vulp: in Prax. iudic. cap. 15. num. 14. Dian. p. 3. tr. 4. res. 179.* vbi etiam dicit, quod hodiè matrimonium satis dicitur contractum in facie ecclesiæ, si coram Parocho, & duobus testibus denunciationibus præmissis contrahatur, *idem dicit Nau. capitulo. 22. numer. 70.* non est tamen damnãda praxis aliquarum ecclesiarum, qua matrimonia huiusmodi extra ecclesiam celebrari prohibentur sine Episcopi licentia; & ideò in hoc standum esse consuetudini locorum dicit Dian. *loco cit.*

10 Dico 3. quod eadem pœna arbitraria punitur Parochus, cuius culpa sine sacramento quis moritur *Ricc. in Collect. decis. 559. par. 3.*

11 Excusatur tamen Parochus 1. ab administratione sacramẽti extremæ vnctionis ratione periculi vitæ; & ideò tempore pestis non tenetur illud ministrare *Mancin. de extrem. vnc. pract. 9: dub. 5. vers. at quia. & dub. 27. & alij, quos refert. Dian. p. 3. tr. 4. res. 174.* qui asserunt, hoc sacramentum non esse necessarium ad salutẽ, & ideò infirmũ nullo modò peccare illud non recipiendo; quia ad id nullũ extat præceptum obligatorium; & in hoc ferè omnes conueniunt.

12 Secundò, neq. tenetur tempore pestis eucharistiam ministrare, *vt declarauit Greg. XIII: teste Dian. p. 5. tr. 3. res. 53. vbi etiã citat Philiarch. de off. sacer. lib. 4. c. 3. Maiol. de Irreg. lib. 2. c. 20. n. 3. Tabien. in ver. Episc. n. 5: Benzon. in spec. Episc. lib. 1. disp. 1. q. 1. concl. 6. quibus adde alios apud Posseuin. de offic: Curat. c. 8. n. 36. & 37. contra Mancin: de Sanctiss. Commun. pract. 8. dub. 18. & alios,* & hæc sententia confirmatur ex doctrina Sylu: *in verb. Eucharistia 3. num. 1. Fagund. de Præcept. eccl. præcept. 3. lib. 2. cap. 1. num. 17. Villalob. in sum. to. 1. tr. 8. diffic. 34. n. 3. & aliorũ apud Add. ad Mancin. d. pract. 8. dub. 1. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. 7. pu. 1. n. 1.* quĩ asserunt, infirmum de iure diuino non teneri in articulo, vel periculo mortis eucharistiam sumere, si saltem semel in vita illam susceperit, sed potius teneri ad scãdalum vitandum propter fidelium consuetudinem vbique receptam communicandi eo tempore.

Verum si diligens Parochus ex charitatis feruore sequi vellet contrariam opinionem, posset ad effugiendum vitæ periculum sacramentum eucharistiæ ministrare patena, vel alio instrumento ritè confecto, & apto, etiamsi consecratum non sit, dummodò cesset scandalum, & periculum lapsus eucharistiæ in terram *Posseuin. de offic. Curat: cap. 8. n. 35. Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. 5. pun. 2. num. 10. Mancin. d. pract. 8. dub. 19. quicquid in contrarium dicant alij apud Dian. par. 4. tr. 4. res. 114:* idemque dicendum est de extrema vnctione, quam virga ob longa, seu alio instrumento ad id apto posse ministrari dicunt Posseuin. & Mãcin.

cin.*loc.cit. & alij apud.Dian.p. 3. tr.4.res.167.*

13 Addũt alij Doctores, quod tam grassante peste, quam alio quouis tempore non est de necessitate sacramenti vngere pedes, & renes: neq. sacerdos id omittẽs peccaret mortaliter : quia possunt inungi quinque sensus corporis, etiamsi non vngantur renes, & pedes; & ideò in hoc seruandam esse consuetudinẽ loci dicit Posseuin. *cap.9.num.15. Bonacin.de Sacram.disp.7.quæst.vn.pun.5.nu.* 18. *& communem dicit Mancin. pract.9.dub.17.& ibidẽ Add.dub.* 8. vbi etiam notat, vnctionem in renibus in fœminis, & religiosis propter honestatẽ absolutè omittendam esse, etiamsi adesset contraria consuetudo.

14 Sacramentum verò baptismi, & pœnitentiæ tenetur Parochus ministrare peste infectis etiã cum periculo vitę : quia hæc sunt necessaria ad salutem *Maior. in 4. sent. dist.7.q. vlt. & dist. 23. q. 1. Molfes.in sum.to.1.tr.4.res.174. & par.7.tr.5.res.38. & est communis opinio.* hæc tamen sacramenta tenetur Parochus ministrare peste infectis per alios, non per seipsũ, *vt declarauit Greg.* XIII. *sub die* 10. *Decembris* 1572: *& ità etiam censuit Sac.Congregatio Cardinalium* ad consulendum indemnitati aliorum Parochianorum, qui sani sunt; hi enim verisimiliter nollẽt cõuersari cũ Parochis eum tibus ad infirmos tali morbo infectos, *vt refert Diã.p.5.tr.3.res:*53

15 Addunt etiam Doctores, quod Parochus potest à loco pestifero aufugere, dummodò relinquat substitutum, qui suo loco deseruiat, *& ità videntur sentire omnes, vt dicit Ricc.in Prax.for.eccl. par. 3:res.398. & in Collect. decis. 2426.par.6: vbi citat Imol. in cap. fin.de Cleric.non resid.Rip.in tr.ic. de Pest:tit: de Priuileg.contract. cauf.pest. num.*147. *Franc. Marc. dec.Delph.*520. *& alios.*

16 Dico 4. quod Parochus, vel alius Sacerdos cognoscẽs carnaliter suam filiam spiritualem, cuius confessionem audiuit, est deponendus *Vulp. in Prax. iudic. c.* 36 *num:9.Ricc.in Prax.par.1.res.* 329. *& par.3.res.*68: *per text. in c. non debet* 30: *q.* 1: cuius dispositio procedit, quando crimen est publicum : sacerdos enim non nisi pro publico crimine deponitur *cap.sacerdotes & cap.seq.*50. *dist.glos.in d.cap.non debet:* hac tamen pœna puniendus non est sacerdos, si talem mulierem in confessione audiuit, & non absoluit: quia talis non dicitur filia spiritualis *Henriq. de Sacram. in gen. lib.1.cap.14.§.8.quem refert Ricc. in Prax.for.eccles.par.1:res.*329.

17 Quæres, an Confessarius, qui copulam habet cum sua pœnitente, teneatur dictam circumstantiam in confessione aperire? Resp. negatiuè : quia hæc circumstantia est solum aggrauans, & non mutat speciem : sacramentum enim confessionis nõ inducit propriè cognationem spiritualem *Azor.par.3.lib.3.cap.9.q.5. Petr.de Ledesm.de matrim.quæst.* 56. *art.* 2. *dub. vlt. & alij apud Bonac. de matrim:q.4 pun.16.nu.8. Dian.*

par:

par.1 tr.7.ref.12. neque obstat *tex. in cap.omnes 30. q. 1.* quia intelligitur de incęstu improprio,& metaphorico. ità etiam nec Parochus copulam habens cum sua Parochiana, vel subdita tenetur hanc circumstantiam in confessione explicare, nisi illud peccatum ità publicum esset, vt ex eo scandalum sequeretur: tunc enim aduersus specialem officij obligationem delinqueret, qua tenetur subditos non solum verbo, sed etiam exemplo pascere; atque adeò specialis malitia ex status,& officij circumstantia contraheretur, eaque esset necessariò explicanda, *vt dicunt Doctores apud Dian.p.1.tr.7.ref.6.quicquid dicat Bonac.de Sacram.disp.5. q.5. pun. 2.§.3.diffic.3.nu:9. & de matrim. q.4.pun:16: num.10.*

18 Si verò Parochus fœminam, cũ qua copulam habuit, baptizauerit, hæc circumstantia est procul dubio explicanda: hoc enim casu commisit incęstum ratione cognationis spiritualis consurgentis ex collatione baptismi *ex Concilio Trid. sess.24.de ref. matr.cap.2.*

19 Idem dicendum, si Parochus, vel quiuis alius Confessarius vtitur sacramento tamquam medio ad sollicitandam pœnitentem, vel eam in confessione sollicitet: tunc enim tenetur omninò hanc circumstantiam significare; quia cõmittit sacrilegium ob grauissimã irreuerentiam, quam irrogat tãto sacramento, *vt dicit Bonacin.de matrim.d.q.4.pun.16.num.9.*

20 An verò Episcopus peccatum mortale cõmittens teneatur Episcopatus circumstãtiam aperire? alij affirmant, quia Episcopus ratione proprij status tenetur ad perfectionem vitæ Christianæ habendam, cui perfectioni ex æquo repugnat quodcumq. peccatum mortale; idemque dicunt de Generalibus ordinum. alij verò cõtrarium tenent, quia hęc circumstantia non mutat speciem, nisi fortè peccatum ab Episcopo, siue Generali commissum ità publicũ sit, vt scandalum pareret, vt supra diximus de Parocho, *ità Diã. par.1.tr.7.ref.6.vers. sed ego oppositum, vbi citat Coninch. de Sacramen.disp.7.dub.4.num.18. Filliuc. to.2.tract.30.cap.7.num.125. Sanch.de matrim.to.2.lib.7.disp. 27.n. 33. Henriq.lib.5:cap.5:num.6.in gloss.lit.G. & alios.*

21 Quęres 2. an Sacerdos committens peccatum luxuriæ teneatur dicere Confessario, se esse Sacerdotem, vel habere votum solemne castitatis, quando Confessarius cognoscit, eum esse sacerdotem? Resp. affirmatiuè, quia sicut pœnitens tenetur confiteri peccata manifesta sacerdoti, quia nõ sunt ei manifesta in forma iudicij in quantum Dei Vicarius est, *vt dicunt communiter Doctores teste Sylu.in ver.confessio 2. num. 3.* ità etiam eadem ratione tenetur explicare huiusmodi circumstantiã, etsi confessario nota sit: quod procedit non solum quando in actuale carnis peccatum labitur, sed etiam cum mente tantum libidinosa lasciuo actui consensum præstitit *Sot.in 4.dist.18.q.2.ar.4. vers.enimuerò. Graff.decis.aur.lib. 1:cap.*

1. *cap.20.n.32.quos refert Barbos. de offic.& pot.Episc.p.2.all.15.n.6.* quod si omisit bona fide talem circumstantiam,satisfaciet, si postea confiteatur, se toties violasse votum castitatis, etiamsi iterum non confiteatur principale peccatum,quia in hoc casu talis circumstantia potest separatim sufficiẽter explicari, vt dicunt Doctores apud Dian:*d. par.1.tr.7.res.45:*

Alij tamen probabiliter contrarium tenent, videlicet, quod sacerdos non teneatur hanc circumstantiam sacerdotij, vel voti castitatis Confessario iam notam in confessione manifestare,quia Confessarius sciens pœnitentem esse sacerdotem, sufficienter cognoscit peccata ipsius carnalia habere oppositionem cum voto solemni castitatis *ità Pitigian.to. 2.dist.16.q.vn.ar.5.Azor.p.par.lib. 4.cap.4.quæst:6.& alij, quos refert & sequitur Bonacin.de matrim.q. 4.pun.vlt. num. 31. vbi dicit hanc esse communem*, & ità videtur cõmuniter practicari.

20 Dico 5. quod Parochus, vel alius Confessarius reuelans sigillũ Confessionis deponendus est, & perpetuò detrudendus in monasterium *ex c.omnis vtriusq. sexus de Pœnit.& remiss.* Fractio verò

21 sigilli etiam per testes singulares plenè probatur, *vt decisum refert Ricc.in Collect:decis.549.p.3.& dicunt alij apud Bonacin.to.1.disp.6 de oner.& obligat. denunc: pun.3. n.25.*quod intellige concurrentibus præsumptionibus,indicijs, & alijs adminiculis: vnde hoc arbitrio Iudicis relinquitur,*vt sentiũt DD.apud Dian. p.5.tr.11.res. 52.*

SVMMARIVM:

1 *De iure communi Clericis vsus armorum est interdictus,nisi iusta causa eos excuset.*
2 *Qua pœna plectantur clerici arma deferentes.*
3 *Potest Episcopus suis cõstitutionibus adiuuare ius canonicum imponendo pœnam vbi non est.*
4 *Pœnę pecuniarię locis pijs sunt applicandæ.*
5 *An possit Episcopus pœnas pecuniarias sibi,vel suo Vicario,aut alijs officialibus curiæ Episcopalis,vel Seminario,aut sacristiæ ecclesiæ cathedralis,vel fabricæ eiusdem ecclesiæ,vel domus episcopalis applicare.*
6 *An Episcopus possit concedere clericis facultatem deferẽdi arma.*

CAP. V.

De Clericis arma deferentibus.

1 DE iure communi Clericis vsus armorum est interdictus *c.2.de vit.& hon. cler.* nisi iusta causa eos excusset,puta si per loca periculosa transitum faciant, *vt dicit glos. ibidem*,vel pro defensione personę propriæ,vel proximi, vel rerũ *c.olim 1.& ibi glo.ver.excessistis de Restit.spol.& tradunt communiter Doctores in d.cap.2.de Vit.& hon. cleric.vt dicit Ricc.in Prax.for.eccl. par.1.res.325.* quare si contrauenient,possunt excommunicari *iuxta tex.in d.c.2.*& amittunt arma *vt d.Ricc.loco cit.*

Obserua tamen,quod tales clerici possunt ex statuto,aut edicto Episcopi puniri pœna pecuniaria,

&

& alijs pœnis *cap. si quis contumax & cap. qui Subdiaconum 17. q. 4. Felin. in c. irrefragabilis num. 6. de offic. ord. quem refert, & sequitur Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 97. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 118. & d. p. 1. ref. 325.* vbi dicit, quod in Curia Archiepiscopoli Neap. clerici deferentes pugionem, vel tormentum bellicum pœna relegationis ad arbitrium eiusdem Curiæ, ignobiles verò pœna triremium ad arbitrium condemnantur, & aliquando ex iustis causis pœna pecuniaria multantur: 3 potest enim Episcopus suis constitutionibus adiuuare ius canonicũ imponendo pœnam vbi non est, seu iam impositam à iure canonico ampliare, & augere non solum contra clericos, sed etiã contra laicos *c. 1. vbi glos. in ver. non generaliter de consecr. dist. 3. c. 2. de maior. & obed. c. vt animarum de constit. in 6. & est cõmunis opinio.*

4 Huiusmodi verò pœnę pecuniarię locis pijs applicandę sunt ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 25. de ref. cap. 3.* ità vt nequeat Episcopus sibi huiusmodi pœnas applicare, nisi esset pauper, & valdè indigeret, *vt resoluit Sac. Congregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 126.* nec illas conuertere in mercedẽ Vicarij, seu aliorum officialium curiæ episcopalis *ex declaratione eiusdem Sac. Congregationis apud Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 97. Vulp. in Prax. iudic. c. 46. n. 3.* nec posset illas applicare seminario, aut sacristiæ ecclesiæ cathedralis, *vt censuit etiã Sac. Congregat. apud Ricc. in Prax. vt sup. p. 4. ref. 127. 128. 129. & 130* nec fabricę eiusdem ecclesię cathedralis, vel domus Episcopalis, vbi ecclesię reditus essẽt pingues, *& ità etiam resoluisse Sac. Congregationem testatur Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 107. n. 19.* ratio est, quia cũ ad hęc omnia teneatur Episcopus, applicatio huiusmodi cederet in ipsius Episcopi commodũ, *vt probat Ric. in Prax. p. 4. ref. 127. & seq:*

6 Quæres, an Episcopus possit Clericis concedere licentiã deferẽdi arma? affirmat Ricc. *in Prax. p. 1. ref. 482.* quod intellige concurrẽte legitima causa, vt sup. diximus.

SVMMARIVM.

1 *Cõfessarij sollicitantes mulieres, vel masculos ad turpia suspecti sunt vehementer de fide.*

2 *Possunt procedere contra eos etiã ordinarij locorum.*

3 *Qua pœna plectendi sint huiusmodi sollicitantes.*

4 *Denunciandi sunt etiamsi se se emendauerint.*

5 *Refertur contraria opinio.*

6 *Regulares puniti per S. officiũ eo ipso fiunt inhabiles ad gradus, & officia religionis.*

7 *In quibus casibus incurrantur pœnæ contra sollicitantes, & n. 8. & 9.*

10 *Tenetur mulier sollicitata denũciare confessariũ, etiãsi sollicitationi consenserit, limitatur n. 11. 12. 13. 14. & 15.*

16 *An denunciandus sit Cõfessarius qui de rebus turpibus cũ pœnitẽte cõfabulatur in cõfessionario.*

17 *Quomodo probetur hoc delictum.*

CAP.

CAP. VI.

De Confessarijs sollicitantibus Mulieres in Confessione.

1 CONfessarij in cõfessione sollicitantes mulieres, vel masculos ad turpia suspecti sunt vehementer de fide *Quarant. in ver. cõfessor vers. sciendum Genuens. in Prax. Arch. cap. 66. num. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 66.* & ideò contra eos iure merito procedunt hæreticæ prauitatis Inquisitores, *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all: 40. num. 41:* & *alij*: possunt tamen 2 etiam ordinarij procedere *ex cõstitutione Gregorij* XV. *incip. Vniuersi Dominici gregis, quam refert Bonacin. to. 1: disp. 6. de oner. & oblig. denunc. pun. 3. nu. 1. & seq. & præcipuè num. 23.*

3 Huiusmodi verò sollicitantes pœna suspensionis ab exequutione ordinum, priuationis beneficiorum, dignitatum, officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, ac passiuę, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum, alijsque pœnis arbitrio Inquisitorum, aut ordinariorum, pro criminum qualitate, & circũstantijs puniuntur, & si grauiores 6 pœnas pro delicti enormitate meruerint, debita degradatione precedente curię sęculari tradi debẽt *ex d: constitutione Gregorij* XV.

4 Præterea tales sollicitantes denunciandi sunt, etiamsi se se emẽdauerint, quia huiusmodi denunciatio nõ tantum instituta fuit ad emendationem delinquentis, sed etiam in pœnam; & ideò indicialiter fieri debet, *vt dicit Bonacin. loco cit. d. pun. 3. num. 9. Lezan. in sum. qq. reg. tom. 1. cap: 19. num. 34.* quamquam differri aliquando potest ex iusta, & rationabili causa arbitrio Confessarij, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Dian. par. 1. tr. 4. res: 27.*

5 Alij tamen fœminam sollicitatam à denunciatione excusant, si ei constet de emendatione ipsius sollicitantis, aut si sollicitans ex aliorum delatione confessus, vel conuictus abiurauit, *ita Peirin. to. 2 constit. 4. Greg. XV. §. 9. num. 32. & alij apud Dian. loco cit: res. 26.* præsumitur autem emendatio, vel ex lapsu trium annorum, vel si eadẽ mulier sollicitata ter, vel quater ad eumdem confessarium accedens non iterum in eo libidinis signa reperiat, *vt dicunt Doctores apud Dian. par. 4. tr. 5. res. 23*

Addit Sous. *in Aphor. Inquis. lib. 1. cap. 34 num. 57. Peirin. loco citato numer. 26.* quod neque esset denunciandus Confessarius, si crimen esset occultum, & habeatur moralis certitudo, quod seruato fraternę correctionis ordine emendabitur.

Item Regulares puniti per S. Officium, pœnitentijs salutaribus exceptis, eo ipso fiunt inhabiles ad gradus, & officia Religionis, nec possunt rehabilitari nisi per summum Pontificem, vel per

Sac. Congregationem *ex decreto Vrbani VIII. vt refert Dian. p. 4. tr. 5. ref. 48.*

7 Et hæc procedunt, etiamsi confessarius leuia verba dixerit, aut signum leue fecerit indicatiuum amoris lasciui, puta si faciem pœnitentis laudauerit à pulchritudine ad pœnitentem alliciendum omissis verbis expressioribus: quia hoc etiam casu abutitur sacramento pœnitētię *Lezan. in Sum. to. 1. d. cap. 19. num. 34. & hanc esse probabiliorem dicit Dian. par. 1. tr. 4. ref. 31. vbi citat Acugn. in tract. de Confess. sollic. q. 7 per tot.*

8 Eadem que pœnas incurreret sacerdos, qui paulo ante, vel post confessionem, seu occasione, vel prętextu confessionis, etiam ipsa confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis, in confessionario, aut loco quocunque ad confessiones audiendas destinato simulans ibidem confessiones audire mulierem sollicitauerit, *vt constat ex dicta constitutione Greg. XV. & notat etiam Genuēs. loco cit. num. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 323.* vnde confessor, qui audiens in confessione, fœminam esse leuem, ipsaque finita lenonem mittit ad domum ipsius, vt eam sollicitet, comprehenditur sub hac constitutione, cum hoc faciat occasione cōfessionis, *vt post Graff. dicit Lezan. in Sum. to. 1. cap. 19. nu. 34.*

9 Eadem quoq. pœna punitur, qui non solum verbis, sed etiam factis mulieres ad turpia sollicitauerit, puta si eas osculatus fuerit, manum, vel aliam corporis partē libidinosè tangeret, aut ictu oculorum, aut signo aliquo ad libidinem prouocaret *Graff. conf. 7. de Pœnit. & remiss. quem refert, & sequitur Vulp. in Prax. iudic. c. 36. num. 6.*

10 His addè, quod tenetur mulier sollicitata denunciare confessarium, etiamsi sollicitationi consenserit: non tamen tenetur aperire copulam, seu consensum, nec super dicto consensu Confessarius denūtiatus ab Inquisitoribus, seu Episcopis est interrogandus, *vt declarauit S. Congreg. anno 1624. teste Diana par. 4. tr. 5 ref. 31.* immò si pœnitens volens, aut imprudens crimen patratum cum confessario manifestauit, non ob id punienda est: quia denunciatio non præcipitur, vt pœnitens puniatur, sed Confessarius, qui pœnitentem sollicitauit, *vt dicit Bonacin. d. disp. 6. pun. 3. numer. 10. & alij.*

11 Limita tamen 1. in Confessario sollicitante ad alia peccata, quam venerea, seu turpia, etiamsi huiusmodi peccata essent his grauiora: quia verba Pontificis diriguntur ad sollicitationem tantum carnalem, & in delictis non fit extensio *Lezan. loco cit. Dian. par. 1. tr. 4. ref. 20. Bonacin. vbi supra dic. pun. 3. nu. 7. vers. limitatur tamen:* quemadmodum nec dictæ constitutionis dispositio procedit cōtra prouocantes ad actus inhonestos in sacramento Baptismi, matrimonij, vel alio sacramēto; quia summus Pontifex loquitur tantū de sollicitantibus in sacramento confessionis, *vt dicunt Doctores*

apud Bonacin.d.pun.3.num.14.

12 Limita 2. si mulier sollicitaret Confessarium tunc enim nec pœnitens tenetur ex vi dictæ constitutionis denunciare confessariũ, si fortè sollicitantis mulieris libidini consenserit, nec confessarius tenetur fœminã in tali casu sancto Inquisitoris officio deferre: quia constitutio supradicta edita est ad comprimendam Confessariorum audaciã, nec loquitur de fœminis ad turpia prouocantibus, sed de confessarijs ad hæc mulieres sollicitantibus, quemadmodum neque pœnæ *l. vn. C. de Rapt: Virg.* locum habent, quando mulier raperet virum, *ità Lezan. in sum: to: 1. cap. 19. numer. 34. Bonacin: d. pun. 3. num. 17. & 20. Ricc. in Prax. for. eccles: par. 3. res. 67. Dian. p. 1. tr. 4. res. 11. & 13. vbi citat Sanctarell. in tract. de Hæresi cap. 46. num. 2. Sanc. in select. disp. 11. num. 25. & 26. Homobon. de exam. eccles. tom. 2. tract. 11. cap. 12. q. 26. & alios.*

13 Limita 3. in laico, ad quem fœminã se transtulit animo confitendi sua peccata putans, ipsum esse sacerdotem: hic enim non subijcitur pœnis dictæ constitutionis sollicitando huiusmodi mulierem, quia summus Pontifex expresè loquitur de sacerdotibus sollicitantibus, *vt post Sanctarell. dicit Bonacin. loc. cit. d. pun. 3. n. 8.*

14 Limita 4. in eo, qui mandauit confessario, vt sollicitaret pro se pœnitentem: tum quia dicta constitutio non loquitur de mandante: tum quia pœnæ non sunt extendendę: tum quia quando lex vult punire non solum faciẽtem, sed etiam mandantem, id explicat; vnde *in cap. mulieres §. illi verò de sent. excom.* extenditur ad mandãtem excommunicatio, quæ *in cap. si quis suadente 17. q. 4.* lata erat tantum contra percutiẽtes clericum; alijs tamen pœnis grauiter plectendus est mandans in tali casu, *ità Dian. p. 1: tr. 4. res. 22. quicquid dicat Ricc. in Prax. p. 3. res. 65.*

15 Limita 5. in confessario, qui de tali delicto infamatus non sit, tũc enim denunciari non debet *secundùm Fagund. de Præcept. eccles. pr. 2. lib. 4. cap. 3. nu. 31:* quod videtur probari ex *constitutione Pij IV. incip. Cum sicut nuper, quam refert Quarant. in ver. Confessor, ibi, de præmissis quomodo libet diffamatos*, præsertim cum hæc constitutio fuerit approbata, & confirmata per dictam constitutionẽ Greg. XV. sed contrarium tenent alij DD. *quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 5. res. 1.* vbi etiam dicit, quod ad hoc non requiritur infamia simpliciter, sed ea quæ quocunq; modo talis dici queat, puta si confessarius non habeat integram, & illæsam famam, sed laceratam per notitiam præsertim fœminarum *iuxta tex. in cap. indẽnitatibus §: sanè de elect. in 6.*

16 Sed quæres, an denunciandus sit Confessarius, qui de rebus turpibus in confessionario cum aliqua muliere confabulatur absque sollicitatione ad aliquid inhonestum perpetrandum? affirmatiuè respondet Dian. *d. par. 1. tr. 4. res. 11: vbi citat Peirin. to. 2. constit. 4. Greg.*

Greg. XV. §. 2. num. 2. idque probat ex dicta constitut. Greg. XV. *ibi, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint.*

17 Hoc autem delictum cum difficilis ſit probationis, teſtibus etiam ſingularibus probatur cõcurrentibus tamen preſumptionibus, & alijs adminiculis; & ideò creditur pluribus fœminis, quę ſingulæ ſeorſim affirment, ſe à confeſſario fuiſſe ſollicitatas, *vt conſtat ex d. conſtit. Greg. & notat Bonacin. vbi ſupra pun. 3. num. 25.*

An verò hoc crimen plenè probetur ex teſtimonio duarum fœminarum? affirmat Ricc. *in Prax. par. 2. reſ. 440.* modò ſint omni exceptione maiores: alij verò negãt tum quia fœminę leues ſunt, & mutabiles: tum quia ſacerdotes facili negotio retraherentur ab excipiendis cõfeſſionibus timore falſę denunciationis, *ità Bonacin. loco cit. num. 26. & alij.* Vnde quatuor fœminas ad hoc exposcit Acugn. *de confeſſ. ſollic. q. 23. quem refert Dian. d. par. 1. tr. 4. reſ. 28.* vbi etiam dicit, ex vnius fœminę quãtumuis honeſtæ delatione non eſſe confeſſarium in carcerem detrudendum.

Verum hæc omnia remittuntur arbitrio prudentis Iudicis, qui conſiderare debet circumſtantias, & qualitates tam fœminarum, quàm Sacerdotum, *vt ex dicta conſtitutione Gregorij, & dicit idem Dian. loco cit. d. reſ. 28: & p. 4. tr. 6. reſ. 21. & alij apud. Bonac. d. pun. 3. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Clerico regulariter non licet negotiari.*
2 *Quid veniat nomine negotiationis Clericis interdictæ.*
3 *Qua pœna clericus negotiator plectendus ſit.*
4 *An clericus minoribus ordinibus tantum inſignitus exercere poſſit negotia ſæcularia.*
5 *Quid ſi clericus etiam in ſacris, ac beneficiatus ſuccedat conductori.*
6 *Et quid ſi clericus indigeat.*
7 *Neceſſitatis cauſa licitam reddit negotiationem alioquin illicitã.*
8 *Quando poſſit clericus officium Aduocati, vel Tabellionis exercere.*
9 *An valeat inſtrumentum factũ in negotijs ſæcularibus per clericum, vel Monachum Notarium.*
10 *Quando poſſit clericus artem medicam, vel chirurgicam exercere.*
11 *An laici Medici, vel Chirurgi ſint irregulares.*
Et quid ſi clericus in minoribus huiuſmodi artes exerceat, ibidẽ.
12 *Quando clericus poſſit procuratoris officium exercere.*
13 *Item quo caſu ei licitum eſt tutelam, ſeu curam ſuſcipere.*
14 *An clericus poſſit aliquid lucrari ex honeſto artificio.*
15 *An poſſit vendere vinum per minutum, & in domibus eccleſiæ.*
16 *Quot actus requirantur, vt clericus dicatur negotiator.*

CAP. VII.

De illicita negotiatione.

1 CLerico regulariter negotiari non licet *c. negotiatorem* 88. *dist. cap. fin. de Vit. & hon. cleric.* siue negotietur per seipsum, siue per interpositã personam *glos: communiter recepta in cap. 1. ver. conducere Ne cler. vel mon. Genuẽs. in Prax. Archiep. cap. 62. num. 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 205.*

2 Ex quo infertur, quod Clericus non potest conducere alienas possessiones non tantum prophanas, *vt in d. c. 1. Ne cler. vel mon.* sed nec etiam ecclesiasticas, & beneficiales *cap: peruenit 86. dist. Ferr. qq. mor. par. 1. q. 66. nu. 6. & 7.* nisi fortè conduceret prædiolum animi recreandi causa, vel si alijs ipsius clerici prędijs esset circumdatum ad euitandas rixas, vel damna, *vt d. Ricc: in Prax. for. eccles. par: 1. res. 485.* nec potest officium Medici, aut Chirurgi exercere, præsertim si interueniat adustio, vel incisio *cap. sententiam sanguinis Ne cler. vel mon.* neque causas criminales, & ciuiles coram Iudice seculari defendere *cap: 1. de postul.* neque tutelam, aut curam suscipere *c. Cyprianus 21. q. 3:* nec tabellionatus officium agere *c. sicut Ne cler. vel mon.* nec Iudicis secularis officium exerce- *cap. sed nec & cap. clericis eod. tit. Nè cler. vel mon.* & si fortè ad huiusmodi secularia officia assumatur, non poterit cogi ad rationem suæ administrationis reddendam coram Iudice seculari *Ricc: in Prax: for. eccles. par: 2. resol. 413. & alij communiter.*

3 Vnde si tertiò monitus se à secularibus negotijs non abstinuerit, eo ipso amittit quoad bona priuilegium clericale *cap. fin. de Vit. & honest. cleric.* potest etiam suspendi *c: peruenit vbi glos. in ver. correctioni 86. dist.* ac etiam deponi *iuxta cap. sed nec ex. Nè cler. vel mon:* quod intellige, si fuerit incorrigibilis, *vt dicit Graff p: 2. lib. 3. cap. 2. nu. 29.* vel poterit alijs etiam maioribus pœnis arbitrio ordinarij imponendis puniri *iuxta Conc. Tridentinum sess. 22. de ref. cap: 1.*

4 Limita 1. in clerico minoribus ordinibus tantum insignito non beneficiato, qui non prohibetur exercere negotia secularia alias licita: iura enim loquuntur de Clericis beneficiatis, vel constitutis in sacris ordinibus *cap. ad aures de ætat. & qual. Nauar. in man. cap. 25. num. 110. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 62. num. 9. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. res. 318. Vulp. in Prax. iudic. cap. 33. nu. 1. Graff. par. 1. lib: 2. cap. 66: num. 6. Couar. practic. cap. 19. num. 8.*

5 Limita 2. si clericus etiam in sacris ac beneficiatus succedat cõductori iure hereditario: tunc enim non prohibetur continuare conductionem vsque ad præfinitum tempus, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Prosp. de Aug. ad Quarã. in ver. vectigal. vers. quæritur an inter negotiationes.*

6. Li-

6 Limita 3. si propria clerici bona sibi, suisque non sufficerent, aliterque commodè viuere nequirent: tunc enim posset clericus alterius bona cõducere, vel alio honesto modo negotiari: quia necessitatis causa licitam reddit
7 negotiationem alioquin illicitam *cap. 1. Ne cler. vel mon. glos. communiter recepta in cap. pernenit ver. conductiones 86. dist. & in cap. negotiatorem 88 dist. Nauar. in man. cap. 25. num. 110. Ricc. in Prax. p. 1. resol. 328. Graff. par. 2. lib. 3. cap 2. nu. 26. & censuit Sac. Congregatio testè Vulp. in Prax. iudic. cap. 33. nu. 6. & seq.* vbi etiam ex decreto eiusdem Sac. Congregationis resoluit, posse clericos proprios agros, aut beneficiales, vel à se conductos vt supra opera laicorũ colere, & pro huiusmodi cultura vsu boues, & animalia necessaria emere, illorumque fœtus iusto pretio vendere.

8 Hinc etiam fit, vt possit clericus etiam in sacris, si indigeat, vel beneficia sufficientia non habeat, aduocando sibi victum quærere *Leo in Thes. for. eccles. par. 3. c. 4. num. 20. Vulp. loco cit. cap. 33. nu. 13.* exceptis causis criminalibus, in quibus pœna sanguinis venit imponenda: tunc enim quilibet clericus etiam in minoribus constitutus, & non beneficiatus propter periculum irregularitatis ab officio aduocati, & procuratoris ad offensam abstinere debet *cap. sententiam Nè cler. vel mon.*

Item posset clericus in casu indigentiæ fungi officio tabellionatus *Sylu. in ver. Tabellio nu. 3. Genuens. cap. 62. num. 18.* in curia tamen ecclesiastica, non sęculari, *vt dicit Leo d. par. 3. cap. 4. n. 7. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 11 vers. quoad exercitium.* potest etiã instante necessitate medicinæ artem exercere *Nau. cons. 3. Nè cler. vel mon. Bellett. in Disquis. cler. tit. de disciplin. cleric. §. 31. num. 7.*

Præsumitur verò, clericum hæc agere quæstus, & cupiditatis causa, nisi necessitas probetur *c. decreuit iuncta glos. in ver. conducere dist. 88. Ricc. in Prax. p. 1. resol. 485.*

Potest tamen tolerari consuetudo, qua clericis etiam in sacris, & beneficiatis permittitur exercere tabellionatus officium in causis ecclesiasticis, etiamsi alioquin non indigeant: quia hoc officium in huiusmodi causis clericos absolutè non dedecet, *vt dicit Layman. in Theolog. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 8. num. 4. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. in cap. sicut num. 9. Nè cler. vel mon.* Vnde in causa hæresis non solum clericis sęcularibus, sed etiam regularibus etiam constitutis in sacris expressè permissum est *in cap. vt officium §. verum de Hæret. in. 6.* immò ad illud exercendum possunt compelli, *vt d. Ricc. in Collect. decis. 1613. par. 5:* & in Curia Romana posse clericos in sacris etiã beneficia habentes officium tabellionatus exercere propter Sũmi Pontificis consensum, & tantæ curiæ dignitatem, dicit *Barbos. in d. cap. sicut nu. 8. Couar. practic. cap. 19. num. 8. & alij.*

Addit Graff. *par. 2. lib. 3. cap. 2. n. 21. & seq.* quod textus *ind. cap. sicut*

Nè

Necler.vel mon. vbi clericis in factis prohibetur tabellionatus exercitium, intelligi debet in negotijs, sęcularibus, vt colligitur ex Rubr. vbi dicitur, *Ne clerici vel Monachi sęcularibus negotijs se se immisceant*; & ideò in foro ecclesiastico possunt huiusmodi officium exercere, *vt obseruat etiam Barbos. in d. cap. sicut num.* 10. *vbi citat Franc. Marc. decis.* 194. *nu.* 2. & 5. *Couar. Practic. cap.* 19. *nu.* 8. *vers. nam clericus tabellio, & alios:* & possunt etiam conficere instrumenta in negotijs spiritualibus, seu ecclesiasticis, si instituti sint à Papa, vel ab Episcopo, secus si à laico, *vt post Host. dicit Graff. loco cit. d. cap.* 2. *num.* 22. cum hac tamen distinctione, quod notarius creatus à Papa potest vbique cõficere instrumenta *cap. cuncta per mundum & c. per principalem* 9. *q.* 3. constitutus verò ab Episcopo potest instrumenta conficere per totam diœcesim ipsius Episcopi *c. regenda* 10. *q.* 1. *Bellett. tit. de Disci. cler. §.* 29. *num.* 10.

9 Queres, an valeat instrumentum factum per clericum notariũ in negotijs sęcularibus? Resp: affirmatiuè, si nondum fuerit illi publicè interdictum huiusmodi officium per suum superiorem: secus si prohibitus fuit, & prohibitio huiusmodi transiuit in notitiã populi, *Bart. communiter receptus in l. vniuersos C. de decurion. lib.* 10. *Graff. par.* 2. *decis. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 21: *Barbos. in d. cap. sicut n.* 3. *Nè cler. vel mon. vbi citat Ferrett. cons.* 213. *num.* 7. *Franc. Marc. dec.* 194. *par.* 2. & *alios.*

Quare si priuatim tantũ prohibitus fuerit, adhuc valebunt instrumenta per clericum confecta *Bellett. tit. de Disciplin. cleric. §.* 29. *num.* 8. *vbi de communi testatur*; & hęc procedunt etiam in Monacho: valent enim similiter instrumenta per eum confecta, nisi publicè per suum superiorem prohibitus fuerit: quia non inuenitur textus ea instrumenta irritans, vt contra *Couar. pract. cap.* 19. *num.* 8. *vers. Monachus tenet Sanch. apud Barbos. in d. cap. sicut num.* 4. vbi etiam dicit, quod potest Monachus, qui in sęculo erat Tabellio complere post professionem, & signare instrumenta, quę in sęculo confecerat, *quod etiam admittit Couar. loco cit.*

10 Idem dicendum, si causa pietatis concurrat: tunc enim poterit clericus non tantum artem medicam, sed etiam chirurgicam exercere erga miserabiles, & cognatas personas, si in his artibus sit peritus *Nauar. in man. cap.* 25. *num.* 110. & *d. cons.* 3. *Nè cleric. vel mon. Leo in Thes. for. eccles. p.* 3. *cap.* 9. *num.* 48. *Graff. par.* 1. *dec. lib.* 2. *cap.* 66. *num.* 6. neque esset irregularis, si deinde ægrotus decedat, *vt dicit Sylu. in ver. homicidium* 2. *num.* 8. & *alij apud Bellett. tit. de Disciplin. cleric. §.* 31. *num.* 6. dummodò abstineat ab aductione & incisione *cap. sententiam Ne cler. vel mon.* si enim ex causa huiusmodi aductionis, vel incisionis ęgrotus moriatur, clericus irrregularitatem non effugeret, etiamsi omnem adhibuerit diligentiam, & mors sequuta sit ex incuria ipsius in-

infirmi *cap. tua nos, & ibi communiter scribentes de Homic. volunt. quicquid in contrarium dicant alij Doctores apud Dian. p. 4. tr. 2. resol. 23.* nisi fortè adustionem, vel incisionem adhibuerit vrgente necessitate, v. g. tempore pestis, quādo non adest alius, qui hoc munus præstet; tūc enim clericus non incurreret irregularitatem, *secundùm Doctores, quos refert, & sequitur Barbos. in d. cap. tua nos num. 3.*

Addit Dian. *par. 4. tr. 2. resol. 23.* quod si clericus etiam extra casū necessitatis secundùm peritiam artis iubeat incisionem, vel adustionem, non incidit in irregularitatem, si mors inde sequatur: quia pœna lata contra facientes non ligat mandantes, neque consulentes, nisi exprimantur *cap. in pœnis de reg. iur. in 6. cap. vbicumque de Pœnis eod. lib.*

11 Obserua tamen quod laici medici, aut chirurgi non sunt irregulares, etiamsi ex aliqua incisione ęgrotus perierit, dummodò sint in arte periti, & omnem diligentiam adhibuerint *Sylu. in ver. homicidiū 2. n 8. Leo in Thes. for. eccles. par. 3. cap. 9. & alij communiter.* idemque dicendum est de Clerico in minoribus huiusmodi officia secundùm regulas artis exercente, qui ex hoc non prohibetur ad maiores ordines ascendere *iuxta cap. ad aures de ætat. & qual.* etiamsi esset beneficiatus: quia hæc irregularitas non reperitur in iure expressa, *vt dixit Nauar. consil. 3. De cler. vel mon.* fieret tamen irregularis medicus de publico stipendiatus, si ex omissione curandi pereat infirmus *secundùm Henriq. in sum. lib. 14. de Irregul. cap. 12. §. 7. in med. quem refert Barbos. in cap. ad aures nu. 9. de Ætat. & qual.*

12 Similiter poterit Clericus beneficiatus, aut in sacris ex eadem causa pietatis coram Iudice sęculari defendere causas ecclesiæ sue coniunctorum, & miserabilium personarum *cap. 1. & cap. fin. de Postul.*

Addit Ricc. *in Collect. dec. 2640 par. 7.* quod clericis prohibetur exercere officium procuratoris continuum, non autem quando vnam, vel aliam causam defenderent.

13 Item possunt Clerici, si volunt, legitimam tutelam, aut curam suscipere: charitatis enim ratio suadet, vt clerici etiam suis consanguineis opem ferant; & tunc possunt ex bonis pupillorū iustè negociari absque reatu illicitæ negotiationis, dummodò id agant absque ordinis dedecore, & non sordidè: & lucrum, quod ex iusta negociatione peruenerit, non in suam, sed pupillorū cedat vtilitatem *c. peruenit, & ibi glos. 86. dist. l. generaliter, & auth. Presbyteros C. de Episc. & cler. & ità censuit Sac. Congregatio teste* Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 206. vbi citat Graff. par. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 13. Viu. dec. 151. num. 7. & alios.*

Limita 1. quoad tutelā testamentariā, aut datiuam, quam clerici suscipere non possunt *glos. in d. peruenit in ver. tutelas, vbi ità intelligit textum in cap. Cyprianus*

21.

21.q.3.*supra citatum, & ità etiam tenent alij apud Ricc.d.ref.*206.

Limita 2.in Episcopo,& monacho *iuxta auth. Presbyteros C. de Episcop.& Cler.* vbi etiam legitima tutela illis interdicitur.verum hęc auth.correcta fuit *per d. text: in cap.peruenit* 86. *dist. vt ibidem dicit glos.in ver.tutelas*, vbi etiam notat,quod ad tutelam miserabilium personarum omnes Clerici, seu Monachi tenentur per *tex. in c.episcopus gubernationem* 88.*dist.*

14 An verò clerici possint aliquid lucrari ex honesto artificio?Resp. affirmatiuè *ex cap. nunquam de Conscer.dist.*5.*c.clericus victũ,& cap.seq.*91. *dist.* etiam sine necessitate *Genuens.in Prax.Archiepis. cap.*62.*num.*12.*vbi dicit,hanc esse magis communem Graff:par.*2.*lib.* 3.*cap.*2.*num.*26.*Ricc.in Prax. p.*1. *ref.*328.differt siquidem negociatio ab artificio, quia negociatio tunc dicitur, quando res empta non mutata forma alteri vẽditur: artificiũ verò dicitur,quando prima forma totaliter est mutata, *vt ibidem dicit Genuens.n.*2. *& alij.* vnde licitum est clericis emere vuam, vt vinum faciant, vel oliuas,vt oleum vendant *Fer. qq.mor.par.*1.*q.*94.*numer.*3.*& seq. Ricc.in Prax.p.*3.*ref.*204.vel emere lanam,& ex ea pannum conficere, præsertim per interpositas personas *Vulp.in Prax.iudic.d.c.* 33.*nu.*4. nisi artificium huiusmodi esset illicitum,aut non conueniens statui clericali, puta pelles, vel coria aptare,taxillos, & chartas lusorias,seu arma bellica conficere, & similia, quæ prohibentur *per elemen:*1.*de Vit.& hon.cle-*
15 *ric.* vnde quamuis possint clerici vendere etiam per minutum,& in domibus ecclesiæ vinum recollectum in proprijs, aut beneficiorum possessionibus, hoc tamen non eis licet per seipsos, sed per alios *Genuens.d.cap.*62.*num.*7: & 8.*Ricc.in Prax.par.*1.*ref:*328.*Vulp. d.cap.*33.*num.*10.

16 Vltimò notandum est, quod vt clericus dicatur negociator, plures actus requiruntur;& ideo non sufficeret vnius rei emptio, aut venditio *glos.& Bart. in l.*1.*§. licet ff.de Tribut.act.Ricc. in Prax. par.*1.*ref.*328.*& p.*3.*ref.*201.*Vulp. in Prax:iudic.cap.*33.*nu.*9.*& alij communiter.*

SVMMARIVM.

1 *Qua pœna plectitur qui non promotus sacramenta conficit, vel ministrat.*

2 *An eadem pœna puniatur sacerdos, qui absque approbatione ordinarij præsumit audire sacras confessiones.*

3 *Item an eamdẽ pœnam incurrat clericus sacerdos bis in die celebrans.*

4 *An laicus celebrans missam, vel audiens sacras confessiones incurrat irregularitatem.*

5 *An Episcopus possit dispensare in huiusmodi irregularitate.*

CAP.

CAP. VIII.

De ijs qui non promoti sacramenta conficiunt, vel ministrant.

1 IN cap 1. *de Cler. nõ ordinat. ministr.* Clericus non ordinatus, qui se pro clerico ordinato gerit deponitur ità vt numquam ordinetur. Sed ex constitutione Clementis VIII. quicunque non promotus ad sacrum Presbyteratus ordinem reperti is fuerit missarũ celebrationem vsurpasse, vel sacramentum pœnitẽtiæ ministrasse à Iudicibus sanctæ Inquisitionis, vel locorum ordinarijs tamquam ecclesiæ misericordiæ indignus abijciendus est, & ab ordinibus ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatus statim curiæ sæculari per Iudices sæculares debitis pœnis plectendus traditur, *vt refert Leo in Thesaur. for. eccles. par. 3. cap. 4. num. 58. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. num. 45. Piasec. in Prax. par. 2. c. 4. num. 94.* & hæc pœna puniendi sũt etiam minores 25. annis dummodò vigesimũ ætatis annum compleuerint, vt statuit Vrbanus VIII *teste Dian. par. 4. tr. 7. resol. 11. & 12.* vbi etiam obseruat, quod in Inquisitione Hispanica hæc pœna traditionis Curiæ sæculari non est hactenus in vsu, sed delinquens arbitrio Iudicis punitur inspecta qualitate facti, & personarum.

2 Hæc tamen pœna non habet locũ contra eos, qui sunt iam Presbyteri, & non approbati præsumunt audire confessiones: quia dicta constitutio loquitur de non promotis *arg. l. si Præses ff. de Pœn. glo. in cap. 1. ver. Italia de Tempor. ord. in 6. Dian. par. 4. tr. 7. d. resol. 11.* sed tunc deponuntur *iuxta c. placuit de Pœnit. dist. 6. & notat etiam Lezan. in sum. qq. reg. to. 1. cap. 19. num. 41.* neque id procedit in clerico sacerdote bis in die absq. necessitate, seu legitima causa celebrante, quem pœna arbitraria esse puniendum dicit Ferrus *qq. mor. par. 1. q. 40. num. 5. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol 312.* vbi refert, quod in Curia Archiepisc. Neapol. quidam sacerdos, qui plures missas celebrabat eodem die, fuit per triennium ad triremes damnatus, & suspensus à celebratione missæ: & in hoc etiam casu contra similes delinquentes procedunt Inquisitores *Barbos. d. p. 2. all. 40 nu. 46.* non tamen priuatiuè, *vt d. Dian. d. p. 4. tr. 7. resol. 12.*

4 Quæres, an laicus celebrans missam, vel audiens sacras confessiones, incurrat irregularitatem? affirmatiuè respondet Nauar. *in Man. cap. 27. num. 242.* quia solẽniter facit actum appropriatum ordini presbyterali, *& hanc sententiam tenent alij DD. apud Diã. par. 4. tr. 2. resol. 77. per tex. in cap. 1. de Cler. non ordin. min.*

Sed cõtraria sententia videtur verior: quia hæc irregularitas nõ est in iure expressa; textus enim *in d. cap. 1.* loquitur de Clerico nõ ordinato; & ideò non debet extendi ad laicos, cum simus in pœ-

nalibus *Henriq. lib. 2. c. 29. §. 1. & lib. 14. cap. 6. §. 1. Suar: de Cenſur. diſp. 11. ſect. 3. num. 22. & alij, quos refert, & ſequitur Bonacin. de cenſur. diſp. 7. q. 3. pun. 6. num. 1. Dian. loco cit.*

5 Quæres 2: An Epiſcopus poſſit diſpenſare in huiuſmodi irregularitate cum Clerico, qui non ordinatus ſolemniter baptizauit, aut miſſam celebrauit?

Reſp. quod poteſt diſpenſare, vt miniſtret in ſuſceptis, non autem vt aſcendat ad ſuperiores ordines; niſi delictum ſit occultum, tunc enim etiam quoad vlteriores ordines diſpenſare poteſt, *ità Petrus Corneio in 3. par. D. Thom. tract. 5: de Irregular. diſp. 7. dub. 2. quæſt. 2: quem refert Dian. loc cit. d. reſ. 77. verſ. verum.*

SVMMARIVM.

1 *Quando in cauſis ciuilibus, & criminalibus poſſit clericus teſtimonium ferre.*

2 *An poſſit clericus per ſuum ſuperiorem compelli ad ferendum teſtimonium in cauſa ſanguinis.*

3 *Quando ad euitandam irregularitatem proſit proteſtatio, quod ad pœnam ſanguinis non intendit.*

4 *Quando teſtis tenetur iure naturæ ſe ſe offerre ad teſtandum, poteſt clericus teſtimonium ferre præmiſſa dicta proteſtatione.*

CAP. IX.

An, & quando Clerici poſſint in Curia ſœculari teſtimonium ferre.

1 DIco 1. quod in cauſis ciuilibus, & criminalibus ad defenſionem rei, vel etiam contra ipſum reum in ijs cauſis criminalibus, vbi non venit imponenda pœna ſanguinis, ſed agitur ciuiliter ad pœnam carcerationis, & ſimiles, poteſt Clericus in foro ſeculari cum licentia Epiſcopi examinari *Ricc. in Collect. dec. 597. par. 3.* idem de Regulari dicit Lezan. *in ſum. q. reg. to. 1. cap. 11. num. 24.* nullamq. incurrit irregularitatem ferens teſtimonium in fauorem rei, ſi ob id ſequatur mors Accuſatoris: quia ipſius dictum per ſe, & ex natura ſua ordinatur ad manifeſtandam rei innocentiam, & ad illius defenſionem; Vnde mors accuſatoris reſpectu teſtis cenſetur ſequi per accidens ex ipſius teſtificatione: ad incurrēdam autem irregularitatem opus eſt, vt adſit cauſa proxima ad mortem, vel factum ex ſui natura ſit ad illam directum, *ità Sayr. de Cenſ. lib. 6. cap. 18. num. 11. Suar diſp. 47. ſect. 4. num. 9. Filliuc. to. 1. tract. 19. c. 9. nu. 257. Vgolin. de Irregul. c. 7. n. 7. quos refert, & ſequitur Dian. par. 4. tr. 2. reſ. 96. quibus adde Bonacin. de Cenſur. diſp. 7. q. 4. pun. 3. num. 4.*

2 Dico 2. quod ſicut Clericus, vel Monachus nequit teſtimoni ū ferre

ferre in causa sanguinis, quia sequuta morte, vel mutilatione irregularitatem incurreret *cap. si quis viduam dist. 50. cap. sententiam Ne Cler. vel Mon. Nauar. in Man. cap. 27. num. 212. & alij communiter:* ità neque ad id potest per superiorem cogi, etiamsi veritas per alios haberi non posset *Ricc. in d. collect. decis. 597. par. 3. & in Prax. for. eccles. par. 2. res. 206. Lezan. in Sum. to. 1. cap. 11. nu. 24.*

3 nec ad euitandam irregularitatē prodesset in tali casu protestatio ipsius testis, quod ad pœnam sanguinis non intendit: quia hęc tātum admittitur, quando agitur de propria, aut suorum iniuria *iuxta cap. 2. de Homic. in 6. & dicunt Doctores apud Dian. p. 4. tr. 2. res. 32. & 33.*

4 Limita quando testis tenetur iure naturæ se se offerre ad testandum: tunc enim cum non præsumatur, ecclesiam in hoc casu imposuisse irregularitatem, poterit clericus testimonium ferre præmissa dicta protestatione, atque ad id potest per superiorem ecclesiasticum compelli *Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 3. nu. 1. & alij.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest esse iudex in causis ecclesiasticis.*
2 *Laicus non potest esse Vicarius Episcopi.*
3 *Bigamus similiter ad Vicariatus officium assumi nequit.*
4 *Sententia lata per laicum Vicarium est nulla.*
5 *Clericus coniugatus non potest officium Vicarij exercere.*
6 *An Episcopus delegare possit laico causas clericorū, vel spirituales.*
7 *An laicus possit esse Assessor Iudicis ecclesiastici.*
8 *Officium Assessoris quale sit.*
9 *An summus Pontifex possit laico concedere facultatem procedendi contra personas ecclesiasticas.*
10 *An Monachus, seu Regularis possit esse Vicarius Episcopi.*

CAP. X.

An laicus possit esse Iudex Clericorum.

1 LAicus regulariter non potest esse Iudex neq. principaliter, neq; incidenter in causis ec-
2 clesiasticis, *c. 2. de Iud. c. lator, & c. causā 2. Quifil. sint legit.* ex quo infertur, quod laicus nō potest esse Vicarius Episcopi *cap. decernimus vbi Rip. n. 56. & omnes de Iud. Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 6. Garc. de Benefic. par. 5. c. 8. nu. 2. Bellett. in Disquis. Cleric. tit. de fauor. clerit. real. §. 2. n. 60. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. n. 3. & 4.* vbi dicit, quod Vicarius Episcopi debet esse Clericus primę tonsuræ ac ætatis 25 annorum.
3 Idem dicendum est de bigamo, hic enim ad Vicariatus officium assumi non potest: quia omni priuilegio clericali censetur exutus *cap. vn. da Bigam. in 6.* nisi fortè ab impedimento bigamiæ solutus fuerit *Garc. loco cit. numer 4. & 5. Barbos. nu. 11. Ricc. in Prax. for. ec-*

4 *eccles.par.2.ref.261.* vbi etiam dicit, quod sententia lata per laicũ Vicariũ est nulla, nisi communis error excuset, puta si publicè pro clerico habebatur *arg. l.Barbarius ff.de offic.Prætor:*

5 Infertur 2. quod neque clericus coniugatus ad huiusmodi Vicariatus officium idoneus reputatur, etiamsi contraxisset cum vnica, & Virgine, & deferret habitum, & tonsuram: hic enim potius comparatur laicis, quam clericis *Sylu. in ver. laicus nu. 3. Ricc.in Prax.for.eccles.par.2.d.ref. 261 & in collect.decis.2485.par.6. Bellett. loco cit.§.3.num.20. Sbroz. de Vic.Episc.lib.1.q.31.num.5. & seq.*

6 Infertur 3. quod Episcopus nõ potest laico delegare causas spirituales, neque criminales clericorum *glos.in cap. bene quidem, §.præter.96.dist. Piasec. loco citato Clar.in Prax.crim.§.fin.q.41.vers. quæro numquid Bonac. de censur. in part.disp.1.q.16.pun.2.num.10. Barbos.de offic.& pot.Episc. par.3. all.108.num.1.& seq.Sbrozz.lib.2. q.66.num.21.& de communi testatur Rip.in cap. decernimus nu.64. de Iud.* causas verò ciuiles, seu tẽporales Episcopus, & quilibet alius Iudex ecclesiasticus laico delegare potest, dummodò non fiat commissio generalis ad omnes causas *glos.in d.cap.bene quidẽ ver:præter:Piasec: loco cit: num:6: Dian:p:1:tr:2:ref.113:& alij, quos refert, & sequitur Barbos:d:par:3: all.108:num.7.& ita practicatur, quamuis contrarium sentiant alij apud Bonas:de censur:in par: disp. 1:q:16:sect:1.pun.6: num: 1:*

7 Potest etiam laicus esse Assessor Iudicis ecclesiastici in causis ecclesiasticis, & spiritualibus, ac etiam criminalibus contra clericos *Vulp.in Prax.iudic.cap.33.n. 15.Sbroz.lib.1.q.31.num.10.Barb. d.par.3.all.54.num.7:& seq.& all. 108.num.6.Ricc.in Prax.for.eccles. par.2.ref.261.Bellett. tit.de fauor. cleric.real.§.3.num.18.* vbi addit, quod non potest talis Assessor laicus in huiusmodi causis proferre

8 sententiam, præsertim cum officium assessoris sit solum cõsulere, ac Iudicem adiuuare, *l.1.ff de offic.Assess.l:consiliarios l.non minus & l.liceat omnibus C.de Assessor:*

Potest autem summus Pontifex causas spirituales, ac criminales clericorum laico committere iuxta communem DD. sententiam, quia tunc iudex laicus non iudicabit propria potestate, sed auctoritate summi pontificis tamquam ipsius delegatus; cum enim id pertineat ad potestatem iurisdictionis, ideò potest delegari *glos.in d.cap.bene quidem ver. præter 96.dist.Rip.in d. cap. decernimus num.56:Ricc.in Prax. for. eccles.par.4.ref.135.num.7.Vulp. in Prax.iudic.cap:43.numer. 4. & 5. Sbroz.d.q.31:num.14.& 15.Barb. d.all.108.num:1.Diana par. 1.tr.2. ref.113.Bonacin.de censur.in part. disp.1.q.16.sect:1.pun.6. num. 2:& alij.* Vnde refert Ricc. *in collect: decis.2062.var.5.* in Rebellione Calabriæ fuisse processum cõtra Clericos & Monachos de licẽtia summi Pontificis per Iudicẽ laicũ simul cũ Iudice ecclesiastico.

Ob-

Obseruat tamen *Clar. §. fin. q. 41. vers. sed quid dicendum*, & alij communiter, quod non potest Papa iurisdictionem ordinariam conferre principibus laicis in clericos.

10 Quæres, an Monachus, seu Regularis possit esse Vicarius Episcopi? Resp. affirmatiuè de licentia tamen sui superioris, dummodò non sit ex ordine mendicantiũ *Franc. Marc. decis. 999. & decis. 1285. par. 1. quem refert Ricc. in collect. dec. 2485. par. 6. & in Prax. for. eccles. par. 2. res. 351.*

SVMMARIVM:

1 *Vicarius Episcopi quando puniatur ab ipso Episcopo, & quãdo à Metropolitano.*
2 *Vicarius qualis constituendus sit.*
3 *An expediat, vt Vicarius Episcopi sit ciuis.*

CAP. XI.

A quo puniri debeat Vicarius Episcopi delinquens in officio.

1 SI Vicarius Episcopi ità delinquat in officio, vt offendat iurisdictionem Metropolitani, puta si illius iurisdictionem spernat, tunc ab eodem Metropolitano punitur *cap. 1. de offic. Vic. in 6.* si verò delinquat in officio præiudicando partibus, & iustitiæ, cognitio & punitio pertinet ad ipsum Episcopum, qui habet facultatem à iure, prout quiuis alius magistratus, coercendi officialem suũ appellatione remota *l. nulli officiali C. quor. appell. non recip. Lotter. in tract. de re benefic. lib. 1. quæst. 22. nu. 100. & seq. quem refert Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54. n. 183.* & tunc priuari potest officio Vicariatus, & officij salario *Ricc. in collect. decis. 2836. p. 7. vbi citat Franc. Marc. decis. 646.*

2 Quare Episcopus viros graues, ac doctrina, pietate, & religione præstantes, atque in expediendis litibus, & negotijs diligentes ad huiusmodi officium eligere debet, nè quid eorum incuria succedat, de quo ipse rationem

3 sit Deo redditurus. Vnde non expedit eligere exterum ad Vicariatum, sed ciuem, in quo præsumitur maior fides, ac diligentia, & integritas, *vt d. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 1. q. 34. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 3. all. 54 num. 2. & 3.* præsertim si ciuis esset vir eminentis scientiæ, ac probitatis: tunc enim cessat suspicio, nè fortè amicitia, propinquitate, gratia, aut metu adductus ius aliquo modo quandoque violaret, minusue liberè diceret: quam ob causam S. Carolus Vicarios exteros adhibere solebat, *vt narrat Carol. à Basil. S. Petri in eius vita lib. 7. cap. 36. quem refert Barbos. vbi supra.*

SVM-

SVMMARIVM:

1 *A quo Iudice puniantur Iudæi, ac Saraceni.*
2 *Qua pœna plectantur Christiani, qui cum iudæis habitant.*
3 *Quam pœnam incurrant Christianæ nutrices, quæ Iudæorum filios lactare præsumunt.*
4 *Qua pœna plectendi sint Iudæi, qui cum muliere Christiana copulam habent.*
5 *Quid si Christianus cognouerit Iudæam, vel Saracenam:*
6 *Qua pœna puniantur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudæis Christianam fidem abnegarunt.*

CAP. XII.

De Iudæis, ac Saracenis.

1 IVdæi, ac Saraceni sęculari Iudici subsunt in delictis sęcularibus, & in causis, quæ inter personas sęculares sunt mixti fori, locus est præuentioni *cap. postulasti de Iudæis l. Iudæis C. eod. tit: Io: Franc. Leo in Thes. for. eccles. par. 4. cap. 4. num. 12. Ricc. in collect. decis. 434 par. 2. Viu. relatus in Syntag. opin. comm. tom. 1. tit. 30. de Iudæis cap. 8. vers. Iudæos:* sed in delictis merè ecclesiasticis iudici ecclesiastico subijciuntur, *vt in cap. etsi de Iudæis & Sarac.* Vnde si quid in contemptum Christianæ religionis committant, aut hæreticas propositiones contra nostrã fidem proferant, vel si negent ea, quæ habent communia circa fidem cum christianis, pœna extraordinaria, videlicet pecuniaria, carcerum, verberum, tiremium, vel alia arbitrio inquisitorum puniuntur pro qualitate delicti, ac tradi etiam possunt curię sęculari vltimo supplicio puniendi *ex constitutione Greg. XIII. quã refert Dian. p. 4. tr. 7. res. 2. & notat etiam Ricc. loco cit. Barbos. in c. ad hæc num. 3. de Iudæis & Saracen.* vbi etiam dicit, quod Iudæus retinens nutrices christianas eorũdem inquisitorum iudicio subsunt.

2 Christiani verò, qui cum Iudęis habitant, excommunicandi sunt *cap. Iudæi 2. de Iudæis & Sarac.* nisi à Christianis huiusmodi infideles detineantur tamquam serui: seruilis enim conditio excludit pręsumptionem subuersionis, *vt dicunt Doctores apud Barbos: in d. cap. Iudæi num. 2.* Clericus verò deponitur *c. nullus 28. q. 1.* eam demque pœnam subeunt laici, & clerici, qui Iudæorum azima comedunt *ex d. cap. nullus* Christianæ etiam nutrices, quæ eorum filios lactare præsumunt, excommunicari debent *cap. etsi Iudæos eod. tit.* conuiuia quoque cum Iudæis interdicta sunt *ex cap. omnes 28. q. 1.*

4 Quæres, qua pœna plecti debeant Hębrei, qui cum muliere Christiana copulam habent? Resp. quod si cum Christiana simplicẽ fornicationem committant, pecuniaria pœna puniuntur *secundùm magis communem opinionem*; si verò adulteriũ, vel aliud grauius cri-

crimen cum Christiana perpetrauerint, eadem, qua Christiani, plectendi sunt *P. Fichard. relatus in Syntag. opin. commun. to. 1. tit. 30. de Iudæis cap. 4.* Christianus verò cognoscens Iudæam, vel Saracenam capitali pœna plectendus est, sicut Sodomitæ, & ij, qui cum brutis nefariè coeunt *secundùm Bonifac. de Vitalin: in tit. de Raptor. in fin. quem refert, & sequitur Graff. par. 2. lib. 2. cap. 23. num. 37.*

6 Quæres 2. qua pœna puniantur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudæis Christianam fidem abnegarunt?

Resp. quod si sponte compareant, & dicant, se adhuc fidem corde retinuisse, tunc abiurant vt vehementer suspecti, & aliæ pœnitentiæ salutares iniunguntur, exceptis pueris, rusticis, fœminis, & alijs similibus personis, qui propter eorum simplicitatem solent abiurare de leui; si verò fatentur, se verè fidem abnegasse, hoc casu vt formales hæretici abiurant, & grauiores pœnitentiæ imponuntur *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. num. 11. Dian. par. 4. tr. 7. res. 3. vbi citat Aloys. Bariol. in Aphor. lit. P: ver. Pueri §. 2. Pegn: in Direct. Inquis. par. 2. comm. 59: Ricciull. de Iur. person. lib. 6: cap. 5. numer. 7. & seq.*

Sed si nõ sponte comparuerint, & confiteantur facta apostatica absque intentione abnegandi fidem, super intentione torquentur: & si post torturam legitimè adhibitam in negatiua persistant, abiurant similiter vt vehementer suspecti: si verò intentionem praua confiteantur, tamquam formales hæretici abiurant, & vltra abiurationẽ puniuntur arbitrio Iudicis, qui considerare debet qualitatem metus illati, & personæ delinquentis, *vt d. Pegn. loco cit. & alij apud Dian. vbi supra res. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata clerico an sit mixti fori.*
2 *Quãdo clericus possit pro sua, vel suorum iniuria absque irregularitatis metu agere coram Iudice sæculari.*
3 *In quo casu cesset actio iniuriarum.*
4 *Iniuria vni facta toti familiæ, totique agnationi facta censetur.*
5 *Illata iniuria vni de collegio, vel vniuersitate quando possit agere Vniuersitas, vel collegium nomine proprio.*
6 *Iniuria quibus modis fiat.*
7 *Inferens iniuriam qualiter sit plectendus.*
8 *Si non appareat, quis nam cœperit iniurias dicere, neuter de iniuria tenetur.*
9 *Quid si inter plures homicidium committatur vnico vulnere, & ignoretur, quis occiderit.*
10 *An veritas conuitij excuset ab iniuria.*
11 *Clerici laicos iniuriantes quomodò debeant eis satisfacere.*
12 *Quando Iudex possit cognoscere de iniuria sibi illata.*
13 *Qua pœna multandus sit qui alapa percutit Potestatem.*

CAP.

CAP. XIII.

De Iniurijs.

§. I.

An iniuria illata Clerico, siue alijs personis Ecclesiasticis sit mixti fori.

1 REsp. affirmatiuè, siue de ea agatur ciuiliter, siue criminaliter *Guid. Pap. dec. 562. vbi dicit, quod ità seruatur Ricc. in Collect. decis. 138. p. 1. & dec. 2303. p. 6. vbi citat Viu. dec. 27. Ann. all. 146. Franc. dec. 597. Marcel. Vulp. in Prax. iudic. cap. 27. per tot.* vbi etiam asserit, quod ex officio potest procedi contra iniuriantem personas ecclesiasticas.

2 Hinc fit, vt clericus tam pro sua, quam suorum iniuria absque irregularitatis metu agere possit coram Iudice seculari etiam criminaliter, præuia tamen protestatione, quod ad pœnam sanguinis non intendit, etiamsi pro certo sciat, Iudicem ad pœnam sanguinis processurum *Graff. p. 1. lib. 2. cap. 62. num. 32. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. resp. 247. & in Collect. decis. 618. p. 3.* vbi addit, quod hęc protestatio reddit accusatorem immunẽ, etiãsi accusator habeat animum protestationi contrariũ: hoc tamen procedit in foro fori: non autem in foro conscientiæ: & ideò tunc esset irregularis, licèt occultus, quia ius non requirit protestationẽ mendacem, & fraudolentam, *vt dicit Nau. in Man. cap. 27. num. 226. Graff. loco citato num. 41.*

3 Obserua tamen, quodquãdo agitur ciuiliter ad æstimationẽ iniuriæ, nõ potest offensus postea agere criminaliter, *vt decisum refert Ricc. in Collect. decis. 138. par. 1.* vbi etiam dicit, quod cessat actio iniuriarum, si quis propria auctoritate vendicauerit iniuriam sibi illatam, etiamsi fuerit primò prouocatus.

4 Obserua 2. quod iniuria vni facta toti familiæ, totique agnationi facta cẽsetur ità, vt cuilibet actio competat *Bart. & alij in l. lex cornelia ff. de Iniur.* agere tamen ad priuatum suum commodum, vt sibi pœna, vel quid aliud applicetur, competit tantum principali offenso, eique qui habet offensum in sua potestate, vt Patri respectu filij, vel marito respectu vxoris *Surd. dec. 89. num. 11. Ricc. in Collect. dec. 138. par. 1. & dec. 3777. par. 8.*

5 An verò illata iniuria vni de collegio, vel vniuersitate possit agere vniuersitas, vel collegium nomine proprio? Resp. affirmatiuè, si contumelia, vel iniuria respiciat vniuersitatẽ *Guid. Pap. dec. 464. nu. 2.*

6 Obserua 3. quod iniuria fit tã voce, quam scriptis, tam agendo, seu accusando, quam excipiendo: vtroq; enim modo fama & æstimatio proximi læditur: & ideò qui crimen alteri opposuit, & illud non probauit, actione iniuriarum tenetur *Ricc. in Collect. decis. 3777. par. 8. vbi citat Surd. dec. 89. n. 2. Magon. dec. Flor. 251. n. 2. & 7.*

§. II.

§. II.

Quæ pœna puniantur inferentes iniuriam:

7 REsp. quod secundùm ius cõmune arbitraria pœna plectuntur *Guid. Pap. decis. 562. Clar. in Pract. crim. §. Iniuria vers. sed quæro Graff. par. 2. lib. 3. cap. 4. n. 4.* & vt plurimum in exilium mittũtur *Ricc. in Collect. decis. 1783. p. 5.* vnde delictum occasione iniuriæ perpetratum pœna etiam extraordinaria esse puniendum dicit idem Ricc. *in Collect. decis. 1841. par. 5.* potest etiam iniuriam passus à Iudice petere, vt iniurantem condemnet; vel ad petendam sibi veniam; vel ad æstimationem iniuriæ *Gratian. dec. Rot. March. 199. quem refert, & sequitur Ricc. in d. Collect. decis. 3777. par. 8.* tunc autem non attẽditur quantitas deducta ab iniuriato, sed iudex consideratis omnibus circumstantijs, & qualitatibus augebit, vel minuet quantitem pro suo arbitrio *§. Pœna autem Inst. de Iniur. Surd. d. decis. 89. nu. 9.* Vnde siquis calore iracundiæ, vel prouocatus in alium verba iniurioſa proferat, mitius punitur, *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 583. & in d. Collect. decis. 3777. par. 8. Graff. par. 2. lib. 2. capit. 17. num. 28.* vbi etiam dicit,
8 quod si non apparet, quis cœperit iniurias dicere, neuter de iniu-
9 ria tenetur: quemadmodum si inter plures homicidium committatur vnico vulnere, & ignoretur, quis occiderit, omnes sunt absoluendi *Peguen. dec. 63. quem refert Ricc. in Collect. dec. 129. par. 1.*

Addit Magon. *dec. Rot. Flor. 25.*
10 *Ricc. in collect. dec. 138. par. 1.* quod veritas cõuitij excusat ab iniuria: contrarium tamen videtur verius: quiaquæ tangunt ignominiam alicuius detegi prohibentur, *ita Graf. d. par. 2. lib. 2. cap. 17. nu. 23. & 24. & hanc communem dicit Clar. ind. §. Iniuria vers. itẽ quæro in fin.*

11 Obserua tamen, quod licèt Clerici laicos iniuriantes debeant eis competenter satisfacere, non tamen decet, quod clerici flectant genua, vel aliud faciant, quod tendat in opprobrium cleri *c. quando 86. dist. Graff. d. par. 2. lib. 2. cap. 17. num. 38.*

§. III.

An Iudex possit cognoscere de iniuria sibi illata.

12 REsp. quod Principes, & alij nõ recognoscentes superiorem possunt de iure, & absoluta potestate cognoscere de tali iniuria, siue fuerit manifesta, siue occulta *l. 2. C. si quis Imperat. c. Guiyssarius & ibi glos. 23. q. 4.* licèt de honestate deberent potius causã delegare, *vt ex c. 1. de maled. obseruat Graff. decis. cas. cons. par. 2. lib. 3. c. 4. n. 5.* inferiores verò non possũt de iniuria sibi facta cognoscere, nisi sit notoria, & illata ratione officij *cap. Romana de Pœn. in 6.* quia cũ in notorijs nõ requiratur causæ cognitio *c. demanifesta 1. q. 2. c. cum sit Romana de Appel.* non possunt dici iudices in

causa propria, sed potius iuris exequutores *Gayl.lib.1.obser.39. Triuisan.dec.10.num.34. quos refert Ricc.in Collect.decis.138.par:1* nec possent in tali casu vt suspecti recusari *Graff.loco cit.d.cap.4. num.4.* quod procedit, quando pœna pro tali delicto esset à iure expressa, secus si esset arbitraria *Graff. vbi supra, & alij Doctores relati in Syntag.opin.commun. tit. de Iniur.cap.1. vers.iniuria quando est notoria.*

Hinc infert Ferr. *qq:mor.par:1 q.87. num.4.* quod potest Iudex ecclesiasticus punire laicos, qui coram ipso aliquam irreuerentiã committunt: & tunc punire debet in continenti sine alia accusatione, & iuris ordine prætermisso, *vt dicit Ricc. loco cit.* quemadmodum Iudex sine processu, & causę cognitione procedere potest contra filios obsequia parentibus nõ præstantes *l. necquicquã §. de plano, vbi Bart.ff.de offic:Proconsi.* ita etiam potest Prælatus punire suum subditum pro propria iniuria, modo id faciat extra iudicium animo corrigendi *iuxta glos.in cap.& qui emendat.dist.45. Graff.d.par:2.lib:3.cap.4.nu.5.*

Obserua tamen, quod Iudex pro iniuria occulta sibi illata potest capere delinquentem, & in custodiam ponere Principi, seu Superiori reseruando cognitionem, *vt dicit Graff.loco cit.n.2.*

Si verò iniuria, quæ infertur in personam Iudicis redundaret in Deum, & in ecclesiam, tunc Iudex potest, & debet iniuriam illam vindicare siue sit manifesta, siue sit occulta *iuxta glo.in cap.si quis erga ver.priuetur 2.q.7.S.Th.2. 2. q.108.art.1.ad 4.* quemadmodum Iudex punire potest iniuriam, quę remp. respicit *l. 1. C. de off. eius qui vic.&c.* quamuis recusari possit vt suspectus, cum secundariò personam eius respiciat *Graff. vbi supra num.6.*

13 Queres, qua pœna plectendus sit qui alapa percutit Potestatẽ? Resp. quod pœna capitis punitur, *vt decisum refert Ricc. in Collect. decis.1783.par.5.* vbi tamen subdit, quod alapam Iudici non pro tribunali, sed inferiori loco inferens, non est damnandus pœna mortis. si verò Potestati, seu alijs officialibus resistentiam faciat, arbitraria pœna punitur, *idem Ric. in Collect.dec.559.par.3.* inferens verò alapam famulo Curię pœna exilij multatur *Grammat.dec.14. Ricc.in Collect.dec.1514.par.5.*

SVMMARIVM.

1 *Auctor libelli famosi ab vtroque Iudice ecclesiastico videlicet, & seculari punitur.*

2 *Quæ sit pœna huius criminis de iure ciuili, & quæ de iure canonico.*

3 *Conficiẽs libellũ famosũ cõtra statũ ordinis Prædicatorũ, vel Minorũ excõmunicationẽ incurrit.*

4 *Quid si cõficiat similẽ libellũ contra alias Religiones, quibus communicata sunt priuilegia Prædicatorum, & Minorum.*

5 *Et quid si conficeret libellum huiusmodi contra particularem Religiosum.*

6 *Referuntur casus in quibus supradictæ pœnæ non habẽt locũ.*

7 Qui

7 *Qua pœna auctor famosi libelli de consuetudine plectatur.*

CAP. XIV.

De Libellis famosis.

1 AVctores libelli famosi tam ab ecclesiastico, quam laico Iudice puniuntur *per c: qui in alterius 5.q.1.& l. vn.C.de famos. libell.*

2 De iure autem ciuili pœna capitis puniuntur, *vt in d.l.vn:* vbi etiam hæc pœna ad eum extenditur, qui libellum famosum à se repertum statim non lacerauit, sed manifestauit; eademque pœna plectitur componens libellum famosum, etiamsi illum non affixerit *Ricc.in Collect.decis.49.p.1. Vulp.in Prax.iudic.c.26. vbi etiã refert, Pium V.& Greg.XIII.contra conficientes huiusmodi famosos libellos pœnam mortis imposuisse.*

Sed iuxta antiquos canones tales excommunicantur, ac verberibus flagellantur *cap. qui in alterius,& cap.si qui inuenti 5.q.1.* Clericus verò potest deponi, quia est crimen graue, & damnatione dignissimum *Sylu. in ver. libellus num:5. Ricc.in Collect.dec.1630.p.5* eademque pœna puniuntur inuenientes talem libellum, & illũ non lacerantes, *vt in d.cap: qui in alterius,& dicit Sylu.loco cit.*

3 Item conficiens libellum famosum contra statum ordinis Prædicatorum, vel Minorum, incurrit excommunicationem Papę reseruatam *ex constitutione Alexandri Quarti incip.Ex alto, quàm refert Bonacin.de Contract. disp.2.q.4 pun.9 num.9.& de Censur.in part. disp.2.q.3.pun.36.* vbi hanc excõ-
4 municationem extendit ad conficientes similem libellum contra alias Religiones, quibus communicata sũt priuilegia ordinis Prædicatorum, & Minorum: immò tales esse de hæresi suspectos dicit Vulp. *in Prax.iudic cap.26.n.6*
5 secus esset, si quis conficeret famosum libellum contra aliquem particularem Religiosum: quia hoc priuilegium concessum est in fauorem Religionis in communi, non autem alicuius Religiosi in particulari, *vt dicunt Doctores apud Bonacin.locis cit.Vulp.vbi supra num.7.*

6 Limita 1. si crimina in libello descripta notoria sint: tunc enim pœnæ supradictæ non habent locũ *glos.in d.c.qui in alterius Clar. in Pract. crim. S.fin.q.68. vers.libelli famosi Sylu: in ver. libellus num.5.* etiamsi huiusmodi crimina manifestentur in eo loco, in quo sunt secreta, modò alibi sint publica *Bonac.de Contract.d:disp. 2.q.4.pun.9.nu.9.vers.sexto,& alij.* cõficiens tamen libellũ in tali casu non eximitur ab actione iniuriarum: vt enim quis eximatur ab actione iniuriarum non solum requiritur veritas conuitij, sed etiam quod absit voluntas iniuriandi; quia quæ tangunt ignominiam alicuius, detegi prohibentur, & ideò puniri debet *iuxta S.pœna Instit.de Iniur. Graff.p.1. lib.2.cap.17.num:23.& seq.*

Limita 2. si quis eadem crimi-

na alteri obiecta probauerit, *vt in d.l.vn.C.de famos.libell. d.c. qui in alterius, & ibi glos.5.q.1.Sylu. loco cit.num.5.*

Limita 3.quando libellus famosus non continet crimen, propter quod veniat imponenda capitalis pœna: tunc enim capite non punitur, sed sicut accusãdus puniendus esset *glos.in d.l.vn.ver.si quis famosum:*

Limita 4.si auctor libelli famosi per alium libellum reuocauerit ea, quę in eodem famoso libello proposuerat asserens non esse vera *secundum Rico.in collect.decis. 1630.par.5.*

Limita 5. si quis ad bonum finem, vel ex simplicitate manifestauit contenta in libello famoso: ad incurrendas enim pœnas prædictas requiritur dolus, vt scilicet infametur ille, de quo libellus conscriptus est *Sylu.in ver.libellus num.5.Graff.par.2.decis.lib. 2.cap.17.num.26.* idem dicendum si bono zelo manifestauit, vt puniatur auctor famosi libelli, & illius pœna alijs sit exemplo: nam ad hoc expedit, peccata nocentum fieri nota *l.1.C.ad l.Iul.repet. c.qua propter 2.q.7.* sed tunc debet probare, *vt in d.c. quapropter & c.quidam 5.q.1. & dicit Graff. loco citato.*

7 Vltimò obseruat Clar.*in Pract: crim.§.fin.q.68.vers.libelli famosi*, quod tales auctores famosi libelli aut picturas obscenas seu quid simile in loco publico ponentes in alterius infamiam de consuetudine pœna capitis non puniuntur, sed extraordinaria, videlicet vel fustigationis, vel ictuum funis, & ad summum pœna triremium iuxta facti, & personarum qualitatẽ.

SVMMARIVM.

1 *Delictum in ecclesia commissum est mixti fori.*
2 *Qua pœna huiusmodi delictum puniatur de iure ciuili, & canonico.*
3 *Quoties in iure certa pœna non imponitur, delinquens arbitrio Iudicis punitur.*
4 *An arbitrium iudici concessum extendi possit vsque ad mortem naturalem.*
5 *Hodiè omnis pœna etiam à iure determinata est Iudici arbitraria.*
6 *Percutiens aliquem in ecclesia solet pecuniaria pœna multari.*
7 *Quando Iudex possit pœnam augere, vel minuere.*
8 *Quando possit Iudex pœnam corporalem commutare in pecuniariam.*
9 *Quando possit Princeps facere gratiam absque partis remissione.*
10 *An inferiores Principe possint suis subditis gratiam facere.*

CAP. XV.

De delictis in ecclesia commissis

1 DElictum quoque in ecclesia commissum est mixti fori, quia ab vtroque iure punitur *ex cap.2.de immun.eccles.in 6.* vbi rixę omnes & strepitus in ecclesia prohibentur

tur, quod etiam prohibet Concilium Tridentinum *sess. 22. in Decret. de observan. & euitan. in celebrat. miss.* & ex *l. si quis in hoc genus, & auth. sed nouo C. de Episc. & cler.* quamuis enim delinquens sit laicus, ecclesiasticus tamen in hoc genere delicti est iudex competens ratione loci sacri, qui est in iurisdictione, & territorio ipsius *Abb. in cap. fin. num. 5. de immun. eccles. C. istrens. in l. 1. nu. 8: C. de Episc. & cler. Roland. cons. 24. n. 6. lib. 2. Car. de Graff. de effect. cleric. eff. 1. num. 617. & seq. Leo in Thes. for. eccles. par. 1. c. 13. num. 23. Ricc. in collect. decis. 451. par. 2. Vulp. in Prax. iudic. c. 41. num. 49. Dian. p. 4. tr. 1. res. 67. quicquid in contrarium dicat Clar. in §. fin. q. 38. vers. vidi etiam.*

2 Et de iure quidem ciuili pœna capitalis, aut exilij, siue verberũ pro facti qualitate infligitur, *vt in d. l. si quis in hoc genus & d. auth. sed nouo*; de iure autem canonico punitur pœna arbitraria, 3 cum in *d. cap. 2.* certa pœna non imponatur *l. sanctio leguin, & ibi glos. ff. de Pœn. cap. de causis §. 1. de offic. deleg. glos. & Bart. in l. nemo martyres C. de Sacr. of. eccl. Marant. de ordin. Iudic. disp. 5. qq. legal. n. 19* quod arbitrium Iudici concessum extendi posse vsque ad mortem naturalem in atrocioribus delictis, dicit Ricc. *in collect. dec. 559. par. 3. Mill. in Prax. crimin. tract. de Pœn. num. 47.* sed contrarium tenet Clar. *in §. fin. q. 83. vers. sed quæro, & alij apud Barl. of. in d. c. de causis num. 12.* quorum opinio benignior est, & in praxi sequẽda.

5 Immò omnis pœna etiam à iure determinata hodiè est iudici arbitraria ità, vt eam possit ex causa diminuere, & augere *l. hodie ff. de Pœn. Alciat. in cap. cum non ab homine num. 29. de iud. Gandin. de malefic. tit. Vtrum pœna possit augeri Marant. de ordin. iudic. par. 4. dist. 1. num. 65: Vulp. loco cit. c. 46. num. 14. Piasec. in Prax. Episc. p. 2: cap. 4. de Pœn. num. 93. Loccatell. de quæst. iudic. inspect. 5. num. 311.*

6 Addit Sperell. *dec. 4. n. 12.* quod licèt percutiens aliquem in ecclesia etiam absque sanguinis effusione possit per Episcopum excommunicari, quoties id expedire viderit, solet tamen pecuniaria pœna multari *per cap: si quis in atrio & c. quisquis inuentus 17. quæst. 4.*

7 Sed quæres, ex quibus causis Iudex possit augere, vel minuere pœnam?

Resp. quod Iudex aliquãdo potest augere pœnam ordinariam, vt quando multis grassantibus, & delinquẽtibus opus est exemplo, vt pœna vnius metus sit multorũ *Gandin. d. tit. Vtrum pœn. poss. auger. Mill. in Prax. crim. tr. de Pœnis num. 30.* quod procedit, etiamsi causam non exprimat *Ricc. in collect. decis. 561. par. 3.*

Resp. 2. quod potest minuere pœnam, vbi delictum commissum fuit calore iracundiæ, si esset tantus, vt illud deliberatè quis non fecisset *c. ira 11. q. 3. Ricc. in Prax. for. eccles. p: 1. res. 583. & in collect. decis. 1841. par. 5.* contrarium tamẽ tenent alij apud eumdem Ricc. *in Prax. vt supra par. 2: res: 9.* alias nul-

nullum homicidium esset puniendum, quod iracundia plerunque committitur.

Secundò propter nobilitatem, vel paupertatem delinquentis *c. fin. de Pœn. cap. qui contra 24: q. 1. Mill. in Pract. crim. tr. de pœn. num. 16. & seq.*

Tertiò ratione sexus, leuius enim puniuntur mulieres, quam viri *Ricc. in collect. dec. 1841: par. 5. Mill. loco cit. num. 38.*

Quartò si vir sit honestate conspicuus, & non deliquit nisi semel *cap. licet 45. dist. Gandin. loco cit.* immò in tali casu potest Iudex pœnam etiam indulgere *c. Lugdunensis 9. q. 2. ibi, si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ prospexeris promereri Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res 275. vbi citat Tirnq. de pœn. temper. cauſ. 51. per tot. Alex. cons. 121. num. 8. lib. 7. Farinac. in tit. de indic. & Tortur. quæst. 7. n. 185. quibus adde Grammat. decis. 23. num. 7.*

Quintò si impubes delinquit, hic enim licèt commiserit delictũ puniendum pœna mortis, non solum non puniretur pœna mortis, sed nec alia corporali *l. 1. S. impuberi ff. Ad Syllan. l. de minore ff. de quæst. cap. 1. & 2. de delict. puer. Ricc. in collect. decis. 1845. p. 5:* idem dicendum de minoribus 25. annorum *iuxta tex. in l. auxilium ff. de minor. Grammat. dec. 23* ac de sene *c. tanta 86. dist.*

Sexto vbi crimen commissum fuit ex simplicitate, vel sine dolo *l. 1. S. excusantur ff. ad Syllanian. c. extuarum de Sortil. dic. tanta 86. dist:* vel ex ebrietate *l. omne delictum S: per vinum. ff. de Re milit:* qui vero ex furore delinquit, penitus excusatur, quia satis suo furore punitur, nisi interuallis quibusdam sanior sensu efficiatur, & eo momento scelus admiserit: tunc enim morbo eius non est dãda venia, sed secundùm sceleris immanitatem supplicio est afficiẽdus, *vt in l. Diuus ff. de offic. Præsid. Mill. in Prax. crim. d. tract. de pœn. num. 24. & seq.* Addit tamen Ricc. *in Collect. decis. 1840. p. 5.* quod furioso minuitur pœna etiam in delictis commissis ante furorem.

Septimò si in aliqua arte, vel scientia excellens sit, vel insignis: talibus enim personis non solum minui, sed planè condonari potest pena ordinaria, nisi magnitudo delicti aliud exposceret: tunc enim excellens in arte delinquẽs pœna ordinaria puniri potest, *vt decisum refert Ricc. in collect. decis. 1842. par. 5.*

Octauò propter merita, & seruitia à se, vel à Patre præstita Principi, vel Reip. *S. sed quod Principi in fin. iuncta glos. in ver. ob meritum instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Grammat. dec. 23. per tot.*

Nonò mitius punitur qui clam, quam qui palam delinquit *Ricc. in collect. dec. 1841. par. 5. Mill. in Prax: crim. tract. de Pœnis n. 36.*

Decimò vbi plures delicto interuenerunt, & nescitur quis verè deliquerit *Alciat. reg. 3. præsũpt. 44. num: 4. & cõmunem dicit Boss. in tit. de Homicid. n. 26.*

Vndecimò per lasciuiã lapsus mitius punitur *l. omne delictum S. per vinũ ff. de re milit.* quia amor

est

est species furoris *Ricc. in collect. decis.* 1843. *par.* 5. vbi etiam refert, quemdam iuuenem, qui hac de causa interfecit corriualem, non fuisse punitum pœna mortis.

Duodecimò propter diuturnitatem temporis minuitur pœna, ità, vt non possit homicida decapitari *l. si diutino ff. de Pœn:* etiãsi delictum fuerit iteratum *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 2. *res.* 47.

Decimotertiò mitius punitur qui tantum consensit delicto, vel ad illud fuit prouocatus, *vt decisum refert idem Ricc. in collect. dec.* 261. *par.* 2. vbi etiam dicit, quod potest Iudex pœnam illi minuere qui diù stetit in carcere, quia carcer est pars pœnæ.

Decimoquartò ratione scandali Iudex mitiorem sententiam dicere potest; quia propter scandalum, & tumultum aliqua postponuntur, & fiunt quæ aliter non fierent *Mill. in Prax. crimin. tr. de Pœn. num.* 29

Decimoquintò, si quis pro cõseruãda sui iuris possessione alĩ occiderit, non punitur pœna ordinaria, sed mitiori *Ricc. in Prax. vt supra par.* 1. *res* 569. *& alij.*

Addunt alij, quod committens crimen aliqua causa motus licèt iniusta, ex quo crimine veniret alias imponenda pœna mortis, excusabitur à pœna prædicta ratione illius causę, licèt iniustę 9
vt dicunt Doctores apud Grammat. decis. 23. *nu:* 8.

8 Quare ex his, & similibus causis pœnam corporalem posse à iudice commutari in pecuniariam iuxta personarum, & criminum qualitatem concludit Ricc. *in Prax. par.* 4. *res.* 120. quòd intellige, modò Iudex possit super crimine dispensare *iuxta glos. notabilem in cap: licet ver. pœnam pecuniariam de Pœn.* Vnde cum Episcopus in adulterijs, & alijs criminibus, quę sunt minora, possit dispensare *ex cap. Atsi clerici §. de adulterijs ex. de Iudic.* per consequens in ijs tantum poterit pœnam commutare. *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 4. *res.* 122. *Sbrozz. de Vic. Epis. lib.* 2. *q.* 37.

Intellige 2. dummodò compositio huiusmodi fiat ante sentẽtiã, non autem post *l. acta §. de ampliand. ff. de Re iud. Sbroz. vbi supra nu.* 16. *Ricc. loco cit. d. res.* 122. vbi dicit, quod post sententiam compositiones facere non licet, nisi Pontifici, vel Regi; hoc tamen limitant Doctores, quando in sententia reseruatum fuit ius mutandæ pœnæ, vel concessa fuit restitutio aduersus sententiam; tunc enim Iudices etiam inferiores cõpositiones post sententiam facere possunt, *vt dicit Sbrozz. loco supracit. n.* 17. *Genuens. in Prax. Archiep. cap.* 48. *n.* 2.

Intellige 3. dummodò compositio fiat cum remissione partis, *vt d. S. Tho.* 2. 2. *q.* 67. *art.* 4. *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 4. *res.* 121. *& in Collect. dec.* 3460. *p.* 8. quemadmodum Princeps non aliter gratiam facere potest, quam prius concordata parte, *vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Clar. in §. fin. quæst.* 59. *vers. adde,* nisi fieret pro bono pacis, vel publicæ vtilitatis; vel si offensus

esset

esset mortuus, vel exterus, vel incognitus; his enim casibus gratia fieri potest absque partis remissione *Ricc. in Collect. decis.* 3460. *par.* 8.

10 Quæres, an Inferiores Principe possint facere gratiam suis subditis? Resp. negatiuè, nisi quoad pœnas, & bona, quę eis applicantur *l. acta § de ampliand. vbi Bart. ff. de Re iud. Boss. in tit de Remed. ex sol. clem Princip. n.* 51. *Clar. d. q.* 59. *in princip.* secus dicendum est in Episcopo, qui in adulterio, & alijs minoribus criminibus gratiam facere potest *iuxta cit. tex. in cap. at si Clerici § de adulterijs*.

Verum de consuetudine Barones contrarium seruant, *vt dd. Clar. & Boss. locis cit.* ita etiam de consuetudine hodie Episcopi faciunt gratiam de omnibus delictis, præsertim si in sententia ad fit clausula, salua moderatione, & gratia &c. *vt d. Genuens. in Prax. Archiep. d. cap.* 48. *n.* 2. *Vulp. in Prax. iudic. cap.* 46. *n.* 20.

Addit Vulp. *d. cap.* 46. *n.* 20. quod licèt Barones in Regno non 1
possint remittere pœnas, nec facere gratiam suis subditis condemnatis per sententiam, quia facere gratiam post sententiam est ius Regium; tamen si condemnati appellauerint ad iudicem secundarum causarum, poterunt facere gratiam appellatione pendente; quia per appellationem rescinditur iudicatum, & reponitur in eo statu, vt possint fieri omnia, quę possent post litem contestatam, *vt dicit Bart. in l. ita demum n.* 3. *C. de Procur. quem* alij communiter sequuntur teste *Maran. de ordin. Iudic. par.* 4. *dist.* 6. *n.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Duellum est mixti fori.*
2 *Quas pœnas incurrant Duellantes, vel consilium, aut auxilium præstantes, vel cooperantes ad duellum. Quando à supradictis pœnis excusentur, ibidem.*
3 *Duellum quomodo probandũ sit.*
4 *An incurrat supradictas pœnas, qui calore iracundię inimicum ad duellum inuitat, & in continenti accedit ad locum.*
5 *Supradictæ pœnæ non procedunt, vbi locus, aut tempus statutum non fuerit.*
6 *An decedentes in duello priuentur Ecclesiastica sepultura, si pœnitentiæ signa ostenderint.*

CAP. XVI.

De Duello.

DVellũ quoq; inter crimina mixti fori numerandũ est, cũ ab vtroq; iure prohibeatur, *vt notat Andr. Alciat in tract. de Singul. certam. cap.* 3. *& 4. contra glos. in l. qua actione § si quis in colluctatione ver. committente ff. ad l. Aquil.* vbi dicit, quod duellum iure Romano non est prohibitum.

2 Illud autem expresè prohibetur *in l. vn. C. de Gladiator.* & in Regno Neapolitano adest Pragmatica statuens pœnam mortis natura-

naturalis ipso iure incurrendam, non solum per ipsos principales audentes prouocare alios ad duellum, etiamsi nullum sequatur certamen, sed etiam per Nuncios intermedios, & assistentes similibus pugnis,& duellis,*vt refert Quarant.in ver.Duellum in fin.*

De iure vero canonico sub varijs pœnis prohibetur *in c. monomachiam 2.q.5.cap.1.& 2. de Cler. pugn.in Duell.& in Concilio Tridentino sess. 25. de ref. cap. 19.* vbi diuersæ imponuntur pœnę & primo Domini temporales etiam Imperator, & Reges, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserunt,eo ipso sunt excommunicati, ac iurisdictione, & dominio illius loci, quem ab Ecclesia obtinent, priuati intelliguntur, & si feudalis sit,directis Dominis statim acquiritur: quas pœnas ad eosdem locorum Dominos extendit Greg. XIII.si huiusmodi duellũ permiserint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint,*vt ex constitutione incip.Ad tollendum, quam refert Quarant.in ver.Duellum*. idemque de magistratibus, Presidibus, Locumtenentibus, aut etiam militum Ducibus incastris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus contrarij exercitus monomachiam in quocunque casu prohibito permittentibus, vel quantum in ipsis est, non prohibentibus, aut post commissum crimen veniam, & impunitatem concedentibus statuit Clemens VIII. *in constit.incip. Illius vices, quam similiter refert Quarant.l oco cit.& notat etiã Bonacin.de Censur. in partic. disp. 2. q.3.pun.48. num. 25. in fin. Dian. par.6.tr.6.ref. 20.*

Secũdò ex eodẽ Cõcilio qui pugnam cõmiserint,quiq;eorum Patrini vocantur,excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuę infamiæ pœnam incurrunt, & vt homicidæ iuxta sacros Canones puniuntur: et si in ipso conflictu decesserint, perpetuò carere debent Ecclesiastica sepultura;quod ex citata Greg. XIII. constitutione procedit tam in duello publico, quam priuato, etiamsi nullẽ Patrini,aut socij ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præcesserint.

Tertiòper dictũ decretũ Concilij illi etiã qui consilium in causa duelli tam in iure, quam in facto dederint, aut alia ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores eamdem excommunicationem incurrunt: idemque statuerunt Greg. XIII & Clemens VIII in prædictis constitutionibus, vbi dictæ pœnæ extenduntur etiam ad mandantes, & alio quo vis pacto cooperantes, etiamsi postea duellum sequutum non fuerit, nisi fortè per ipsosmet cooperantes steterit, nè sequeretur, *vt obseruat etiam Bonacin. loco cit.n.24.& seq. Rice. in Prax. for.Eccles.par.3.ref. 49.*

Ex quo inferunt Doctores,eum hac excommunicatione non af-

fici, qui auxilium, vel consilium, vel mandatum dedit ad pugnandum in duello, vel ad prouocandum ad duellum, sed re integra ante prouocationem, & pugnam influxum sui consilij, mandati, vel auxilij reuocauit: neque eum, qui libellum prouocatorium cõposuit, vel scripsit, si non affixit, nec intimauit: quia tunc per ipsos stat, nè prouocatio, vel pugna, aut libelli publicatio sequatur *Peregr. de Duell. q. 5. quem refert Bonacin. loco cit. nu. 34. & 35. Dian. par. 6 tr. 6. res. 21.* vbi dicit, hoc procedere, etiamsi reuocans consilium, aut mandatum nihil profecerit.

Quod autem dicitur de spectatoribus, ijdem Summi Pontifices declararunt, id intelligendum esse de spectatoribus ex industria, & ex proposito: vnde transeuntem obiter, & aspicientem duellum non incurrere supradictas pœnas dicit Ricc. *in Prax: for. eccles. p. 3. res. 54. & alij.*

2 Addit Bonacin. *loco cit. num. 30.* neque eum ligari excommunicatione, qui ad locum duelli causa inspiciendi accessit, sed duellum, vel actus ad pugnam proximus non fuit sequutus: quia non dicitur spectator, & in materia pœnali verba strictè accipienda sũt: *& hanc sententiam sequitur etiã Dian. p. 3. tr. 6. res. 1. vbi eum Less. lib. 10. cap. 4. dub. 11. n. 83. & Scort. in Bull. Pont. epitom. 155. theorem. 392.* à supradictis pœnis excusat 4 spectantem duellum ex occulto.

Item Ciuitates, castra, & alia loca, in quorum territorijs id faciens scientibus, & tacitè, vel expressè permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut magistratibus, vel Senatu, aut Populo admissũ fuerit, ecclesiastico supponuntur interdicto *ex dicta constitutione Clementis VIII.* vbi supradictæ excommunicationis absolutio, & interdicti relaxatio sedi Apostolicæ reseruatur.

Clericus verò in duello pugnãs vltra supradictas pœnas est deponendus *c. 1. de Cler. pugn. in duell.* & priuandus est beneficijs, dignitatibus, & officijs ecclesiasticis, & est inhabilis ad illa, & alia in posterum obtinenda *ex constitutione Pij IV. vt obseruat Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 48. nu. 21.* idemque procedit quoad Religiosos, *vt d. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 3. ver. duellum nu. 18.*

3 Duellum verò in fòro exteriori debet plenè, & concludẽter probari cum omnibus suis qualitatibus, videlicet quod spontè, ac deliberatè, & ex pacto inuicem inito, seu ex præuia conuentione ab vtraque parte susceptum fuerit: quia Greg. XIII. prohibuit duellum ex condicto: condictum autem est vtriusque dimicantis placitum, siue consensus, *vt d. Ricc. in Prax: for. eccles. par. 2. res. 170. Megal. var. resol. to. 2 res. 141. nu. 3:*

Secundò quod facta fuerit assignatio loci, & temporis *ex dicta constitutione Greg. XIII.*

4 Hinc inferunt Doctores, eum, qui in rixa, & calore iracundiæ inimicum ad duellũ inuitat, & in continenti accedit ad locum, non esse

esse excommunicatum, nec incurrere alias pœnas contra duellãtes inflictas; quia talis pugna nõ fit præmeditatè, nec ex præuia conuentione procedit *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. res. 170. vbi citat. Sanch. in Sum. lib. 2. cap. 39. n. 28. Ludouic. decis. Rot. Lucen. 11. Graff. cons. 4. 5. 6. & 7. de Homicid. quibus adde Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 1. n. 49.* vbi dicit, quod tunc propriè dicitur fieri calore iracundiæ, quando non deuenitur ad aliquem actum intermediũ. Quod procedit etiam 5 in terminis constitutionis Clementis VIII. quamuis enim ibi sub pœna excommunicationis simpliciter prohibeatur prouocatio ad duellum, tamen intelligi debet de prouocatione deliberata, ac præmeditata; ideò non sufficit prouocatio, quæ fit ex rixa; tum quia ità colligitur ex verbis dictæ constitutionis, *ibi, ex composito ineuntes, nec non id* 6 *scelus suadentes, aut prouocantes*, nam clausula in principio posita refertur etiam ad sequentia *cap. secundo requiris de Appell.* tum quia dicta constitutio intelligenda est iuxta communem vsum loquendi, & iuxta sensum aliarum constitutionum, *vt d. Dian. par. 3. tr. 6. res. 1. Bonacin. de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 48. n. 5. & seq.*

Addunt alij Doctores, quod neque supradictæ pœnæ contra duellantes haberent locum, etiãsi post conuentionem de pugnando factam in rixa intercedat aliquod temporis spatium, & pugna in determinato loco sequuta sit: dummodò pugnantes intra illud tempus non se vertãt ad actus extraneos, & alienos ab ipsa pugna, & arbitrio prudentis duret calor iracundiæ: quia principium actionis præcipuè inspiciendum est *Bonacin. loco cit. n. 8. Suar. to. 4. in 3. par. disp. 22. sect. 5. n. 21. & 22. & alij apud Dian. 4. 6. tr. 6. res. 21.* vbi etiam dicit, quod si pugna sequatur eodem die, quo facta fuit rixa, & conuentio, præsumitur commissa ex eodem calore iracundiæ.

Inferunt 2. quod neque incurritur excommunicatio, & aliæ pœnæ supradictæ ob quascumque diffidationes etiam animo deliberato factas, si locus, aut tempus statutum non fuerit; quia huiusmodi conflictus non sunt propriè duella, de quibus loquũtur summi Pontifices, *ità Bonacin. loco cit. n. 15. & alij communiter.*

Queres, an decedentes in duello priuentur Ecclesiastica sepultura, si pœnitentiæ signa ostenderint? affirmatiuè respondet Ricc. *in Prax. for. Eccles. par. 3. res. 53. vbi refert, ita in his terminis sacram Congreg. declarasse,* & probatur *ex cap. 1. de Torneam. idem tenent alij Doctores apud Bonacin. de Censur. in part. d. disp. 2. q. 3. pun. 48. n. 22.* vbi addit, hoc procedere, etiamsi ex vulnere ac cepto in duello non statim, sed alio die moriãtur, quia hæc pœna inflicta est in detestationem criminis, & ad terrorem aliorum: *quamuis contrarium teneat Dian. par. 4. tr. 4. res. 192.*

SVMMARIVM.

1 *An crimen vsurarum sit mixti fori.*
2 *Si coram Iudice ecclesiastico pendeat causa ciuilis super vsuris, Iudex laicus supersedere debet in causa criminali.*
3 *Quibus pœnis plectendus sit qui vsuras exercet.*
4 *Hoc crimen quomodò probetur.*
5 *Quando sufficiant testes singulares ad probandum hoc crimen.*

CAP. XVII.

De Vsuris.

1 NOn mediocris est inter Doctores altercatio, an vsurarũ crimen sit mixti fori: alij enim putant vsurarum prohibitionem à iure canonico originẽ sumpsisse *ex text. in cap. 2. de vsur.* & ideò huiusmodi crimen esse merè ecclesiasticũ censet Graff. *par. 2. lib. 2. cap. 24. n. 42. & alij, quibus adde Bart. in l. 1. nu. 6. C. de Sum. Trin.* vbi dicit, quod de iure ciuili vsuræ erant permissæ *per text. in l. eos C. de Vsur.* ex quo infert Marant. *de ord. Iudic. disput. 5. qq. legalium num. 10. Ricc. in Collect. dec. 2078. par. 5.* quod Iudex secularis non potest contra vsurarios procedere, nisi per particulares constitutiones, & statuta loci vsurę prohibeantur.

Alij verò tenent, vsuras etiam de iure Codicis vetitas esse *in auth. ad hęc C. eod. tit. de vsur.* & ideò esse mixti fori: *& hanc esse magis communem dicunt Doctores relati in Syntag. opin. comm. tit. de Vsur. cap. 1. 3. & 4.*

Praxis tamen obseruat, quod si quęstio sit facti, puta quia non dubitatur, an contractus sit vsurarius, tunc vterq. Iudex est competens *Franc. Marc. decis. 535. p. 1. quem refert Ricc. in Collect. decis. 2078. par. 5.* Si verò inter partes vertitur quæstio iuris, scilicet an contractus sit vsurarius, vel non, tunc cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiuè quoad laicum, *vt dicunt Doctores apud Dian. par. 1. tract. 2. res. 78. Bellett. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. § 4. n. 130. & communem dicit Clar. § fin. q. 37. vers. quæro igitur Ricc. in Collect. dec. 2045. par. 5.* siue quæstio iuris huiusmodi in iudicio deducatur principaliter, siue incidenter, *cap. tuam de ord. cogn. cap. lator Qui fil. sint. leg. Mart. par. 2. de Iurisd. c. 43. n. 75: quẽ refert, & sequitur Layman. l. 4: tract. 9: cap: 2: n: 9: quicquid in contrarium dicat Clar: d: q: 37. vers: quæro igitur in fin.*

2 Vnde si coram Iudice ecclesiastico pendeat causa ciuilis super vsuris, Iudex Laicus supersedere debet in causa criminali, etiamsi primo loco coram eo fuerit intẽtata, & expectari debet exitus causæ ciuilis; quamuis enim causa criminalis regulariter suspendat iudicium ciuile: *l. per minorem ff. de Iudic. l. fin. C. de ord. Iudic.* hoc tamen nõ procedit, quãdo causa criminalis pendet à resolu-

solutione causæ ciuilis, & sententia in ciuili causa lata parit exceptionem rei iudicatę in criminali, vt in hoc casu *Gratian. discept. 394.numer. 24. & seq. Rot. in Romana pecuniaria 28. Iunij 1604. coram Millino, quam refert Ricc. in Collect.decis.1954.par.5.*

3 Qui verò vsuras exercet, vltra vsurarũ restitutionem, arbitrio Iudicis punitur tam de iure ciuili, *vt d.Clar.in §.vsura vers.sed quæro Ricc.in Collect. decis.559.par.3.* quam de iure canonico *Mirant. loco cit.nu.4.* & 13. & incurrit etiã alias pœnas impositas *in cap.quia in omnibus de Vsur.*

Addit Ricc *in Collect.dec.2046 par.5.* quod in Regno Neapolis vsuræ prohibentur sub pœna publicationis bonorum.

4 Probari autem debet hoc crimẽ concludenter per testes, vel confessionem, quãdo agitur criminaliter, & ad puniendum *Bursat. cõs. 135.nu.13.lib.2.Honded. cons. 33. num.56.lib.2. quos refert Ricc. in Prax.for.eccles.par. 2.ref. 52.* nisi contractus sit suspectus ab initio, veluti si probetur, originalem causam fuisse contractum mutui, vel si persona, cum qua contrahitur, sit vilis, & solita fœnerari: tunc enim facilius præsumitur vsura, illaque coniecturis, & præsumptionibus probatur, *vt d.Ricc. loco cit.d.ref.52.* idem dicendum quando in contractu interesse taxatur, vel exigitur lucrum cessãs non concurrentibus illis tribus cõditionibus, videlicet quod creditor sit solitus negotiari: secundò quod habuerit merces prę manibus: tertiò quod debitor pecuniæ mutuatæ fuerit in mora, *vt decisum refert idem Ricc. in Collect.decis.622.par.3.* vbi etiam dicit, quod contractus ex modicitate pretij iuncto pacto de retrouendendo iudicatur illicitus.

5 Vbi verò non agitur de certo actu, sed tantum de consuetudine vsurarum, tunc sufficiunt testes etiam singulares, & vsurarum participes concurrentibus tamẽ pręsumptionibus, & coniecturis arbitrio Iudicis *cap.illo vos de Pignor.cap.cum in Diœcesi de Vsur. Ferr.qq.mor.par.1.q.36. nu.5. vbi citat Mascard. de Probat. lib.3. conclus.1419.num.14.* & 15. *Farinac.in Tract.de Testib.q.64.n.199. Menoch.de Arbitr.cas.247.*

SVMMARIVM.

1 *Crimen Simoniæ est merè ecclesiasticum.*
2 *An de iure diuino reperiatur pœna contra Simoniacos.*
3 *An simonia mentalis obliget ad restitutionem.*
4 *In vsura mentali sola intentio obligat ad restitutionem.*
5 *Simoniacus conuentionalis quas pœnas incurrat.*
6 *Quibus pœnis plectitur Simoniacus realis.*
Quando Simoniacus excusetur à prædictis pœnis,
Item quo casu possit Episcopus cum Simoniaco dispensare, ibidem.
7 *An qui sciunt, aliquos commisisse simoniam, teneantur eosdem reuelare.*
8 *Quando Simonia dicatur realis.*

9 *Emens*

9 *Emens ecclesiastica officia quas pœnas incurrat.*
10 *Quid si quis emeret, aut venderet pensionem, aut Iuspatronatus.*
11 *Simonia quomodò probanda sit.*
12 *Confessio extraiudicialis quando præiudicet:*
13 *In Simonia vltra tractatum præcedentem probari etiam debet effectuatio.*
14 *Quas pœnas subeant committentes simoniam in ordine.*
15 *Quibus pœnis afficiantur mediatores simoniæ.*
16 *An pœnæ supradictæ procedant contra committentes simoniam in prima tonsura conferenda, vel recipienda.*
17 *An Episcopus possit simoniacè ordinatos à suspensione, & alijs pœnis absoluere:*
18 *Quas pœnas incurrant committentes Simoniam pro ingressu Religionis,*
19 *Quibus pœnis plectantur recipiētes, vel retinentes beneficia, vel pensiones cum simonia confidentiali,*
20 *Quando à prædictis pœnis excusentur.*

CAP. XVIII.

De Simonia.

1 CRimen Simoniæ est merè ecclesiasticum *glos. fin. in cap. cum sit generale de for. compet. quam sequuntur communiter Doctores, Clar. in §. Simonia vers. hoc crimen Bellett. in Disquis. Cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 2. n. 22. & alij relati in Syntag. opin. commun. tit. de Simon. cap. vn. versus fin. Simoniacus* enim heretico comparatur *cap. quoties de Simon. c. altare 1. q. 3. Gom. de Trienn. poss. q. 12. versus fin.*

2 Obseruant autem Doctores, quod nulla de iure Diuino reperitur pœna contra Simoniacos præter peccatum, *vt constat ex cap. mandato de Simon.* vbi sermo est de Simonia etiam iure Diuino prohibita, *vt dicit Caiet. in 2. 2. q. 100. art. 6. in respons. ad 5. vers. mihi videtur*, sed omnes pœnæ inductæ sunt de iure humano. Vnde licèt Papa incurrere possit peccatum Simoniæ recipiendo pecuniam pro aliqua re spirituali, *vt dicit S. Tho. 2. 2. d. q. 100. art. 1. ad 7.* & ideò non possit liberare ab huiusmodi peccato alium Vendentem, siue ementem ab ipso rem spiritualem: nihilominus Papæ auctoritas eximeret à pœnis iure humano impositis omnes, qui cum eo, vel eius consensu faciunt actum simoniacum, *vt d. Nau. in man. cap. 23. n. 108.* vbi etiam addit, quod eximeret etiam à culpa, & pœna Simoniæ iure tantum humano prohibitæ *per l. quidam consulebant ff. de re iud. & ità tenet etiam Sylu. in ver. Simonia n. 19. in fin. quamuis contrariū sentiat Caiet. vbi supra in respons. ad 7.*

3 Ex quo infert Sylu. *loco cit. n. 20.* quod Simonia mentalis etiam iure naturali, & Diuino prohibita sola pœnitentia aboletur, nec obligat ad restitutionem acceptorum.

torum, etiamsi vtraque pars hanc simoniam committat, *vt in c. fin. de Simon.* ea enim, quę restituenda sunt ratione simonię, non sunt restituenda necessariò vigore naturalis aut Diuini iuris, sed de consilio solum; si quę autem obligatio est, ex lege humana est, quę de interioribus non disponit *cap. sicut tuis de Simon.* secus est in
4 vsura mentali, in qua sola intentio obligat ad restitutionem *iuxta cap. consuluit de Vsur.* & ratio diuersitatis est, quia id, quod pro vsura datur, inuoluntariè datur; quod autem datur simoniaco mentali datur voluntariè, quoniam datur animo emendi, vel vendendi, *vt d. Caietan. 2. 2. d. q. 100. art. 6. Sylu. in ver. Simonia n. 20. Nau. d. cap. 23. n. 103. vers. quintò non obstat.*

5 Simoniacus verò conuentionalis licèt non incurrat excommu 6
nicationem, neque alias pœnas in iure expressas, quę intelligi debēt de actu completo *Nau. in man. c. 27. num. 106. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 52. Graff. decis. par. 1. lib. 2. cap. 96. nu. 20. & seq. Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. nu. 6. & 7: Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 4. num. 48.* pecuniam tamen per huiusmodi Simoniam acceptam debet restituere etiam ante Iudicis sententiam *cap. de hoc ex. de Simon. Sylu. vbi supra num. 20. Graff. par. 1. lib. 2. cap. 98. num. 7.*

Cui verò facienda sit talis restitutio? Resp. quod ante Iudicis sententiā satis est restituere ei, à quo pecunia accepta est *Nau. d. cap. 23. nu. 104. Layma. in Theol. mor. lib. 4. tract. 10. cap. vlt. §. 9. nu. 79. & seq. Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 3. diffic. 1. nu. 2. Dian. par. 4. tr. 4. ref. 157. & 167.* sed in foro externo nō ei, qui turpiter dedit, sed pauperibus, vel ecclesię, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicari debet *l. si ob turpem ff. de condict. ob turp. caus. l. 2. C. eod. cap. audiuimus de Simon. S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. & d. q. 100. art. 6. ad 4. Graff. d. cap. 98. num. 7. Layman. loco cit. Bonacin. vbi supra nu. 24.*

Item talis Simoniacus potest etiam deponi *ex d. cap. de hoc ex. de Simon.* vel alias Iudicis arbitrio puniri *Nau. d. cap. 23. nu. 111. vers. ad decimum quartum Piasec. loco cit. par. 1. cap. 4. num. 48.* item priuari potest beneficio, licèt non sit ipso iure priuatus *Nauar. loco cit. num. 104. Gom. in Reg. de Trie. possess. q. 12.*

Simoniacus verò realis diuersimodè punitur; si enim simoniam huiusmodi commiserit in beneficio, est ipso iure excommunicatus, & absolutio reseruatur Papæ; præterea omnis simoniacè facta præsentatio, electio, prouisio, seu quæuis alia dispositio ad Dignitatem, officium ecclesiasticum, & quoduis beneficium est irrita ipso iure, nullumque ius per eam acquiritur, sed ad eorum omnium restitutionem etiam ante Iudicis sententiam tenetur, *vt in extrauag. 2. de Simon. cap. Inquisitionis de Accusat. cap. si quis neque 1. q. 1.*

Item tenetur restituere fructus perceptos, & eos, qui percipi potuerunt *S. Tho. 2. 2. d. q. 100. art. 6. ad 7. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1.*

ref. 623. atque etiam distributiones, quia istę percipiuntur ratione tituli, *vt dicunt DD: apud Bonacin. de Simon. d. disp.* 1. *q.* 7. *pun.* 2 *num.* 12. non est tamen ipso iure suspensus, *vt d. Nau. in Man. c.* 23. *num* 111. *vers. tertiò. & cons.* 91. *n.* 4. *de Simon.* nec tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, ex alijs beneficijs legitimè obtentis: quia dispositio *d. extrauag.* habet locum tantum in beneficijs simoniacè acquisitis, *vt post Suar. d. Bonacin. de Simon. disp.* 1. *q.* 7 *pũ.* 1. *§. 6. num.* 12. Renuntians verò simoniacè licèt possit puniri, ac priuari beneficio, non tamen illud amittit ipso iure: quia renunciatio nulla est *Nau. in Man. cap.* 23. *num.* 105. *in fin. Layman. in Theol. mor. lib.* 4. *tr.* 10. *cap. vlt. §.* 8. *num.* 77. *Gom. in reg. de Trien. poss. q.* 12. *vers. & ista.*

Item qui beneficium per simoniam ab alio commissam ignorãter obtinuit, cognita simonia nõ solum tenetur dimittere beneficium *cap. ex insinuatione, & cap. sicut tuis de Simon.* sed etiam distributiones, & fructus extantes, & alios perceptos post cognitam Simoniam *S. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 6. *Graff. d. cap.* 98. *nu.* 3. *Nau. cons.* 97. *num.* 7. *de Simon. Quarant. in ver. Simonia vers. altera pœna. Bonac. de Simon. d. disp.* 1. *q.* 7. *pun.* 2. *numer.* 19.

Obserua tamen, quod in tali casu non dicitur simoniacus, neq. est excommunicatus *cap. de simoniacè ex. de Simon.* etiãsi resignare nolit *Bonacin. d. disp.* 1. *q.* 7. *pun.* 1 §. 2. *nu.* 12. *& alij.* peccaret tamen retinendo beneficium in tali casu *Nau. cons.* 97. *num.* 7. *de Simon.*

Nec teneretur dimittere beneficium, aut fructus restituere, si prouisus expresè contradixerit, aut prohibuerit, *vt in d. cap. sicut tuis.* idemque dicendum, si alius in fraudẽ electi ipso ignorante pecuniam largiatur, vt eũdem ad beneficium inhabilem reddat *cap. nobis fuit eod. tit.*

Obserua 2. quod potest Episcopus cum taliter electo, seu prouiso dispensare, dummodò beneficium sit simplex, & prouisus sponte resignauerit, & ratam non habuerit simoniam ab alio commissam *cap. penult. de elect. Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 2. *res.* 31. *Nau. cap.* 23. *num.* 110. *vers. tertiò. Graff. d. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 4.

Secus esset, si beneficium sit cu tatum: tunc enim Episcopus non potest dispensare *d. cap. nobis de Simon.* idem dicendum, si postea ratam habuerit simoniam soluẽdo pecuniam promissam, aut reddendo solutam, vel si liberè post notitiam non resignauerit, sed Iudicis sententiam expectauerit *d. cap. penult. de elect.* vel si pecunia tradita fuerit de consensu electi ante electionem *cap. Mattheus de Simon.* his enim casibus requiritur dispensatio Papę, etiamsi beneficium sit simplex, *vt d. S. Tho.* 2. 2. *d. q.* 100. *ar.* 6. *ad* 7. *glos. in cap. de simoniacè de Simon. Nau. cons.* 91. *num.* 5. *&* 7. *de simon.*

Notandum tamen est, quod siquis soluerit pecuniam ab altero

ro traditam non eo fine, vt approbaret Simoniam, sed alio, puta nè amicus iacturam patiatur, non censetur ratificare Simoniã *Nau. cons.* 10. *de Simon.* vbi etiam addit, quod etiamsi ratam habeat Simoniam, non tamen esset excommunicatus, nec suspensus, nec irregularis, neque inhabilis ipso iure ad vllum beneficium, *idem dicit Bonacin. de Simon. d. disp.* 1. *q.* 7. *pun.* 1. *§.* 2. *n.* 12. *& seq.*

Obserua 3. quod si is, cui collatum est beneficium, cum tali ignorantia facti per triennium possideat, deinde molestari amplius non debet: nam per possessionem triennalem plenum ius in beneficio acquirit ità, vt quoad conscientiam etiam sit tutus, *Laiman. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 15 *Gom. in Reg. de Trien. q.* 12. *vers. & ista.*

Præterea Simoniacus realis deponitur, & est infamis *cap. sicut Simoniaca c. de hoc ex. de Simon. cap. inquisitionis de Accusat. S. Th.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 6. *ad* 3: *Gom. in d. reg. de Trienn. q.* 12. *vers. fin.* hæc tamen pœna locum non habet, nisi de Simonia in iudicio constiterit *Sylu. in ver. Simonia n.* 19.

Est etiam perpetuò inhabilis ad dignitates, officia, & beneficia, tam quæsita per Simoniam, quam ad alia in futurum obtinenda *ex constitutione Pij V. incip. Cum primum §. & vt Simoniacæ prauitatis, quam refert Piasec. in Prax. episc. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 51. Et hæc pœna incurritur ipso facto ante vllam sententiam, cum ad sui exequutionem non requirat hominis actionem *secundum Bonacin. de Simon. d. disp.* 1. *q.* 7. *pun.* 2. *diffic.* 2. vbi etiam subdit, non posse Episcopum vigore concilij Tridentini *sess.* 24. *de ref. cap.* 6. super huiusmodi inhabilitate dispensare, quia hæc non est verè irregularitas. alij tamen asserunt, hanc pœnam quoad beneficia in futurum obtinenda ità intelligendam esse, vt non censeatur habere locum in foro conscientiæ ante sententiam; quia dicta constitutio non punit nisi conuictos in iudicio, *ità Nau. cons.* 92. *de Simon. & alij.* Vnde Simoniacum posse etiam sine dispensatione alia beneficia adipisci obtenta absolutione ab excommunicatione dicit Graff. *decis. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 98. *n.* 2. nisi simonia sit notoria, vel de illa fuerit condemnatus, tunc enim ratione infamiæ impediretur, *vt post Panorm. d. Nau. cons.* 91. *de Simon.* obtentum tamen beneficium per Simoniam propriam, non potest retinere sine dispensatione Papæ, etiamsi sit simplex *d. extrau. 2. de Simon. Nau. d. cons.* 91. *n.* 5. *& 7. Ricc. in Prax. for. Eccles. par.* 2. *res.* 31. *& ità etiam censuit fac. Congregat. vt refert Bonacin. de Simon. d. disp.* 1. *q.* 7. *pun.* 1. *§.* 6. *n.* 11. immò illud vacat ipso iure, & potest impetrari etiam absque alia declaratione, quæ post impetrationem fieri poterit, *idem Ricc. in Prax. vt sup. p.* 3. *res.* 306.

Potest etiam beneficijs ante Simoniam obtentis priuari per sententiam iudicis, non tamen est ipso iure priuatus *c. Presbyter* 1. *q.* 1. *cap. sicut Simoniaca cap. de hoc ex. de Simon. cap. Inquisitionis de*

Accusat: Bonacin: d: disp: 1: q: 7: pun: 2: diff: 1: Nau: d: cons: 92. de Simon:

Et si pluries huiusmodi crimen commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas etiam corporaliter est puniendus, & ab ordinibus ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eijci debet *ex d. constit. Pij V.*

7 Adde, quod qui sciunt, aliquos commisisse, vel procurasse Simoniam, aut in ea mediatores fuisse, absolui non possunt, donec prædictos reuelent *iuxta extra. cum detestabile scelus de Simon.* obseruat tamen Sylu. *in ver. Simonia n. 19.* quod hodiè hęc pœna non ligat, quia est iam abrogata per nõ vsum.

8 Queres, an Simonia dicatur realis, quando ab vtraque parte non fuit completa in totum, sed tantum in parte? affirmatiuè respondet Nau. *cons. 34. n. 1. de Simon.* & tunc pœnæ *d. extrau. 2.* retrotrahuntur ad tempus factæ conuentionis Simoniacæ, *vt d. idem Nau. in man. c. 23. n. 104.* hoc tamen intellige in foro externo, non autem in foro cõscientię *Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 10. cap vlt. §. 7. n. 68. vers. deinde in fin. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de Simon. d. disp. 1. q. 7. pun 2. n. 29.*

9 Queres 2. an emens ecclesiastica officia, quæ spiritualem iurisdictionem, aut administrationem habent, incurrat in pœnas *d. extrau. 2. de Simon.*

Alij respondent, quod licèt in tali casu committat simoniam punibilem à Iudice, non tamen ligatur pœnis *d. extrauag. ità Nauar. in Man. cap. 23. n. 111. & c. 27. num. 106.* vbi dicit, quod *d. extrauag.* tantum agit de simonia, quæ committitur in ordine, & beneficio, *& ità etiam tenet Graff. par. 1. lib. 2. cap. 98. num. 7.* & 8. *Riec. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 623. Piasec. in Prax. par. 2. cap. 4. nu. 47. & alij apud Dian. par. 4. tr. 4. res. 167.* vbi dicit, quod Episcopus, & alij recipientes pretium pro huiusmodi officijs non tenẽtur illud ante Iudicis sententiam restituere.

Contraria tamen sententia videtur verior: quia *d. extrau.* loquitur tam de Beneficijs, quam officijs ecclesiasticis, *ibi, dignitatibus, personatibus, officijs ecclesiasticis, & quibusuis beneficijs &c.* & ideò emens officium Vicarij Episcopi, Prioris, Prouincialis, vel Generalis in Religionibus subijcitur pœnis *d. extrauag. vt d. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 10. cap. vlt. §. 7. n. 72.* & tenetur huiusmodi officia resignare, *idem Nauar. in Man. c. 23. nu. 111. vers. ad 13. quamuis contrarium teneat Sanch. in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 113. num. 6. quem refert, & sequitur Dian. d. par. 4. tr. 4. res. 167.*

10 Emens verò, seu vendens pensionem, vel iuspatronatus, seu ius presentandi pœnas *d. extrauag.* nõ incurrit, *vt d. Nau. d. cap. 23. n. 111. in fin. Layman. loco cit. Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun 1. §. 2. n. 5.*

11 Simonia verò ad effectum priuationis debet plenè, & concludenter probari, etiamsi ciuiliter agatur *Rot. in Imolen. confidentiæ 12. Februarij 1595. coram Pamphilio*

philio, quam refert Ricc. in collect. dec.1739.par.5. & ideò non iungitur vnus testis cum fama, latè *Gabr.lib.1. tit. de Probat. concl. 1. num.12.* nec admittuntur coniecturę, nisi sint euidentes, & clarę, ac simoniam necessariò concludentes *cap.insinuatum, vbi glo. & DD. de Simon. Clar.in §. Simonia vers.fin.* neque testes socij criminis, vel singulares, aut deponentes de solutione pecuniarum, si nesciant, ex qua causa fuerint solutæ *Ricc.in Collect.dec. 1739.p.5.* neque attenditur confessio cedētis post resignationem, si dicat, se resignasse beneficium sub promissione certę summæ pecuniarum, *vt decisum refert Ricc. in Prax.par.3.ref.306.* nec item prę-

12 iudicaret confessio extraiudicialis ipsius rei, *vt d.glos. communiter recepta in cap. de hoc ver. confessi de Simon.* nisi talis confessio fuerit geminata, tunc enim plenè probaret delictum *Farinac. in Prax.crimin.q.82.nu.13. quem refert Barbos.in d.cap.de hoc nu.7.*

Addit Ricc. *in Collect. decis. 2365.par.6.* quod confessio ab aliquo facta tamquam teste non nocet sibi in alio iudicio: idemque esset, si confessio facta fuerit coram non suo Iudice: quia non prę-iudicaret confitenti, sicut nec tenet sententia lata à non suo Iudice *cap. atsi clerici de Iudic.*

13 Præterea requiritur, vt simonia nedum sit conuentionalis, sed etiam realis, & ideò non solum necessaria est probatio tractatus precedentis *iuxta cap. Artaldus 8.q.3.* sed probari etiam debet effectuatio, quę sit conformis tractatui, siue conuentioni, aliàs non probatur simonia, *vt decisum refert Ricc. vbi supra d.par.3.ref.306 Quarant. in ver. Simonia vers. limita.*

14 Si verò simonia realis commissa fuerit in ordine, vltra excōmunicationem Papę reseruatam simoniacè ordinatus eo ipso suspensus est ab exequutione illius ordinis, & ab omnibus alijs ordinibus etiam licitè receptis *d. extrauag.2.de Simon. Sylu.in ver. suspensio num.7. Layman.lib.4.tr.10 cap.vlt. §. 7. num.71.* & etiam ab alijs suscipiendis, *vt apertè declarauit Sixtus V. in sua constit. incip. Sanctum, & salutare, quam contra simoniacos in suo robore reliquit Clemens VIII. in constit. incip. Romanum Pontificem, prout refert Quarant. in ver. ordo §. Tertia, & quarta constit.* & si in eis ministrare præsumpserit, beneficijs, & officijs ecclesiasticis ipso facto priuatur, quorum dispositio sedi Apostolicæ reseruatur, & ad illa, vel alia in posterum obtinenda sit inhabilis, & si Regularis fuerit, eo ipso priuatur voce actiua, & passiua *ex d.constit. Sixti V.* præterea talis simoniacus deponendus est *cap.erga 1.q.1. Bonacin. de Simon.disp.1.q.7.pun.1.§.2.nu.19.*

Ordinantes verò simoniacè inspecto iure antiquo incurrunt suspensionem iuris à collatione ordinum per triennium *cap. penult. de Simon.* sed per d. constit. Sixti Quinti tam à collatione primæ tonsurę, & quorumcumque ordinum, quam ab exequutione om-

nium munerum pontificalium eo ipso suspenduntur, & ab ingressu ecclesię interdicuntur: & si spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se temerè ingesserint, etiam à regimine, & administratione suæ ecclesię, seu monasterij, & à perceptione fructuũ mensæ eiusdem, & quorumcumque beneficiorum suspensionem eo ipso incurrunt, eiusque suspẽsionis, & interdicti relaxatio, & pœnarum remissio Papę reseruatur.

15 Mediatores etiã simonię commissæ tam in beneficio, quam in ordine eadem excommunicatione ligantur sequuta collatione, seu ordinatione, & ad restitutionem pretij tenentur etiam ante Iudicijs sententiam *per d. extrau. 2 de Simon.* immò etiam tenentur in defectum Beneficiarij ad restitutionem fructuum perceptorum à Beneficiario Simoniaco, vel Beneficiarij culpa non perceptorum; quia ipsi censentur causa, & cooperatores damni, *vt dicunt DD. apud Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. nu. 1. & pun. 3. diffic. 2. num. 6.* non tamen suspensi sunt, quia talis suspensio in hoc casu non habetur in iure, nisi contra præsentatorem ad ordinem per simoniam, qui per triẽnium ab ordinum exequutione suspensus est, *vt in cap. penult. de Simon.*

16 Quæres, an dispositio *d. extrau. 2. de Simon.* procedat contra cõmittentes simoniam in prima tõsura conferenda, vel recipienda? Resp. affirmatiuè; quia dispositio pœnalis explicanda est iuxta vsitatam loquendi formam sacrorũ canonum; sacri autem canones vocant primam tonsuram ordinẽ *c. cum contingat de ætat. & qual. & ità tenet Bonacin. d. disp. 1. q. 7. pun. 1. §. 2. nu. 3. vbi citat Vgolin. de Simon. tab. 4. cap. 3. nu. 2. & cap. 4. num. 1. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 4. de Simon. cap. 56. num. 5. Layma. lib. 4. tr. 10. cap 8. num. 71. & alios & apertè statuit Sixtus V. ind. Constit. incip. Sanctum, & salutare.*

17 Quæres secundò an Episcopus à dicta suspensione & alijs pœnis possit simoniacè ordinatos absoluere virtute Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. cap. 6.* Negatiuè respondet idem Bonacin. *d. q. 7. pun. 1. §. 7. n. 6. & 7.* quia Sixtus V. in d. constitutione sedi apostolicæ reseruauit absolutionem quoad simoniacè ordinatos, etiamsi casus esset occultus, *cõtra Ricc. in Prax. for. Eccl. p. 2. ref 31.* qui putat, posse episcopũ in tali casu absoluere.

Obserua tamen, quod nullus alius Simoniacus, præterquam in ordine, vel beneficio est ipso iure excommunicatus *Sylu. in ver. Simonia n. 19. Nau. in man. cap. 23. n. 111. vers. 6. & 7.* vbi etiam dicit, quod nullus alius simoniacus, præterquam in ordine, est ipso iure suspensus; quamuis 18 enim *per extrau ig. 1. de Simon.* tam dantes, quam recipientes pro ingressu Religionis excommunicentur, & capitula, seu conuentus eo ipso suspendantur, illam tamen non esse vsu receptam dicit Layman. *lib. 4. tr. 10. cap. vlt. §. 7.*

§.7.n.69.& seq.contra Bonacin.de Simon.disp.1.q.7.pun. 1.§. 4. n. 1. Vnde cęteri Simoniaci si clerici sint, infamia, & depositione puniuntur: laici verò excommunicantur *c.si quis Episcopus 1.q. 1.S. Tho.2.2.q.100.art.6* & si commiserint Simoniam occasione ingressus in Religionem, expellendi sunt, et in alio monasterio arctiori includendi ad pœnitentiam agendam *cap.dilectus 2.de Simon.* nisi aliter necessitas postulet, vel ignorantia excuset *cap. de Regularibus cap.quoniam eod.tit.* valida tamen esset in tali casu professio, nec amitterent vocem actiuam, vel passiuam *Layman.d.lib 4.tr.10. cap.vlt.§.7.n.70* vel possunt tales simoniaci arbitraria pœna puniri *ex cap.sicut simoniaca, & ibi glos. de simon. & ex cõstitutione Pij V. incip.cum primum, relata per Piasec in Prax.Episc.par.2.c.4. n.51.*

19 Recipientes autem, vel retinentes beneficia, vel pensiones cum Simonia confidentiali incurrunt pœnas contentas *in constit. Pij IV. incip. Romanum Pontificē, & Pij V.incip.Intolerabilis, quas refert Quaranta in ver. simonia*: & primò incidunt in excommunicationem Papę reseruatam, etiamsi hęc simonia sit tantum conuentionalis: sufficit enim, quod quis accipiat beneficium in confidentiam, licèt non impleuerit quod promisit, nec possessionem huiusmodi beneficij adeptus fuerit *Nau.in man.cap.23.n.110. vers.secundo nota Bonacin. de Simon.disp.1.q.7.pun.1.§.1.n.8.& 9.* Secũdò, beneficia in cõfidentiã recepta vacant ipso iure, & illorũ dispositio sedi apostolicę reseruatur, nec valet dictorum beneficiorum collatio, seu pensionum reseruatio, sed illa tenentur dimittere etiam ante sententiam Iudicis, etiamsi huiusmodi simonia commissa ab alio fuerit ignorante prouiso *S. Tho. 2.2. q. 100. art.6.ad 3. Nau.cons. 97.n.7. de simon.*

Tertiò, fructus interim malè percepti ex beneficijs, & pensionibus huiusmodi in vtroq. foro Camerę Apostolicę restitui debẽt: & nõ solũ tenẽtur restituere fructus perceptos, sed etiam eos, qui percipi potuissent à diligenti possessore *S.Tho. loco cit.* immò etiam fructus perceptos propter eorum industriam, & sollicitudinem deductis tamen expensis, & huius sollicitudinis iusta mercede *Quarant. in ver. simonia vers. altera pœna*, exceptis fructibus illis, qui alias expensi sunt in vtilitatem Ecclesiæ *S.Th.d.q.100.art.6. ad.3.* Quartò, priuãtur etiã alijs officijs, & beneficijs antea legitimè obtẽtis, quę pariter sub dicta reseruatione cõprehenduntur, & ad alia obtinenda fiunt inhabiles: quod intellige in foro externo, non autem in foro conscientię; quia bonis proprijs, & iure quęsito, ac possessione nemo in pœnam priuandus est ãte sententiam saltem criminis declaratoriam *Quarant. in ver. simonia vers. secundo amplia Layman.lib. 4 tr.10. cap. vlt. §.8.num.77.*

20 Limita primo quoad dantes, vel Resignantes; isti enim non subv-

subyciuntur excõmunicationi latę in dictis constitutionibus Pij IV. & Pij V. *vt dicunt Doctores apud Bonacin.de simon:d:disp:1.q: 7:pun:1:§:1:n: 11:* incurrunt tamen excõmunicationem *extrau. 2.de simon.* post completam ab vtraque parte simoniam;quemadmodum mediatores huiusmodi confidentię non excommunicantur ex vi dd. constitutionum, vbi nulla de illis fit mentio, sed excõmunicantur *per d.extrau.2.* completa tam ex parte dantis, quam accipientis huiusmodi simonia; quia omnis confidentia, de qua dictę constitutiones agunt, est simonia beneficialis *Nau.d.cap.23. n.110.vers. adde nouè. Layman. in Theol.mor.lib.4.tr. 10.cap.vlt. §.8. n.78.in fin.* nullam tamen excommunicationem incurrerent mediatores simoniæ confidentialis commissę in pensionibus, quia *in d.extrau.2.* sermo tantum est de simonia commissa in beneficijs,& ordinibus ecclesiasticis.

Limita secundò si cõfidentialis simonia commissa fuit in pensione precisè:quia dictę constitutiones intelligi debent de pensionibus,quę ex beneficijs cum simonia confidentiali resignatis, cessis, seu collatis acceptę fuerunt, *vt sentit Bonacin.dicta disp. 1.q.7. pun.1.§.1.num.10.*

Limita 3.si ipsa renunciatio nõ sequatur,quia per dd.constitutiones Pij IV. & Pij V. non punitur affectus,seu tractatus illicitus de renunciando beneficium sub confidentia,*Quarant.in ver.Simonia, ante vers.Altera pœna.*

Limita 4. si confidentia committatur in resignatione, quę fit causa permutationis,quo casu nõ confidentia, sed alia communis simonia committitur: quia supra dictę constitutiones loquuntur de resignationibus beneficiorum, quę simpliciter fiunt in fauorem aliquorum *Nau.conf.77.de simon. Layman.lib.4.tr.10.cap.vlt.§.3. n. 75.vers.Illud porrò.*

SVMMARIVM.

1 *Vnusquisque tenetur denunciare hæreticum.*

2 *Quam pœnam incurrat non denuncians hæreticum.*

3 *An Aduocatus patrocinium præstans hæretico excommunicationem incurrat.*

4 *An filius teneatur denunciare Patrem hæreticum.*

5 *An socius criminis reuelare teneatur.*

6 *Principalis non comprehenditur in monitorio, quod conceditur ad finem reuelationis.*

7 *Quando cesset obligatio denunciandi hæreticum.*

8 *Quando graue damnum imminens à denunciatione excuset.*

9 *Quando dicatur metus cadens in constantem virum.*

10 *Vbi non agitur de bono publico, non tenentur reuelare qui de iure compelli non possunt ad testificandum,& quomodò id intelligatur.*

11 *An præmittenda sit ante denunciationem euangelica monitio.*

12 *An suspecti de hæresi sint denunciandi.*

13 Quan-

13 Quando dicatur suspicio vehemens, vel leuis.
Abiuratio de leui, vel de vehementi quomodo fiat, ibidem.
14 Quam pœnam incurrant retinentes, seu legentes libros prohibitos.
15 Habentes libros prohibitos deferre eos debent Inquisitoribus, vel Episcopis.
16 Legentes, vel retinentes libros Catholicorum, in quibus referuntur errores hæreticorum, an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ.
17 An Episcopus, vel Inquisitor possit licentiam concedere retinendi, seu legendi libros prohibitos.
18 Hæresis crimen est merè ecclesiasticum.
19 Superiores Regularium de hoc crimine non puniunt suos subditos, sed eos deferre debent ad sanctum Tribunal.
20 Rei etiam ex alio crimine capti per alios Iudices, si de hæresi sint accusati, ad Inquisitores sunt remittendi.
21 Si in eodem loco adsit Episcopus, & Inquisitor, potest vterque inquirere, ac reos citare, & arrestare.
22 Episcopus illum in procedendo modum seruare debet, quem Inquisitores seruare tenentur, & quæ forma seruanda sit in examine Rei, & testium.
23 Ad torturam, vel ad sententiam neque Inquisitor sine Episcopo, neque Episcopus sine Inquisitore procedere potest.
24 Quid si in sententia proferenda non conueniant.
25 An in hoc crimine possit reus absolutus iterum de eodem crimine vexari.
26 An Inquisitor, & Episcopus possint pœnas mitigare, vel mutare.
27 Vbi Inquisitio sita non est, Inquisitorũ munus Episcopi præstant.
28 Hæretici formales quibus pœnis plectantur.
29 Quid si hæreticus paratus sit redire ad fidem ecclesiæ.
30 Qua pœna relapsi puniantur, & qui sint relapsi, vel pro relapsis habeantur.
31 Hæreticis relapsis, si pœnitẽtiam egerint, non denegantur sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ.
32 An sit reconciliandus hæreticus, qui in tortura hæresim confitetur, & deinde huiusmodi confessionem extra tormenta ratificat.
33 Quando dicatur quis in hæresim relapsus ob non adimpletam pœnitentiam.
34 An damnetur tamquam relapsus qui de formali abiurauit, si de secundo lapsu vehementer sit suspectus.
35 Quando Curiæ seculari tradendus sit qui abiurare recusat.
36 Quam pœnam subeant fautores Receptatores, vel defensores hæreticorum.
37 An Hæreticus pœnitẽs remaneat inhabilis ad retinenda beneficia post abiuratam hæresim.
38 Item an remaneat inhabilis ad audiendas confessiones.
39 An in hoc crimine admittantur testes

testes singulares, seu inhabiles.

40 *Condemnatus in pœnam arbitrariam ex defectu probationis, an superueniente legitima hæresis probatione possit condemnari in pœnam ordinariam.*

41 *An in hoc crimine sufficiat violẽta præsumptio ad condemnandum.*

CAP. XIX.

De Crimine Hæresis.

§. I.

An vnusquisque teneatur denunciare hæreticum.

1 REsp. affirmatiuè, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 2. res. 255. Pegn. in Direct. Inquis. p. 2. commen. 78. vers. postremò tam magistratus, & alij communiter.* nã si crimen læsæ maiestatis humanæ quisque tenetur reuelare, multò magis tenebitur reuelare crimen læsæ Maiestatis Diuinç quod procedit, etiamsi delictum adeò sit occultum, vt probari non possit *secundùm Bonacin. in Tract. de oner. & oblig. denunc. pun. 2. nu. 2.* semper enim subest periculum subuersionis aliorum, *vt d. Martin. Delrius Disqvis. Magic. lib. 5. sect. 4. vers. sexto tenentur*, vnde etiam detegenda sunt alia crimina vergentia in damnum publicum, vel in damnum Innocentis etiãsi occulta sint, *vt dicunt DD. apud Bonacin. loco cit. pun. 1. §. 8, num. 2.*

2 Idem Dicendum, si hæresim quis sciat sub magno secreto etiã iurato, extra tamen sacramentalem confessionem *S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. Farinac. de Hæres. q. 197. num. 50. Caren. de offic. Inquis. par. 2. tit. 9. §. 5. n. 22. Bonacin. loco cit. num. 4. Dian. par. 4. tr. 5. res. 32.* quod etiam locum habet cõtra Apostatas à fide *cap. contra Christianos de Hæret. in 6.* ità etiã quilibet tenetur manifestare secretum, quoties illius manifestatio necessaria est ad vitandam Reip. perniciem, seu aliud iniustum proximi damnum etiam tẽporale, quod alia ratione vitari non potest *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all 96. num. 63. Bonac. de oner. & oblig. denunc. pun. 1. §. 5. num 2. Vulp in Prax. iudic. cap. 2. num. 8.*

Quare id meritò sub pœna excommunicationis præcepit Innocentius IV. *constit. 18. incip. Nouerit, ibi, Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuẽticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita, & moribus dissidentes, eos studeat indicare Confessori suo, vel alij, per quẽ credat ad Prælati sui, & Inquisitorum hæreticæ prauitatis notitiã peruenire: alioquin excommunicationis sententia percellatur.* Hęc autem excommunicatio non est latę sententiæ, *vt d. Caren. loco citato par. 2. tit. 9. §. 7. num. 25. Bonacin. vbi supra d. pun. 2. num. 12.* Inquisitores tamen, & Episcopi suis edictis sub pœna excommunicationis eo ipso incurrendæ præcipere consueuerunt, vt non tantum

tum hæretici, sed etiam suspecti quomodolibet de hæresi denuncientur, & de hac excommunicatione loquuntur Doctores.

Item qui hæreticos non denũciant, vt suspecti de hæresi puniũtur, *Pegn. loco supra cit. par. 2. cõmen. 78. vers. postremò tam magistratus Decian. in Tract. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 35.* præsertim si ad id ex officio, vel speciali præcepto teneantur *Dian. par. 4. tr. 7. res. 21. vers. verum hæc opinio.*

Addunt alij, quod vltra excommunicationem latam in edictis Inquisitorum, excommunicationem bullæ Cœnæ incurrunt tamquam hæreticorum fautores: sed hoc procedit, quando quis defẽderet hæreticum, vt hæreticum, *iuxta c. accusatus §. Sacerdotes de Hæret. in 6.* secus si denunciatio omittatur ex amicitia, cõsanguinitate, metu, vel alia simili causa *vt d. Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 2. pun. 3. num. 2. Dian. p. 4. tr. 7. res. 21. vers. verum ego. & alij communiter.* vnde si Aduocatus
3 patrocinium præstet hæretico in iudicio ad defensionem causæ, quam habet cum alio, non erit excommmunicatus, quia hæreticus nõ habet litem, vt hæreticus; similiter si hæretico ægroto Medicus opem ferat, non est excommunicatus, quia non est ægrotus vt hæreticus *Alter. de Censur. to. 1. disp. 2. lib. 5. cap. 5. vers. primo loco.*

4 Quære in hoc casu non excusat graue damnum, vel periculum, quod ex denunciatione imminet sibi, vel Patri, fratri, aut alijs consanguineis: quia in crimine hæresis agitur de bono cõmuni, quod priuato præferendum est *Royas de Hæret. sing. 3. num. 30. vers. septimò ampliatur Dian. par. 1. tr. 4. res. 7. Bonacin. de oner. & oblig. denunc. pun. 1. §. 3. num. 2. & pun. 2. num. 3.* vbi dicit, quod etiam filius Patrem hæreticum denũciare tenetur, præsertim quando hæreticus dogmatizaret in magnam Reip. perniciem *Genuës. in Prax. Archiep. cap. 18. num. 8. Caren. de offic. S. Inquis. par. 2. tit. 9. §. 7. n. 34. Sous. in Aphorism. Inquis. lib. 1. c. 34. num. 60.* nam si licitum est filio impunè occidere Patrem hostem Reip. & oppugnantem Patriam *iuxta l. minimè ff. de Relig. & sumpt. fun.* multò magis licitè poterit, & tenebitur denunciare Patrem hostem, & aduersarium Dei, Reip. catholicæ, ac boni cõmunis: & tunc in præmium delationis filius à pœnis contra Hæreticorum filios à iure statutis liberatur *arg. l. quisquis §. vlt. ff. ad l. Iul. maiest. & d. l. minimè ff. de Relig. & sumpt. fun. Caren. par. 2. tit. 9. §. 3. num. 11. & alij apud Bonacin. loco cit. pun. 2. num. 3.*

Obserua tamen 1. quòd filius non debet cogi ad deponendum contra Patrem, nisi in subsidium, *vt d. Genuens. in Prax. cap. 18. n. 9. Dian. p. 1. tr. 4. res. 4. vbi citat Filliuc. tom. 2. tract. 40. cap. 8. nu. 233.* quemadmodum nec frater contra fratrem admitti debet, nisi quando alij testes haberi no possunt *Pegn. in Direct. Inquis. par. 2. commen. 15. litt. B.*

5 Obserua 2. quod socius criminis reuelare non tenetur: quia

nemo tenetur seipsum prodere, nisi iuridicè interrogetur *c. quis aliquando de Pœnit dist. 1. S. Tho. 2.2.q. 69. art. 1. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 96. nu. 45. Dian. par. 1. tr. 4. res. 9. & p. 4. tr. 5. res. 41.*

6 *& alij cõmuniter.* Vnde nec principalis comprehenditur in monitorio, quod conceditur ad finem reuelationis *Vulp. in Prax. iudic. cap. 2. nu. 7. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 2. num. 1.* vbi etiam dicit, quod in Curia Archiep. Neapnunquam decernuntur monitoria contra principales non reuelantes, sed tantum contra principales non restituentes.

7 Idem dicẽdum, si quis non certò sciat, aliquem esse hæreticum, sed tantum suspicatur, vel id audiuit à persona fide non digna: vel si audiuit à persona fide digna, non amplius recordatur, à quo audiuerit: vel si is, à quo audiuit, nihil certi sciat *Gutier. can. qq. lib. 1. cap. 11. num. 71. Bonacin. loco cit. d. pun. 2. nu. 7. Dian. par. 4. tr. 5. res. 27 Caren. d. tit. 9. §. 7. n 31. Barbos. par. 3. all. 96. nu. 66. & 67.* nemo enim tenetur reuelare, nisi ea, quæ nouit perviſum, vel aliũ sensum corporeum, vel per confessionem ipsius rei, extra tamen Confessionis sacramentum, vel quæ habentur pro indubitatis, *vt d. Nau. d. cons. 3. de Hæret. Purinac. de Hæres. d. 7. 197. num. 51. Vulp. in Prax. cap. 2. num. 9.* Cessat etiã hæc obligatio, quando is, à quo alius sciuit, aliquẽ esse hæreticũ, iam reuelauit *Gutier. can. qq. lib. 1. c. 11. n. 72. Vulp. d. c. 2. n. 9.* vel si hæretici noti sint Episcopis, & Inquisitoribus, vt in locis, in quibus permixti sunt cum catholicis, *vt dicũt DD. quos refert, & sequitur Bonacin. in tract. de oner. & oblig. denunc. pun. 2. numer. 9.*

8 Obserua 3. quod in aljs casibus, vbi crimen non vergit in damnum, aut detrimentum publicum, non obligatur quis denunciare, quando ex denunciatione graue imminet periculum, & detrimẽtum denuncianti, eiusque cõsanguineis, seu affinibus vsq. ad quartum gradum, *Bonacin. vbi supra pun. 1. §. 3. num. 2. & seq. Dian. par. 1. tr. 4. res. 7. & par. 4. tr. 5. res. 19. & alij.* Vnde in tali casu non tenetur aliquis denunciare, seu testimonium ferre vigore monitorij, quod conceditur pro rebus deperditis *Nau. in man. cap. 25. n. 50. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 96. num. 79. Vulp. in Prax. iud. cap. 2. num. 11.* idem dicendum, si malum comminatum esset personæ arctissima amicitia coniunctę, *vt d. Sanch. de matrim. lib. 4. disput. 4. num. 9.*

Addunt alij, quod nec mulier sollicitata tenetur denunciare Confessarium, si ex illa denunciatione timet damnum notabile, vt supra, *ità Souf. in Aphorism. Inquis. lib. 1. cap. 34. nu. 58. Peirin. in Priuil. minim. to. 2. constitut. 4. Greg. XV. § 9. nu. 28.* quamuis in hoc casu agatur de bono Religionis, *vt obseruat Dian par. 4 tr. 5. res. 19.* vbi etiam dicit, quod cessante periculo denunciare tenetur, & ratio est, quia secundùm communem sententiã metus cadens in virum constantem excu-

sat

sat à legis humanæ obseruantia. *c.cum dilectus de iis,quæ vi, metusuè caus.fiunt.S.Th.2.2.q.147. ar.3.ad 2.Sylu.in ver metus q.7.*

Verum in singulari casu quando
9 dicatur metus cadens in constantem virum,Iudicis arbitrio relinquitur, qui cõsiderare debet singulares circumstantias, & conditionem personæ; nam metus, qui terrebit virum quietum,pacificũ, inermem, non terrebit virum rixosum,& assuetum armis:& sic de fœmina,in qua minor metus desideratur *Sanch. loco cit. lib.4. disp. 4.num.2.& 3.Peirin.tom.2.constit. 4.Greg XV.§ 9.num.28.*

Quartò obseruant alij Doctо-
10 res,quod vbi non agitur de bono publico, neq. tenentur reuelare qui de iure compelli non possunt ad testificãdum, quales sunt consanguinei, & alij enumerati *in l. lege Iulia ff. de Testib.* vnde filius non tenetur ex vi monitorij, denunciare Patrem, nec vxor maritum,nec frater fratrem *Genuẽs. in Prax.Archiep. cap.2.num.3.& alij apud Barbos.de offic.& potest. Episc.par.3.all.96.num.52.& seq. Ricc.in Prax.par.2.ref.* 310. quod etiam ad alios consanguineos, & affines vsq.ad quartum gradum, ac familiares extẽdit Sylu.*in ver. familia nu.8.Lazar. de monit.sect. 3.q.11.& alij:* hoc tamen intellige,quando ex huiusmodi denunciatione graues dissensiones, & discordiæ,aliaque grauia damna sequerentur, quia nullus tenetur suo malo procurare bonum proximi temporale; secus si denunciare possint sine graui damno, *vt d.Bonacin. in tract. de oner.& oblig.denunc.pun.1.§.3.num.5.*

Quæres,an præmittenda sit ante denunciationem euangelica monitio?

11 Negatiuè respondet Pegn. *in Direct.Inquis.2.par.cõmen.2.vers. Quod si quæratur.Farinac.de Hæ ref.q.197.num.39.Caren. de offic. S.Inquis.par.2.tit.9.§.4.nu.16.& 17.Barbos.de offic.& pot.Episc.p.3. all.96.num.69.Dian.par.1.tr.4.ref. 2.* tum quia denunciatio præcipitur non solum vt hæreticus emẽdetur,sed vt etiã puniatur:& ideò etiamsi correctio facta sit,non ob id denũtiatio est omittenda, quia sic expedit bono Religionis,& cõmuni: tum quia potest hæreticus fingere,se esse emendatum, vnde potuit ecclesia reseruare sibi, vel suis Prælatis, seu Iudicibus hanc cognitionem,*vt d.Dian.par.4 tr.5 ref.24.Caren.par.2.tit.9.§.4.n.18. Barbos.de offic.& pot.Episc. par.3. all.96.num.69.& alij;* quod præcipuè procederet, quãdo crimen hæresis est notorium,& publicum *vt d. S.Tho.2.2.q.33.art.7 Decian. tr.crim.to.1.lib.5.c.30.num.3.* vel si probabiliter constet, hereticũ ad sanam mentem non esse rediturum Martin. *Delrius Disquis. Magic.lib.5.sect.4.vers.sexto tenẽtur Bonacin.loco cit.pun.1.§.8.n.5. Barbos.loco cit.num.69.* aut si hæreticus priuatim homines auertat à fide *S.Tho.loc.cit.*vel si hæreticus esset pertinax *Tolet. de Instruct. Sacerd.lib.4.cap.5.num.1.Martin. Delr.loco sup.cit.*

Addit Farinac. *d.q.197.nu.35. vers.Adde,& alij quos refert,&* se

quitur Caren. loco cit. par. 2. tit. 9. §. 2. quos etiam esse statim denunciandos, qui vel ioco proferunt propositiones hæreticas: quia ecclesia de manifestis quidem iudicat, non de occultis *cæruhescant dist.* 32.

Alij tamen censent ante denũciationem prœmittendam esse euangelicam monitionem quando hæreticus est occultus, & hæresis sibi tantum, non alijs nocet, & est firma spes, quod statim per secretam admonitionem possit à tanto malo reuocari, *ità S. Tho. 2.2.q.33.d.art.7. Bonacin. d. tract. de oner. & oblig. Denunc. d. pun. 1. §. 8. nu. 5. vers. si verò, & alij apud Dian. par. 1. tr. 4. res. 2. vers. Sed audiamus Decian. d. cap. 30. numer. 3. Peirin. in Priuileg. minim. to. 2. constit. 4 Greg. XV. §. 9. num. 26.* quia præceptum correctionis fraternæ est naturale, & Diuinũ *Matth.* 18. & illam omittens peccat mortaliter, quando adest spes probabilis lucrandi fratrem, *vt docent Theologi communiter*, & probatur *ex epistola D. Pauli ad Titum cap.* 3. ibi, hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita.

Vnde si quis non ex errore mentis, aut pertinacia, sed ex metu, vel alia passione, aut ignorantia erraret, non esset statim denunciandus, sed correctio fraterna præmitti debet, præsertim si vir simplex sit, & pius, *vt d. Tolet: de Instruct. Sacerd. lib. 4. c. 5. nu. 1. Martin. Delr. d. lib. 5. sect. 4. vers. sexto tenentur*, neque esset denunciandus Concionator, qui inter concionandum aliqua profert ex incuria, vel inconsideratione; quia non est præsumendum, hæc eum dixisse cum plena deliberatione, nisi aliter conijciatur de eius mente, *vt notat Bonacin. d. tract. de oner. & oblig. denunc. pun. 1. §. 8. num. 5. vers. ex quo patet.*

Si verò post monitionem se non correxerint, tunc vtique denunciandi sunt *Genuens. in Prax. Archiep. cap.* 18. *n.* 4. *& alij communiter*. vt autem correctio fraterna iudicetur non profutura, non satis est, vt ea semel fiat, & non prosit, sed iterum, atque iterum est adhibenda, quamdiu iudicio prudentis speretur emendatio, *vt d. fagund. de Præcept. eccles. tr. 2. lib. 4. cap. 3 n. 31. quem refert Dian. par. 1. tr. 4. res. 2. vers. idem docuit Bonacin. loco cit. d. §. 8. n. 4.* Addit S. Tho. 2 2. *q. 3. d. art. 7. Genuens. in Prax. cap.* 18. *n.* 7. quod si dubitetur, vtrum quis ex malitia, an ex ignorantia peccet, hoc est si probabiliter dubitetur de eius pertinacia, etiam tunc prius est admonendus, quam denunciandus; quia in meliorem partem interpretatio est facienda, *& hanc sententiam esse valdè æquam dicit Martin. Delr. loco cit. Dian. vbi supra tr. 4. res. 2. in fin.* & cũ hac modificatione intelligenda esse edicta Inquisitorũ censet Peirin *loco cit. §. 9. n.* 27. quia præceptum superioris intelligendum est saluo ordine fraternæ correctionis *S. Tho. vbi supra d. art.* 7. vbi etiam dicit, quod si verè constet, aliquem esse iam emendatum, non esset denunciandus; quod arbi-

trio

trio boni viri remittitur, qui consideratâ qualitate personæ id iudicabit *Genuens. d. cap. 18. n. 6.* Vnde non denunciantes in tali casu ab excommunicatione in edictis Inquisitorum contenta excusat Caren. *par. 2. tit. 9. §. 4. n. 18. in fin.*

12 Idemque de alijs criminosis, vel suspectis de hæresi, qui vigore huiusmodi edictorum sunt denunciandi, dicunt DD. *apud Dian. par. 4. tr. 4. res. 3. vers. sed contrariam sententiam Martin. Delr. loc. cit. l. 5. sect. 4. vers. sextò tenetur.*

Obseruat tamen Genuens. *in Prax. cap. 18. num. 10.* quod suspecti de hæresi vehementer, vel violenter tantùm denunciandi sunt, non autem leuiter de hæresi suspecti; quia periculosum est Iudici ob leuem hæresis suspicionem honestum hominem de fide interrogare. contrarium tamen quotidiè practicatur in Tribunali S. officij, *teste Caren. loco cit. n. 2. tit. 9. §. 2.* præsertim cum suspicio leuis in hoc crimine habeatur pro legitima ad effectum saltem cogendi taliter suspectum ad abiurandum de leui *iuxta tex. in cap. accusatus de Hæret. in 6.*

13 Dicitur autem suspicio de hæresi vehemens, vel leuis, si indicia erunt vehementia, vel leuia *Megal. in Promptuar. ver. abiuratio hæresium num. 1.* quod ex qualitate facti, & personarum, & alijs circumstantijs prudens Iudex iudicabit. Vnde tales vel de vehementi, vel de leui abiurare debent eiusdem Iudicis arbitrio *Dian. par. 4. tr. 7. res. 6. & 21.* Huiusmodi verò indicia, ex quibus redditur quis suspectus de hæresi, per duos testes contestes probari debent *Boss. in tit de Hæret. n. 5.*

Abiuratio verò de leui vt plurimùm fit in secreto imposita pœnitentia salutari, & reus regulariter non torquetur *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. n. 8. & 9. Dian. par. 4. tr. 7. res. 7. vers. notandum est hic Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 41.* & aliquando solet imponi pœnitentia publica, vt videlicet reus teneat candelam accensam in ecclesia, dum Missa solemnis celebratur, omissa abiuratione, *vt d. Genuens. d. cap. 68. n. 13.* abiuratio tamen de vehementi in publico fieri consuevit, ac reus torquetur pro vlteriori veritate super vsu, intentione, & complicibus *Genuens. loco cit.*

Censentur autem vehementer suspecti de hæresi contrahentes binas nuptias, comedentes carnem diebus ab ecclesia prohibitis sine necessitate, admiscentes sacramenta, vel sacramentalia in sacrilegijs, quique nefarijs Demonibus preces fundunt, aut illis sacrificant, hæreticaliter blasphemantes Deum pluries, & frequenter, percutientes, seu deturpantes imagines sanctorum, contumaces in causa fidei, impedientes officium S. Inquisitionis, conuersantes cum hæreticis, aut eorum familiares, sollicitantes mulieres, aut masculos ad turpia in confessione, & alij similes, *Royas in tract. de Hæret. sing. 3. 4. & 5. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 18. n. 11. & cap. 68. n. 8. Dian. par. 4 tr. 7. res. 4. 8. 9. & 10. & alij.*

Su-

Suspecti verò leuiter de hæresi dicuntur semel, aut bis in ira blasphemantes, aut substinentes excommunicationē per annum, nō tamen in causa fidei, vel qui viuente vxore deueniunt ad actum proximum contrahendi cum alia V. g. faciendo contractum dotis, denūtiationes in ecclesia *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. n. 48. Dian. par. 4. tr. 7. res. 4.* item non reuelantes hæreticos regulariter sunt tantum leuiter de hæresi suspecti, quia tales vt plurimum omittunt denunciare non in defensionem hæresis, sed ex amicitia, vel alia causa *Duard. ad bull. Cæn. lib. 2. can. 1. q. 33. conclus. 1. n. 17. Caren. p. 2. tit. 9. §. 9. n. 43.* Obseruat tamen Pegn. *in Direct. Inquis. par. 2. comment. 85. in fin. quem refert Dian. par. 4. tr. 7. res. 1. vers. quæritur. 2.* quod ferè semper in hoc sunt, & personarum, & causarū circūstantiæ considerā dę, ex quibus interdū vehemēs suspicio, interdū leuis, interdū verò nulla oritur. Hinc fit, vt non omnes detinentes libros prohibitos censeantur de hæresi suspecti, & ideò non omnes denunciādi sunt, sed ij, quos uir prudens arbitrabitur, *vt d. Genuēs. in Prax. Archiep. cap. 18. n. 13. vbi ita intelligit constitutionem Pij IV. incip. Dominici Gregis*; nulla enim videtur esse suspicio, si retinens esset homo probatæ vitæ, si nescit legere, aut si inconsideratè, aut parum legerit: si eos cum hæreditate nescius acceperit, aut si quam primum sciuerit, episcopo præsentauerit: idem effet, si libri scripti ab hæreticis nihil contra fidem contineant, sed ad Grammaticam, medicinam, aliasque prophanas artes pertineant *Genuēs. loco cit. Ricc. in Prax. for. eccl. p. 1. res. 437.*

Addit Dian. *par. 4. tr. 7. res. 21.* quod non denunciātes hęreticum ex metu, vel amicitia, vel simili causa nullo modo sunt suspecti de hęresi, neque puniendi pœnis latis contra fautores hęreticorū, sed alijs arbitrio Inquisitorum tamquam inobedientes eorum mandatis.

14 Quæres, an, & quando retinentes, seu legentes libros prohibitos in excōmunicationem incurrant? Resp. quod qui scienter legunt, aut retinent sine sedis Apostolicę licentia libros hæreticorū hęresim continentes, vel de Religione tractantes, incidunt in excommunicationem 1. Bullæ Cęnæ; illi verò hæreticorum libri, qui neque hęresim continent, neque tractant de Religione, non sunt vetiti in bulla Cęnę, sed in indice librorum prohibitorum, vbi etiam legi, aut retineri sub ex cōmunicatione prohibentur huiusmodi hęreticorū libri, vel cuiusuis Auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, *vt statuit Pius Quartus in Cōstitutione supra cit. & notat Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 2. pun. 4. n. 1. & seq.* vbi etiam dicit quod hæc excommunicatio nulli reseruata est, & ideò quilibet Confessarius potest absoluere *iuxta cap. nuper de Sent. excom.*

Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, vel habuerit, præter peccati mortalis reatum Episcoporum, & Inquisitorum arbitrio punitur, *vt d. Dian. par. 4. tr. 7. res. 6.* non tamen incidit in hanc Indicis excommunicationē, *vt constat ex d. constit. Pij IV.*

15 Notandum est autem, quod habentes libros prohibitos non satisfaciunt illos comburēdo, sed necessariò eos deferre debent Inquisitoribus, vel Episcopis, *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 90. num. 5.* Episcopi verò licèt possint eo modo, quo Inquisitores, publicare edicta super libris prohibitis, eosque recipere, quia Sacrum Con. Tridentinum multum confidit de Episcopis, *vt in Decret. de edition. & vsu sacror. libror. sess. 4. & in Indic. libror. prohib. reg. 4. 9. & 10.* collectos tamen libros prohibitos Inquisitoribus consignare tenentur, *vt resoluit Sac. Congregat. Inquisitionis teste Leon. in Thes. for. eccles. par. 3. cap. 6. nu. 11. in fin. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. num. 39.*

16 Notandum 2. eos, qui legunt, vel retinent libros catholicorum, in quibus referuntur, vel inseruntur errores, vel adnotationes hæreticorum, nō affici excommunicatione bullæ Cœnę Domini etiāsi legant animo imbibendi errores: idemque dicendum de legentibus libros Infidelium non baptizatorum, in quibus continētur errores contra fidem, quia isti non sunt libri hæreticorum, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 2. pun. 4. nu. 21.*

17 Quæres 2. an Episcopus, seu Inquisitor possit dare licentiam retinendi, seu legendi huiusmodi libros prohibitos? Resp: quod nec Episcopus, nec Inquisitor potest hodiè secum dispensare circa lectionem librorum prohibitorum, nec dare aliis licentiam tales libros legendi ex constitutione Vrbani VIII. *Incip. Apostolatus officium,* vbi reuocantur omnes, & quæcunque licentiæ legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, etiam ratione Astrologię iudiciariæ, vel alias quomodolibet prohibitos quibuscunq. personis tam sœcularibus, quam regularibus cuiuscunq. ordinis, Societatis, & instituti, ac quacunque dignitate etiam ecclesiastica fulgentibus cuiuscunque status gradus, conditionis, qualitatis, & prę-heminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis concessæ, *vt refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 90. nu. 6. & notat etiam Dian. par. 4. tr. 8. res. 46. in fin.* vbi subdit, quod hodiè hanc facultatem concedit solum Sac. Congregatio Inquisitionis.

In casu tamen magnæ necessitatis, in quo Summus Pōtifex, aut Sac. Congregatio adiri non possit, licitum erit Episcopis huiusmodi licētias concedere: tunc enim non præsumitur, Papam Episcopis adimere facultatem dispensandi, *vt d. Bonacin. de Censur. in partic. d. disp. 1. q. 2. pun. 4. num. 10. & alij.*

§. II.

§. II.

A quo Iudice, & qua pœna Hæretici puniantur.

18 QVamuis hæresis crimen à lege ciuili multis pœnis, & præcipuè vltimo supplicio puniatur, *vt in l. Arriani, & l. quicunque, ac tot. tit. C. de Hæret. & manich.* nihilominus hoc delictum non est mixti fori, sed merè ecclesiasticum; & ideo Iudices sæculares sese intromittere nō possunt, *vt est tex. in c. vt inquisitionis de Hæret. in 6. & statuit etiam Greg. XIV. in constit. quæ incip. Cum alias nonnulli, quam refert Quarant. in ver. Reuerentia Diuinorū, & in hoc conueniunt omnes Doctores.*

Hæc igitur cognitio ad Episcopos, & Inquisitores tantum spectat *clem. 1. §. propter quod de Hæret.* qui tamquam sedis Apostolicæ delegati etiam contra Regulares, & alios exemptos procedunt *cap. ad abolendam de Hæret. cap. accusatus §. sacerdotes eod. tit. in 6.* nec possunt Superiores
19 Regularium hac in re se intromittere cum suis subditis, sed debent eos illicò deferre ad Sanctū Tribunal. *ex decreto Pauli V. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. n. 39. Ricc. in Collect. decis. 567. par. 3. & in Prax. par. 1. ref. 557. Megal. var. resol. tom. 1. ref. 21. num. 11.*

20 Hinc fit, vt Rei etiam ex alio crimine capti per alios Iudices, si de hæresi sint accusati, ad Inquisitores, si eos postulauerint, sunt remittendi: & interim executio ratione aliorum criminum est suspendenda, quousque de hæresis crimine cognoscatur, *vt d. Trasmier. in Tract. de Polygam. lib. 2. quæst. 16. n. 5. & seq. quem refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 40. num. 51.*

21 Quare si in eodem loco adsit Episcopus, & Inquisitor, potest vterque tam simul, quam diuisim inquirere, reos citare, arrestare, siue capere, ac tutæ custodiæ mācipare *d. clem. 1. §. propter quod, & notat etiam Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 4. n. 39. Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. for. Eccles. c. 41. n. 32.*

22 Debent tamen Episcopi illum in procedendo modum seruare, quem Inquisitores seruare tenentur per iura communia, vel per speciales cōcessiones, seu ordinationes sedis Apostolicæ *cap. per hoc de Hæret. in 6.* & ideò in examine testium vltra Iudicem, & Notarium, debent interuenire duę Religiosæ, & discretę personæ propter pondus criminis *cap. vt officium §. verum quia eod. tit. in 6.* & si Religiosi, aut Clerici non inueniantur, possunt adhiberi etiam laici, modò sint honesti, ac graues, *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. n. 1. Piasec. loco cit. num. 41.* quod etiam seruari debet in examine Rei, *Marcell. Vulp. d. cap. 41. num. 34.* vbi etiam dicit, quod si Episcopus, vel Inquisitor nō possit alias duas reperire personas, quæ huiusmodi examini testium vel Rei interueniant, debet saltem in fine examinis coram duobus testibus depositio legi, idque in actis registrari.

Testes

Testes autem sunt diligenter interrogandi, an Inquisitus protulerit hæresim seriò, vel iocosè vel ex ignorantia, vel referendo aliorum opiniones, & qua intentione, *vt d. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. n. 1.* non enim dicitur hæreticus, nisi qui pertinaciter credit aliquam hæresim, seu qui contra scripturam sacram, aut ecclesiæ catholicæ definitionem sciens errat *cap. qui in ecclesia 24. q. 3. clem. vn. §. porrò de sum. Trinit. S. Tho. 2. 2. q. 11. art. 2. Nau. cap. 11. num. 22. & alij apud Dian. par. 4. tr. 7. res. 36. vers. quare.*

Vnde si quis sententiam suam quamuis falsam, atque peruersam nulla pertinaci animositate defendat, quærat autem tota sollicitudine veritatem, corrigi paratus, cum inuenerit, nequaquam est inter hæreticos computandus *cap. dixit Apostolus 24. q. 3.*

23 Ad torturam verò, vel ad sententiam neque Inquisitor sine Episcopo, aut eius Vicario, neque Episcopus sine Inquisitore procedere potest *cap. vt commissi de Hæret. in 6. d. clem. 1. § propter quod* Vnde non potest Inquisitor sine Episcopo cogere reũ ad abiurationem, quia abiuratio quædam condemnatio est *Barbos. d. par. 2. all. 40. num. 39. vbi cit. Zanard. in Direct. Theol. par. 2. cap 6. ques. 15. Azor. instit. mor. par. 1. lib. 8. c. 18. q. 16. Molin. de Iust. tract. 5. disp. 28. num. 19.*

24 Si verò in sententia proferenda non cõueniant, tunc per vtrũque negotium sufficienter instructum ad sedem apostolicam remitti debet *cap. per hoc de Hæret. in 6.* potest tamen alter sine altero reos absoluere: quia ius antiquum solum correctum est in cõdemnatione *secundùm glos. in d. clem. 1. ver. contra eos, quam esse communiter receptam dicit Clar. in ver. Hæresis vers. sed quis inter.* Sed contrarium tenet Simanc. *in Cathol. Instit. tit. 3. nu. 9. Roias sing. 27. num. 7. Zech. in Sum. tract. 1. tit. de fide cap. 11. num. 14. Azor. to. 1. lib. 8. cap. 18 q. 16. quos refert: & sequitur Dian. par. 4. tr. 8. res. 50.* & ideò opinio d. glos. non est admittenda, nisi vbi adesset consuetudo in contrarium legitimè præscripta.

25 Obserua tamen, quod licèt in alijs criminibus post sententiam absolutoriam nõ possit reus absolutus iterum de eodem crimine vexari, tamen in crimine hæresis contrarium statuit Pius V. *vt refert Dian: par. 4. tr. 7. res. 35.* nam in tali causa sententia absolutoria nunquam transit in rem iudicatã & ideò probationes superuenientes coniungi possunt cum præcedentibus insufficientibus *iuxta communem Doctorum sententiam.*

26 Obserua 2. quod postquam cõcorditer Episcopus, & Inquisitor imposuerunt delinquenti aliquã pœnam, possunt illam mitigare, vel mutare, non tamen vnus sine alio *cap. vt commissi de Hæret. in 6. & ita statuisse etiam Vrbanum VIII refert Dian. p 4. tr. 7. res. 37:* vbi addit, quod in Inquisitione Hispana ex priuilegio speciali sũmi Pontificis solus supremus Inquisitor potest minuere, & rela-

xare pœnas delinquentibus impositas.

27 Vbi verò Sancta Inquisitio sita non est, Inquisitorum munus Episcopi præstant *Barbos.d.par.2. all. 40.num.39.* & habent eadem priuilegia circa officium Inquisitionis, quę habent Inquisitores delegati *Ricc.in Prax.for. eccles.par.2. res.203.vbi citat Pegn.in 3.p. Direct.Inquis.schol.112.*

28 Hæretici autem formales, si nolint ad fidem ecclesię redire, vltra excommunicationem in Bulla Cœnę contentam, & infamiam, *de qua in cap.infames 6.q.1.* sœculari iudicio relinquuntur animaduersione debita puniendi, clericis à suis ordinibus prius degradatis, *c. excommunicamus 2.ex. de Hæret.* siue confessi fuerint, siue per legitimos testes conuicti, *vt dicũt DD.apud Dian.d.par.4.tr.7.res.25* & de consuetudine tam laici, quã clerici igne comburuntur, *vt d. Vitali.de Malef.tit.de Crimin.Hæres.num.6.* & si absentes fuerint, eorum statuæ comburitur *Dian. par.4.tr.7.res.27.* Idem dicendum de Apostatis à fide, qui subiacent eisdem pœnis, quibus subduntur hæretici *cap.contra Christianos de Hæret.in 6.*

Addit Loccatell. *de Quæstion. Iudic.insp.5. numero 191.* quod in hoc crimine, si reus interrogatus non vult respondere, vel obscurè respondet, vti pertinax, & conuictus potest condemnari.

Magistratus verò sœcularis quẽcumque hæreticum sibi à iudicibus fidei traditum debet vltimo supplicio afficere non obstante quauis appellatione *cap.vt inquisitionis de Hæret.in 6.* vbi omnes leges ciuiles in fauorem fidei cõditę contra hæreticos approbantur, *vt notat etiam Boss.tit.de Hæret.nu.37.* nec potest Iudex laicus in tali casu pœnam commutare, nec aliquo modo de hoc crimine cognoscere *d.cap.vt inquisitionis & est communis DD.opinio, vt d. Clar.§ fin.q.96. vers. quæro etiam* alias esset suspectus de hęresi, & posset ab Inquisitoribus puniri, ac iurisdictione priuari *cap.ad abolendam de Hæret.Barbos.d. all. 40.num.51. vbi citat Rebuff.to.2. ad leg.Gall.tit.de Litter.requisitor. in princip.n.20. Menoch. de Præsumpt.lib.5.quæst.6.num.31.*

Obserua tamen, quod Inquisitor, & Episcopus non condemnãt ad mortem, sed tantum declarãt, reum esse hæreticum, ipsumque exuunt priuilegio clericali, si est Clericus, *vt d.Boss.tit.de for. comp. nu.160.Clar.in § fin.q.36.vers. sed quæro Bonac to.2.disp.10.q.1.pun. 1.§.4.n.9.* non enim potest Iudex ecclesiasticus sententiam sanguinis proferre *c. sententiam sanguinis ex. Nè Cler. vel Monach.*

Filij quoque hæreticorum vsq; ad secundam lineam paternam, ad primam verò maternam sunt inhabiles ad officium ecclesiasticum, seu sęculare, si eorum Parẽtes ante mortem ecclesię reincorporati non fuerint *cap. Statutum 2.de Hæret.in 6.* quemadmodum in crimine læsæ maiestatis humanæ filij delinquentis ab honoribus, & officijs arcentur, ac perpetuam incurrunt infamiã *l. quis-*

quisquis §. filijs C. ad l. Iul. maiest.

Præterea bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata *cap. cum secundùm de Hæret. in 6.* illaque de iure applicantur fisco ecclesiæ in terris ecclesię; sed in terris imperij applicantur fisco Curię sæcularis; etiãsi catholicos habeant filios *cap. vergentis ex. eod. tit. Boss. tit. de Hæret. num. 33.* Bona autem clericorum in tali casu applicantur ecclesijs, vbi sunt beneficiati: & si plura beneficia obtineant, inter ecclesias diuiduntur pro rata *cap. excommunicamus §. damnati iunct. a glos. in ver. stipendia eod. tit.* si verò beneficia non habeant, pertinent ad fiscum Ecclesię Cathedralis *vt d. Clar. in §. hæresis vers. item bona*; sed hodiè locis pijs applicantur *ex decreto Concilij Tridentini sess. 25. de ref. cap. 3* quare bona alienata ab hæretico à die commissi criminis, & ante sententiam declaratoriam recuperat fiscus ab emptoribus etiam bonæ fidei, nec tenetur restituere pretium huiusmodi emptoribus *Ricc. in Collect. dec. 3640. p. 8 vbi citat Thesaur. dec. 40. Rot. Roman. decis. 747. num 9. par. 4. in Nouis. Clar. in §. fin. q. 51. vers. scias etiam*: & hęc pœna confiscationis imponi potest etiã post mortem hæretici, si de hæresi legitimè cõstet *iuxta cap. accusatus §. in eo verò casu de Hæret. in 6.* quemadmodum etiam post mortem eius memoria damnatur, ac statua cõburitur *Clar. in d. §. hæresis vers. item de crimine Dian. par. 4. tr. 7. res. 28.* tunc autem citandi sunt filij, vel hęredes defuncti, illisque danda est copia indiciorum, qui etiam per procuratorem comparere possunt, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 7. res. 28.* hoc tamen intellige intra quinquennium à die mortis defuncti: transacto enim quinquennio memoria defuncti damnari nequit, nec bona possunt cõfiscari *iuxta glos. communiter receptam in l. Manichœos vers. subire C. de Hæret. Clar. in §. fin. q. 51. vers. scias etiam in fin.*

Dotes etiam vxorum propter hęresim maritorum confiscantur, si sciẽter matrimonium cum Hęreticis contraxerint *ex cap. decreuit, & ibi glos. in ver. tunc de Hæret. in 6.* sed probanda est talis scientia, quia ignorantia in dubio præsũitur *l. verius ff. de Prob.*

Item propter huiusmodi crimen vacant beneficia ipso iure *cap. ad abolendam ex. de Hæret. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 455.* quorum collatio in tali casu reseruatur Papę *ex constitutione Pij V. vt d. Barbos. in d. cap. ad abolendam num. 5.* Huiusmodi autem beneficia etiam ante sententiam declaratoriam possunt tamquam vacantia impetrari, cũ illa sententia non priuet, sed priuatum declaret, *vt decisum refert Ricc. in Collect. dec. 3640. par. 8.* non tamen tenetur reus dimittere beneficia ante sententiam criminis declaratoriam, *Barbos. in d. cap. ad abolendam num. 8.*

Addunt alij, quod etiam ipso iure vacant pensiones, & beneficia filiorum hæretici etiam prius obtenta, *Ricc. loc. cit. vbi etiam refert,*

ità resoluisse Rot. *in vna Conchen.pensionis 6. Martij* 1598. *coram Peregrino*. sed hoc de consuetudine non seruatur, *vt dicit Clar.in §. Hæresis vers. Item Clericus.*

Item propter hæresim Iuspatronatus amittitur *c. cum secundum de hæret.in 6.* & tunc Iuspatronatus non transit ad fiscum, sed liberatur beneficium, & illud ius applicatur ecclesiæ, *vt dicunt DD.apud Leon.in Thes.for.Eccles. par.2.cap.6.n.32.*

Obserua tamen, quod per condemnationem, vel confiscationem factam à Iudice sęculari Reus non amittit Iuspatronatus, *iuxta glos.in Clem.Pastoralis vers. subiectæ de sent.& re iud.quam communiter sequuntur Doctores, vt d.Leo loco cit.num.33. quicquid dicat glos.in cap.filijs ver.propinquis 16.q.7.*

29 Si verò hæreticus præuia pœnitentia paratus sit redire ad fidem Ecclesiæ, pro prima vice non traditur Curiæ sęculari, nec eius bona confiscantur, sed abiuratione de formali publicè facta ad pœnam carceris, vel triremiũ, vel aliam arbitrariam iuxta delicti, & personarum qualitatem damnatur *d.cap. ad abolendam de Hæret.Megal.in Promptuar. ver. abiuratio hæresium n.1. Boss. in tit. de Hæret.n. 17. & seq. Clar. in §. hæresis vers.sed quæro Piasec.in Prax.Episc.par.2.cap.4.n.43. vers. in alijs autem Dian par.4.tr.7. res. 24.* etiam si post sententiam pœniteat *Clar.loco cit.vers.sed vsque Boss.vbi supra n.20.* immò suffice-

ret, si pœniteat, postquam è carceribus in Ecclesiam pro publica fidei actione ducitur, modò specialia conuersionis signa tunc ostenderit, *vt dicunt DD. apud Dian.d.res.24.*

30 Secus dicendum est in hæretico relapso, qui scilicet post abiurationem erroris deprehensus fuerit in abiuratam hæresim recidisse; tunc enim sine vlla audientia sęculari Iudicio relinquitur puniendus *d. cap.ad abolẽdam*: idemque dicendum, si quis errauit in vna specie hæresis, vel in vno articulo, & abiurauit hæresim simpliciter, & posteà errat in alio *cap.accusatus §. eum verò de Hæret.in 6. & est communis opinio, vt d.Bonacoss.relatus in Syntagm.opin.comm.tit.de Hæresi cap.1.*

Pro relapso etiam habetur negans Trinitatem, aut Diuinitatẽ Christi Domini, aut eius conceptionem de Spiritu Sãcto, aut eius mortem, vt nos redimeret, aut Virginitatem Virginis Mariæ: vnde in his casibus etiam pro prima vice tradendus est Curiæ sęculari *ex constitutione Clementis VIII. incip. Dominici Gregis, quam refert Quarant.in ver.Hæretici*. eademque pœna puniuntur Magistratus, ac Domini Ecclesiastici, vel temporales schismatici, aut hæretici, seu hæresim vel schisma excitantes, quique hæresim Principi persuadere tẽtauerint, *vt d.Dian.par.4.tr.7.res. 24.vers.notandum est tamen Piasec.in Prax.par.2.cap.4.numer.43. vers.qui item.*

Simi-

Similiter relapsus censetur, ac relapsorum pœna punitur qui pœnitentiam sibi iniunctam per Inquisitores non adimplet *d.cap.ad abolendam de Hæret. Ricc. in Collect.decis.123.par.1.Megal.var.resol.to.2.res.149.Barbos.in d.cap.ad abolendam.nu.17.* idem dicendũ de Hæreticis fictione iuris impœnitentibus, quales sunt qui legitimis testibus conuicti negant, se hæresim commisisse *iuxta communem, & receptam opinionem DD. quos refert Clar. in d. §. hæresis vers.& nota.* eademq; pœna plectitur confitens diminutus, qui scilicet non fatetur omnes suos errores, aut omnes qualitates, quę respiciunt veram, & formatam hæresim: vel non omnes complices reuelauit, dummodò diminutio plenè probetur, & circa illa non præsumatur obliuio, quod relinquitur arbitrio prudentis Iudicis, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian par.4.tr.7.res.25*

Notandum est etiam, quod si talis reus aliquos complices in suo examine subticuit, quia ex reuelatione sibi graue damnum imminebat, non esset tunc indistinctè puniendus, & Curiæ sęculari tradendus tamquam diminutus, sed mitius damnandus, *vt d.Frei. in addit.ad tract.de Confess.sollicit. q.19.n.15. quę refert idē Dian.p.1. tr.4.res.7.vers.Hinc Pegna &c.*

Item relapsus etiam dicitur, si fugiat è carcere, illo effracto *secũdùm Barbos.in d.cap. ad abolendã num.16.& alios.* sed contrarium videtur verius; hoc enim casu hęreticus reconciliandus est, sed maior pœnitentia pro fuga ei iniungi debet *Dian. d.p.4.tr.7.res.14.vbi citat. Sous. in Aphor. lib.3.c.29.n.5.*

Curiæ quoque sęculari traditur qui abiurare recusat *ex constitut. Martini V. quã refert Diã. d.par:4:tr:7: res.14:vers.nota etiã:*

31 Obserua tamen, quod huiusmodi hęreticis, etiãsi pluries sint relapsi, si pœnitentiam egerint, non denegantur sacramenta Confessionis, & eucharistiæ; quia ecclesia nulli claudit gremiũ redeunti: nõ tamen euitabunt pœnam corporalem, sed tũc prius laqueo suspẽdũtur, & deinde mortui igne cremãtur *c.super eo, vbi glos. de Hæret. in 6.*

32 Obserua 2. quod si reus in tortura hęresim confiteatur, & deinde huiusmodi confessionem extra tormenta ratificet, reconciliandus est; quia in tali casu hæc confessio libera, ac spontanea censetur, *& ità omnium consensu receptum esse dicit Simanc. in Enchir. tit.58.n.14. Roias de Hæret. p. 2.n. 292. quos refert Dian.p.4.tr.7:res. 24.vers. non desinam, & vers seq.*

33 Obserua 3: quod non dicitur verè in hæresim relapsus ob non adimpletam pœnitentiam qui verè prius in hæresim nõ est lapsus: sed iterum est ei alia pœnitentia iniungenda arbitrio Inquisitorũ; *Megal.var.resol.to.2.res.149.nu.8. vbi citat. Simanc. de Cathol. Instit. tit.47. rubr. de Pœnit. & Conuers. n.77. & Farinac. de Hæres. q.193. n.147.* vel tamquam impœnitens puniendus est pœna arbitraria, *vt d.Dian.p.4.tr.6.res.14. vers. dicendum est igitur.*

Vn-

Vnde suspectus de vehementi nō dicitur verè relapsus ex eo, quod iterum de vehementi suspectus sit; sed ex his duabus suspicionibus vehementibus violēta suspicio procedit, *Megal.loco cit.nu.7. & in promptuar. ver. Abiuratio hæresum. nu.2. vbi citat Farinac. de Hæres.q.95.num.25.*

34 An verò damnandus sit tamquam relapsus is, qui de formali abiurauit, si de secundo lapsu vehementer suspectus sit? negat Ricc. *in Collect.decis: 123: par: 1. & alij apud Dian:p:4:tr:7:res:26. vers: solum hic*, vbi dicit, quod ità seruatur per Inquisitores Italiæ; & hęc quidem sententia benignior est; sed contrariam existimo in iure veriorē *per text:ex pressum in cap:accusatus de Hære: in 6:* vbi dicitur, quod si quis abiurauit hæresim, de qua erat vehementer suspectus, & deinde cōstet, in eamdem hæresim incidisse, censetur relapsus, ac relapsorum pœna punitur, etiamsi prima hæresis non fuerit plenè probata, *& ità tenet Sylu. in ver hæresis 1.n.15. Megal.var. resol. to.2. res.149.n.7.* vbi asserit, quod relapsus dicitur, quando plenè constat de vno lapsu priori, vel posteriori.

Obserua 4. quod si relapsi ispontę, & non ex metu, nec ndicijs prævenți redeant ad ecclesiam, eorum vitę parcitur, *Sancta rell.in Tract.de Hæres.c.42 n.18. Decian.in Tract.crim.lib. 5.c. 56.n. 12. & alij apud Barbos. in d. cap. ad abolendam n. 20.&21.*

35 Obserua 5. quod abiurare recusans tunc curię sęculari traditur, quando aut confessus, aut cōuictus, aut in hęresi manifestè deprehensus fuit: si verò non fuerit confessus, vel conuictus, non est statim tradendus Curię sęculari, sed prius excommunicari debet; & si per annum pertinaciter in excommunicatione persistat, tamquam hęreticus condemnatur *Dian.par.4. tr.7.res. 14. vers. nota etiam, vbi citat Vmbert. Locat.in Prax.Inquis.ver.suspicio n. 8. Hyppolit. Riminald.lib.4. cons. 395.n.64. Eymeric. in Direct. Inquis.par.2.q.55.*

36 Queres, qua pœna puniantur fautores, receptatores, vel defensores hæreticorum?

Resp. quod si id faciant ex motiuo hęresis, vel intentione fauēdi hęresi, incurrunt in excommunicationem contentam in Bulla Cenę in princ. *Bon icin.de Censur.in part.disp.1.q.2.pun.3. num. 1.& seq. Barbos.in cap. excommunicamus 1. §. credentes n. 23. de Hæret Graff.decis.aur.par.1. lib.2. cap.9.num.9.& seq. & alij communiter*; prętereà arbitraria pœna puniuntur, & abiurant etiam de leui, vel de vehementi iuxta qualitatem circumstantiarum, indiciorum, & personarum, *vt dicunt DD.apud Dian.d.par.4. tr.7. res.21.* secus dicendum est, si quis beneficium faciat hęretico ratione amicitiæ, vel consanguinitatis, vel metus, vel ob aliam similem causam; tunc enim non incideret in dictam excommunicationem *arg.cap.accusatus § ille quoque, vbi glos.in ver.non possit, & § sacerdo-*

cerdotes de Hæret. in 6. Nau. c. 27. n. 55. Bonacin. loco cit. & alij, & leuius in tali casu punitur, videlicet vel exilio, vel multa pecuniaria, & ad summum abiurat de leui *arg. l. 2. ff. de Recept. Dian. par. 4. tr. 7. res. 21.*

In dubio autem præsumitur quis præstare auxilium, vel fauere hæreticis propter sanguinis coniunctionem, seu amicitiam, non autem propter hæresim: nisi receptans sit extraneus, tunc enim cessat naturalis affectio, & inclinatio, *Bonacin. de Censur in part. disp. 1. q. 2. pun. 3. n. 2. in fin.*

37 Quæres 2. an hæreticus pœnitens remaneat inhabilis ad retinenda beneficia post abiuratam hæresim?

Resp quod si hæreticus confessus fuit hæresim, vel de ea in actis conuictus fuit, tunc abiurans remanet inhabilis ad beneficia, & officia retinenda, & obtinenda, donec fiat habilis per dispensationem Papæ: quia in tali casu constat, eum fuisse hæreticum, *Nau. cons. 18. n. 6. de Hæret. Barbos. in d. cap. ad abolendam n. 10.* idem dicendum, si abiurauit ob suspicionem violentã, tunc enim sicut verè, & formaliter hæreticus est habendus, *vt post Eymer. & Pegn. d. Megal. in Promptuar. ver. abiuratio hæresum n: 5:* secus esset, si abiurauerit hæresim ob suspicionem leuem, vel vehementem: hoc enim casu non remaneret inhabilis ad beneficia, & Canonicatus etiam in Cathedrali obtinendum, nec priuatur ob tẽtis cum verè non sit hæreticus, sed potius per abiurationem se purgat, ostenditque se innocẽtem contra suspicionem ortam, *vt dicunt DD. supra citati, quibus adde Bonacoss. relat. in Syntag: opin: comman: tit: de hæresi cap: vn: Ricc. in Collect: decis. 123. par. 1. & in Prax: for: eccles: par: 1. res. 438. vbi refert, ità resoluisse Rot. in vna Gadicẽs. Canonicatus 20. Iunij 1587. coram Comitulo.*

38 An verò remaneat inhabilis ad audiendas confessiones? affirmatiuè respondeo, si de formali, aut de violenta, vel etiam vehementi abiurauit, secus si de leui, *ità sentit Ricc. in Collect: decis. 567. par. 3.*

39 Quæres 3. an in causa hæresis admittantur testes singulares, & & alij inhabiles vel minus idonei? Resp. quod huiusmodi testes non solum faciunt indicium ad torturam, sed etiam probant ad imponendam pœnam extraordinariam, exceptis inimicis, *cap. in fidei, & cap. accusatus §. licet de Hæret. in 6. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. num. 11. Dian. par. 4. tr. 7. res. 31. & tr. 8. res. 57.* nõ tamen probant ad conuincendum de hæresi, & ad imponendam pœnã ordinariam: tunc enim requirũtur duo saltem testes, qui sint cõtestes, fide digni, & omni exceptione maiores, inter quos admittitur etiam Denunciator *iuxta cap. in omni de Testib. Piasec in Prax. d. par. 2. cap. 4. num. 41. & alij communiter.*

Hoc tamen intellige, quando reus

reus esset malę vitę,& famę, tunc enim posset pęna ordinaria puniri ex testimonio duorum testium secus si reus esset integrę famę,& vitæ incorruptæ ; hoc enim casu non esset incongruum, aut differre supplicium, donec fortè aliæ addantur probationes,aut mitius punire *Pegn.in Direct.Inquis:cõment:20:Rotas de Hæret:par.2: n: 103:quos refert Dian: par:4:tr: 7. res:32:qui eadem:par:4:tr.6:res:11* dicit, quod hodiè vt plurimum, non damnatur hæreticus ad pœnam ordinariam, nisi aduersus illum adsint tres testes contestes omni exceptione maiores.

40 Notandum est autem,quod condemnatus in pœnam arbitrariam ex defectu probationis, superueniente deinde legitima hęresis probatione, potest vti hæreticus in pœnam ordinariam damnari, ac brachio sœculari tradi, *Dian: par:4:tr:7:res:35:vbi citat Sous:in Aphor:Inquis:lib:2:cap.37:n:8:& 9:& alios:*

41 Notandum 2: quod in hoc crimine sufficit etiam violenta præsumptio ad condemnandum, puta si citatus ad respondendum de ñde contumax per annum fuit,vel per idem tempus excommunicationem substinuit *cap:cum contumacia,vbi glo:de Hæret:in 6:*quod procedit,etiamsi à principio esset tantum leuiter de hæresi suspectus ; nam si ob eam causam citatus, vt respondeat, negligat intra terminum assignatum respondere,illa leuis suspicio transit in vehementem: si verò in illa negligentia per annum perseueret,suspicio vehemens transit in violentam,& ideo post annum vt hæreticus condemnatur *Eymer: in Direct:par:3:q:47: quem refert Dian:par:4:tr:7:res:18: Clar: in §: hæresis vers: itẽ de crimine Bonac. de Censur:disp:2:q:2:pun:vlt:n:2: Boss:tit:de Hæret:num:5:*

SVMMARIVM.

1 *Insordescens per annum in excommunicatione an,& quando sit suspectus de hæresi.*

2 *Item quando possit vt hæreticus condemnari.*

3 *Insordescens per annum in excõmunicatione habetur pro confesso, & conuicto de eo crimine, cuius causa excommunicatus fuit.*

Quando possit beneficijs priuari, ibidem.

4 *Excommunicatus etiam post sẽtentiam potest probare suam innocentiam.*

5 *Talis insordescens per annum, potest etiam arbitraria pœna puniri,*

Eadem pœna plectitur insordescens per mensem continuatum in excommunicatione ; ibidem.

6 *Insordescenti per annum nõ prodest absolutio, quæ à summo Pontifice in impetrationibus gratiarũ conceditur.*

CAP.

CAP. XX.

De excõmunicato insordescente per annum in excommunicatione.

1 INsordescẽs per annũ in excõmunicatione diuersis afficitur pœnis: & primò est suspectus de hæresi, & ideò Inquisitorũ iudicio subijcitur; quia perseuerando in excommunicatione per tantum temporis spatium censetur malè sentire de potestate clauium, *vt notant DD. apud Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. punct. vlt. n. 2.*

Hanc tamen conclusionem alij non ità simpliciter admittunt, sed concurrentibus aliquibus cõditionibus, videlicet, quod insordescens in excommunicatione per annum fuerit nominatim excommunicatus, & declaratus *cap. cum contumacia de Hæret. in 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 444.*

Secũdò, quod fuerit excõmunicatus ex causa hæresis, & alia criminali, non autem ciuili *Ricc. in Prax. vt supra par. 3. ref. 209. Rota in vna Segobiensi insordescentiæ 5. Iunij 1598. coram Seraphino, quam refert Dian. d. par. 4. tr. 7. ref. 18.* vbi etiam dicit, quod ex consuetudine Inquisitores non solent procedere contra excommunicatos pro alijs delictis extra hæresim.

Tertiò, quod infra annũ potuerit impetrare absolutionẽ ab excõmunicatione; secus si non potuit *idem Ricc. in Prax. par. 3. ref. 210.* 2 Quartò, requiritur, quod in excõmunicatione perseueret animo pertinaci, & indurato, & in contẽptum clauium, vt quia nolit obedire eo, quod Iudicis, aut legis potestatem spernit; secus si ex alia causa motus etiam iniusta nõ obtemperet *cap. cum contumacia de Hæret. in 6. Rota in Oscen. Archidiaconatus 16. Maij 1603. corã Lancellotto, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 212. & in Collect. dec. 629. par. 3.* vbi etiã dicit, quod cessat huiusmodi cõtemptus ex sola petitione absolutionis.

Quintò, vt quis dicatur insordescere in excõmunicatione in causa fidei non sufficit, si vocetur ad cõparendũ in S. officio sub pœna excommunicationis, sed addendum est, vt compareat ad respondendum de fide *glos. in cap. cum contumacia vers. respondeat de Hæret. in 6. Dian. par. 4. tr. 7. d. ref. 18. Megal. var. resol. tom. 2. ref. 149. n. 5.*

Sextò, annus debet esse continuatus in tali excommunicatione, *vt resoluit Sac. Congr. & Rota Rom. apud Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 216.* annus verò insordescentiæ currere incipit à die declarationis, non autem à die incursus in excommunicationem, nisi fortè excommunicatio fuerit notoria, & de tali notorietate verè, & euidenter cõstet: tunc enim annus inciperet à die notorietatis excommunicationis *Ricc. vbi supra d. par. 3. ref. 216. & par. 4. ref. 66. Dian. par. 4 tr. 7. ref. 18.*

An verò possit vti hæreticus cõ-

demnari? Resp.affirmatiuè *ex c. cum contumacia de Hæret.in 6. c. excommunicamus 1.§. qui autem ex.eod.tit.* sed elapso anno insordescentiæ debet prius citari ad respondendum de fide, & ad se purgandum ab hæresis suspicione cum termino competenti: & si non compareat, iterum ob cõtumaciam excommunicationis vinculo innodatur, quam si per alium annum animo substineat pertinaci, ex tunc vti hæreticus condemnandus est, *vt in dictis iuribus, vbi glos. & Doctores Bona in.de Censur. disp.2. q.2. pun. vlt.n.2. Diana par.4.tr.7.res.18. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax.for. Eccles.par.3. res.* 215. 217. & 305. ad hunc autem effectum requiritur trina monitio, seu citatio personaliter exequuta cum competenti termino, si absens inueniri potest; si verò latitat, sufficit, quod per tria edicta citetur *iuxta cap.sacro & ibi glos.in ver.competenti de Sent.excom. & tradunt DD. apud Ricc. in Prax .par.3. res.* 218. qui eadem *par.3. res.* 174. addit, quod si quis in causa fuit semel personaliter citatus, aut si citatio domi exequuta peruenit ad Rei notitiam, excommunicatio tunc substineretur etiam non præcedente personali citatione. 3

Si verò talis excommunicatus ante elapsum annum moriatur, non condemnatur vt hæreticus, neque eius bona confiscantur, nisi ex testibus esset plenè cõuictus, *vt dicunt DD. apud Dian.d.par.4. tr.7.res.18. in fin.*

Secundò insordescens per annum in excommunicatione habetur pro confesso, & conuicto de eo crimine, cuius causa excommunicatus fuit *cap.rursus, & c. quicunque* 11. *q.3. Nau. in Man. cap.27.num.23. Ricc.in Prax. p.3. res.*209. & 305. *Rip.in cap.1. n.77. de Iudic.* vnde & poterit clericus beneficijs priuari, dummodò reipsa per annum contumax fuerit, & commiserit crimen beneficij priuationem inducens; secus si excõmunicatus fuerit pro causa ciuili, aut pro leui delicto, vel per ipsum non steterit, ne absolutionem obtineret *Sylu.in ver. excommunicatio 3.num.1.not.9. in fin. Ricc.in Prax.par.3. res.*305. *Bonacin.de Censur.disp.2.q.2.pun.vl. num.2.*

Potest tamen excommunicatus etiam post sententiam probare suam innocentiam *iuxta glos. cõmuniter receptam in d. cap. rursus* 11.*q.3.* vbi subdit, quod reus in tali casu non recuperat bona sua, quia pœnæ repeti non solent *glos. in cap.pastoralis 9. verum ver. subtrahuntur de Appell. Bonacin.de Censur.disp.2.q.2.pun.vl.nu.2.* sed contrarium tenet Ricc. *in Prax. for.eccles.par.3.res.*214. si de innocentia eius, vel legitimo impedimento constiterit. & hoc mihi verius videtur: cum enim tunc constet de iniustitia sententiæ, æquũ est, vt illi beneficia, ac omnia bona restituantur *iuxta text. expressum in cap. super causa 2.q.5. l.pen. ff. de Remiss.* 4

Addit Ricc. *in Prax. vt sup. p.3 res.*214. quod excommunicatus

tus etiam in causa fidei elapso anno auditur, si causam legitimi impedimenti suæ insordescentiæ verificet, etiamsi eius statua esset cõbusta *iuxta glos. commun. approbatam in c. excommunicamus 1. §. qui autem ver. condemnentur de Hæret.*

5 Tertiò potest pecuniaria, vel alia arbitraria pœna puniri, *vt dicunt DD. apud Bonacin. loc. cit.* eademque pœna plectitur insordescens etiam per mensem continuatum à die declaratoriæ computandum ex praxi Curiarum ecclesiasticarum, modò constet de contemptu clauium; secus si fecerit diligentias pro obtinenda absolutione, & obtinere non potuit *Ricc. in Prax. par. 4. ref. 63. & seq.* non tamen sufficeret, si quis steterit semel per 15. dies in excommunicatione, & post obtentam absolutionem cum reincidẽtia in eadem excommunicatione perseueret per alios 15. dies, quia hoc est regulare in quacunque pœna, vt tempora non coniungãtur, quamuis secus sit in fauorabilibus, *idem Ricc. in Prax. par. 3. ref. 216. & par. 4. ref. 64.*

6 Quartò alia pœna punitur insordescens per annum in excommunicatione, quod huic deinceps absolutio non prodest, quę à summo Pontifice in impetrationibus gratiarum, & in collationibus beneficiorum conceditur, si culpabiliter per annum continuum contumax in excommunicatione perseuerauit, secus si absque culpa *Roland. cons. 46. num. 37. vol. 1. Boer. decis. 290. nu. 3. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. p. 3. ref. 213.*

SVMMARIVM.

1 *Quando crimen Sortilegij sit mixti fori.*
2 *Quibus pœnis Sortilegi puniantur de iure ciuili, & canonico.*
3 *An adorator Dęmonis censeatur hæreticus.*
4 *Qua pœna plecti debeat clericus pro hoc crimine.*
5 *Referuntur aliæ pœnæ contra sortilegos.*
6 *Quando Episcopus, & Inquisitor possint pœnas mitigare.*
7 *Qua pœna plectendus sit abutẽs Sanctiss. Altaris Sacramento ad huiusmodi sortilegia.*
8 *An in hoc crimine faciant fidem testes, qui se liberatos à sortilegis affirmant.*
9 *Qua pœna afficiendus sit Sacerdos, qui in celebratione sacrorũ nefandas, & turpes preces porrigit.*
10 *Qua plectendi sint pœna Incantatores Serpentum.*
11 *Item quam pœnam subeant qui verba sacræ scripturæ ad scurrilia, vel superstitiones, & diabolicas incantationes vsurpant*

CAP. XXI.

De Sortilegijs.

1 CRimen Sortilegij, & diuinationis, si est coniunctum cum hęresi, ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis punitur *cap. accusatus §. sane*

de Hæret. in 6. & tradũt DD. quos refert, & sequitur Barbos. de off. & pot. episc. par. 3. all. 51. nu. 124. si verò non est coniunctum cum hæresi, non spectat ad Inquisitores, sed ad ordinarium *iuxta tex. in d. § sane*, qui in hoc casu potest esse tam secularis, quam ecclesiasticus *c. peruenit 26. q. 5. tot. tit. C. de Malef. & in hoc conueniũt omnes DD. vt d. Clar. in § Heresis vers. successiuè Genuis. in Prax. Arch. c. 68. nu. 13. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de fauor. cleric. real. § 4. n. 122.* hodiè verò per constitutionẽ Sixti Quinti, *quam refert Quarant. in ver. Astrologia Iudiciaria Vsi. in Prax. Iudic. cap. 37. nu. 19.* etiã Inquisitores cognoscunt de Sortilegijs, & diuinationibus, etiamsi hæresim non sapiant, *vt notant Leo in Thesaur. for. eccles. p. 3. c. 5. num. 14. & 15. Vulp. loco cit. nu. 20. Barbos. d. all. 51. num. 134.* non tamen priuatiuè quoad Episcopos, qui possunt huiusmodi causas, nisi sapiant manifestè hæresim, cognoscere *iuxta tex. in d. cap. accusatus § sanè, & declarauit S. Congregatio Rom. & vniuersalis Inquisitionis die 21. Decembris, vt refert Dian. par. 4. tr. 8. res. 119.*

2 De iure autem ciuili huiusmodi Sortilegi, diuinatores, & malefici morte puniuntur *l. nullus, & l. nemo C. de Malef.* sed de consuetudine hæc pœna non seruatur: & ideò vel fustigantur, & banniuntur, vel ad triremes mittantur *Clar. loc. cit. Vulp. in* 3 *Prax. Iudic. cap. 37. num. 16.* quod intellige, si viles sint, quia nobiles relegantur, vel alia pœna arbitrio iudicis plectuntur *Ferr. qq. mor. p. 1. q. 38. Vulp. vbi supra*, & hoc procedit, si ex maleficio, aut sortilegio mors sequuta non fuerit, nam si sequitur mors, semper vltimò supplicio afficiũtur *iuxta l. si quis aliquid 2. § qui abortionis ff. de Pœn. Boss. tit. de Homicid. nu. 17.*

Eadem pœna fustigationis imponitur de iure canonico, si fuerint viles *Boss. loco cit. numer. 18.* & ex stilo Romanæ Inquisitionis tales traduntur triremibus, si fuerint ignobiles, *vt d. Dian. par. 4. tr. 7. res. 10.* aliàs perpetuo carcere puniuntur *cap. contra idolorum 26. q. 5. Boss. d. n. 18.* vel alia pœna arbitraria, *vt d. Ferr. d. q. 38. Vulp. loco cit. d. cap. 37. num. 17.* vltra infamiam, *de qua in cap. infames 6. q. 1.*

Præterea sunt ipso facto excõmunicati *iuxta c. 1. 26. q. 5. & cõstitutiones Ioann. XXII. incip. Super illius, & Leonis X. incip. Supernæ dispositionis*; verùm hãc excõmunicationẽ in tali casu non esse vsu receptam dicit Bonacin. *de Censur. in partic. disp. 2. q. 2. pun. 3. n. 1. & alij, quos refert Barbos. d. par. 3. all. 51. n. 119.* nisi errorem in mente habeant contra fidem, illumq. exterius sufficienter manifestent, tunc n. excommunicationi contra hæreticos latę in bulla Cœnæ subijciuntur, & vt hæretici puniuntur *Vulp. in Prax. Iud. d. cap. 37. num. 15. & alij communiter*: secus si reipsa aliter in mente sentiant: Vnde licèt adorator dæmonis actu ipso adorationis sufficienter indicet errorem, cum in tali casu tribuat dæmoni quod soli Deo competit, *vt d. Vulp. lo-*

co

cō cit. cap. 37. num. 6. tamen si credat, dęmoni honorem nō deberi, non erit hæreticus *Bonacin. loco cit. d. pun. 38. num 2.* præsertim si inuocetur dæmon ad tentandam pudicitiam alicuius mulieris, vel ad aliud faciendum, non alienum ab eius potestate: tunc enim inuocatur dæmon ad id, quod est propriū ipsius *Ric. in Prax. for eccl. par. 1. res. 434. Vulp. d. cap. 37. nu. 8. & seq. & alij apud Barbos. d. par. 3. all. 51. n. 125.* etiamsi in ipsis sortilegijs misceatur oleum sanctum, aqua, candelæ, rami oliuarum, aut aliæ res benedictę: quia adhuc huiusmodi sortilegia hæreticalia nō sunt, si hæc agens non habeat errorem contra fidem, *vt d. Vulp. loco cit.* hoc tamen grauissimum est crimen, & contra tales, vti de hęresi vehementer suspectos procedere possunt Inquisitores: tum quia hęc ad apostasiam, & infidelitatem pertinent, tum etiā quia omne cum dęmone commerciū, seu amicitia prohibetur, *Dian. p. 4 tr. 7. res. 10. & alij communiter.*

4 Clerici verò infamia notantur, & si non destiterint, deponuntur, atque in monasterium ad tempus arbitrio superioris præfiniendum detruduntur, ac beneficijs, & officijs ecclesiasticis priuantur *c. infames 6. q. 1. cap. non oportet & c. seq. 26. q. 5. & Statuit Leo X. in. d. constit. incip. supernæ dispositionis, relata per Bonacin. d. pun. 38. nu. 1. Barbos. d. par. 3 alleg. 51. num. 19.* & si notorij sint, irregulares efficiūtur, *vt d. Sylu. in sum. ver. superstitio nu. 11.* excommunicandi etiā sint tam ipsi, quam eos consulētes *cap. si quis clericus 26. q. 5.* hodiè verò etiam Clerici arbitraria pœna puniuntur iuxta facti, & personarum qualitatem, *vt d. Vulp. in Prax. iud. cap. 37. num. 17. Dian. par. 4. tr. 7. res. 17.*

Item ex constitutione *Gregor. XV. 46. in nou. Bullario to. 4.* qui pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando maleficijs, seu sortilegijs vnam, seu plures personas ità lęserit, vt ex maleficio, vel sortilegio mors sequuta sit, etiam pro primo lapsu curiæ sęculari tradi debet pœnis debitis puniendus, *vt notat etiā Peirin. in Priuileg. minimor. to 2. constit. 9 Pauli V. §. 2. num. 26. Vulp. d. c. 37. num. 25.* & qui similiter apostatando pactum cū diabolo vt præfertur, fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit, ex quo licèt mors sequuta non sit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi, siue animalibus, frugibus, vel alijs fructibus damnum notabile prouenerit, muro claudi, siue perpetuis carceribus in S. Inquisitionis officio, vbi illud existit, fabricandis mancipari debet, *vt cauetur in dict. constit.* 6 possunt tamen Episcopi, & Inquisitores eorum, qui in carceribus perpetuis, aut muro recluſi sunt, pœnam mitigare, aut in aliam commutare *cap. vt commissi de hæret. in 6.*

7 Curię quoque sęculari traduntur fabutentes Sanctissimo Altaris Sacramento ad huiusmodi sortilegia, veneficia, vel superstitiones *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68 numer. 10. Vulp. d. cap. 37. n. 9.*

Bar-

Barbos. d. all. 51. num. 135.

8 In hoc autem delicto testes, qui se liberatos à sortilegis affirmant faciunt fidem, etiamsi socij criminis videantur, cum ad eos in prohibito consilio confugerint: quia non vt rei, sed vt testes deponentes de facto proprio admittuntur *secundum Ferr. qq. mor. p. 1 q. 45. num. 9. vbi citat Mascard. de Probat. tom. 3. concl. 1312. n. 55.*

9 Queres, qua pœna puniatur Sacerdos, qui in celebratione sacrorum nefandas, & turpes preces porrigit? Resp. talem Sacerdotem esse deponendum, ac beneficijs priuandum, & in perpetuum carcerem detrudendum, *vt post Souf. dicit Dian. par. 4. tr. 7. res. 10.* vbi etiam addit, quod si Sacerdos Missas defunctorum celebrat pro viuentibus, vt moriantur, à Sacerdotio priuatur, & perpetuo exilio relegatur vna cum eo, qui hoc consuluit, vel mandauit; possunt etiam tales alia arbitraria pœna puniri, *vt supra diximus cum Vulp. in Prax. Iudic. d. cap. 37. num. 17.*

10 Quæres 2. qua pœna puniantur Incantatores serpentum? Resp. quod de iure ciuili nec tales puniuntur, nec qui per incantationem suam grandines, vel intemperiem aeris, quo magis fructus saluentur, sedauerint, *vt constat ex l. eorum C. de malef. & mathem.* sed de iure canonico clerici degradantur, laici anathematizantur *iuxta cap. admoneant 26. q. 7.* verum de consuetudine arbitrio Iudicis puniuntur *Vulp. d. c. 37. num. 17.* in istis enim incantationibus inuocatur auxilium dœmonis vel expressè, vel tacitè, vt quando in eis insunt aliqua verba extranea, vel caracteres, aut nomina ignota; & ideò illas Christiana, & vera pietas repellit, & damnat *cap. illos 26 q. 2. dicit tamè Vulp. loco cit. num. 12.* quod incantationes, in quibus imploratur auxilium Dei cum deuotione absque alia obseruatione superstitiosa intrinseca, vel extrinseca, non puniuntur.

11 Eadem arbitraria pœna plectũtur qui verba, ac sententias Sacræ scripturæ ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, & similia audent vsurpare *ex Conc. Trid. sess. 4. in Decreto de Edition. & vsu sacror. lib. 5. post hæc.*

SVMMARIVM.

1 *Contra exercentes artem iudiciariæ Astrologiæ procedunt tam ordinarij, quam Inquisitores.*

2 *Quibus plectantur pœnis de iure ciuili, & canonico.*

3 *Qui de statu Reip. Christianæ, vel sedis Apostolicæ seu vita Romani Pontificis, aut eius consanguineorum iudicia faciũt, vt læsæ maiestatis rei puniuntur.*

4 *Qui censeantur rei iudiciariæ Astrologiæ.*

5 *Contra inclinationem cœlestium corporum homo potest per rationem operari.*

6 *An prohibita sit prædictio, vel iudicium circa inclinationes homi-*

minun-.

7 *An prohibeãtur coniecturæ, quæ ab alijs causis, & circumstantiis desumentur.*

8 *Item an prohibeantur iudicia, & naturales obseruationes circa rẽ medicam, nauigationem, & Agriculturam-.*

CAP. XXII.

De exercentibus artem iudiciariæ Astrologiæ.

ASTrologiæ iudiciariæ superstitio iure diuino vetita est, *vt constat ex lib. leuitic. cap.* 19. & 20. & ab ecclesiasticis etiam, ac ciuilibus legibus acriter punitur *ex cap.* 1. *& seq.* 26. *q.* 5. *l. nemo Aruspicem-* C. *de malef. & mathem. & ex constitutione Sixti V. incip. Cœli, & Terræ creator, quam refert Quarant. in ver. Astrologia iudiciaria,* vbi damnantur facientes iudicia & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiamsi id se non certò affirmare asserant, aut protestentur: hęc enim cognitio viribus naturæ haberi non potest *vt d. S. Thomas* 2. 2. *q.* 95. *art.* 1. & ideò referenda est ad disciplinã malignorum spirituum, & occultam eorum societatem *Sylu. in ver. superstitio num.* 6. *Nau. cons.* 1. *de Sortil. Megal. in ver. Astrologia num.* 6. Vnde contra tales vti de hæresi suspectos non tantum ordinarij locorum, sed etiam Inquisitores procedunt *ex d. constit. Sixti V. vt notant etiã DD. quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 51. *n.* 134.

2 Et de iure quidem ciuili huius modi artẽ exercentes, & eos consulentes vltimo supplicio plectũtur, *vt in d. l. nemo Aruspicem;* de iure autem canonico pœna carceris, exilij, pecuniaria, vel alia arbitrio iudicis puniuntur, & abiurant de leui: clerici verò prętęr has pœnas arbitrarias suspenduntur ab ordinibus, & beneficijs priuantur *ex d. cap.* 1. *& seq.* 26. *q.* 5. *& ex constitutione Sixti V. supra citata-.*

Eadem pœna puniuntur, qui ex astris præterita, vel pręsentia occulta cognoscere conãtur: hæc enim ità damnabilis est, sicut illa quæ futura prędicit *Megal. in ver. Astrologia num.* 9. *& alij communiter;* quia nec futura, nec prętęrita, aut pręsentia ex astris cognosci possunt absque pacto implicito cum dæmone *S. Th.* 2. 2. *q.* 95. *ar.* 6. *in fin. Bonacin. de censur. in part. disp.* 2. *q.* 2. *pun.* 38. *num.* 5. Vnde id expressè prohibetur *in cap.* 1. *& c. ex tuarum de Sortil. & in l. apud. Labeonem §. si quis Astrologus ff. de iniur. & famos. libell.*

3 Qui verò de statu Reip. Christianæ, vel sedis Apostolicę, seu vita Romani Pontificis, aut eius consanguineorum iudicia faciũt seu facta in posterum penes se retinent, vel alicui ostendunt, aut verbis tractant, vltra excommu-

communicationem latæ sententiæ, etiam vt læsę maiestatis rei vltimi supplicij, & confiscationis omnium bonorum, ac priuationis officiorum, & beneficiorum, si Clerici fuerint, pœnas incurrũt *ex constitutione Vrbani VIII. quam refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 134.*

4 Obseruant autem DD. eos tantum Astrologiæ Iudiciariæ esse reos, qui ex astris præcisè faciunt iudicia, vel natiuitates hominum circa futuros effectus contingentes ab humana voluntate pendẽtes, ac de illis loqui constitutionem Sixti V. *ità Bonacin. de censur. in par. disp. 2. q. 2. pun. 38. nu. 3. & seq. Megal. in ver. Astrologia num. 6. Dian. par. 4. tr. 7. res. 17. vbi citat Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 43. dub. 6. num. 42. Barbos. loco cit. n. 134. quibus adde S. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 5.* vbi dicit, quod corpora cælestia non possunt esse per se causa operationum liberi arbitrij, licèt possint ad hoc dispositiuè inclinare, quatenus influunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitiuas: quia tamen vires sensitiuę obediunt rationi, nulla necessitas ex hoc
5 libero arbitrio imponitur, sed contra inclinationem cęlestium corporum homo potest per rationem operari, *idem dicit Graff. par. 1. lib. 2. cap. 3. num. 12. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 186. & alij communiter.* vnde qui certò crederet, aliquem, quia sub tali sydere, vel constellatione natus fuerit, cogi ad benè, vel malè operandum, in hæresim incideret *c. illud 26. q. 2. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 37. nu. 14. Megal. in ver. Astrologia num. 8.*

6 Ex quo inferunt, nullo iure prohiberi prædictionem, vel iudiciũ circa inclinationes hominum; de his enim aliquale iudicium trahi posse ab astris, dicit Sylu. *in ver. superstitio n. 6. Bonacin. loco cit. pun. 38. nu. 3, Vulp. vbi supra n. 13. Megal. num 6. & 7. Dian. par. 4. tr. 7. res. 17. & alij communiter.*

7 Inferunt 2. neque prohiberi eas coniecturas, quæ ab alijs etiam causis, & circumstantijs particularibus desumuntur, videlicet ab ipsa corporis complexione, dispositione, seu temperamento personę, ab actionibus hominis, alijsque consimilibus circumstantijs, *Sylu. in ver. superstitio num. 6. Bonacin. loco cit. num. 6. vbi citat Less. lib. 2. cap. 43. dub. 6. nu. 42. Sanch. in oper. mor. lib. 2. cap. 38. num. 33. & alios, & hanc esse communem d. Dian. p. 4. tr. 7. res. 17.*

8 Inferunt 3. non prohiberi iudicia, & naturales obseruationes circa rem medicam, nauigationẽ, & Agriculturam, *vt constat ex d. constitutione Sixti V. & docet Sãctus Thom. loc. cit. d. ar. 1. Barbos. d. par. 3. all. 51. nu. 134. Ricc. in Prax. par. 2. res. 186. Vulp. d. cap. 37. n. 13. & alij communiter.*

SVMMARIVM:

1 *Crimen incendij est mixti fori.*
2 *Qua pœna puniatur Incendiarius de iure ciuili.*
3 *Item qua pœna plectatur de iure cononico.*

CAP.

CAP. XXIII.

De Incendio.

1 HOc etiam delictum est mixti fori, cum ab vtroq. iure puniatur *cap.cum deuotissimam, & cap.seq. 12. q.2.cap.si quis ecclesiam 17.q 4.cap. pessimam 23. q.8.cap. si egressus & cap.seq:de Iniur:& damn. dat.cap. tua nos de sent.excomm· l.qui ædes l.si fortuitò ff: de Incend. ruin. & nauf.rag.l.capitalium.§.Incendiarij ff.de Pœn.atque ità tenet Fab.à Monteleo.in Pract:Arbitr.par.4.n 799. quem refert Farinac.in Prax. & Theorica crimin.tit. de var. & diuer.crimin.q.100.nu.15.Diaz in Pract.crim.can.c.108.ver.Incẽdiarij Foller.in simil.Prax.in ver.aut Incendium c: 25. p.2. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2.cas.390. nu.39.*

2 De Iure ciuili pœna capitis pro hoc crimine imponitur, *vt in d.l.capitalium.§.Incendiarij*, si cũ dolo incendium commissum fuit *Andr.Gaill. pract. obseruat. lib.2. obseru. 22.num. 6. Franc. Marc. dec.417.nu.2.par.2.* vbi etiam dicit, quod mitius punitur qui committit incendium ruri, quam in ciuitate, cum ibi sit minus periculum *iuxta d.l.capitalium § Incendiarij.*

Sed si ex negligentia, seu culpa incendium sequitur, distinguendum est: aut enim sequitur ex lata culpa, & hoc casu omnes conueniunt, posse incendiarium puniri etiam corporaliter, *vt notat. etiam Franc.Marc.par.1.dec.61.n* 5. nõ tamen ità grauiter, ac si dolo commissum fuisset, sed pœna arbitraria *Bart.in l.1.num. 5.in fin. ff.de offic.Præf.Vigil. & alij apud Farinac.in Prax. crimin. tit. de var.& diuer.crimin.q.110. nu.17:* & vltra tenetur ad damna, & interesse *Grammat. decis.3.num.16. & seq. Andr. Gaill. obser.22.nu.2. lib.2.& communem dicit Farina. loco cit.nu.18.*

Aut sequitur ex leui culpa & tunc incendiarius non punitur corporaliter, nisi in subsidiũ quãdo Incendiarius non potest damna resarcire *l.qui ædes ff: de Incẽdio. ruin. & naufrag.Bart. in d.l. 1.num.5.in fin.Cepoll.de Seruitut: rust.prɐd.cap.44.rubr.de Igne n.8 in fin.Cephal.cons:362.n.8. Franc. Marc.d.decis.61.num.5.par.1.*

Posset etiam vltra emendam damni ad pœnam pecuniariam fisco applicandam damnari: pœna tamen in tali casu debet esse modica, *vt probatur ex d l.capitalium § incendiarij, ibi, vel modicè vindicetur.*

Aut sequitur ex culpa leuissima, & in tali casu non tenetur ad aliquam pœnam criminaliter *Gabr. cons.159 num 3.lib.1.Farinac. d.q. 110.num.20.& alij communiter:* nec tenetur ciuiliter actione *l. Aquiliæ* ad damna & interesse, si culpa leuissima consistat in omittendo, secus si consistat in committendo *l.si seruus seruum §. si fornacarius ff.ad l.Aquil. glos. penult.in l.si mora ff.sol.matri. Bart. in repet.l.quod Nerua n:29.ff. depos.Alexan.cons.50.num.9.lib.1.&*

in l: domus hereditarias nu 5. ff. de leg. 1. Roland. conf. 95. nu. 29. & 30. lib. 2. Magon. decis. Florent. 111. num. 27. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 390. num. 11. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 51. n. 76. Afflict. deciſ. 56. num. 9. & eſt communis opinio: niſi rem aliquã acceperit ex contractu, in quo de ſui natura veniat leuiſſima culpa, prout in commodato vel alijs cõtractibus, qui fiunt gratia vnius tãtum: tunc enim tenetur ex incẽdio orto ex leuiſſima culpa, etiam in omittendo *cap. vn. de Commod. Roland. conſ. 95. nu 26. lib 2. Maſc. de Probat. lib. 1. concluſ. 467. n. 12.* præſumitur autẽ in dubio, quod in incendio interuenerit leuiſſima culpa, niſi aliter probetur *glo. in §: præterea ver: debet Initit: Quib. mod. re contrah. oblig. Alexã. conſ. 50. num. 9. lib. 1. Grammat. dec. 3. num. 1.*

Si verò incendium ex caſu fortuito prouenerit, nulla incurritur pœna *l. ſi fortuitò ff. de Incend. ruin. & naufr. Bart. in l. 1. n. 5. in fin. verſ. tertio caſu ff de offic. Præf: vigil.* dicitur autẽ fortuitum incẽdium, ſi ità ſequatur, vt præuideri non potuerit, puta quia ſubita vis ventorum ignem longius produxit, & qui ignem immiſit, omnia, quæ oportuit, obſeruauit *l. qui occidit § in has ff. ad l. Aquil. gloſ. in cap. ſiquis domum ver. voluntariè de Iniur. & damn. dat: & in cap. ſi egreſſus in ver. reddet damnum eod. tit. Roland. conſ. 95. num. 22. & ſeq. lib. 2. Cephal. cõſ. 362. num. 22.*

Vnde in tali caſu non tenetur quis ad damna, & intereſſe, niſi acciderit culpa ſua, vel interuenerit pactum, ſeu in mora fuerit *cap. vn. de Commod. cap. 2. de Depoſ.*

Hinc infertur 1. quod inito pacto inter conductorem, & locatorem, nè in villa vrbana fœnum poneretur, tenebitur conductor ex locato, ſi illud poſuit, & deinde ſeruus igne allato ſuccendit; quia ipſe cauſam præbuit inferẽdo fœnum, *vt in caſu l. videamus § fin. ff. locat.*

Infertur 2. quod ſi ex plauſtro lapis ceciderit, & aliquid fregerit, Plauſtrarius Aquiliæ actione tenetur, ſi malè compoſuit lapides; & ideò lapſi ſint *l. ſi ſeruus ſeruum § ſi ex plauſtro ff. ad l. Aquil.* idem dicendum, ſi tempore ventoſo ignẽ quis immiſerit, aut non obſeruauerit, nè ignis longius procederet, *vt in d. l. qui occidit § in hac Cepoll. de Seruit. Ruſt. præd. cap. 44. rubr. de Igne num. 6.* & ità refert Gaill. *lib. 2. obſeruat. 22. num. 7.* quemdam fuiſſe ad emendationem damni condemnatum, qui Ruri in colũbam ſuper Columbario ſtantem tormenti bellici laxauit rotam, & præter opinionem occulta vi pulueris ſtramineum tectum incendit, vnde ignis progreſſus vicina ruſticorum tuguria conſumpſit.

3 De iure verò canonico ſi Eccleſiam incendit, ipſo iure eſt excommunicatus, ac debet eam in priſtinum ſtatum reſtituere, ac damna reſarcire *cap. ſi quis Eccleſiam 17. q. 4. cap. in litteris de Raptor. & cap. conqueſti vbi gloſ. ver. excom-*

excommunicatos de sent.excom.Decian.in Tract.crimin.to. 2. lib.6.c. 24.Franc.Marc.dec.417.nu. 1.p.2. Menoch.de Arbitr.Iud. lib. 2: cas: 390:nu:39:&40: Idem dicendum est de incendente cœmeterium aut alium locum sacrum seu religiosum *Foller:in Prax:crimin:canon:par:2:ver:aut incendium cap: 25:num:2:Nauar:in man:cap:17: nu:100:* vnde eos, qui incendunt ædes ecclesię existentes intra 30: vel 40:passus circa ecclesiã *iuxta cap:sicut antiquitus* 17:q:4:esse excommunicatos ipso iure *d:Hostiens: in sum: in tit. de Incendiar: num:9:*

Alij verò incendiarij non sunt ipso facto excõmunicati, sed sunt excommunicandi *iuxta glos.communiter receptam in d.cap.conquesti ver: excommunicatos de sent. excomm.Lopez.in Addit. ad Diaz. in Pract.crimin.canon.ver.Incendiarij cap.*108. *Menoch. de Arbitr. Iud.lib.2.casu 390. n. 40. farinac. in Prax. crimin. tit. de var. & diuer.crimin.q.*110.*n.* 15. *Nauar. in man.cap.*17.*n.*100. quicquid dicat Clar. *in § fin.q.*77.*vers.Incendiarij Bonacin.de Censur.in part. disp.*2.*q.*3.*pun.*43.*n.*1.*vers. ego verò*, qui putant, omnes incendiarios esse ipso facto excommunicatos.

Hæc autem intelligenda sunt de Incendiarijs, qui prauo animo contra iustitiam ignem apponunt *vt in d.cap.pessimam* 23. *quæst.* 8. non autem de ijs, qui præter directam intentionem sunt causa incendij, etsi fortè ex negligentia mortali sequutum sit incendium, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin.loco cit.n.*3.

Obserua tamen, quod huiusmodi Incendiarij ante denunciationem absoluuntur ab episcopo, refecto prius damno, & iuramento præstito, quod ignem vlterius non apponant *iuxta cit.cap. pessimam.* post denunciationem verò non possunt absolui, nisi per Papam *cap.tua nos de Sent. excom. glos. in cap.in litteris ver. anathematis de Raptor. Hostien. in Sum. in tit. de Incendiar.n.*9.*Nau.in man.d.cap.*17.*n.*100. *& hanc esse magis communem dicit Clar. d. q.* 77. *vers. Incendiarij*. Vnde nec Legatus à latere absoluere posset ab excommunicatione Incendiarios sic denunciatos *secundùm Io: Andr.in d.c.tua nos n.* 2. *vbi etiam Anchar.n.* 2. *& communem dicit Abb. ibidem n.* 4.

Præterea tam Clericus, quam laicus pœna arbitraria puniuntur *Fab: à Monteleo:in Pract: Arbitr: par:*4: *n:* 799. *& alij, quos refert, & sequitur Menoch. d.lib.*2.*c.s.* 390, *nu.*39. *farinac.d.q.*110: *num:* 15: potest etiam Clericus Incendiarius beneficio priuari *Rebuff: in Prax: Benef: tit. de mod. amitten. benef.par.*3.*cap.*1.*n.*60.& si excessus esset magnus, posset etiam degradari *secundùm Farinac. d: tit de var. & diuer. crimin.q:*110. *n.*15.*& seq.*

Item Incendentes agros seu vineas priuantur ecclesiastica immunitate, *vt d.Bonacin.de Censur. in part.disp.*2. *q.*3.*pun.* 16.*§.*6.*n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Crimen blasphemiæ est mixti fori, & quomodo id intelligatur.*
2 *Pœna blasphemantium quæ sit.*
3 *Verba, pro prima vice, intelliguntur pro prima vice punitionis.*
4 *An fructus beneficiorum in casu amissionis accrescant interessentibus.*
5 *In hoc delicto procedi potest ad simplicem, & secretam denunciationem.*
6 *Blasphemanti calore iracundiæ quando minuatur pœna.*

CAP. XXIV.

De Blasphemia.

1 QVi contra Deum, vel B. Virginem, vel sanctos Blasphemare præsumunt, ab ecclesiastico & seculari Iudice puniri possunt *c. statuimus vbi DD. de maled. Auth. vt non Luxurient. homin. con. Natur. § & quoniam coll. 6. Clar. in § blasphemia vers. hoc crimen Boss. in tit. de Inquis. n. 132. Bellett. tit. de fau. Cleric. real. § 4. n. 131. Megal. in ver. blasphemia n. 9. Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3. cap. 51. n. 93. & 94. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 41. n. 47.* hoc tamen intellige de blasphemia simplici, non hæreticali: quia de hæreticali Episcopus, & inquisitor tantum cognoscunt *c. vt Inquisitionis § prohibemus de Hæret. in 6. Vulp. d. cap. 41. n. 47. Io: Franc. Leo in Thes. for. Eccles. par 2. cap. 1. num. 30. Megal. loco cit. Layman. in Theol. moral. lib. 4. tr. 9. cap. 2. n. 5: Dian. par. 4. tr. 7. res. 8. vers. nota etiam Bonacin. de legib. disput. 3. q. 8. pun. 1. n. 5. quicquid dicat Barbos. d. p. 3. all. 51. num. 89.* Dicitur autem blasphemia non solum quãdo attribuitur Deo addendo, vel minuendo quod non est, sed etiam quando habetur turpiter sermo de Deo *Boss. in tit. de inquisit. n. 131. in fin.*

2 De iure ciuili contra blasphemantes pœna mortis statuta est, *in d. Auth. vt non luxurien. homin. con. nat. in fin.* hæc tamen pœna nõ seruatur propter multitudinẽ blasphemantium, *vt d. Ricc. in Prax. for. Eccles. par 4. res. 41.* sed arbitrio Iudicis puniuntur inspecta qualitate personarũ *Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. tit. de pœna blasphem. Deum & Sanct. n. 3. Clar. vt sup. vers. sed quæro.* De iure verò canonico coguntur ad publicam pœnitentiam ante fores Ecclesiæ faciendam modo, & forma, prout *in cap. 2. de maled. Ricc. in Prax. par. 3. res. 41.* quæ tamen pœna non habet locum in clericis, quibus publica pœnitentia non est iniũgenda *cap. 1. de Bigam. Barthol. Socin. cons. 119. n. 7. vol. 4. Barbos. d. all. 51. n. 97.* sed arbitraria pœna puniuntur, *vt d. Ricc. d. par. 3. res. 42.*

In Tribunali autem Inquisitorum blasphemus infimæ sortis flagellis cæditur cum publica pœnitentia, in publicoque spectaculo, lingua ferro, vel ligno comprehensa, cum abiuratione de leui:

nobilis

nobilis verò pœna pecuniaria mulatur, & ad tempus in monasterium detruditur, *Roias de Hæret.par.2.n.176.Zanard. in Direct. Theolog.par.2.præcep.1. cap.11. n. 10.& alij apud Barbos.d.par.3.all. 51.n.90.*

Addit Ricc. *in Prax.for.Eccles. par.1.res.327.& par.3.res.44.* quod eadem pœna punitur non manifestans blasphemum *per tex. in c. si quis per capillum 22. q.1.* sed ex d.textu tantũ colligitur, quod tenetur quis in conscientia denunciare, *vt ibi notat glos.in ver.non manifestauerit*. 3

Hodiè verò per constitutionẽ Pij V. *incip. Cum primum*, quicumque laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, 4 vel Glorioſam Virginem Mariam eius Genitricẽ expressè blasphemauerit, pro prima vice pœnam 25. ducatorum incurrit: pro secũda pœna duplicabitur; pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus exilio multabitur. qui verò plebeius fuerit, nec erit soluendo, prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ constituetur 5 per diem integrum; pro secunda fustigabitur per vrbem; pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes.

Clericus autem, qui in hoc blasphemiæ crimen incurrit, pro prima vice fructibus vnius anni omniũ & quorũcũq; suorũ beneficiorum, pro secunda beneficijs ipsis priuatur: pro tertia omnibus etiã dignitatibus exutus deponitur, & in exilium mittitur: quod si Clericus nullum obtinuerit beneficium, pena pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniri debet, pro secunda carceribus mãcipatur, pro tertia verbaliter degradatur, & ad triremes mittitur.

Qui reliquos Sanctos Blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ arbitrio Iudicis punitur, *vt ex d. constitutione Pij V: quam refert Piasec in Prax: Episc.par.2.cap. 4.n.97:*

Obserua tamen, quod illa verba, *pro prima vice*, intelligũtur de prima vice punitionis, non blasphemiæ *Ricc.in Prax. par.1.res.327: Genuens:in Prax: Archiep: cap:63. Barbos:d:par:3:all:51:n.100:*

Obserua 2. quod fructus beneficiorum in casu amissionis non accrescunt interessentibus, sed cedunt Ecclesiæ *glos.in clem: 2. ver. suspensus de Vit.& hon.cleric. felin: in cap. Apostolicæ n. 12: vers. durante autem de excep. Rot. decis. 665.n.10.par:2.Rec.* accrescunt tamen interessentibus distributiones, *vt ibidem d.glos in d. clem. 2. & alij communiter*.

Obserua 3. quod in prẽd. delicto procedi potest ad simplicem & secretam denunciationem, *vt cauetur in d.constit.Pij V.*

Obserua 4. quod blasphemanti calore iracundiæ, præsertim ex iniusta, & illicita causa, non minuitur pœna, nisi statim se corrigat aliqua signa pœnitentiæ ostẽdẽdo: tũc enim esset argumentũ quod ex lubrico linguæ blasphemauerit, *Ricc.in Prax.for: Eccles. par.2.res.9.& par.3.res.44.& in*

Cohect.

Collect. decis. 75. par. 1. vbi idem dicit, si blasphemans in dicto crimine minimè assuetus sit.

SVMMARIVM.

1 *Conculcantes sacras imagines à Iudice ecclesiastico puniuntur.*
2 *Voluntas non solum verbis, sed etiam factis declaratur.*
3 *Qua pœna puniantur conculcantes Imagines sanctorum.*

CAP. XXV.

De conculcantibus, seu percutientibus sacras imagines.

1 Vamuis multi DD. teneant, percutientes, seu inquinantes imagines sanctorum posse ab vtroque Iudice puniri, *vt refert Bellet. Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. in fin.* nihilominus verior sententia est, hoc crimen esse merè ecclesiasticum, *vt d. Dian. par. 4. tr: 7. res. 9. Genuens. in Prax: Archiep. x.* 18. *num.* 12. vbi refert, ità fuisse seruatum in supremo Regio consilio Hispaniarum: & ratio est, quia percutiens imagines sanctorum videtur fateri, imaginum vsum non esse seruandum, atque ità videtur incidere in hæresim vltimò damnatam in Concilio Tridentino *sess. 25. in Decreto de inuocat. & Venerat. & Reliq. sanct.* voluntas enim non solum verbis, sed
2 etiam factis declaratur; & ideò vti suspectus de hæresi ad Iudices ecclesiasticos est remittēdus *iuxta c. vt inquisitionis de Hæret. in 6.*

3 Huiusmodi autem delinquentes pœna fustigationis, triremium, carcerum, infamiæ, exilij, vel pœna pecuniaria, vel alia arbitrio Iudicis in foro ecclesiastico puniuntur *cap. in Archiepiscopatu de Raptor.* & abiurant de leui, vel de vehementi iuxta facti, & personarum qualitatē, *vt d. Genuens. loco cit. num.* 12. *in fin. Dian. d. res.* 9. & si factum esset publicum, & enorme tradendus est curiæ seculari, siue hæreticalē animum fateatur, siue non *secundùm Souf. in Aphor. inquis. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 16. *quem refert Dian: loco cit.* & tunc poterit Iudex laicus reum ciuilibus pœnis punire, *vt notatur in d. cap. vt inquisitionis de hæret. in 6. & in cap. nouimus de verb. sign.* de iure autem ciuili pœna huius criminis est vltimum supplicium *Ricc. in collect. decis. 75. p. 1. & alij apud. Clar. in §. fin. q. 68. vers. imaginem Christi;* potest tamen talis delinquens mitius puniri inspecta qualitate facti, & personarū, *vt d. Clar. loco cit. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Crimen falsi est mixti fori.*
2 *Quæ sit pœna falsi de iure ciuili, & quę de iure canonico.*
3 *Qualiter puniantur Clerici falsificantes litteras Papæ.*
4 *Quæ sit pœna falsificantium litteras aliorum Principum.*
5 *In alijs casibus falsarij qualiter puniantur.*
6 *Ad incurrendam pœnam falsi requiritur actus completus.*

7 *An*

7 *An in excommunicationem incurrat qui litteras falsas fabricare cœpit, sed deinde ab inchoato opere destitit.*

8 *Qua pœna plectendus sit testis falsum deponens, seu varius.*

9 *Laicus deponens falsum coram Iudice ecclesiastico, an possit etiã à Iudice sæculari puniri.*

10 *Quando testis possit puniri de falso.*

11 *In causis ciuilibus suspicio falsi pro veritate habetur.*

12 *In quibus casibus cesset pœna falsi.*

13 *Si ius totius causæ consistit in testibus de falso accusatis, supersedendum est in ciuili, & terminatur causa criminalis.*

CAP. XXVI.

De Crimine falsi.

1 Rimen falsi est mixti fori siue committatur in re ecclesiastica, *vt dicunt DD. in cap. cum sit generale de for. compet: Boss in tit. de falsi. num. 108: Ferr. qq. mor. par. 1. q. 67. nu. 9.* siue committatur in re prophana *Marant. de ord. Iudic. p. 4. dist. 11. num. 28. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Epis. par. 3. alleg. 107. nu. 35.* vbi dicunt, posse Episcopum punire pœna pecuniaria, vel alia arbitraria Aromatarios, & alios Artifices, qui merces falsificant, vel vltra iustũ pretium vendunt.

2 Pœna autem falsi de iure ciuili in libero homine est deportatio, & bonorum publicatio: in seruo autem est vltimum supplicium *l. 1. §. pœna falsi ff. ad l. Corn. de falsi.* sed de iure authenticorum bona non publicantur eorum, qui delinquunt *Auth. vt nulli iudic. §. fin. col. 9. & notat glos. in d. l. 1. §. fin. ver. publicatio Bonifac. de Vita lin. in tit. de falsi. num. 3.*

Sed hodiè, quia non vtimur deportatione, delinquentes huiusmodi puniuntur secundùm formam constitutionum, aut statutorum ioci, & si hæc non adsint, pœna fustigationis, vel triremium ad tempus, vel in perpetuum, vel alia iuxta facti, & personarum qualitatem arbitrio Iudicis plectuntur *l. sacculariij §. sunt quædã ff. de extraord. crimin. l. hodiè ff. de Pœn: Gandin. de malef. in tit. de falsar. nume. 3. Clar. in §. falsum ver. sed quæro, quę sit pœna Grãmat. decis. 27. Ricc. in collect. decis. 248: Vezin. relatus in Syntag: opin. comm. tit. de falsi. cap. 2.*

Immò de iure Codicis etiam liber homo capitali supplicio punitur, si id exigat magnitudo commissi criminis, *vt in l. vbi C: ad l. Corn. de falsi.*

Præterea pars ipsa falsitatem in causa committens causam perdit *l. in fraudẽ §. quoties vbi glos. ver. cadat ff. de iur. fisc: Marant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. 12. de inscid. crimin. &c. nu. 3.* dummodò talis falsitas commissa sit circa acta ipsius causæ *Ricc. in collect. dec. 176. par. 6.* secus si committatur circa testes, aut instrumenta *Bart. in d. l. in fraudem §. quoties, & est communis opinio, vt d. Clar. in §. falsum*

sam vers: item propter:

De iure autem canonico falsificantes, seu falsò fabricantes litteras apostolicas sunt excommunicati in bulla Cœnæ Domini *can. 6.* is verò falsificare dicitur, qui veras litteras apostolicas ab earũ sincera veritate immutat: fabricare verò est eas cõfingere *Lezã. in sum: qq. reg: tom: 3: ver. falsarius num. 2:* fautores verò, consulentes, aut mandantes falsificationem nõ comprehenduntur in bulla Cœnæ, sed ligantur excommunicatione contenta *in cap. ad falsariorum de Crim. falsi.* quæ ipso facto incurritur, non tamen est reseruata, *vt dicunt DD. apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 7. pun. 3: numero 8.*

Sed si quis falsas litteras se habere cognoscit, & illas infra 20. dies non destruit, tunc incurrit excommunicationem contentam *in cap. dura §. adijcientes de Crim. falsi.* quæ est Papæ reseruata. 4

3 Clerici verò, qui per se falsitates in litteris apostolicis exercẽt vltra excommunicationẽ beneficijs, & officijs ipso iure priuantur, & præterea degradandi sunt, ac tradendi curię sęculari, vt secundùm leges puniantur *d. cap. ad falsariorum de Crim. falsi. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 3. res. 455. Barbos. in d. c. ad falsariorum* vbi etiã 5 dicit, quod pro vnica falsificatione pœna hæc locum habet, etiãsi textus vtatur verbo, *exercẽt*, quod frequentiam actuum significat; & 6 tunc clericus Curiæ sęculari traditus pœna vltimi supplicij imposita *in dicta lege vbi* C. *ad l. Corn. de falsi.* plectendus est *secundùm glos. & DD. in d. cap. ad falsariorum Grammat. decis. 27. nu. 10.* eademque pœna vltimi supplicij, & degradationis puniendos esse mandantes, falsificari litteras Papæ, dicit Farinac. *in Prax. crim. par. 6. de falsitat. q. 151. nu. 12. quẽ refert Barbos. in d. cap. ad falsariorum num. 15. de Crim. falsi.* mitius tamen puniuntur qui vtuntur litteris Papæ sic falsificatis, quam qui illas falsificant: clerici enim in tali casu beneficijs, & officijs ecclesiasticis tantũ priuantur; laici verò non incurrunt excommunicationem bullæ Cœnæ, sed *d. cap. ad falsariorum, vt d. Barbos. ibidem num. 4. & 16. Nauar. in man. cap. 27. num. 62.*

Qui verò falsificauerint litteras aliorum etiam Regum, seu Principum, laici inflicto charactere in exilium mittuntur: clerici verò vltra supradictas pœnas deponuntur *cap. ad audiẽtiam de crim. falsi. glos. in cap. cum non ab homine ver. postmodum de Iudic. & in d. cap. ad. falsariorum ver. legitimas Grammat. decis. 27. num. 10.* nunquam tamen ob hoc crimen, siue aliud Clerici sæculares, vel Regulares fustigantur, *vt d. Dian. par. 4. tr. 7. res. 11. in fin. & alij cõmuniter.*

In alijs casibus arbitrio Iudicis falsarij puniuntur *Boss. in tit. de falsi. num. 107. Clar. in §. falsum vers. sed quæro.*

Ad incurrendam autem pœnã falsi requiritur actus completus: non enim punitur affectus, nisi sequatur effectus ex generali cõ

sue-

suetudine totius mundi *Grãmat. decis.2.nu.8. & est communis opinio*. Vnde præsentans apocas falsas, & non exigens non est puniẽdus pœna ordinaria, *vt d.Ricc.in Prax.for.eccles.par.3.ref.52.n:5. in fin.* quia ad hoc vt sit punibilis falsitas, requiritur vsus *cap:accedens de crim.fals.* & ideò in Praxi seruatur, vt nemo de falsi testis vsu puniri possit, nisi precedat declaratio, quod ipse velit vti tali depositione *iuxta l.3.C.de fid.instrum. Clar.in §.falsum vers. vtens Ricc. in Collect.decis.2656. p.7.* vbi etiã dicit, quod hęc declaratio circa vsum peti potest etiam post rem iudicatam:

7 Neque in excommunicationẽ incurreret qui litteras falsas fabricare cæpit, sed pœnitentia ductus ab inchoato opere destitit antequam litteras perficeret: vel si verbum aliquod abrasit animo addendi aliud, & postea non addidit, sed prius verbum iterum apposuit, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bonacin.de censur.in part.disp:1.q.7.pun. 3. numero 12.*

8 Quæres, qua pœna plectendus sit testis falsum deponens? Resp. quod regulariter arbitraria pœna punitur *Clar.in §.falsum vers. sed quæro, & alij apud Dian.p.4. tr.7.ref.16* dummodò sit iuridicè interrogatus, ac de veritate dicenda præstiterit iuramentum, *vt d:Ricc:in Prax:for:eccles.par:2:ref: 216. quicquid dicat Felin: & alij apud Barbos:de offic:& pot: Episc: par:3:alleg 51:num: 26:*

Si verò dolo malo deponat falsum contra innocentem in causa capitali, tunc de iure ciuili vltimo supplicio afficitur, etiamsi reus habuerit gratiam, vel fuerit absolutus *Ricc:in collect:dec:2176: par:6:vbi citat Peguer:dec: Catal: 19.Cacher:dec:19:Ludouic: decis: Rot:Lucen:15:* dicit tamen idem Ricc:*in collect.2065.par.5.* quod relicta hac seueritate vltimi supplicij potest talis testis ad triremes transmitti, vel fustigari. Secus si causa non sit capitalis, vel licèt sit capitalis, testis tamen ad defensionem rei falsum deposuit: tunc enim mitiori pœna punitur *Ricc.in d.collect.dec.2176.*

Sed si testis pro defensione rei inquisiti de hæresi falsum deposuit coram Inquisitoribus negando hæresim, vltra extraordinarias pœnas debet abiurare tamquam fautor hæreticorum pro qualitate suspicionis *Dian.par.4.tr.7. resolutione 16.*

Falsus verò dicitur tam qui mẽdacium dicit, quam qui veritatẽ occultat *cap.1.de crim. fals.*

Testes etiam varij arbitrariæ pœna puniuntur *l.eos ff.ad l.Corn. de fals.* eademq. plectuntur pœna qui illos subornant *Ricc.in collect. decis.552.& decis. 569 par.3.* vbi dicit, quod etiam ad triremes damnari possunt *Dian.loco cit.* Clericus verò falsum dicens deponitur, & in monasterium detruditur *cap. si Episcopus 50. dist.*

9 Addit Bosi. *in tit.de fals.nu.107 Marant.de ord.Iudic.par.6.tit.12. de Incid.crim nu 6.* quod laicus deponens falsum coram Iudice ecclesiastico potest non solum ab

eodem ecclesiastico puniri *iuxta cap.1.de Crimin. falsi.l: nullum* C. *de Testib.* sed etiam à Iudice sæculari, *vt notant etiam alij DD. apud Vulp.in Prax.Iudic cap.41. num.44.* idem dicendum,si laicus deponat falsum coram Iudice sæculari, quia tunc poterit puniri etiam à Iudice ecclesiastico *Marant.loco cit.nu. 6.* ità etiam resistentes Curiæ in actu exequutionis possunt puniri etiam per alium Iudicem,qui aliàs de iure cõmuni habet iurisdictionem *secundùm Bellett.in Disquis.cleric.tit.de fauor.cleric.real.§.5.num.15.*

10 Obserua tamen, quod tunc testis poterit puniri de falso, si notoriè constet, ipsum deposuisse falsum ex actis ipsis, *Bertaz. cons. 72.nu.12.& seq.lib.1. quem refert. Loccatell.de Quæst. Iudic insp. 3. n.51.*vbi dicit,quod nõ potest Iudex nouum processum inchoare.

Obserua 2. quod ad puniendũ aliquem de falso non sufficiunt coniecturę,vel suspiciones,sed requiruntur probationes legitimæ *Boss. in tit.de offic. corrupt. pecun. &c. num.14. & communem dicit Clar.in §.falsum vers.trita est conclusio,*& probatur *ex l.absentem ff.de Pœn.* vbi dicitur,quod ex suspicionibus nemo damnari debet, cum satius sit relinqui impunitum facinus nocentis, quam innocentem damnari.

11 In causis verò ciuilibus suspicio falsi pro veritate habetur *Boss. & Clar.locis cit. & alij communiter*; Notandum tamen est, quod ad tollendam fidem scripturę priuatę duæ requiruntur falsitatis præsumptiones,quę respectu scripturę publicæ, seu instrumenti debent esse perspicuæ, & graues,vt *decisum refert Ricc: in Prax. for. eccles:par:1:res.613.*

12 Verum in multis casibus huiusmodi pœnę non habent locum: & primò si constaret, aliquem ignoranter vsum fuisse falsis litteris *cap:inter dilectos de excess.Prælat.glos:in d.cap.ad falsariorũ ver, dixerint:* quia falsitas non committitur sine dolo *l.nec exemplum C.de fals. l. Diuus Pius ff. eod: d. cap. inter dilectos Barbos. de off. & pot.Episc.par:3. all. 51.num.27. Loccatell.de Quæst.Iudic. insp.5. n: 240.& alij communiter:*dolus autem nunquam præsumitur, nisi probetur *l.quoties §. qui dolo ff. de Probat.Ricc.in Collect. dec.587. par.3.Gandin in tit.de falsar. n.21.* nec error quãuis culpabilis facit falsitatẽ præsumi,*idẽ Ricc. in Collect.dec.2176.p 6.Rot.dec:135.p.2. diuers.*vnde si quis probaret, se ab alio fuisse deceptum, excusaretur à pœna *l.maiorem C.de fals:* quemadmodum etiam excusatur qui statim, ac falsas litteras se habere cognoscit,desinit eis vti*cap. accedens de Crimin:fals:* dummodò infra 20: dies tales litteras destruat *c.luna §.adjcientes eod. tit.* quod procedit, quãdo alia persona litteras impetrauit,secus si ipse impetrasset, quia tunc pœnam nõ euitat:*Bonifac.de Vitalitit; de fals:n:5.*

Hinc etiam fit, vt neque Notarius puniatur, si ipso inscio vna persona pro altera fuit suppositа, non enim tenetur cognoscere con-

contrahentes, *vt d. Ricc. in Collect. dec. 713. p. 3. vbi citat glos. in l. fin. §. cognoscant C. de Iur. deliber.*

Secundò pœna falsi non habet locum, vbi falsitas nemini præiudicat, puta si instrumentum falsũ deficiat circa substantialia, aut si testes non iurauerint, siue examinati fuerint parte non citata, vel aliàs eorum testimonium non valuit *glos. communiter recepta in l. domus ver. priuatas C. de fals. Gãdin. in tit. de falsar. num. 21. Bonifac. loco cit. num. 21. Gabr. lib. 7. cõcl. 5. per tot.* vnde falsitas commissa circa scripturam, quæ de se non probat, non punitur, *vt d. Bonacoss. relatus in syntag. opin. comm. tit. de fals. c. 3. vers. falsitas cõmissa.*

Idem dicendum, si testis non deposuit falsum circa factũ principale, nec circa qualitates substantiales, sed circa alia extrinseca; quia tũc de falso non potest puniri *Grãmat dec. 43. n. 4. & dec. 60. n. 16. Barbos. d. p. 3: all: 51: n: 34:*

Hoc tamen intellige, quando falsitas non nocet, neque in futurũ nocere potest *Gabr. lococit. d. concl. 5. n. 21. Boss. d. tit. de fals. n. 83:*

Obserua tamen, quod licèt in his casibus tales non puniantur pœna falsi ordinaria, puniendi tamen sunt pœna stellionatus, hoc est pœna extraordinaria secũdum qualitatem facti, & personarum arbitrio Iudicis *Gandin. d. tit. de falsar. n. 21. Grammat: d. dec. 43. n. 4: Ricc: in Collect: dec: 687: par. 3: Boss. loco cit: n. 85. & 90. & communem dicit Clar. in §. falsum: vers. item excusatur Gabr. loco cit. num. 24.* vbicunque enim dolus committitur, & deest certum nomen delicti, illud delictum extraordinarium dicitur crimen stellionatus *l. stellionatus §. stellionatum ff. de Crim. stellion.* cuius pœna est Iudici arbitraria *d. l. stellionatus §. pœna autem.*

Tertiò paruitas rei excusat à pœna falsi *Ricc. in Collect. dec. 2858 par. 7: & alij apud Barbos. in cap. ad falsariorum nu. 6. de Crim: fals.* Hinc rasura paucarum litterarũ, quæ sapientis animum in dubitationem non inducit, non nocet *c. fin. de Crim fals.* quando videlicet rasura non est in loco suspecto, *vt d. Bonifac. de Vitalin. loco cit. nu. 5.*

Quartò inter coniunctas personas siler falsi accusatio, licèt fiscus possit illam persequi *Ricc in Collect. decis. 248. par. 2.*

13 Addunt DD quod quando ciuili causæ incidit crimen falsi puta quia reus accusat de falso testes examinatos, & partem, tunc si ius totius causę consistit in illis testibus accusatis, supersedendum est in ciuili, & terminatur causa criminalis, etiamsi esset concluſum in causa *l. per minorem ff. de Iudic. l. fin. C. de Ord. Iudic. Grãmat. dec. 60. nu. 24. & hanc esse communem dicit Ricc. in Collect. dec. 409 par. 2.* quemadmodum quando falsitas emergit in iudicio criminali, super negotio principali procedẽdum non est, nisi prius terminata causa falsitatis *Boss. in tit. de fals. num. 150.* vbi etiam dicit, quod tunc statuendus est parti aliquis breuis terminus ad falsitatem probandam. idem dicendum, si causa ciuilis, & criminalis sunt

ambæ principaliter motę: hoc enim casu præponitur criminalis tamquam maior, & superfedetur in ciuili *l. fin. C. de ord. Iudic. glos. cõmuniter recepta in l. damus ver. quæstione ciuili C. ad l. Corn. de falf.*

Obseruat tamen Grammat: *d. dec. 60. numer. 24.* quod in Regno per Regiam Pragmaticam non obstante accusatione falsi contra testes, & partem procedit ur in causa ciuili ad vlteriora, etiam vsque ad sententiam inclusiuè, nec cursus causæ principalis aliter retardatur, nisi iudici de falsitate ante expeditionem causę constiterit; & tunc exequutio fieri debet cum cautione de restituendo &c. *Ricc. in Collec. decis. 409. par. 2.* vbi etiam dicit, quod non impeditur ciuilis, quã do vtraque causa posset per se stare. Quare si debitum confessus dicat instrumentum falsum propter fideiussorem, vel aliud, quod non debuit inscribi, salua exequu 2
tione criminis ad solutionem cõpellitur *l. 2. vbi glos.* C. *ad l. Corn. de Falf.* ide m dicendum, quando actio criminalis esset exercenda contra tertium, & non contra collitigantem ità vt non faceret præiudicium ciuili, tunc enim ciuilis non impeditur, *vt d. Ricc: in d. Collect. dec. 409. par. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Periurium an sit mixti fori.*
2 *Homicidio sponte commisso comparatur.*
3 *Iurans soluere vsuras an teneatur illas soluere.*
4 *Qua pœna periurus puniatur.*
5 *Clericus testes subornans quapœna afficiatur.*
6 *Quando cesset periurij pœna.*

CAP. XXVII.

De Periurio.

PEriuriũ esse mixti fori constat *ex cap. prædicandum 22. q. 1. l. de periurio ff. de Crim. stellion. & ità tenet Ricc. in Collect. decis. 265. p. 2. Guid. Pap. decis. 178. nu. 1. Bellett. in Disq. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. n.* 1 *128.* quamuis alij asserant, huiusmodi crimen ab ecclesiastico tantum Iudice esse puniendum, quorum sententiam communem dicit E. Suar. *relatus in Syntag. opin. comm. tit. de Periur. cap. 3. vers. Periurium.*

Hoc autem scelus adeò execrabile est, vt homicidio sponte commisso comparetur *in d. cap. prædicandum:* quid enim detestabilius, quam super falsa re in testẽ vocare Deum ipsum, qui est Veritas infinita. Vnde Hieremias *cap. 4.* iurabis, inquit, viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia; nam si iuramentum caret veritate, dicitur periurium, quod nihil aliud est, quam mendacium iuramento firmatum *Clar. in §. periurium in princip.* si caret iudicio, dicitur incautum; si caret iustitia, dicitur iniquum, *vt tradunt DD communiter.* Quapropter non est

com-

seruandum iuramentum, quod versatur circa rem iniustam, aut illicitam, nec iurans in tali casu indiget dispensatione *cap. quanto capitulo & si Christus de Iureiur.*

3 Nec obstat *cap. debitores eod. tit.* vbi expressè cauetur, quod iurãs soluere vsuras, quæ prohibitę sunt de iure Diuino, & humano, cogẽdus est Domino reddere iuramẽtum: Respondent enim Doctores, propterea id fieri, quia soluere vsuras in tali casu non est peccatum: alias enim non posset compelli, sed tantum peccat qui recipit, *ità glos. fin. in d. cap. debitores Nau. cap. 23. num. 103. & alij.*

4 De iure ciuili periurus diuersimodè punitur: testis enim falsum deponẽs in causa publici iudicij, & capitali, pœna mortis punitur *l. 1. §. præterea ff. ad l. Corn. de Sicar: glos. in cap. Rex debet ver. & peierantes 23. q. 5* in alia verò causa tenetur pœna falsi *l. 1 ff. ad l. Cor. de fals. glos. in d. l. 1. §. præterea ver. publico iudicio:* quod procedit, siue sit sequuta condemnatio contra eum, contra quem falsum deposuit, siue non *glos. in cap. falsidicus ver. Iudici de Crim. fals. Guid. Pap. dec. 44. num. 1.* ita illi duo senes, qui falsò deposuerunt, Susãnam in adulterio à se fuisse deprehensam, damnati fuerunt vltimo supplicio *Daniel. cap. 13.* si verò falsum deponit ad defensionem alterius, pœna extraordinaria punitur *Clar. in §. falsum vers. testis qui falsum Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 216.* sed si iuramentum proferatur ad deceptionem alicuius, punitur pœna stellionatus *l. de periurio, vbi Bart. ff. de Crimin. Stellion.*

Et hæc quidem procedunt in iuramẽto assertorio, scilicet, quãdo quis asserit aliquid de præterito, vel de præsenti, *vt d. Boss. in tit. de Periur. num. 1:* sed si quis periurium commiserit in iuramento promissorio, per quod aliquid de futuro in contractibus promittitur, tunc fustibus castigatur *l. si duo Patroni §. fin. de Iureiur.* & infamia notatur *l. siquis maior. C. de Transact. glos. in d. c. Rex debet ver. & peierantes Guid. Pap. dec. 178. nu. 4.* etiamsi fuerit emendatus per pœnitentiam *cap. testimonium de Testib. Ricc. in Collect. decis. 1239. par. 6.* quæ quidem infamia in tali casu ipso iure incurritur *glos. in l. Lucius in ver. debeant ff. de His qui not. infam. Clar. in §. Periurium in princ. & alij communiter;* quod intellige, si iurat illi, cum quo contraxit, *vt d. Bart. in d. l. Lucius num. 2. Sylu. in ver. periurium nu. 6.* Alij tamen Doctores asserunt, quod propter periurium in contractibus infamia non contrahitur, sed solum in iudicijs, *vt d. glos. in cap. quicunque 6. q. 1. & alij,* & ità videtur practicari.

Obserua tamen, quod non dicitur periurus debitor, qui promisit, & iurauit certo die pecuniam pręstare, & deinde post dictum diem ad omnem ipsius creditoris requisitionem, si non fuerit postea requisitus, *vt d. Ricc. in Collect. dec. 2240. par. 6.*

Periurus verò in iuramento asserto-

sertorio non efficitur infamis ipso iure, sed solum per sententiam *S.Thom.2.2.q.98.art.3. ad 3. Bart.loco cit.Graff.par.2.lib.2. cap. 11.n.11. & est communis opinio*, quod procedit etiam de iure canonico, *vt post Pan. dicit Sylu. loco cit.*

Similiter tam de iure ciuili, quam canonico omnis periurus repellitur à testimonio, etiamsi fuerit emendatus *cap.testimonij*, *vbi glos.ver.periurij*, *& DD. de Testib.glos. in d.l Lucius ver. deheant*, *& est communis opinio*. Vnde periurus in vno articulo repellitur in omnibus, & si peierauerit in vna causa, nec in altera probat *Ricc. in Prax. for. Eccles. par.3. ref.* 250. vbi etiam dicit, quod nec per torturam purgari potest periurium ad hoc, vt Periurus fidem facere possit: quod intellige in periurio ratione deficientis veritatis, non ratione deficientis iustitiæ, vel iudicij: quia si iuramentum esset temerarium & illicitum, ex hoc non repellitur à testimonio *cap.vlt.de Testib. cogen: Clar. in § periurium vers. repellitur*, *& alij communiter*.

Item in iudicio non est audiendus *l.si quis maior C.de Transact: cap.paruuli*, *vbi glos in ver.causa* 22.*q.* 5.dummodò pars istam exceptionem opponat; nam si non contradicat, processus tenet *Rot: in Hispalen:coadiutoriæ* 13.*Martij* 1615.*coram Vbaldo*, *quam refert Ricc. in Collect. dec.* 2239. *par.6.& dec.* 2814. *par.7.* non tamen repellitur ab excipiendo, sicut nec excommunicatus *Rot. coram Greg.dec.64.n.3.*

Præterea de iure canonico propter huiusmodi crimen imponitur pœnitentia non minor, quã pro homicidio; & si huiusmodi pœnitentiam agere noluerit, excommunicatur *d.cap. prædicandũ* 22.*q.*1. vel pœna arbitraria punitur *Layman:in Theol. mor: lib:* 4. *tr.*3.*cap.*14.*n.*12.*vers.neque obstat.*

Item periuro non est concedenda absolutio à iuramento *Caualcan.dec.*9.*Magon.dec.*119.*quos refert*, *& sequitur Ricc.in Collect. dec.*265.*par.*2

Clericus verò priuari potest beneficio; non tamen est ipso iure priuatus *c.querelã de Iureiur. & hæc est magis cõmunis opinio*, *vt d.Clar in § periurium vers. itẽ Clericus*: & si talis clericus instituatur in aliquo beneficio, non valet institutio ipso iure *Sylu. in ver.periurium num.*4. & hoc verũ est, quando ob illud periurium effectus est infamis *Clar. loco cit. & alij communiter*: quia infamibus portæ dignitatis patere non debent *l.*2.*C.de Dignit.lib.*12.*cap. inter dilectos de Excess.Prælat.glos. in d.cap.querelam ver. periurij irretiti*.

5 Similiter si clericus testes subornauerit, beneficio priuari poterit, *idem Ricc.in Prax.for.Eccles.par.*3.*ref.* 301. vbi etiam notat, quod subornatio in hoc casu probari debet plenè, & concludenter, & per alios testes, quam per eos, qui dicunt, se fuisse corruptos; nam dum fatentur, se corruptos dixisse falsum, ostendunt se esse periuros, & falsarios ide-

ideòque eis non creditur *c. sicut nobis & cap. testimoniū de Testib.*

6 Excusatur tamen periurus à pœna periurij, si probauerit, periurium fuisse commissum sine dolo *Boss. in tit. de Periur. n. 5. & alij communiter*: aut si tale periurium nemini præiudicauit, nec poterat præiudicare *glos. communiter recepta in cap. quicunque ver. recipiatur 6. q. 1. Clar. in § periurium vers. potest etiam*, vel si propter paupertatem iuramentum obseruare nequeat, etiamsi culpa sua in paupertatem inciderit *Ricc. in Collect. dec. 239 par. 6.*

Sunt etiam alij casus, in quibus periurium non punitur in foro contentioso, sed solum Deum habet vltorem, videlicet, si reus in ipso examine falsum dicat *Marant. de ord. Iudic. p. 6. tit. de Interrogat. num. 9. & tit. de Position. n. 17. & ità practicari dicit Boss. tit. de Periur. num. 3. Loccatell. de Quæst. iudic. in sp. 3. n. 41. & in sp. 5. num. 274.* sed si conuincatur de periurio, erit tale mendacium contra eum sufficiens indicium ad torturam *Clar. in § fin. q. 45. vers. quid ergo.*

Secundò quando defertur in iudicio iuramentum litis decisiuum, non potest pars iurans de periurio iudicialiter puniri *Bart. in l. de periurio ff. de Crim. stellion. vbi dicit ità intelligendum esse textum in l. 2. C. de Reb. credit: Boss. loco cit. n. 1. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. resol. 247. Clar. in d. § periurium vers. vlt. & alij cōmuniter.*

Tertiò nō punitur periurus in iuramento calumniæ, vel in responsione ad positiones *Ricc. in Prax. vt supra par. 3. res. 247.*

Limita, quando de periurio constaret per partis cōfessionem, vel ex actis per euidentem probationem: quia tunc peierans tam in iuramento litis decisiuo, quàm in iuramento calumniæ, vel in respondendo positionibus extra ordinem punitur, *idem Ricc. loco cit. d. res. 247.*

SVMMARIVM:

1 *Crimen sodomiæ est mixti fori.*
2 *Sodomitæ qualiter puniantur de iure ciuili, & canonico.*
3 *An stuprum passus faciat indicium ad torturam.*
4 *Quando incurratur pœna ordinaria huius delicti.*
5 *Hodiè de consuetudine totius mundi non punitur conatus. limitatur num. 6.*
7 *Quando censeatur hoc delictum proximè attentatum.*
8 *Inquisitores ex priuilegio contra sodomitas procedunt.*
9 *Clericus committens huiusmodi delictum an teneatur statim dimittere beneficia.*
10 *Quando pœnæ à Pio V. contra Clericos sodomitas inflictæ locum habeant.*
11 *An credatur puero dicenti, se de hoc crimine fuisse attentatū.*
12 *An stuprum passi eadem, qua agentes, pœna plectantur.*
13 *An pueri subijciantur supradictis pœnis.*
14 *Mulieres hoc crimen perpetrantes quando mitius puniantur.*

CAP.

CAP. XXVIII.

De Sodomia.

1 HOc nefandum, & abominabile scelus non tantum inferiores homines, sed sapientissimos etiam viros infecit, ac fœdauit, vt de antiquis Philosophis, excepto Platone, narrat Emman. de Valle *apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 44. num. 3.*

Dicitur autem hoc crimen cõtra naturam, quia quantum in patrante est, ipsa natura violatur cum ex tali concubitu sequi non possit generatio, & conseruatio generis humani, & ideò etiã qui bestiæ commiscetur, contra naturam peccat *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resolutione 56.*

Huiusmodi delictum esse mixti fori constat *ex cap. clerici de excess. Prælat. & l. cum vir nubit C. ad l. Iul. de Adult. l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim. Auth. vt non luxurien. con. nat. in fin. & in hoc conueniunt omnes Doctores.*

2 Tales verò delinquentes de iure ciuili vltimo supplicio afficiuntur *d. l. cum vir. nubit*, etiamsi non constet de corpore delicti, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. all. 44. n. 10.* cui pœnæ etiam subijciuntur qui fœminam præpostera venere cognoscunt, aut cum brutis carnaliter se commiscent *cap. mulier 15. q. 1. & d. Ricc. in collect. decis. 1877. par. 5. & in Prax. for. eccles. p. 1. res. 313. & par. 3. res. 59. & communem dicit Clar. in §. sodomia verſ. vidi quandoque, & in verſ. fornicatio verſ. cum animali bruto.* quamuis huiusmodi concubitus cum muliere, vel bruto non fit propriè sodomia, *vt d. S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 11. Sylu. in ver. luxuria num. 1. Dian. par. 1. tr. 4. res. 15. & alij communiter.*

De consuetudine verò sodomitę igne comburuntur vltra pœnã infamiæ, & confiscationis bonorum *Clar. in d. §. sodomia verſ. sed quæro, & alij apud Barbos. d. p. 2. all. 44. num. 7. & seq. & in cap. clerici num. 13. de excess. Prælat.* contrarium tamen tenet Ricc. *in collect. decis. 1877. p. 5.* vbi dicit, quod pro tali crimine à iure non est imposita pœna confiscationis bonorum. Item non possunt testari, etiamsi adhuc condemnati non sint *Ricc. in collect. decis. 184. par. 1. Barbos. in c. clerici in fin. de excess. Prælat.* quod intelligendum est de sodomitis publicis. *iux. text. in l. palam § quæ in adulterio ff. de Rit. Nupt.* propter infamiam, quæ inde contrahitur, *vt notat Dec. in l. si qua mulier n. 7. C. de secun. Nupt.* quamuis contrarium sentiat Bart. *in l. is cui §. fin. ff. de Testam.*

De iure autem canonico pro hoc crimine etiam attentato matrimonium quoad thorum separatur *c. omnes causationes 32. quæst. 7. Sylu. in ver. diuortium num. 10. & alij apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 220.* quia matrimonio fit iniuria maior per hoc scelus, quam per adulterium *c. adulterij ead. q. 7.* conquestus tamen solius mulieris de huiusmodi vitio

tio nefando non est sufficiens ad coniuges separandos, nisi vltra assertionem mulieris innotescat aliquod inditium, per quod Iudex possit moueri ad ità iudicandum, tum quia nemo est testis idoneus in facto proprio, tum quia alias daretur vxoribus facilis occasio separādi se à viris *Barbos.par.2.all.44.num.18.Ricc.in Prax par 1.ref.220.*

Laici quoque pro eodem crimine excommunicantur: clerici verò deponuntur, vel ad agendam pœnitentiam in monasterio detrudūtur *c.clerici de excess.Prælat.* item clericus sodomita notorius, & publicus ipso iure suspensus est ab ordinis exequutione, & celebrans efficitur irregularis ratione infamiæ: secus si sit occultus *Nau.in man.cap:27.n.154. & 249.& alij, quos refert, & sequitur Prosp.de August. ad Quaran.in ver sodomia limit.1. Barb. de offic.& pot.Episc.p.r.2.all.44.n.27.quicquid dicat Clar.in §.sodomia vers. item clericus,* subdit tamen Nau: *loco cit.num.154.* quod huiusmodi suspensio ipso iure tollitur per pœnitentiam.

Verùm secundùm constitutiones Pij V. *quarū altera incip.Cum primum, altera incip.Horrendum illud scelus, quas refert Quarant. in ver.sodomia,* laicus curiæ sęculari puniendus traditur, clerici verò tam sęculares, quam regulares hoc dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico priuantur, & per iudicem ecclesiasticum degradati, iudici sęculari similiter tradendi sunt, vt moriantur.

3 Præterea propter huius criminis immanitatem stuprum passus facit indicium ad torturam *Boss. tit.de stupr.detestab.in masc. n.7.* dummodò vltra] malam famam. Inquisiti constet de corpore delicti, puta de fractura recenti, & vnica vice sequuta, quia si esset reiterata, tunc argueret vitium patientis: vel si probetur, vim, aut metum fuisse puero illatum *Triuis.decis:14:par:2:Peguer:dec: 76:Viui:dec:249.quos refert Ricc. in collect.decis:133.& dec.184:p.1. & dec.525:par.3:& dec.2120:p.6:* & in his casibus puer stuprum passus non torquetur ad validandam depositionem, *vt: d. Genuēs: in Prax.Archiep.cap: 67: num. 2: Ricc.in Prax:par:3.ref: 63. & in collect.decis:2120:*

In alijs verò casibus non statur dicto pueri absque tortura etiam si dicat, se per vim fuisse stupratum, & alia adessent indicia *Boss. in tit:de indic.& consid:an.tort:n: 160:Ricc:in Prax:vt supra par: 3: ref:63:Genuens:d:cap:67:nu.2:*

Iudex tamen considerare debet qualitatem passi, an sit pubes, vel impubes, vel puerulus, qui facilè subornari possit, & an verisimilia deponat *Ricc:in collect:dec: 525:par:3:*

4 Ad incurrendam autem pœnā ordinariam huius delicti requiritur actus consummatus intra vas ordinarium huius delicti cum effusione seminis; & ideò non sufficeret extraordinaria pollutio cum alio, vel alia, quamuis hæc

inter actus sodomiticos cõputetur *l:1.§.qui puero ff.de extraord. crim.Nau.in man.cap.27.nu. 250. & alij apud Quarant.in ver.sodomia limit.2.Bonacin. de matrim.q. 4: pun.11:num.2. Barbos. d. par.2. alleg.44.num.24. & in cap. clerici num.8.de excess. Prælat. Ricc.in Prax.par.1.ref:313.Graff.decis.p.1. lib.2.cap.90.num.11.*& ideò non puniretur pœna mortis, sed mitiori, & extraordinaria qui hoc delictum non consummauit, vel illud tantum attentauit, etiamsi ad actum proximum deueniisset, *Bart in l.1.§.Diuus ff.de Sicar.Ric. in Prax.par.3.ref.62. & in collect. dec.137.par.1.& dec.326.par.2. & dec.525.par.3.Graff:loco cit.Dian. par.4.tr.7.ref.20. Grammat. decis.* 5 *74.per tot.* vbi dicit, quod hodiè de generali consuetudine totius mundi etiam in atrocissimis non punitur conatus, nisi effectu sequuto, excepto crimine Assassinij, falsificationis monetæ, læsæ 6 maiestatis, & alijs casibus, in quibus lex punit solum conatum *latè Ricc: in collect.decis.326.p.2.& decis.547.par:3:* vbi etiam dicit, quod potest iudex in his casibus pœnã mitigare. Vnde delinquentes in tali casu in Insulam deportantur, *vt in l.1.§.qui puero ff.de extraord.crim.* quia tamen deportationis pœna communiter non est in vsu, *vt d. Grammat.dec.23. in fin.* poterit Iudex loco deportationis imponere pœnam triremium in perpetuum, vel ad tempus, fustigationis, vel exilij, vel huiusmodi iuxta qualitatem facti & personarum *Gandin. de malef. tit:de faisar.post num.3.Clar.in §. fin.q.67:vers.deportatio:* quemadmodum etiam clericus in tali casu vel exilio, vel pecuniaria pœna, vel alia simili puniendus est *Ricc.in Prax.for.eccles.par.3.resol. 488:num.5.*

7 Censetur autem proximè attẽtatum hoc delictum, non quidẽ si processũ sit ad aliquos actus per se ordinatos de præsenti ad ipsũ crimen, de quibus vide *Genuens. d.cap.67.Graff.par.1.lib.2.cap. 90. num.16.* vbi exemplificant in tactu, & osculis: ex his enim non semper delictum sequitur; sed quando peruentum esset ad actũ magis proximum, & immediatũ, qui tunc talis diceretur, quo supposito de facili ipsius facti continuatio sequeretur: quia non dicitur actus proximus, quando alter est magis proximus *ex dictis per Boer.decis.316.quem refert, & sequitur Prosp. de August.in addit:ad Quarant.in ver. sodomia limit.3.Ricc.in Prax.for.eccles.p.1. resolutione 530.*

Quare si patiens fateatur delictum, & constet de fractura, vel alijs adminiculis, torqueri debet reus, vt sciatur ab eius ore, an hoc crimen intra vas consummauerit, *vt d.Ricc.in Prax.vt supra par.3. resolutione 63.*

8 Obserua tamen, quod in Regno Portugalliæ *ex priuilegio Regis, & constitutione Pij IV: & Gregorij XIII.* Inquisitores habent cognitionem huius criminis, sed non possunt relaxare sodomitas Curiæ sęculari, nisi sint incorrigibiles, *vt refert Barbos: d.par 2:*

all.

all:44:n.30:in fin: Idem seruari in Regno Aragoniæ, Valentiæ, & Barcinonę *ex constitutione Clementis VIII:* dicit Dian. *par:4: tr:7:resp:20:*

9 Obserua 2.quod clericus committens huiusmodi delictum non tenetur statim dimittere officia, dignitates, & beneficia ecclesiastica, nisi præcedat Iudicis sententia, *vt ex communi, & frequentiori tam Theologorum, quam Canonistarum sententia concludit Prosp.de August.in addit.ad Quarant.in ver.Sodomia limit.5:Graff. par.1.Decis.aur.lib.2:cap. 90. n. 4. & seq.Barbos.d. par.2.all.44.num. 28. & 29.* quamuis pœna huiusmodi incurratur ipso iure, *vt ex d.constitutione Pij V. Incip.Horrendum, colligit Ricc.in Prax.for. Eccles.par 3.resp.455. Nau.in man. cap.27. num.* 249. nam pœna ipso iure inducta, exceptis censuris, non habet locum in foro conscientiæ, etiamsi dicatur, absque declaratione: sed requiritur sententia Iudicis declarantis, reum tale crimen incurrisse *Quarant in ver.alienatio rer. Eccles. num:* 49. *& alij communiter.*

10 Obserna 3. quod huiusmodi pœnæ à Pio V.inflictæ contra clericos sodomiam exercentes non haberent locum, si clericus aliquoties hoc crimen, puta bis aut ter perpetrauerit: sed requiritur, quod frequenti vsu, & quasi ex consuetudine id faciat, quod arbitrio Iudicis relinquitur, *vt ex sententia Greg. XIII. concludit Nau.d. cap.27.num.* 249. *&* 250. *Prosp.de August.vt supra limit.4. Genuens.d.cap.67.num.1.Pias.in Prax.episc.par.* 2. *cap.* 4. *num.* 94. *vers.fin.Leo in Thes.for.eccles.par. 3.cap.4.num.*30. *Layman:in Theol. mor.tr.5.c.* 5. *num.* 2. *Graff: par.* 1. *lib.*2.*cap:*90.*num:*12. *Barbos par.*2. *d.all.*44.*num.*25. *Ricc. in Prax.for. Eccles.par.*1.*res.* 313. *& communè dicit Bonacin.de Sacram.Matrim. q.*4.*pun.*11.*num.*2. verbum enim, *exercentes*, positum in constitutione Pij V. significat frequentiã ex diuersis actibus, *vt dicunt citati Doctores*, & quidem non ex eodem tempore, sed diuerso, *vt notat Ricc.in Prax.vt supra par.3. res.* 58. vbi ex hoc infert, quod tres actus venerei continuati cũ masculo, antequam quis diuertat ad actus extraneos, habentur pro vno *per l.vulgaris ff. de furt.* & ideò si clericus bis, aut ter hoc delictum consummauerit, puniri non debet pœna contenta *in d. constitutione Pij V.* sed iuxta dispositionem *textus in d.cap.clerici de Excess: Prælat:* vbi Clerici pro tali crimine vel deponuntur, vel ad agendam pœnitentiam in monasterio detruduntur: si verò semel tale facinus Clericus commiserit, mitius esset puniendus *arg.textus in cap:vt clericorum, ibi, pro duplici culpa perpetuò deponatur De vit. & hon. cleric.* quicquid dicant DD. *apud Bonacin.de Matrimon.d.q.*4. *pun.* 11. *num.* 2. *vers.aduertendũ est primo in fin.*

Addunt alij, neque omnem exercentem in prædicta constitutione comprehendi, sed notoriũ, non ità occultum, *ità Vgolin. in Tract:de Irregul.cap.*43.*§.*2.*num.*

4.Henriq:in Sum.lib. 14. cap.5.§. 1.Azor. par. 3.cap.19. quæs.6. & 7. quos refert, & sequitur Barbos. in d.cap.Clerici num. 9. de Excess. Prælat.Graff.par.1. lib. 2.cap. 90. num.13. ex quo infert Barbos. de offic.& pot.Episc.par.2. all. 44 nu. 28.& alij,quod Sodomita nō prohibetur, nè ad sacros ordines ascendat, aut beneficia acquirat, si occultum sit crimen, & nondum fuerit deductū in iudicium.

11 Obserua 4. quod non creditur puero, vel mulieri dicenti, se de hoc crimine fuisse attentatam *Ricc. in Collect. dec.* 487: & *dec.*525.*par.* 3. neque esset danda fides famæ concordanti cum depositione talis pueri, seu fœminę, si ab ijs huiusmodi fama originē habuerit *Barbos. d. par.* 2, *all.* 44. *num.*14.

12 Quæres, an eadem pœna plectendi sint stuprum passi, qua puniuntur agentes? affirmatiuè respondet Ricc.*in Prax. for. Eccles. par.*3.*ref.*57. quia iura infligentia pœnas contra sodomitas loquuntur tam in agente, quam in patiente *l. cum vir.* C, *ad l: Iul. de Adult:*§ 1.*Auth.Vt non luxur. cō. nat.* dicit tamen idem Ricc. *loco cit.*quod patiens non punitur pœna ignis, quemadmodum agens, sed mitius, quia maius peccatum est agentis, quam patientis,*Dian. par:*3.*tr.*4:*ref.*159.

13 Notandum tamen est, quod pueri ante 14.annum completū hoc crimen committentes non subyciuntur huiusmodi pœnis *c. illud relatum* 15.*q.*1.*cap.*1. *de Delict. puer. Bonifac. de Vitalin. in Tractat.de Malefic.rubr.de Cōfess.num.* 2. *in fin.* vbi id extendit non solum ad hoc, sed etiam ad alia carnis delicta. Vnde nec tales comprehenduntur sub casu reseruato *secundùm Paludan. in* 4.*sent.dist.*34.*q.* 2. *art.* 1 *& alios, quos refert, & sequitur Dian.par.* 1.*tr.*15.*ref.*1. in alijs tamen delictis puniuntur, sed mitius, *vt in d.cap.*1. *de Delict.puer.glos in d: c. illud relatum ver. qui doli capax* 15.*q.*1.*Mill. in Pract: Crim. in tract.de Pœn: num.* 10. *& seq.* Puberes verò arbitrio Iudicis puniūtur, vt dicunt DD. *apud Barbos. in cap. clerici num.* 12. *de Excess. Prælat. Ricc. in Collect. dec.* 487. *par.*3. quod intellige, dummodò non excedant ætatem 20. annorum, quia tunc morte damnātur siue agentes sint, siue patientes, & ità seruari in Senatu Pedemont.& in alijs Tribunalibus testatur Ricc. *in Prax.for. Eccles. par:*3.*ref.*57. *& in Collect. dec,* 18. 77.*par.*5. *vbi citat Thesaur.in addit.ad dec.*161: *Canalc. dec.* 22. *& alios:*

14 Notandum 2. quod mulieres inter se hoc delictum committētes mitius plectuntur, quando hoc crimen inter eas agitur sine aliquo instrumento,*Ricc.in Prax. p.*3: *ref.*62. *qui citat Boer,dec.*316. vbi dicit, quod in tali casu pœna flagellorum sunt puniendæ; secus si mediante aliquo instrumento ligneo, vel simili perpetretur, tunc enim morte damnātur, *vt d.Graff. decis.aur. par.* 1. *lib.*2.*cap.*90.*num.*15.*Bonacos. relatus in Syntag:opin: committit, de*

Adul-

Adulter: & c: c:12. Ricc. in Collect. decis.184.par.1.Clar.in §. Fornicatio ver. inter Mulieres.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus crimen est merè ecclesiasticum.*
2 *Clericorum concubinæ à Iudice ecclesiastico puniuntur.*
3 *Quæ pœna plectendi sint Concubinarij.*
4 *An possit ordinarius concubinarios pœnis pecuniarijs punire.*
5 *Clerici pro simplici incontinentia qualiter plectantur.*
6 *An requiratur trina monitio, si Concubinatus sit publicus.*
7 *Concubinatus qualiter probetur.*
8 *An concubinarius sit eo ipso suspensus,*
9 *An valeat donatio à Clerico facta concubinæ.*

CAP. XXIX.

De Concubinatu.

1 Concubinatus dicitur, quando quis ità domi retinet mulierem ac si esset eius vxor, vel qui eam extra domum retinet, & cum illa habet assiduã consuetudinem *Ricc: in Prax.for.eccles.par.1.res.318.& par.4.res.554.& in collect.dec.684. par.3.Bonacin.de censur.in partic. disp.3.q.7.pun.4.num.1.*

Hoc crimen est merè ecclesiasticum, quia illud tantum ab ecclesia prohibetur *c.nemo blandiatur 32.q.4.Abb.in cap.cum sit generale num.25.de for.compet. Decian.tract.crim.tom.2.lib.6.cap.21. num.37.Vulp.in Prax.iudic. for. eccles.cap:28.num.3.& cap.41.nu. 51. Megal.in ver. concubinatus n. 10.& hanc esse communem opinionem, & consuetudine approbatam dicit Clar.in § fornicatio vers. & in primis quæro: quicquid dicat Azor.par.2.lib.3.cap.53.q.2. quem refert, & sequitur Dian.par.1.tr.2. res.88.& par.5:tr.1.res. 10 in fin.*

Vnde mulier de copula habita cum clerico à Iudice laico puniri nequaquam potest, sed ecclesiastico foro priuatiuè subiacet *glos.in cap.eos qui dist.32.Anchar.cons.196.num.4.& 5.Decian. tom.1.tr.crimin.lib.4.cap.26.n.25. & tom.2.lib.6.cap.21.nu.37. Boss. in tit.de Coit.damnat.& punib.nu. 16.& 18.Bellett. disquis.cleric. tit. de fauor.cleric.real.§ 4. num. 49. Car de Graff.de effect.cleric.eff.1.n. 181.* & licèt præfati DD. contrarium dicant, quando clerici concubina esset notoria, & publica, alij tamen tenent, quod etiam in hoc casu ab ecclesiastico tantũ Iudice puniri debet, *ità Abb.in cap.cum sit generale num.25. de for.compet.Feder.de Sen.cons.167. num.1.& 4.Mart.de iurisd. par.4. cas.44 num.15.& seq.* quorum opinionem veriorẽ existimo *per tex. in c:quidam clerici 81.dist.& Cõcil.Trid.sess 24.de ref.m.tr. cap.8.* vbi huiusmodi causæ ordinarijs demandantur, præsertim quia de iure ciuili concubinatus non punitur, *vt constat ex toto tit. ff. & C.de concub.*& ità in praxi seruatur, *vt d.Boss.loco cit.nu.11.Clar.*

vt supra, vbi dicunt, quod presbyterorum concubinæ in foro ecclesiastico puniuntur, *quibus adde Bellett.loco cit.d.§ 4. nu.* 50. vbi etiam notat, quod huiusmodi concubinę non ab alio Iudice quam ecclesiastico expelli possūt è domibus clericorum.

3 Quare de iure canonico laicus tenens concubinam punitur arbitrio Iudicis: clericus verò priuatur beneficio, & tenetur ad restituēdum fructus perceptos *iuxta communem opinionem, vt dicit Clar.in §. fornicatio vers.& in primis quęro*. vltra infamiam, *de qua in cap.infames 6.q.1. & notat Vulp.in Prax.iudic.cap.* 28. *nu.*7.

Sed hodiè ex Concilio Tridentino Concubinarij post trinam ad monitionem excommunicātur: & mulieres similiter si ter admonitę non paruerint, exilio multantur, *vt in sess.*24.*de refor.matr.c.*8. Clerici verò si à Superioribus moniti concubinas nō eiecerint, 5 tertia parte fructuum beneficiorum, seu pensionum ipso facto priuantur: & si secundę monitioni adhuc non paruerint, fructus omnes, ac prouentus suorum beneficiorum, & pensionum eo ipso amittunt, & à beneficiorum administratione suspenduntur. quod si ità suspensi eas non expellunt, tunc beneficijs, atque officijs, & pensionibus perpetuò priuandi sunt; & si postquam eas dimiserunt, intermissum consortium repetant, excommunicantur. Clerici verò beneficia, aut pensiones non habentes iuxta delicti qualitatem carceris pœna, suspensione ab ordine, inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsq. modis iuxta sacros canones plectendi sunt, *vt in sess.* 25. *de ref. cap.*14:

4 Obseruant tamen Doctores, quod potest ordinarius pœnis pecuniarijs, & alijs à iure communi, vel statuto Synodali inflictis concubinarios punire, *ità Bellett.tit. de fauor.cleric.real.§.4.num.*48.*& alij*. & tunc non requiritur trina monitio, quia hæc tantum requiritur, quando ordinarius intendit ad sententiam excommunicationis procedere, *vt declarauit Sac.Congreg.teste Dian. par.* 1.*tr.* 2.*ref.*88.*& par.*5.*tr.*1.*ref.*10.*Vulp. d.cap.*28.*num.*9.*& communem dicit Ricc.in Prax for.eccles. par.* 1. *ref:* 330. vbi addit, quod pœna pecuniaria debet esse moderata, ità, vt imponatur potius correctionis zelo, quam lucri cupiditate:

5 Obseruāt 2. quod ea, quæ in dicto Concilio Tridentino contra clericos Concubinarios statuta sunt, habent etiam locum in simplici incontinentia *Nau. cons.* 1.*de Cohabit.cleric.& mul.Vulp. d.cap.* 28.*num.*8.*Bonacin.de Censur.in par.disp.*3.*q.*7.*pun.*4.*num.*2.*in fin.* vbi id intelligit, quando simplex incontinentia coniuncta est cum familiaritate, & cōsuetudine huiusmodi mulierum, de quibus potest haberi suspicio.

6 Obseruant 3. quod requiritur trina monitio, etiamsi Concubinatus sit publicus vt concubinarius priuari possit beneficio, *Rot in Tullen. monasterij S. Mansueti.*

27.

27. Ianuarij 1597. coram Penia, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par: 4. ref. 554. nec sufficeret monitio generalis, quæ fit in Synodo, sed requiritur specialis, idem Ricc. in Prax. vt supra par. 1: ref. 318.

7 Obseruant 4: quod ad probandum concubinatum ad effectum priuationis necessaria est plena & concludens probatio ità, vt nō sufficiant testes de publica voce, & fama: quia quando agitur de crimine, fama nec semiplenam probationem facit; sed delicti solum operatur inditium *glos. & DD. in cap. veniens 1. de Testib:* immò neque ex filiorum procreatione concludenter probatur cōcubinatus, tum quia ex simplici fornicatione, & ex bino, tertioq. accessu ad mulierē filij procreari possunt, tum quia ex liberorū existentia non infertur ad concubinatum de tempore præsenti, quia potuit deinde clericus impudicam fœminam à suo consortio abdicare, *ut d. Ricc. in Prax: for. eccles. par: 4. ref. 554:*

8 Obseruant 5. ius antiquum, quo Clericus notorius Cōcubinarius erat ipso facto suspensus, *vt notat Clar: in d. §. fornicatio vers. sed quæro in fin.* correctum esse, seu abrogatum per ius nouum Tridentini Concilij *d. sess. 25: cap. 14.* & ideò talem Concubinarium hodiè non esse ipso iure suspensum, quamuis suspendi possit: exceptis Episcopis, qui ipso facto suspēsi sunt, si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo Prouinciali admoniti se non emē dauerint, *vt in Concilio loco cit. ità Bonacin. de Censur. in part. disp. 3. q. 7: pun. 4. num: 2. vbi citat Tolet. lib. 1. cap. 47. Gutier. canon. qq. c. 1. num. 43. Auil. de Censur. 3. p. disp. 3. dub. 2. & alios.*

9 Quæres, an valeat legatum, seu donatio à Clerico facta Concubinæ, seu alteri mulieri, in quam turpis suspicio cadere potest? Resp. negatiuè *cum glos. comun. recepta in l. 2: vbi etiam Bart: C: de Donat: int: vir: & vxor:* quemadmodum nec miles armatæ militiæ potest donare, aut relinquere Cōcubinæ, *vt in d: l: 2: & l: miles ità §: mulier ff: de milit. test:* quod etiā extenditur ad Aduocatū quī æquiparatur militi *glos: in d: l: 2* & etiam ad minorem, *vt d. Leo in Thes for: eccles: par: 3: cap: 4: nu. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Stuprum est communis fori.*
2 *Qua pœna plectantur committē-tes stuprum:*
3 *Præsumitur, quod puella fuerit virgo, & quod fuerit seducta.*
4 *In quibus casibus stuprator non tenetur virginem à se stupratam dotare.*
5 *Clericus stuprator qua pœna puniri debeat.*
6 *Osculantes mulieres qualiter sint plectendi.*

CAP.

CAP. XXX.

De Stupro.

1 STuprum est communis fori, quia ab vtraque lege punitur *c.2 de Adult. & stupr. l. 1.§ fin.ff. de extraord: crimi n. Mau. cons. 5. num. 6. de Consang. & affin. Bellett. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. § 4. nu. 115. Bonacos. relatus in Syntag. opin: comm. tit. de Adulter. & c. c. 9.*

2 Pœna autem stuprantis Virginem, aut Viduam honestè viuentem de iure ciuili est pœna publicationis dimidiæ partis bonorũ, si stupratores honesti sint; si verò humiles, corporis coerctione cũ relegatione arbitrio Iudicis puniuntur *§ item lex Iulia Instit. de publ. iud.* Qui verò nondum viri potentes Virgines corrũpunt humiliores in metallum damnantur honestiores in Insulam relegantur, aut in exilium mittuntur *l. si quis aliquid § qui nondum ff. de Pœn.* sed hęc intellige, quando nulla vis, aut violentia interuenit *Boss. in tit. de Coit. damn. & pun. num. 67. Clar: in. § . stuprum vers. sed quæro in fin. vbi de communi*: si verò vis interuenerit, pœna mortis damnantur *l. in eadem §. eadem lege ff. ad l: Iul. de vi publ. l. 1. § fin: ff: de extraord. crimin. glos. in d. cap. 2. ver. plectendus de Adult. Add. ad Guid. Pap. dec. 555. litt. C. Graff. par. 1. lib. 2. cap. 79. num. 14. Riec. in Prax. par. 2. resp. 398. & p. 3: resp. 73. & in collect. dec. 137. par. 1.*

Præsumitur autem vis, si stuprũ commissum fuerit cum puella existente in sexto, vel septimo anno, quia cum consensus non adsit, non potest dici sine vi, *vt d. Boss. loco cit. num. 68.*

Verùm hæc pœna capitalis nõ est insligenda, nisi quando stuprator delictum consummauerit cũ Virgine, aut alia honesta muliere; vbi autem esset solus conatus ad deflorandum, alia citra mortem graui, videlicet triremium, relegationis, vel exilij, vel alia extraordinaria pœna arbitrio Iudicis punitur iuxta qualitatem facti, & personarum *d. l. 1. § fin: ff. de extraord: crim. Grammat. dec. 2. num. 15. Clar in d. § . stuprũ in fin. & alij apud. Ricc. in collect. decis. 137. par. 1. Barbos. in cap. 1. n. 6. de Adult.*

Dixi, *cum Virgine, aut alia honesta muliere*, quia si quis turpes cognouerit, non capitali pœna, sed alia arbitraria punitur *Bart. in l. verum est num. 3. ff. de furt.*

Addit Clar. *loco citato*, quod pœna mortis punitur qui puellæ nondum viri potenti feras virginitatis fregerit: contrarium tamen seruauit Consilium Neapolitanum cum simili delinquente, qui virginem immaturam vix septennium excedentem corruperat feras eius virginitatis aperiendo ita, vt Medicorum celeri suffragio indiguerit: fuit enim condẽnatus ad triremes per septennũ, & ad dotandam puellam, *vt refert Grammat. dec. 22.* & hæc opinio æquior est, & benignior, & ideò in praxi seruanda; quia licèt delictum sit graue, non potest tamen

men in talem puellam perfici, seu consummari *Guid. Pap. dec.* 555. *vbi loquitur de puella* 10. *annorũ Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 3. *res.* 73.

Item Vidua committẽs stuprũ infra annum luctus tam ipsa, quã stuprator perdit omnia sibi relicta à testatore, seu ab eius viro, & ea fisco applicantur, & *hanc esse communem dicit Clar. in §. stuprũ vers. generaliter:* non tamen amittit dotem, etiamsi infra annum stuprum committat *Bonacos. relatus in Syntag. opin. comm. tit: de Adulter. cap:* 9. *vers. Stuprum cum vidua.*

Stuprum verò commissum cum fœmina vili absque violentia non esse punibile de iure ciuili dicũt DD. *apud Barbos. in d. cap.* 1. *num.* 11. *de Adult.* hoc tamen limitatur in officiali, qui prætextu officij mulierem carnaliter cognoscit, tunc enim arbitraria pœna punitur, *vt d. Ricc. in Collect. dec.* 559. *par.* 3.

Verum de Iure canonico si stuprator Virginem seduxit, vel decepit, tenetur in foro contentioso eam dotare, & accipere in vxorem: si verò pater virginis dare noluerit, tenetur tantum dotare; & si stuprator non vult cum ea contrahere, vltra dotem corporaliter castigatur *cap.* 1. *& 2. de Adul. & stupr. Nauar. in Man. cap.* 16. *num.* 16. *Sylu. in ver. Luxuria n.* 5. *& alij.*

Idem dicendum est de alia muliere, quæ licèt virgo non sit, publicè tamen virgo reputatur *secundùm DD. quos refert, & sequitur Bonacin. de matrim. q.* 4. *pun.* 17. *num.* 9.

Dixi, *in foro contentioso*, quia huiusmodi pœnę non habent locum in foro conscientiæ, nisi quis fuerit à Iudice condemnatus *Syl. in ver. Luxuria num.* 5. *Bonacin. de matrim. q.* 4. *d. pun.* 17. *num.* 7. *in fin. Graff. par.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 79. *nu.* 2. *& est communis tam Theologorum, quam Canonistarum sẽtentia.* quoad alia verò damna tenetur iure naturæ etiam ante sententiam Iudicis: nam causa iniusta damni tenetur ad illius restitutionẽ, etiamsi sequuta nõ fuerit condemnatio, *vt dicunt DD. apud Bonacin. d. q.* 4. *pun.* 18. *num.* 10. *vers. secunda est.*

Obserua tamen, quod licèt *ex d. cap.* 1. vtrumque copulatiuè requiratur, scilicet, quod accipiat in vxorem, & eam dotet, obseruanti a tamen illud disiunctiuè recepit ità, vt stuprator teneatur, vel ad eam ducendam, vel ad dotandã, *& ità practicari ex tex. in d. cap.* 2. *de Adult. dicit Clar. in §. stuprum vers. Sed quæro Ferr. qui alios refert in qq. mor. par.* 1. *q.* 20. *nu.* 1. *&* 2. *& alij apud Barbos. in d. cap.* 1. *n.* 7. *de Adult Ricc. in Prax. par.* 3. *res.* 74. vbi dicit, quod hodiè contra stuprantem virginem sine vi non est in vsu alia pœna, quam vt illam ducat in vxorem, vel condecenter dotet

Dos verò constitui debet iuxta consuetudinem Regionis, facultatem stuprantis, & dignitatem puellę, etiamsi puella non nubat *Bellett. Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. §.* 4. *num.* 119. *&* 120.

Graff.decis.aur.par.1.lib.2.cap:79. num.2.Ricc.in Prax.par.3.ref.77. vbi addit, quod etiam hæres stupratoris ad dotandã cogi potest.

Obserua 2. quod si virgo stu- 4
prata nuptias renuerit, tunc stuprator tantum tenetur ad supplẽdum illud, quo pluris indiget ad inueniendum virum sibi æqualẽ: quia cum per defloratioñem deterior facta sit puella, maiori etiã dote indiget ad inueniendum virum; & ideò defloror, qui causam damni dedit, tenetur ad illud augmentum, *Abb. antiq.in d. cap.1.& ibid.Io.Andr.num.9.in fin.Anchar.num.6.not:6:Panorm: num:4.de Adult:Rot:in vna Taurinen:24:Iunij 1590:coram Pegna, quam refert Ricc:in Prax:for:eccl: par: 3:ref:76:*

Quæ verò quantitas in tali casu constituenda sit à stupratore puellæ stupratæ, relinquitur arbitrio Iudicis, *Barbos:in d.cap: 1: n: 12:de adult:& alij communiter:*

Notandum tamen est, quod stuprator non tenetur ad huiusmodi augmentum; quando corrupta cum dote consueta dari virginibus potest consequi, aut consequitur maritum, sibi æqualem, *vt d.Couar.apud Ricc.in Prax: vt supra par.3.ref.76.Bonacin.de matrim.d.q.4.pun.17.num.8.*

Debet autẽ probari, quod virgo stuprata fuerit, alias non esset locus dispositioni *d.cap. 1.& 2.de Adult.Ricc.d.par. 3.ref. 75. & 76.* non tamen probari debet, quod 3
puella fuerit virgo, & quod fuerit seducta, quia hæc præsumuntur *l. vn.C.de Rapt.Virg.Rot.in d.Taurinen.coram Pegna Sylu. in ver. luxuria nu: 5.Ricc.d par.3. ref.76. Nau.cap.16:n.16.Barbos.in d. c.1. num.5.de Adult.*

In multis tamen casibus stupra- 4
tor non tenetur virginem à se stupratam dotare, neque in vxorem ducere; & primò si constet, quod non decepta, sed leuiter rogata, ac verbis amatorijs inducta copulæ consenserit; tunc enim stuprator pœna arbitraria tantum erit puniendus *Graff.par.1.lib.2. cap.79.num.13.* & tunc neque tenetur ad restitutionem damni, quod inde mulier passa est: quia obligatio restituendi oritur ex violatione iustitiæ, & ex iniuria alteri illata; volenti autem non fit iniuria *Nau.d.cap. 16.num. 16. Bonacin.de matrim. d.q.4. pun.17. num.7.* nisi inducta fuerit importunis precibus, vel assiduis blanditijs, vel muneribus: tunc enim stuprator ad dotandum tenetur, quia satis dicitur coacta quoad hũc effectum *arg.l.1.§.1.C.de Rapt.Virg.Sylu.in ver.luxuria nu:5. Nau.d.cap.16.nu.16. & alij apud Barbos.in d. cap. 1.nu.2. de Adult. quamuis contrarium teneant alij DD.quos refert, & sequitur Bonacin.de Matrim.q.4.pun.17. numer.13.*

Secundò quando virgo stuprum passa est vilis, & minus honesta, vel vagãs passim nõ seruato verecundiæ pudore, quia dispositio *d.cap.1.& 2:de Adult.* procedit quoad virgines honestæ vitæ, *vt dicunt ibi communiter scribentes*, idemque dicendum est, si mulier reperitur prægnans *Graff. loco*

loco vit. d. cap. 79. num. 13.

Quare in defensionibus potest 5 probari meretriciavita mulieris, vel quod nõ fuerit virgo, ad quod probandum admittuntur qui cũ ipsa copulam habuerunt, licèt sint singulares *Gandin. in tit. Quõ. de malef. cogn. per Inquis. num. 12. Alex. cons. 13. vol. 7. Bursat. cons. 389. num. 2. vol. 4. quos refert Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 398.*

Tertiò si post defloration em mulier ab alio cognoscatur, stuprator nec dotare, nec desponsare tenetur: quælibet enim dispositio siue legis, siue hominis intelligitur rebus sic stantibus *iuxta l. fin. ff qui satisd. cog.* & ideò cum status virginis stupratæ deterior factus fuerit, non tenetur stuprator ad aliquam obseruantiã *Ricc. in Prax. p. 3. ref. 75. & in Collect. dec. 23. par 1.*

Quartò si vir nobilis, & potẽs rem haberet cum plebeia, vel alia imparis conditionis, neque eam in vxorem ducere, neque dotare tenetur, quia in tali casu non præsumitur fraudem ignorasse *Sylu. in ver. luxuria num. 5. Graff. par. 1. Decis. lib. 2. cap. 79 num. 11. vbi citat S. Thom. in 4 sent. dist. 28. q. 1. art. 2. Sum. Angel. in ver. matrimonium* 4. §. 2. si verò promis- 6 sit eam ducere, vt copulam extorqueret, tenetur in tali casu ad dandum ei tantum, quantum magis opus habet ad talem adipiscendum maritum, qualem si non esset infamata reperiret *secundùm Nau. in man. d. cap. 16. n. 18. Graff. d. cap. 79. num 3.* quia promissio ducendi vim habet saltem precum importunarum.

Clericus quoque tenetur virginem à se stupratam dotare, *vt post Pan. d. Sylu. in ver. luxuria num. 5.* & vlterius punitur pœna depositionis *Clar. in § stuprum vers. sed q: aro Graff. par. 1. d. lib. 2. cap. 79. num* 12. quod procedit in clerico constituto in sacris, non autem in clerico primę tonsurę, vel minorum ordinum, *vt d. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 414.* tenetur tamen clericus etiam in minoribus stupratam dotare, vt supra, & alia arbitraria pena punitur *glos. & DD. in cap. 2. de Adult.*

Verum si stuprata sciuerit impedimentum ordinis sacri, vel cõsanguinitatis, vel aliud simile, ob quod matrimonium contrahi non potest, stuprator non tenetur eam dotare, quia in tali casu non præsumitur decepta *Graff: d: cap. 79 num.* 12. vbi id limitat, si stuprata ignorasset, illud esse impedimentum de iure; hoc enim casu ignorantia iuris illi non obest, quia agitur de damno vitando, scilicet infamię, & defloration is *l. regula ff. de Iur: & fact: ignor. glos. in l. fin. C. eod. tit. c. turbatur § notandũ quoque est 1. q. 4.*

6 Quæres, qua pœnà puniantur osculantes mulieres? Resp. quod arbitraria pœna puniuntur *Ricc. in Collect dec. 559. par. 3.* vbi etiã dicit, quod eadem pœna plectitur qui in via publica aliquam amplectitur puellam inuitam illius pudicitiam attentando.

SVMMARIVM.

1 *Raptus quando committatur.*
2 *Hoc crimen est mixti fori.*
3 *Raptores qualiter puniantur de iure ciuili.*
4 *Puella semper præsumitur decepta.*
5 *In quibus casibus cesset pœna raptus.*
6 *Qua pœna puniatur qui sanctimonialem violare ausus fuerit.*
7 *Raptores de iure canonico qualiter puniantur.*
8 *An valida sint sponsalia contracta inter Raptorē, & raptam.*
9 *An validum sit matrimonium contractum cum ea, quam quis rapuit causa explēdæ libidinis.*
10 *Quid si mulier raperet virum.*
11 *An si puella volens pro matrimonio abducitur inuitis parentibus, tale matrimonium sit validum.*
12 *An Raptor sequuto matrimonio euitet pœnas, & num 13.*

CAP. XXXI.

De Raptu mulierum.

RAptus crimen committit qui mulierem libidinis aut matrimonij causa de loco ad locum abducit, *vt dicunt DD. apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 437. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 18. nu. 5. & 6.* & ideò sine violentia non committitur *c. de raptoribus 36. q. 1. l. sed eximendi ff. Ne quis eum, qui in ius voc.* non tamen est necessaria tota omninò vis, sed sufficit aliqua violentia etiam per solam interpellationem, & suasionem, *vt est casus in l. 1. §. fin. vbi Bart. ff. de extraord. crim. Boss. in tit. de Coit. damn. & punib. nu. 66. Nauar. cons. 1. de Raptor.* quamquam alij DD. censent, ad hunc effectum requiri dolum, seu preces, aut blandimenta adeò importuna, vt æquiparentur violentiæ, *ità Sanch. Less. & alij apud Bonacin. loco cit. d. num. 5.*

2 Hoc delictum est mixti fori, quia ab vtraque lege punitur *c. 1. & seq. 36. quæs. 7. l. vn. C. de Rapt. Virg. l. Raptores C. de Episc. & cleric. & in auth. de Rapt. mulier.*

3 De iure autem ciuili Raptores Virginum, sanctimonialium, honestarum viduarum, & aliarum mulierum, quę iam nuptæ sunt, alijque omnes auxilium, vel fauorem præstantes in ipso raptu, vltimo supplicio afficiuntur, & illorum bona, si sanctimoniales rapuerint, monasterio, alias ipsis mulieribus raptis applicātur: cōscij verò, vel ministri, vel quicunque eis opem tulerint, capitali pœnę tantummodò subijciuntur, *vt in dictis ll. continetur.*

Eadem pœna capitali puniuntur raptores filiorum, seu filios seducentes à parētibus *l. fin. vbi glos. C. ad l. Fab. de Plagiar.*

4 Præsumitur autē semper puella decepta, ac dolosis suasionibus, & donis inducta, *vt in d. l. vn. C. de Rapt. Virg.*

5 Limita 1. in raptu fœminę impudicæ, tunc enim non punitur pœna *d. l. vn.* sed arbitraria, nisi

for-

fortè relicta meretricia turpitudine honestè viuat *Bart. in l. veru est num. 3. ff. de furt. Syluan ver. luxuria num. 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 440. & in collect. dec. 82. par. 1. & alij DD. relati in Syntag. opin. comm. tit. de Rapt. Virg. c. 2. & 3. & apud Clar. in d. §. raptus vers. quæro numquid.*

Limita 2. quando verè constaret, mulierem nulla arte, seu sollicitatione, aut suasione, sed sua libera volũtate recessisse è domo cum Amasio, quia hoc casu non puniretur vir pœna ordinaria *d. l. vn.* etiamsi parentes essent inuiti, 6 sed alia graui arbitrio Iudicis *secũdum Boss. in tit. de rapt. mulier. num. 7. vbi citat Bald. in d. l. vn. vers. vlterius oppono C. de Rapt. Virg. & hanc sententiam sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. resolutione 438.*

Sed contrarium est de iure verius; tales enim delinquentes puniuntur pœna ordinaria, siue spõtè mulieres cum eis discesserint, siue inuite *d. l. raptores in fin. C. de Episc. & Cler. d. l. vn. C. de rapt. Virg. & est communis opinio, vt d. Clar. in d. §. raptus vers. adde quod pœna.*

Limita 3. vbi copula cum rapta sequuta non fuerit, tũc enim raptor non pœna ordinaria, sed alia graui Iudicis arbitrio est puniendus, tum quia ità colligitur *ex d. l. vn. ibi, maximè cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit*; & ideò videtur legislator respexisse ad copulam inter raptorem, & raptam: tum etiam quia tale delictum absque copula carnali non videtur consummatum *Boer. decis. 316. post n. 4. Io. de Ana. in cap. cum causa in fin. de Rapt. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 451. & in collect. decis. 82. par. 1.* vbi etiam dicit, hoc procedere, etiamsi raptor raptam non cognouerit, quia id commodè facere non potuit, *quicquid in contrarium dicat glos. in l. siquis non dicam rapere ver. si quis C. de Episc. & cler. Clar. in d. §. raptus vers. sed quid Boss. d. tit. de Rapt. mulier. num. 14. & alij.*

Quæres, qua pena puniatur qui sanctimonialem violare ausus fuerit? Resp. quod punitur pœna capitali etiamsi delictum hoc tãtum attentauerit *l. siquis non dicam rapere C. de Episc. & cler.*

De iure verò canonico pro crimine raptus laici excommunicãtur: clerici verò deponuntur *c. 1. & seq. 36. q. 2.* sed hodiè tria pœnarum genera constituta sunt cõtra raptores: primò enim raptor & omnes consilium, auxilium, & fauorem præbentes sunt ipso iure excommunicati, perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces: & si clerici fuerint, de proprio gradu decidunt.

Secundò raptor, siue matrimonium contrahat, siue non, tenetur raptam decenter arbitrio Iudicis dotare.

Tertiò inualidum est matrimonium celebratum inter raptorẽ, & raptam, quamdiu ipsa in potestate Raptoris manserit, etiãsi liberè consentiat, *ità Conc. Trident. sess. 24. de reficap. 6.*

8 Ex

8 Ex quo obseruant Doctores, quod cum per sacrum Concilium annulletur matrimonium, etiam sponsalia in tali casu erunt inualida: quando enim aliquid prohibetur, id etiam censetur prohibitum, per quod peruenitur ad illud *l.oratio vbi Bald. ff. de sponsal. Nau.cons.4.de Raptor: Ricc: in Prax.for.eccles.par.4. res.* 454. *& ità declarasse Sac.congregat. dicit Bonacin:de matrim.q.4. punc.*18. *numero* 10.

9 Obseruant 2. validum esse matrimonium contractum cum ea, quam quis rapuit causa explendæ libidinis: putant enim sub dicto decreto Concilij *sess.*24.*cap:6.* solum comprehendi raptum, qui fit causa contrahendi matrimonij, non autem ad exercendam libidinem, *ità Sanch:tom.* 2.*lib.*7. *disp.*13.*nu.*4.*Coninch: de Sacram: disp.*31.*dub:*4:*num.*48.*quos refert, & sequitur Dian.par.*3.*tr:*4. *resolutione* 261.

10 Obseruant 3. pœnas in d: decreto Concilij contentas non habere locum, vbi mulier raperet virum, *ità Bonacin. de matrim.q.* 4.*pun:*18:*num* 7.*& alij*: Vnde in tali casu non impediri matrimonium vigore eiusdem Concilij *d.cap:6.* resoluit Ricc. *in Prax.p.* 4.*res:*452.*vbi citat Farinac.Snch: Ledesm:& alios*. quemadmodum neq pœnæ *d.l.vn.C.de Rapt.Virg.* locum habent in muliere rapiente virum causa libidinis, quæ in tali casu punienda est alia graui citra mortem pœna arbitrio Iudicis *Clar.in d. S raptus vers. sed pone & alij communiter.*

11 Obseruant 4.in dicto decreto Concilij solum eam raptus speciem puniri, per quem vis infertur puellæ, non autem parentibus: ex quo arguunt, quod si illa volens pro matrimonio abducitur etiam inuitis parentibus, tale matrimonium validum erit *iuxta cap.cum causa de raptor.* putant enim, quod Concilium ibi voluit tantum succurrere libertati matrimonij, nè mulier inuita illud contrahere cogatur; sed hoc non accidit, quando illa consentit, *ità Sanch.vbi supra nu.*3. *Coninch loco cit.Filliuc.to.*1.*tract.*10. *par.*2.*cap.*8.*num.*265: *quos refert Dian.d.par.*3.*tr:*4.*res:*261. *Ricc. in Prax.for.eccles par.*4.*res:*438.*in fin.& alij apud Barbos. in d. cap. cum causa num* 3.

Alij verò id admittunt, quando mulier sponte, vel precibus non adeò importunis discedit cum Amatore inscijs parentibus, quia tunc nulli vis infertur, & ideò nō dicitur raptus, sed potius fuga voluntaria; secus si discedat inuitis parentibus, quia tuncillis vis fieri dicitur, quamuis puella consentiat: Vnde in hoc casu dari verum raptum, & in eo procedere dispositionem Concilij Tridentini loco cit: resoluit Nau.*cons.*2.*de Raptor.Barbos.in d.cap.cum causa num.*3.*eod.tit.vbi citat Henriq. in sum.lib.*12:*cap.*14 *num.*4 *Rebell.de obligat.iust.par:*2 *lib.*3.*q.* 11.*nu.*6. *Farin.in Prax.crimin.p.*5.*q:* 145. *n.*121.*& alios*, quorum sententiæ videtur fauere *tex:in cap.cum nullus* 36:*q:*2:*c:* cū secūdū *de Hæret. in sexto S.Th:*2:2:*q:*154:*art.*7:

12 Ob-

12 Obseruant 5. quod licèt subsequatur matrimonium, remanet tamen pœna infamiæ, excommunicationis, & incapacitatis ad dignitates per Tridentinum inflicta, quæ cum non requirat aliquam actionem ad sui exequutionem, ipso facto incurritur etiam ante Iudicis sententiam *Nau. cõs. 3. num. 5. de Raptor. Bonacin. de Matrim. q. 4. pun. 18. num. 10.* quemadmodum Raptor tenetur etiã in tali casu raptam dotare arbitrio Iudicis ex dispositione eiusdem Concilij *d. cap. 6.* quamuis ad id non teneatur, nisi fuerit condẽnatus *Nau. in man. cap. 16. nu. 17. Bonacin. loco cit. num. 10. vers. secunda est.*

13 Quæres, an Raptor sequuto matrimonio euitet alias pœnas à iure inflictas? Respondet Ricc. *in Collect. dec. 82. par. 1.* quod Raptor matrimonium contrahens cum rapta non euitat pœnas à lege ciuili propter raptum impositas: & hęc sententia mihi videtur verior in puncto iuris, quia *textus in d. l. vn. C. de Rapt. Virg.* expressè prohibet matrimonium inter raptorem, & raptam, licèt correctus fuerit per ius Canonicũ *in cap. fin. de Raptor. & Conc. Tridentinum loco cit.*

Hæc tamen opinio in tali casu non seruatur in praxi, *vt d. Boss. in tit. de Rapt. mulier. num. 18.* & ideò alij asserunt, Raptorem tunc nõ esse puniendum pœna corporali, sed confiscatione bonorum, *ità Clar. in § Raptus vers. quæro modo E. Suar. relatus in Syntag. opin. comm. tit. de Rapt. Virg. c. 1. vers. 1.* Alij verò dicunt, quod matrimonium omnem pœnam tollit, & quod in hoc attendi debet ius canonicum, quod potuit mitigare pœnam, *ità DD. quos refert, & sequitur Boss. loco cit.* & hæc sententia benignior quidem est, & ideò in praxi seruanda, dummodò præcesserit tractatus de nuptijs, vel sponsalia, & puellæ consensus in matrimonium: tunc enim huiusmodi raptus non punitur de iure canonico, *vt in d. cap. cum causa vbi DD. de Raptor.* sequuto tamẽ matrimonio, vt supra *Ricc. in Collect. dec. 539. par. 3.* & in hoc corrigitur *d. lex. vn. C. de Rapt. Virg.* quo casu ius canonicum matrimonij libertati consuluit; quia aliquando in domo Parentum liberè contrahi non potest, *vt d. Sylu. in ver. luxuria num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Crimen Abortus est mixti fori.*
2 *Delinquens in tali casu qualiter puniatur.*
Clericus huius criminis reus an teneatur ante Iudicis sententiã dimittere officia, seu beneficia, ibidem.
3 *Quando dicatur fœtus animatus.*
4 *Anima quando censeatur infusa.*

CAP. XXXII.

De Abortu.

1 PRimum Abortus esse mixti fori, clarè cōstat ex constitutione Sixti V. *incip. Effrenatam, quam refert Quarant. in ver. Abortus.*

2 De iure autem ciuili abortum procurans punitur pœna capitis abortu sequuto, si fœtus sit animatus *l. necare ff. de lib. agn. l. Cicero ff de Pœn.* si verò fœtus nondū animatus erat, is, cuius opera ejicitur, si sit honestæ conditionis, amissa bonorum parte in Insulā relegatur: si humilioris & inferioris sit conditionis, in metallū damnatur *l. si quis aliquid ff. de Pœn.* vel punitur pœna extraordinaria, *vt d. Clar. in §. fin. q. 68. vers. abortum Megal. in ver. Abortus n. 7. & alij communiter.*

Item de iure canonico tamquam homicida punitur, si fœtus 3 fuerit animatus *cap. consuluisti 2. q. 5.* & clarius constat *ex d. constitutione Sixti V.* ex qua Clerici etiam omni priuilegio clericali, officijs, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis ipso facto priuantur, quorum dispositio sedi Apostolicæ reseruatur, & in futurum inhabiles redduntur ad ea, & alia etiam simplicia obtinenda; sunt etiam irregulares, quia in tali casu verum homicidium committunt *d. c. consuluisti Sylu. in ver. abortus Dian. par. 7. tr. 5. res. 4.* Vnde eos depositos, ac degradatos Curiæ sæculari tradi iussit idem Sixtus V. *in d. constitutione*, vt eodem supplicio puniantur, quod contra laicos verè homicidas per Diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum; & ideò non potest ordinarius cum suis subditis dispensare in huiusmodi irregularitate, quia hęc oritur ex homicidio voluntario, quæ à Conc. Tridentino *sess. 24. de ref. cap. 6.* excipitur, *vt notat etiam Dian. par. 7. tr. 5. res. 21:*

Incurrunt etiam tales Delinquentes infamiam, si delictum notorium fuerit notorietate iuris, vel facti *Lezan. in Sum. to. 3. in ver. Abortus num: 15.*

Eisdem pœnis subyciuntur, qui sunt in causa, vt partus tam immaturè prodeat, vt diù viuere non possit: isti enim abortum causare dicuntur, ac censentur veri homicidæ *Plau. Cherubin. in Compend. Bullar. in constit. 87. Sixti V. schol. 2. & alij, quos refert Lezan. loco cit. num: 21.*

Obserua tamen, quod huiusmodi delinquentes non tenentur in 3 foro conscientiæ dimittere officia seu beneficia ante Iudicis sentētiam declaratoriam, *vt dicunt DD. apud Dian. par. 7. tr. 5. res. 17. & 18.*

Obserua 2. quod nomine officiorum, quibus per dictam constitutionem Sixti priuantur tales 4 delinquentes, intelliguntur munera habentia administrationem rerum, vel personarum ecclesiasticarum cum superioritate, qualia sunt officia habentia iurisdictionem ordinariam, vt Generalis,

ralis, Prouincialis, Superioris localis, & Vicarij: vel delegatam ratione certi officij, seu personatus, vel ità, vt sint in ea maiores Ordinarijs, vt visitatores Prouinciarum *Sorb: in ver. ingredi monasteria num.8. Bonacin. in tract. de largit. mun. pun.5. num.2. Dian. loco cit. res.27.*

Item procurantes abortum, siue ad illum opem, consilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuscunque generis medicamenta scienter præstantes, seu dantes, excommunicationem ipso facto incurrunt *ex constitutione Sixti V. supra cit.* ab hac tamen censura excusat ignorantia iuris, vel facti, etiamsi ignorantia non sit probabilis, sed vincibilis, crassa supina, vel etiam affectata, quia 3 summus Pontifex adiecit particulam, *scienter*, quæ quamlibet ignorantiam excludit, modò cum ingenti temeritate coniuncta nõ sit, *vt dicit Bonacin. de Censur. in part. disp.2: q.2. pun.* 10. *num.*10.

Sed hæc procedunt, dummodò sequatur abortus fœtus animati, quia quoad pœnas procurantiũ abortum fœtus inanimis, & exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis aut quocunque modo auxilium, vel consilium eis dantium constitutionẽ Sixti in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis reduxit Greg. XIV. *sua constit. incip. Sedes Apostolica, quã refert. Quarant: in ver. Abortus Bonacin. loco cit. d. pun.* 10. nec prędicta excommunicatio est reseruata, sed ab ea potest absoluere quinis Presbyter tam sæcularis, quam Regularis ad confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per locè ordinarium deputatus *ex d. constit. Greg. XIV.*

Oseruat autẽ Bonacin. *de Censur. in part. d. disp.2. q.2. pun.* 10. *nu.* 16. quod censetur ad hunc casum specialiter deputatus non solum qui facultatem habet in indistinctè absoluendi ab excommunicatione propter abortum contracta, sed etiam qui habet facultatem absoluendi ab omnibus censuris, & excommunicationibus Episcopo reseruatis: quæ quidem sententia probabilis videtur, *quãuis Lezan. in Sum. to.3. ver. Abortus num.7. & alij apud Dian. par. 7. tr.5. res.15. contrarium sentiant.*

Dicitur verò fœtus animatus in masculo post 40. dies, in femina post octuaginta à conceptione *Nau. in man. cap.15. num.* 14. *Quarant: in ver. Abortus Bonacin. de Censur. in part. disp.2: q.2. pun.* 10. *num.*7: *Dian. p.7. tr.5. res.6. Lezã. in Sum. tom.3. ver. Abortus nu.* 10. & si dubitetur an masculus sit, vel fœmina, fœtus præsumitur animatus in foro animæ, in quo via tutior est eligenda *Quarant. & Lezan. locis citatis.* Vnde delinquens in tali casu debet se reputare tamquam irregularem, ac proinde abstinere debet ab ordinum susceptione, & administratione; hęc enim intrinsecè includuntur in irregularitate, *Dian. par.7 tr.5. res:* 24. *Barbos. de offic. & pot. Episc: par.3. all.51. num.*138. secus verò quoad alias pœnas, quæ à Iudice solent imponi pro con-

tracta irregularitate, qualis est priuatio beneficiorum, & alię similes, quia pœna ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda delicto dubio, sed extraordinaria arbitrio Iudicis pro dubij qualitate *Dian. vbi supra resol. 25. vbi citat Sanch. in Sum: to. 1. lib. 1. cap. 10. num: 43. & 48. fagund. in Decalog. tom. 1. lib: 2: cap. 10: num: 15: farinac. quæst. 122: nu. 138. & alios.*

Sed in foro externo, & contentioso fœtus in dubio præsumitur potius inanimatus, quam animatus *l. interpretatione ff. de Pœn. Sylu. in ver: Abortus Lezin. loco cit. num: 18. Add: ad Quarant: loco cit: versi: adde, & alij apud Barbos: d: ill. 51. num. 139. Megal: in eodem ver: Abortus num: 3. & est communis opinio:*

Notandum est etiam, quod anima censetur infusa siue in Mare, siue in fœmina, si fœtus lineamenta omnium membrorum habebit *cap: Moyses 32: q: 2: Add: ad Quarant: in ver: Abortus littera A: vbi citat Burg: in tract: de Irregul: par: 6: tit: de Veneficio: sub: n. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Adulterium quando sit mixti fori.*
2 *Adulterium quomodò probetur*
3 *Adulteri qualiter puniantur de iure ciuili.*
4 *Item qualiter plectantur de iure canonico.*
In quibus casibus mulier adultera dotem non amittat, ibidem
5 *Ex confessione adulterij incidenter facta non potest sequi condemnatio: limitatur num: 6.*
7 *Filius, qui nascitur ex vxore adultera, præsumitur filius mariti.*
8 *An facta separatione quoad thorum vir teneatur vxorem alere.*
9 *Clericus adulter qualiter puniatur.*
10 *Laici, vel clerici rem habentes cum muliere nupta qua pœna plectendi sint.*
11 *Quid si vim inferant meretrici libidinis causa.*
12 *An laici contrahentes binas nuptias viuente alio coniuge possint ab vtroque Iudice puniri.*
13 *Qua pœna plectantur Religiosi, seu clerici in sacris constituti matrimonium contrahentes.*

CAP. XXXIII.

De Adulterio.

1 ADulteri crimen est mixti fori, *vt constat ex cap. pernitiosam de offic: ordin: l. quæuis & auth. sed hodie C. ad l: Iul. de Adult. l. qui sententiam C: de Pœn. & est communis sententia, vt d. Alciat. in d. cap. pernitiosam num: 18. Dian: par. 4. tr. 1. resol. 16: Ricc: in collect. decis: 2076. par. 5: E. Suar. relatus in Syntag. opin: commun. tit. de Adulter. cap: 2.* quod intellige, quando agitur de hoc crimine ad legitimam pœnam infligendam; secus si agitur ad separationem thori propter adulterium faciendam: tunc enim solus Iudex ecclesiasticus est competens *cap: tuæ de procur:*

cur. Graff. par. 1. lib. 2: cap. 84: n. 12: Megal. in ver. Adulterium nu. 20. & hanc esse communem dicit Clar. 3 *§. fin. q: 37: vers. quæro numquid:* & tunc etiam quæstio alimentorũ ac dotis amittendæ tamquam accessoria pertinet ad eumdem Iudicem ecclesiasticum *cap. de prudentia de Donat. int. vir. & vxor. & dicunt Doctores apud Dian. p. 1. tr. 2: resol. 87: Bonac. de contract: disp: 3. q: 11. pun. 13. num: 2. Laym. in Theol: mor. lib. 4. tr: 9: cap. 2.*

E contra verò si criminaliter agitur de adulterio ad pœnam sanguinis, tunc Iudex secularis est competens, non autem ecclesiasticus *Viui. relatus in syntag. opin. commun. tit. de adulter: cap. 2. vers: concludit Bonacin. de cõtract. disp. 3. q. 11. pun. 13. num. 2. Dian. p. 1: tr. 2. resol. 87: & ità intelligendus est Ricc. in Prax. for eccles: par: 4. resolutione 275.*

2 Ad probandum verò adulterium requiruntur probationes concludentes ità, vt non sufficiãt testes singulares, neque de auditu nisi fortè deponant de auditu alicuius actus proximi ad copulam: dummodò tamen haberent notam vocem, & quod in 4 eo loco, vbi verba fuerunt prolata, aliæ personæ non adessent, neque adesse potuissent, quin ipsi sciuissent *Rot. in recent. dec. 441. nu. 5: par. 1. Buratt. decis. 634: n. 4. Seraph: decis. 893. num. 17. & 18. quos refert Ricc. in collect. decis. 3879. p. 8.* vbi addit, quod si Maritus non probaret querelã adulterij contra vxorem, potest mulier eo casu agere ad separationẽ thori, ac dotem, & donationem propter nuptias lucrari.

Viri autem adulteri secundũ ciuiles leges morte puniuntur *l. l. quamuis, & l. qui sententiam supra cit:* nisi fuerint nobiles, quia tunc deportantur *secundùm Alciat. in cap. cum non ab homine n. 26. de Iudic:* fœmina verò virgis cęditur, deinde detruditur in monasterium: & si intra biennium maritus illam ad se non reuocet, cogitur habitum Monachalem suscipere *c. gaudemus de Conuers. coniug. d. aut. sed hodiè C. adl. Iul. de adult.*

Verum hæc pœna detrusionis in monasterium non est in vsu: & ideò mulieres de adulterio conuictas pœna fustigationis, & exilio arbitrario esse puniendas dicit Clar: *in §. adulterium vers. sed quero Ricc. in collect. decis. 235. p. 1.* vbi etiam dicit, quod in Regno Aragonũ rea huius criminis morte damnatur.

Sed hodiè ferè in omnibus prouincijs Adulteri pecuniaria pœna plectuntur, *vt d. Clar. loco cit.* vbi etiam subdit, quod in Gallia de consuetudine non puniuntur.

De iure autem canonico propter hoc crimen Episcopi auctoritate coniuges separantur quoad thorum *cap. ex litteris de Diuor. c. tuæ de Procur.* immò si crimen adulterij esset notorium, posset maritus absque alia sententia, & declaratione Episcopi vxorem adulteram propria auctoritate expellere *glos. in cap. fin. de Adult. Sylu: in ver. diuortium num. 11. & alij communiter:* quia tunc prius-

ta est iure, quod habebat in viro *cap. significasti de Diuor.*

Agi etiam potest ad dotis, & donationis propter nuptias priuationem *cap. plerumque, vbi glos. in ver. dotalitium de Donat. inter vir. & vxor.* Vnde si matrimoniũ separetur propter adulterium commissum à viro: tenetur ipse vxori dotem restituere: si verò talis separatio contingat propter adulterium ab vxore cõmissum, ipsa amittit dotem ità, vt non possit amplius illã repetere: quod procedit tam de iure canonico, quam ciuili *d. cap: plerumque & l. cum mulier 1. ff. sol. matrim. & est communis opinio*; non enim debent ad imparia iudicari vir, & vxor *cap. si quis vxorẽ 32. q. 1. Sylu in ver. dos num. 16. Bonifac. de Vitalin. in tract. de malef. tit. de Adulter. num. 2.*

5 Limita 1. quando mulier habet patrem, vel filios primi matrimonij, quia tunc propter adulterium non amittit dotem *Viui. dec. 357. num. 2. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 77.*

Limita 2. si maritus retineat cõcubinam, quia neque tunc mulier adulterium committens dotem amitteret *Ricc. in collect. dec. 2310. par: 6:*

Limita 3. si maritus occidat mulierem in adulterio repertam, hoc enim casu non lucratur dotẽ *glos. in cap. inter hæc 33. q. 2. Ricc. in d. collect. decis. 2310. vbi citat Vinc. de Franch. decis. 778. & ità etiam tenent alij DD. relati in Syntag: opin: comm: tit: de Adulter: cap. 6:* quamuis enim secundùm leges maritus occidens per se, vel per filios adulterum vxoris suæ in actu adulterij deprehensum non puniatur, si adulter sit vilis persona, & inueniatur in domo ipsius mariti *iuxta l. marito ff. ad l: Iul: de Adult: l: Gracchus: C: eod: tit:* nulla tamen lege illi permittitur, vt vxorem adulteram occidat *l: nec in ea ff. ad l. Iul. de Adult. & notat etiam Megal. in ver. Adulterij num. 28.* Pater verò siue in domo sua, siue in domo Generi filiam suam, & Adulterum occidendi ius habet *secundùm easdem leges vt in d. l. nec in ea, & notat glos. in d. l. Gracchus.* Vnde maritus vxorem in adulterio deprehensam occidens, in opus perpetuum traditur, si humilis loci sit, si verò honestior, relegatur in insulam: remittitur enim illi in tali casu vltimum supplicium, quia difficillimum est huiusmodi dolorem temperare *l. si adulterium § Imperatores ff. ad l. Iul. de adulter.* item in exilium mittitur, si non vilem occiderit, *vt in d. l. Gracchus.*

Notandum tamen est, quod licèt secundum leges Pater & maritus in tali casu excusentur à pœnis temporalibus, non tamen excusantur à culpa mortali, cum id semper prohibeat lex Diuina, & etiam canonica *cap. inter hæc & ibi glos. 33. q. 2:*

Limita 4: in bonis paraphernalibus, quæ mulier propter adulterium non amittit *Bonacin: de matrim. q. 4. pun. 15. n. 6.* iura enim loquuntur tantum de amissione do-

dotis, & donationis propter nuptias, *vt constat ex l. consensu §. hæc nisi vir & mulier C. de Repud. & d. cap. plerumque*. contrarium tamen tenet *glos. in d. cap. plerumq. ver. dotalitium in fin. de Donat. int. vir. & vxor. Boss. in tit. de Coit. dānat. & pun. num. 54 & alij relati in Syntag. opin. comm. tit. de Adulter. cap. 7.*

Limita 5. si interceſſerint tantum amplexus, vel oſcula impudica: tunc enim mulier neque dotem, neque munera propter nuptias amitteret, *& hanc eſſe communem dicit Bonacina loco citato, quamuis contrarium teneant alij DD. apud Clar. in §. adulteriū verſ. ſcias etiam*, vbi etiam ſubdit, quod in tali caſu mulier non punitur pœna ordinaria adulterij, 5 ſed extraordinaria.

Limita 6. ſi vir etiam adulteriū commiſerit, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur *cap. ſignificaſti de Diuort. cap. intelleximus & cap. tua de adult. l. viro, atque vxore ff. ſol. matr. l. ſi vxor §. Iudex. ff. ad l. Iul. de adult.*

Limita 7. ſi vxor conſenſu viri deliquit *l. cū mulier 1. ff. ſol. matr.* aut ſi poſt adulterium reconciliatio, ſeu approbatio intercedat *c. gaudemus de Conuerſ. coniug. d. l. ſi vxor §. ſed & ſi qua ff. ad l. Iul. de adult. d. l. cum mulier Sylu. in ver. dos num. 16. & ver. diuortium nu. 11.* cenſetur autem maritus adulterio vxoris renunciaſſe, ſeu ap- 6 probaſſe illius mores, quādo ſciēs eam eſſe adulteram cum ea ſe carnaliter commiſcet *glos. communiter recepta in c. fin. de Adulter. Syl. in ver. diuortium num. 11.*

Vltra ſupradictas pœnas, & infamiam, *de qua in c. infames 6. q. 1.* poteſt Iudex eccleſiaſticus coniuges, vel eorum alterum probato adulterio alia pœna arbitraria punire, nè delicta impunita remaneant præſertim cum certa pœna non præſcribatur *in d. cap. perniciosam de offic. ordin.*

Addunt alij, quod pro adulterio tam vir, quam vxor excommunicantur *per cap. intelleximus de Adulter.* ſed ibi excommunicatio lata fuit contra coniuges nō in pœnam criminis, ſed in pœnā contumacię, quia non redierunt ſimul, prout Epiſcopus præceperat, *vt notat Alciat. in d. cap. perniciosam num. 21.*

Obſerua tamen, quod ex confeſſione adulterij incidenter facta non poteſt ſequi condemnatio, nec alter coniux poteſt ex tali cōfeſſione agere ad ſeparationem thori: puta ſi exorta controuerſia ſuper impotentia Maritus excipiendo dicat, ſe cognouiſſe alias fœminas, vel ſi mulier inquiſita de furto confiteatur adulterium: quia talis confeſsio fuit ſine inſtantia, & ideò non poteſt puniri, ſed noua debet fieri inquiſitio, *vt poſt Bald. in l. mercalem C. de Cond. ob turp. cauſ. dicit Afflict. dec. 176. Ricc. in Collect. dec. 1482. p. 5. & dec. 2310. & dec. 2365. par. 6. & in Prax. for. eccleſ. par. 1. reſ. 221.*

6 Limita, ſi crimen eſſet connexū, vel ſi Reus aliquis famoſus de multis delictis inquireretur; quia tunc ex tali confeſſione Reus poteſt condemnari *ſecūdùm Fel. in*

in cap.

in cap.1.de except.quem refert Vrsil.ad Afflict.d.decis.176.numer. 1.

7 Obserua 2. quod licèt constet, vxorem commisisse adulterium, tamen filius qui nascitur, præsumitur filius mariti *l. miles §. defuncto ff.ad l. Iul.de Adult.* etiamsi extra domum mariti cohabitasset *vt dicit Boss.loco supra cit.num.* 51

8 Obserua 3.quod facta huiusmodi separatione quoad thorum adhuc tenetur vir vxorem alere, quia non propterea desinit esse vxor *cap.2.de Diuor.& ità tenent communiter Doctores, vt d.Clar.in d.§.Adulterium vers.facta autem.*

9 Clericus verò pro crimine adulterij deponitur,& vlterius in monasterium toto tempore vitæ suæ detruditur *cap.si quis clericus* 81. *dist.Megal.var.to 2.ref.176.n.1.& cõmunè dicit Clar.in d. §. adulterium vers.sed quæro.* est etiam infamis, *vt in dict. capitul. infames Megal.vbi supra nu.2.* sed hodiè detrusio in monasterium neque quoad clericos est in vsu, cũ monasteria tales recipere passim recusent,nec ab Episcopo, vt eos recipiant, cogi possint, quia ferè vbique sunt exẽpta, *vt post Diaz dicit Piasec. in Praxi episc. par, 2. cap.4.num.93.* immò neque pro tali crimine clericum esse deponendum,sed mitiori pœna plectẽdum tenet Leo *in Thes.for.eccles: par:3.cap.4:num. 31: vbi hanc dicit esse æquiorem, & probabiliorẽ sententiam per tex:in cap.at si clerici § de adulteryis ex.de Iudic:* vbi adulterium inter minora crimina numeratur.

10 Quæres, an laici, vel clerici rẽ habentes cum muliere nupta publica meretrice puniri debeant pœna adulterij? Resp.quod licèt quoad Deum, & in foro conscientiæ verè adulterium committant, cum in tali casu violent alienum thorum; tamen in foro iudiciali de consuetudine non pœna adulterij, sed tamquam fornicarij arbitrio Iudicis puniuntur *Alex.cõs. 99.num.9.lib.6.Anan.in cap.1. nu. 6 & 7.de Adult.Capic.dec.44. n.4. & alij apud.Megal.to.2. var. resol. 176.num.2.& seq.* Idemque dicẽdum de muliere adultera, quę in tali casu non punitur pœna adulterij *iuxta tex.in l si ea C.ad l.Iul. de Adult.* ità etiam vxorẽ habens non punitur de adulterio, sed de stupro,si rem habeat cum soluta, *vt dicit Ricc. in Collectan. dec. 2310.par.6.*

Limita, quando talis meretrix cessauit à meretricia vita & honestè cum viro suo viuat, quia tunc tamquam adulteri puniuntur *Clar.in § adulterium vers. quæro numquid.*

11 Quæres 2. qua pœna plectendi sint Clerici, vel laici inferentes vim meretrici libidinis causa,eãque inuitam cognoscentes? Resp.quod extraordinaria pœna puniri debent *Couar.lib.3.var.resol. cap.14.num.2.Megal.d.ref.176.nu. 7.& 8.*

12 Quæres 3. an laici contrahentes binas nuptias viuente alio coniuge possint ab vtroque Iudice, ecclesiastico videlicet, & sæculari puniri? alij negatiuè respondent existimantes, huiusmodi causas spectare ad solos Inquisitores

sitores, *ita Souf. & scacc. apud Dian. par. 4. tr. 7. res. 4* sed verior videtur opinio aliorum asserentium, huiusmodi delictum esse mixti fori, nisi fortè tales contrahentes id fecerint eo quod malè sentiant de Sacramento matrimonij; tũc enim ab Inquisitoribus puniuntur *ità Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. num. 37. vbi citat farinac. & alios.* Quare si huiusmodi delinquentes præuenti fuerint à Curia seculari, remittendi sunt ad Iudicem ecclesiasticum, qui illos torquet super intentione, & abiurare facit: deinde tenetur illos remittere ad Curiam secularem, quę ipsos punit pro tali crimine; si verò præuenti sint à Curia ecclesiastica, tunc in totum ab eadem Curia puniũtur, nec potest amplius Curia secularis se intromittere, *vt rescripsit Sac. Congreg. S. offic. teste Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. num. 13:* Addit Dian *par. 4. tr. 7: res 4. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all 40: num: 44:* quod hodiè Inquisitores contra reos huius criminis absolutè, & indistinctè procedunt.

Tales autem delinquentes arbitrio Iudicis puniuntur, videlicet vel pœna pecuniaria, vel exilij, vel ictibus funis, vel pœna fustigationis, vel triremium ad tẽpus iuxta facti, & personarum qualitatem, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Ferr. qq: mor. par. 1. q: 59: num. 1. & 2. Dian. p. 4. tr. 7: res: 4. & ità de consuetudine seruari testatur Riccius in Prax: for: eccles. par. 3. res: 38; Clar. in § forni-catio vers: dicitur etiam*, vbi refert, quemdam, qui quatuor mulieres eodem tempore viuentes in vxores duxerat, fuisse fustigatum: & alium, qui eodem tempore quinque vxores duxerat, propter delictum toties reiteratum, vltimo supplicio damnatum fuisse. Eadem pœna exilij, vel alia arbitraria punitur qui viuente vxore deuenit ad actum proximũ contrahendi cum alia, v. gr. faciendo contractum dotis, vel denuntiationes in ecclesia, *vt dicit Dian. par. 4. tr. 7. res 4.*

13 Quæres 4. qua pœna plectendi sint Religiosi, siue clerici in sacris constituti matrimonium contrahentes? Resp. quod similiter arbitraria pœna puniuntur, quemadmodum contrahentes binas nuptias, *vt dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 7 res. 5.* vbi etiam dicit, quod tales sunt suspecti de hæresi & ideò contra eos procedere possunt Inquisitores *latè Barbos: de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. num. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Lenocinium est mixti fori.*
2 *Lenones qualiter puniantur.*

CAP. XXXIV.

De Lenocinio.

1 LEnocinium etiam est mixti fori, *vt constat ex cap. discretionem de eo qui cogn. consang. l. si lenones C. de Episcop. aud. & Auth.*

Auth.de Lenon.§ præconizamus, & dicunt DD. quos refert, & sequitur Ferr.qq.mor.par 1.*q.* 12.*n.* 1.*&* 8.

2 Lenones autem, vel lenę iure ciuili pęna mortis puniuntur,præsertim quando maritus est leno suæ vxoris, *vt ex d.Auth. Ricc.in collect.decis,*1514.*&* 1795.*p.* 5. sed de consuetudine arbitraria pęna multantur, vel fustigantur, *vt d. Clar.in § fin.quæs.* 58.*vers.lenones Ricc.d.decis.*1795.*par.*5.*E. Suarez relat.in Syntag.comm.opin.tit.de Adulter. cap.*2. eadem pœna puniuntur hi, qui dissimulant videre, & scire, quæ domi fiunt ab vxore, vt adulter eo chariores habeat vxoris amplexus *Loccatell. de quæst. Iud.insp.*5.*num.*17.

De iure autē canonico grauis pœnitentia est iniungenda *ex d. cap. discretionem.* sed hodiè pœna fustigationis est etiam approbata à sacris canonibus, *vt constat ex c. In Archiepiscopatu de Raptor:cap. præterea vbi glos.in ver.crudeliter de Cler.percuss:*illamque passim infligunt ecclesiastici Iudices, *vt d: Ferr.loco cit.num* 8.*quicquid dicat Vulp:in Prax.Iudic.cap.* 46:*n.* 7. hæc tamen fustigationis pœna moderatè est infligenda, non autem crudeliter; alias Episcopus iubens aliquem indebito modo fustigari, per duos menses à Missarum celebratione suspenditur *d.cap:præterea,& d.Clar.in Pract: crim.§ fin.q.*70.*vers. est etiam.*

Item propter hoc crimen matrimonium quoad thorum separatur *Nauar.in man.cap.*22. *n.*22. *Genuēs.in Prax.Archie.c.* 21.*n.*23.

SVMMARIVM.

1 *Incestus est mixti fori.*
2 *Incestuosi qualiter puniantur:*
3 *Quando incestuosi à pœnis excusentur.*

CAP. XXXV.

De Incestu.

1 INcestus etiã est mixti fori, vtroque enim iure punitur *cap. de incestis* 35.*q.* 3: *cap: consanguineorum* 3. *q.*4.*clem.vn. de. consang. & affin. aut.incestas nuptias C.de Incest.& inutil.nupt.& in Auth. de Incest. & nefar.nupt.*

2 De Iure ciuili huiusmodi delinquentes deportantur *l. si quis viduam ff.de quæstion.* alij tamen dicunt,quod hoc delictum punitur eadem pœna, qua adulterium *glos. in l.si adulterium cum incestu ff.de Adult.Bonifac.de Vitalin. in tract.de malefic. tit.de adulter. incest.&c. nu.*13.*Boss.tit.de Coit.dam. & punib.num.*4. sed de consuetudine arbitraria pœna, videlicet vel triremium, fustigationis, relegationis, vel pecuniaria, puniuntur iuxta facti, & personarū qualitatem *Ricc. in Collect. decis.* 151.*par.*1.*& dec.*1869.*par.*5.

Qui verò incestas nuptias sciēter contrahunt, dignitatem si quam habent, amittunt, in exilium mittuntur, & eis bona confiscantur: & si viles sint, etiam verberantur *d. auth.*

in-

incestas nuptias C. de Incest. & inutil: nupt. cuius dispositio, quatenus imponit pœnam confiscationis bonorum, non est hodiè sublata *ex tex. in auth. bona damnatorum C. de bon. proscript. vt dicit Clar. in §. incestus vers. & scias, & alij communiter.*

De iure autem canonico incestuum committentes, & omnes eis consentiētes approbando, defendendo, patrocinium præstando infames efficiuntur *d. cap. consanguineorum, vbi glos. 3. q. 4 cap. infames 6. q. 1.* & possunt etiam excommunicari *cap. incestuosi 35. q. 8.* ac priuātur facultate matrimonium contrahendi *cap. in lectum, & cap. seq. 34. q. 1.* quamuis, si contrahunt de facto, matrimonium teneat *Sylu. in ver. Luxuria nu. 4. Nauar. cons. 1. num. 52. de Constit. & alij communiter.*

Si verò in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis cōstitutione canonica interdictis, hoc est vsq. ad 4. gradum scienter contraxerint, ipso facto sunt excommunicati *ex clemen. vn. vbi glos. de Consang. & affin. cap. non debet ex. eod. tit.* & filij de huiusmodi incestu procreati nec legitimi sunt, nec parentibus succedunt *cap. 1. 35. q. 7.* secus si coniuges, aut alter eorum impedimētum ignorauerint: quia tunc filij sunt legitimi, & parentibus succedunt *cap. inter, & cap. ex tenore Qui fil. sint legit: glos. in l. qui contra ver. errore acerrimo C. de Incest. & inut. nupt.*

Notādum autē est, quod *d. clem.* dum loquitur de gradibus affinitatis, intelligenda est tam de ea affinitate, quæ prouenit ex copula licita, quam illicita: vtraque enim matrimonium dirimit *cap. discretionem, & cap. tuæ de eo, qui cogn. consang. & est cōmunis opin. vt dicit Sylu. in ver. matrimonium 8. nu. 15.* affinitas enim proueniēs ex copula illicita est affinitas proprie dicta *Nau. cons. 4. num. 4. de Consang. & affin.* requiritur tamē ad hūc effectum copula perfecta, hoc est illa, per quam semen viri in vas fœminæ naturale ad generandum mittitur *cap. extraordinaria. vbi glos. 35. q. 3.* vnde non sufficeret sola violatio virginitatis, aut quælibet alia pollutio, *vt d. glos: commun. recepta in d. c. extraordinaria: ver. impedire*, neque actus contra naturam *iuxta communem Theologorum sententiam, vt d. Nauar. in man. cap. 22. num. 43.* hodiè verò quia Concilium Trid. *sess. 24. de ref. cap. 4.* limitauit impedimentum affinitatis ex illicita copula ortum ad primum, & secundum gradum tātum, ideò pœnæ *d. Clem.* non procedunt contra eos, qui in tertio vel quarto gradu d. affinitatis cōtraherent; sicut nec huiusmodi affinitas in tertio, vel quarto gradu supradicto impediret debiti exactionem *Nauar. cons. 6. num. 3. & 4. de Consang. & affin.*

Item qui scienter matrem, filiam, seu duas sorores germanas cognouerit, etiamsi cum altera earum legitimo matrimonio coniunctus fuerit, pœna vltimi supplicij plectitur: similique pœna punitur mulier, quæ sciens, matrem, aut filiam, vel sororem

ſuam cum aliquo viro rem habuiſſe, eidem viro ipſa quoque ſui corporis copiam fecerit; item mulier, quæ cum Patre, & filio, ſiue cum duobus germanis fratribus ſcienter ſe carnaliter commiſcuerit, etiamſi eorum alteri fuerit matrimonio copulata, pœna mortis damnatur: eamdemque pœnam ſubit vir, qui ſciens, patrem, aut filium, vel fratrem ſuum cum muliere aliqua rem habuiſſe, ipſe etiam eamdem mulierem carnaliter cognoſcere auſus fuerit, *vt cauetur per conſtitutionem Sixti V. contra Inceſtuoſos quam refert Ricc. in Collect: dec. 1869. par. 5.*

Clericus verò pro crimine inceſtus deponitur *Clar. in § Inceſtus verſ. ſed quæro, vbi d. hanc eſſe communem:* & ipſo iure vacant eius beneficia *Guid. Pap. dec. 239 quem refert, & ſequitur Ricc. in Collect. dec. 1864. par. 5.* & ſi conſtitutus ſit in ſacris ordinibus, & matrimonium contrahere præſumpſerit, eſt etiam ipſo facto excommunicatus *per d. Clem. vn. de Conſang. & affin.*

3 Verum ſupradictæ pœnæ non habent locum contra eos, qui inceſtas nuptias per ignorantiam iuris vel facti etiam ex craſſa, & lata culpa contrahunt *Bart: in l. ſi adulterium cum inceſtu nu. 11. ff. de Adulter. & hanc eſſe communem d: Clar. in d. § Inceſtus verſ. excuſatur Ricc in Collect: dec. 151. par. 1.* etiamſi detecta conſanguinitate ſimul adhuc cohabitent & ſe carnaliter cognoſcant *iuxta gloſ. in d: clem. vn. ver. ſcienter, quia eſſe ab omnibus approbatã d. Clar. in d. § Inceſtus verſ. ſed pone.* grauiter tamen peccant in tali caſu *cap. inquiſitioni de Sent. excom.* & ideò debẽt per Iudicem eccleſiaſticum ſeparari *cap. fin. de matrim: contr. con. Interd. Eccleſ.*

Secundò pœnæ iuris ciuilis nõ proceduntin nuptijs, quæ ſunt inceſtæ de iure Canonico, ſed tantum in nuptijs inceſtis de iure ciuili *ſecundum communiorem DD. ſẽtentiã Clar. in d. § Inceſtus verſ. quæro numquid & alij apud: Ricc in Prax. for. eccleſ. par 2. reſ. 63.*

Tertiò licèt committatur etiã inceſtus cum cognato cognatione legali per adoptionem aut cognatione ſpirituali per ſuſceptionem in baptiſmo, vel in confirmatione in ijs gradibus, in quibus dirimitur matrimonium, *vt dicũt DD. apud Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 16. num. 2.* tamen in his caſibus pœnæ *d. auth. inceſtas nuptiæ, ac prædictæ clem. vn. de Conſang. & affin.* non habent locum, *vt d. gloſ. in d. clem. vn. ver. eos Clar. in d. § Inceſtus verſ. item quæro Nauar. conſ. 3. nu. 3. de Iudic. & conſ 8. num. 6. de Cognat. ſpirit. & alij communiter.*

Quartò diſpenſatio Summi Põtificis ſuper matrimonio inter conſanguineos contracto liberat etiam à pœna temporali, *vt deciſum refert Ricc. in Prax. for. eccleſ. par. 4. reſ. 529.*

SVMMARIVM.

1 *Quid nomine ſacrilegij intelligatur.*

2 *Vu-*

2 *Vulnerantes, seu spoliantes mortuorum cadauera sacrilegium committunt.*
3 *Hoc crimen est mixti fori.*
4 *sacrilegi qualiter puniantur:*

CAP. XXXVI.

De Sacrilegio.

1 NOmine sacrilegij intelligi debet non tantum furtum sacrilegium, sed quæuis indigna tractatio, seu violatio rei sacræ, siue sit personæ per fornicationem, stuprum, verberationem: siue loci sacri per seminis, aut sanguinis effusionem, criminosi extractionem, ac denique quæuis ecclesiæ immunitatis violatio, *vt d: Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. cap. 2. num. 5.*

2 Sacrilegium etiam committũt vulnerantes, aut spoliantes defunctorum cadauera, siue id fiat in loco sacro *vt d: Menoch. de Arbitr: cas. 389. per tot. quem refert, & sequitur Ferr. qq. mor. par. 1. q. 55. num. 5.* siue extra locum sacrum, quo casu quasi sacrilegium dicitur, *vt notat glos. in l. 1. ver. crimẽ C. de sepul. viol.*

3 Hoc autem crimen est mixti fori *cap. quisquis inuentus 17. q. 4. c. cum sit generale de for. compet. l. 3. ff. ad l. Iul. peculat. Ricc. in Praxi Remissionis Delinquent. q. 43. Clar. §. fin. q. 37. vers. vlterius quæro Dian. par. 1 tr. 2 res. 82. Mastril. decis. 68. num. 4. & ità seruari dicit Guid. Pap. decis: 562. nu. 3.*

Vnde Iudex ecclesiasticus punire potest laicos percutientes clericum *cap: si quis suadente 17. q. 1.* secundò violantes monialem, seu id attentantes *l. si quis non dicam C. de Episc. & Cler. Barbos. de off. & pot. Epis. par. 3. all. 107. n. 34.* tertiò raptores, & inuasores rerum ecclesiasticarum *d: c. cum sit generale, vbi glos. de for. compet. d. cap. quisquis inuentus 17. q. 4.* quartò occupantes bona, seu iura ecclesiæ *cap. conquestus eod. tit. de for. compet.* quintò fœminas, quę cum personis ecclesiasticis deliquerint *Mastril. d. decis. 68. nu. 4. Barbos. d. par. 3. all. 107. num. 34. Bellett: disquis. Cleric. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. num. 12. & seq:*

4 Sacrilegi verò pœna arbitrariæ tam de iure ciuili, quam canonico puniuntur *d. l. 3. § mandatis ff. ad l. Iul. peculat. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 33. num. 21. & seq. & præcipuè num. 38. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. casu 289. n. 13. Sperell. decis: 4. num. 5.* Vnde furantes rẽ sacram in loco prophano, siue rem prophanam in loco sacro aliquando vltimo supplicio, aliquando ad triremes, vel ad fustigationem condemnãtur iuxta facti, & personarum qualitatẽ, *vt d: Ricc. in collect. dec. 1865. p. 5:* Clerici verò debent deponi, *Bonac: relatus in Syntag: com: opin. tit. de sacrilegij crimine cap. vn. vers: sacrilegi debent.*

Qui verò vas, vbi continetur, seu reponitur sacratissimum Christi corpus, surripuerint, vel detestanda manu sacram Eucharistiam contrectauerint, morte damnantur *Clar. in § sacrilegium*

vers. sed quaro: immò tales sacrilegos esse comburendos propter grauitatem criminis dicunt *DD. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 409.*

Obserua tamen, quod licèt Iudex secularis præuenerit, poterit nihilominus ecclesiasticus procedere ad pœnas spirituales, præsertim contra percutientes clericum *Clar. § fin. q. 36. vers. quæro quid si per laicum, & alij apud Bonacin. de legib. disp. 10 q. 2. punct. 1. § 1. num. 31:*

2 Hodiè verò pœna arbitraria iuxta facti, & personarum qualitatem puniuntur *glos. in l. qui sepulchra ver. videtur impositum C. de Sepul. viol. Ferr. loco cit. num. 8. Clar. § fin. q. 68. in fin. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. centur. 4. cas. 387. num. 1. & 15. in fin. Farinac. q. 20. num. 124. Ricc. in Collect. dec. 559. par. 2.*

3 Notandum est autem, quod sepulchri violati actio non competit, nisi quando corpora sepulturæ perpetuæ tradita sunt: secus si ad tempus *l. 3. § non perpetuæ ff. de sepul. viol. Menoch. loco cit. n. 24. & 25. Farinac. d. q. 20. num. 128.*

Secundò non procedit contra violantes sepulchra eorum, qui sepulti sunt contra prohibitionē legis *Grammat. dec. 82. nu. 5. Farinacc. loco cit. nu. 131. & seq.* quales sunt primò Vsurarij manifesti *cap. quamquam de Vsur. in 6.* secundò nominatim interdicti *clem. 1 de sepult.* Tertiò excommunicati *cap. sacris ex. eod. tit: de sepult.* quod intellige, dummodò sint denunciati, vel publici, seu notorij clericorum percussores *iuxt. extrau. Ad euitanda Nau: in Man. cap. 27. nn. 35: & 36. & alij communiter.* Quartò seipsos occidentes *c. placuit: 23. q. 5.* nisi per furorem id fecerint *glos. ibidem in ver: voluntariè, & in cap. ex parte ver. non sponte de sepult.* non tamē esset illi deneganda ecclesiastica sepultura, qui reperitur mortuus in puteo, vel laqueo suspensus, si non constet, quod se ipsum occiderit: quia potuit ab alio interfici *c. non æstimemus 23. q. 2:* nisi vehe-

SVMMARIVM.

1 *Violantes sepulchra ab vtroque Iudice, ecclesiastico videlicet & sæculari puniuntur.*

2 *Item arbitraria pœna plectendi sunt.*

3 *Sepulchri violati actio quando competat.*

CAP. XXXVII.

De violatoribus Sepulchrorum.

1 HOc delictū inter causas mixti fori numerandum est, *vt dicit Farinac. to. 1. q. 20. num. 124. quem refert, & sequitur Ferr. q. q. mor. par. 1. q. 55. n. 9.* vtraque enim lege punitur, *vt constat ex cap. infames 6. q. 1.* vbi tales notantur infamia, *& ex toto tit. ff. & C. de Sepul. viol.* vbi diuersæ pœnæ reperiuntur contra huiusmodi sepulchrorum violatores, *vt notat etiam Rip. in Tract. de Pest. tit. de Remed. præseru. n. 115.*

vehemens præsumptio esset in contrarium *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 61. num. 16.* immò Ferr. *qq. mor. par. 1. q. 54. num. 10. & seq.* putat, occidentem se ipsum posse sepeliri in loco sacro, si post vulnus per considerabile temporis interuallum vixerit, quia tunc præsumitur decessisse contritus: hoc tamen admittendum nō est, nisi fortè tunc ostenderit signa contritionis, *vt d. Sylu. in ver. sepultura n. 9. vers. tertio.* quintò notorij peccatores decedentes in ipso notorio mortali, nisi similiter signa contritionis ostenderint *Sylu. loco cit. d. nu. 9.* vbi alios etiā casus enumerat.

Tertiò non habet locum in violantibus sepulchra hostium *l. sepulchra hostium ff. de sepul. viol. Menoch. d. cas. 387. num. 26. Farinacc. d. q. 20 num. 129. & seq.* vbi idem dicit de violantibus sepulchra Bānitorum nostri temporis, qui reputantur hostes Ciuitatis.

SVMMARIVM

1 *Qui pijs locis infantes exponunt tam ab ecclesiastico, quam sæculari Iudice puniuntur.*
2 *Qua pœna huiusmodi delinquentes plectantur.*
3 *A quo infantes expositi sint alēdi.*
4 *An expositi huiusmodi censeantur legitimi.*

CAP. XXXVIII.

De ijs, qui pijs locis infantes exponunt.

1 HIc etiam excessus inter delicta mixti fori numerari potest *per cap. fin. 87. dist. cap. vn. de Infant. Expos. l. necare ff. de liber. agnosc.* ex quibus iuribus moti 2 nonnulli tenuere, tales tamquam homicidas damnandos esse: alij verò putant, esse fustigandos, *atque ità decisum refert Ricc. in Collect. dec. 1514. par. 5.* sed alij verius sentiunt, eos arbitrio Iudicis esse puniendos, siue exponant filios legitimos, siue illegitimos, siue spurios, *ità Menoch. de Arbitr. cas. 396. num. 5. Vulpel. cons. crim. 94. num. 11. idem Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. res. 28. quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 144.*

Item Parentes propter crudelitatem huiusmodi, qua vtuntur in filios, ius filiationis amittunt *cap. vn. de Infant. Expos.* & ad soluendum impensas, quas Hospitalia, seu alia loca pia fecerunt in eis nutriendis, obligantur, nisi paupertas eos excuset; quia hospitalia huiusmodi ad pauperes tantum subleuandos instituta sunt *Nau. in man. cap. 16. num. 48.*

3 Obserua tamen, quod vbi non extant ad hunc effectum publica hospitalia, Infantes expositi sunt ab Ecclesia, & eius Rectore alendi; sed si Rector Ecclesiæ non esset ità diues, vt ex reditibus Ecclesiæ

clesiæ possit eis præstare alimenta, tunc sunt alendi sumptibus communitatis, seu Vniuersitatis *Thesaur. decis. 118. quem refert Vulp in Prax iudic. cap. 47. num. 33 Barbos. in cap. vn. num. 4. & 5. de Infant. expos.*

4 Obserua 2. quod licèt Expositi huiusmodi non sint capaces officiorum, quæ ex aliquo statuto nobilitatis qualitatem requirunt, censentur tamen legitimi ac successionum, ordinum, & Dignitatum capaces: quia quod aliquis exponatur, non est sufficiens signum, quod extra matrimoniũ sit susceptus: cum ob paupertatem Parentes proiem suam interdum exponant, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. par. 3. all. 51. num. 150. & seq. Dian. par. 4. tr. 2. res. 58.*

SVMMARIVM:

1 *Adulterantes, seu corrumpentes stateras, mensuras, aut monetas puniuntur tam à Iudice ecclesiastico, quam seculari, limitatur num. 2:*

3 *Refertur decretum Sac. Congr. in causa Veliterna.*

4 *Iudex ecclesiasticus potest punire laicos, qui merces mixtas cũ alia specie ignorante emptore vendiderint:*

5 *Qua pœna puniantur huiusmodi delinquentes:*

6 *Quibus casibus tales delinquentes à pœnis excusentur.*

CAP. XXXIX.

De Adulterantibus, seu corrumpentibus stateras, mensuras, aut monetas.

HOC etiam delictum est 1 mixti fori, quia ab vtroque iure punitur *ex c: 2. de empt. & ex constitutione Vrbani VIII. incip. In suprema pastorali specula, quam refert Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. nu. 29. Lezan. in sum. qq. reg. to. 4. ver. monetarij. & ex l. pen. ff. ad l. Cor. de falsis.* nisi 2 stateræ, vel mensuræ huiusmodi sint ecclesię, vel clericorum, tunc enim causę huiusmodi ratione rerum ad ecclesiasticum forum tantummodò spectant *iuxta cap. si clericus de for. compet. & c. super quibusdam de Verbor. sign. & ibi DD. Bellett. in Disquis. Cler. tit. de fauor. cleric. real. § 5. num: 2. & seq.* vbi dicit, quod quantum ad priuilegium fori bona clericorum gaudent priuilegio, quo gaudent bona ecclesiarum. Vnde Sac. Congreg. Eminentiss. Cardinalium controuersijs iurisdictionalibus præpositorum *sub. die 12. Ianuarij 1649.* censuit, mensuras ablatas à molendinis ecclesiasticorum de ordine Gubernatoris Ciuitatis Velitern̄ esse restituẽdas Curię Episcopali eiusdem Ciuitatis, & eamdem curiam esse adeũdam super cognitione fraudũ in dictis Molendinis commissarum. 3

4 Addit Bellac. *relatus in Syntag. opin. comm. tit. de falsi cap. 1. vers. ad de tamen, & alij apud Bellett. loco cit.*

cit. num. 64. quod Iudex ecclesiasticus potest punire laicos, qui merces mixtas alia cum specie ignorante emptore vendiderint.

§ Qui verò pondera, aut mensuras falsificant, de iure ciuili condemnantur in duplum, & in insulam relegantur *d. l. pen. ff. ad l. Corn. de falsis* radens verò, vel minuens monetam vltimo supplicio damnatur *l. quicunque ff. eod.* eademque pœna plectitur falsam monetam scienter expẽdens, qua punitur illam scienter adulterãs & radens *l. lege cornelia 9. §. eadem pœna ff de falsis & dicunt DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. numer. 64. & seq.* quod intellige, quando expendit nummos plumbeos, vel stanneos, de quibus fit mentio *in d. textu*, alias non incideret *in l. Corneliam de falsis*, sed punitur extraordinariè, *vt d. Bart. in d. l. lege Cornelia. n. 3. per tex. in l. saccularij ff. de extraord. crim. Clar. in § falsum vers. expendens*: eademque pœna extraordinaria puniũtur qui sciũt, aliquem monetã falsam cudere, & non reuelant, *vt d. Ricc. in collect. dec. 172. par. 1.*

Probatur autem ignorantia iuramento dicentis, se ignorasse quod falsa fuerit moneta, dummodò cõcurrat præsumptio ignorantiæ pro allegante: secus si adessent præsumptiones vel coniecturę inferentes adscientiam *Seraphin. de Priuil. iuram. privil. 4. num. 136. & alij apud Barbos. loco cit. num. 66.*

Item falsificans monetam Imperatoris punitur pœna ignis, & eius bona omnia fisco addicuntur *l. 2. C. de falsis monet.* falsificans verò monetam Ciuitatis, vel alterius Principis Cæsare inferioris punitur pœna capitali *l. 1. C. eod. tit.* hæc tamen pœna capitalis nõ intelligitur de pœna mortis, sed deportationis *secundùm communem Doctorum sententiam, vt d. Clar. loco cit. vers. item debet, & decisum refert Ricc. in collect. decis. 172. par. 1.*

De iure autem canonico clerici tam sęculares, quam regulares qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare colorare, vel alias adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserint, prævia degradatione Curiæ sęculari puniendi traduntur: pecunias verò sic vt prędictur adulteratas scienter detinentes, seu de loco ad locum transferentes, aut materiam, instrumenta, siue opem ad præmissa prędictantes ad triremes transmittendi sunt, ita seruari iussit Vrbanus VIII. in locis in Italia dũtaxat existentibus, *prout in d. constit. incip. In suprema pastorali specula*.

Obserua tamen, quod per hanc cõstitutionem nulla Iudici sęculari concessa fuit facultas cognoscendi huiusmodi causas contra ecclesiasticos, nisi postquam Iudex ecclesiasticus cõstito de crimine, ac præcedente degradatione eidem sęculari Iudici reos puniendos tradiderit, *vt notat Ric: in Collect. dec. is. 312. par. 8. vbi refert, ita fuisse decisum in Curia*

Ar-

Archiep.Neapol. talem enim causarum cognitionem quoad personas ecclesiasticas tam sæculares, quam regulares in prouincijs sedi apostolicę subiectis ad S. R. E. Cardinales in eisdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore existentes, in alijs verò Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, & locis tam sub dictæ sedis, quam cuiusuis alterius Principis ditione in Italia tantum comprehensis priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisque superioribus penitus exclusis, ad ordinarios locorum spectare declarauit idem Summus Pontifex *in constitutione supra citata*: ex qua infert Lezan. *in Summ: qq. reg: to:3. ver falsarius nu.6.* quod extra Italiam possunt Superiores Regulares vti iure suo puniendo subditos in præmissis delinquentes.

Addit idem Lezan. *to.4. in ver. Monetarij nu. 6.* quod cum prædicta constitutio solũ sit pro Italia, ideò iuxta opinionem eorum, qui dicunt, nomine Italię non venire Insulas Sicilię, Sardiniæ, & Corsicæ, poterunt Prælati Regulares in prædictis Insulis, sicut in alijs orbis terræ partibus religiosos subditos hoc crimen patrantes punire.

Hoc autem delictum est plenè probandum adeò, vt non possit quis ex indubitatis indicijs condemnari *Ricc.in Collect.decis.172: par.1.*

6 Verum supradictæ pœnæ locum non habent in vitiante monetam reprobatam, seu falsam: quia pœnę contra vitiantes monetam debent intelligi de moneta vsuali, & quæ expendi potest *Alex. cons. 103.vol.1. Menoch. de Arbitr. cas. 316.num. 19. cum seq. Surd. decis. 282.num.18.& alij, quos refert, & sequitur Barbos.de offic:& pot:Ep: par:3:all.51.num.61.& seq.& in terminis dictæ constitutionis Vrbani dicit Lezan: in Sum. qq. reg. tom:4. in ver.Monetarij nu:3.*

Secundò neque est puniendus expendens falsam monetam, si doceat, à quo illam habuit, vel si protestetur, quod si esset falsa, sibi restituatur: tunc enim non dicitur expendisse, cum pendeat à futuro euentu, *ità Bellac.relatus in Syntag.opin.communio.1.tit.de Princ.monet.cud. fac.& c.c.2. Ricc. in Collect. dec. 172.par. 1. & alij apud Barbos.loco cit.num.67.*

Tertiò supradictæ pœnæ non procedunt contra fabricãtes monetam parui valoris, vel tondentes modicam quantitatem *Pegu. decis. 46. Menoch. d.cas. 316. n. 33.& alij, quos refert, & sequitur Barbos.d.all. 51.num.63.* Vnde expendens monetam parui valoris à pœna ordinaria etiam excusatur *Ricc.in Collect.dec.2858.par. 7.* vbi exemplificat in expendente quinque carolenos.

Quartò excusatur à prædictis pœnis qui imaginem Cæsaris, aut Principis nondum impresserat, *Ricc.in Collect.decis.172.par.1.*

Quintò Socius huius criminis indicans alterum Socium non punitur *d.l.1.vbi glo.in ver:immunitatem C.de falsi.monet. Ricc.in d.Collect.decis.172.*

Sextò

Sextò monetam expendens auream defectiuam ratione ligæ, vel ratione ponderis nullo modo potest puniri pœna ordinaria, *iuxta cõmunem opinionem, vt d. Bonacos. relatus in Syntag. opin. com. d. tit. de Princip. monet. cud. fac. c. 2. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Si laicus simul cum clerico delinquat, vnusquisque à suo Iudice de consuetudine punitur.*
2 *Limitatur, quando Iudex ecclesiasticus præuenit in captura laici.*
3 *Quando censeatur facta præuentio.*

CAP. XL.

Ad quem Iudicem spectet cognitio causæ, quando laicus simul delinquit cum Clerico.

1 ALij putant laicum ratione cõnexitatis delicti in tali casu non posse ab alio Iudice puniri, quam ab ecclesiastico vti magis digno: Hæc conclusio probatur *ex l. nulli C. de Iudic. & ex l. qui de crimine C. de Accus. & ex cap. quanto de Iud. & ità tenent Socin. Sen. cons. 12. num. 17. vol. 1. Socin. Iun. cons. 34. num. 1. & 2. vol. 2. Marant. in Specul. aur. par. 4. dist. 11. num. 22. Paris. cons. 154. num. 1. vol. 4. Ludouic. decis. Lucen. 26. numer. 18. & seq. par. 1. Boss. in tit. de for. competen. num. 116. & hanc esse magis receptam d. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 371. nu. 13. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 36. vers. euenit plerumque Dian. par. 4. tr. 1. res. 7. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 24. & veriorem d. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 119. num. 1.* quod procedit etiamsi plures laici cum vno Clerico deliquerint, *vt notat Socin. Sen. loc. cit.* & ità Sac Congregatio die 10. Decembris 1591. rescripsit Commissario Ciuitatis Tusculanæ, vt tam Clericum, quam laicos inquisitos de violentia illata cuidã mulieri remitteret ad Iudicem ecclesiasticum, *vt refert Scacc. loco cit. Dian. par. 4. tr. 1. res. 7. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 41. num. 5:*

Sed contrarium seruatur de consuetudine, secundum quam Clericus à Iudice ecclesiastico, & laicus à sœculari punitur, *vt d. Risc. in Prax. Remiss. Delinquent. q. 42. in fin. & in Collect. dec. 1511. par. 5: Grauet. cons. 232. per tot. lib. 2. Couar. pp. qq. cap. 34. num. 1. Capycius decis. 173. & ibi Add. & de cõmuni obseruantia testatur Clar. d. q. 36. vers. euenit plerumq. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 41. numer. 5. & alij.*

Hęc etiam conclusio probatur, tum quia in delictis socius criminis minimè gaudet priuilegio socij *l. si quis vxori ff. de furt.* tum quia causę delictorum non sunt indiuiduæ, sed diuiduæ: potest enim vnus ex delinquentibus sine alio puniri, ac similiter potest Iudex ecclesiasticus clericum, & sęcularis laicũ facilè punire absq.

vlla vtriusque Iurisdictionis læsione: nihilque prohibet, plures eiusdem delicti reos accusari coram diuersis iudicibus, & alios quidem condemnari vno modò, alios ad aliū modū iudicari, quia diuersa potest esse eorum causa, & dispar ratio defensionis, *vt notat Couar' & Cravet loc. cit.*

2 Limita tamen, quando Iudex Ecclesiasticus præuenerit in captura laicorum, qui vna cum Clerico deliquerunt: tunc enim potest eos punire, *vt d. Farinac. in Prax. to. 1. q. 8. num. 151. in fin. Baiard. ad Clar. § fin. q. 36. num. 50. Sperell. dec. 4. nu. 10. Dian. p. 4. tr. 1. ref. 7.* nisi fortè ageretur de crimine, quod pœna sanguinis puniēdum esset: tunc enim laici remittendi sunt ad iudicem sæcularem 1 *Ricc. in Prax. Remiss. Delinquent. q. 42. nu. 18.* quod videtur probari *ex cap. in Archiepiscopatu de Raptor.*

3 Dicitur autem facta præuentio, non tantum si reus captus fuerit de mandato Iudicis *cap. penult. de for. compet. Grammat. decis. 30. n. 6. & 9. Decian. tract. crimin. to. 1. lib. 4. cap. 20. nu. 3.* sed etiam si Iudex fecit alicui præceptum de non discedendo de aliquo loco, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Bellett. tit. de fauor. Cleric. real. § 4. circa princip.* vbi idem dicit, quādo reus sponte se constituit, puta si ab vno Iudice citatus noluit coram eo, sed coram altero comparere, cum ex eo dicatur exequutio personalis; sed cōtraria sententia videtur probabilior, præsertim si id fiat ad effugiendū acrius iudiciū, *ita Boss. in tit. de for. cōpet: n. 98. Farinac. cons. 134. n. 2. vol. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Iniustè carcerati licitè possunt aufugere.*

2 *Qualiter puniantur aufugientes è carceribus, quando iustè detinentur.*

3 *Eximens aliquem de manibus familiæ qua pœna plectendus sit.*

4 *Cardinales S.R.E. quando possint reum ab vltimo supplicio liberare.*

CAP. XLI.

De pœna frangentium Carceres, vel inde fugientium.

1 HIc non loquimur de iniustè carceratis, qui licitè possunt aufugere, etiam cum fractione carceris, *vt est communis DD. sententia*, neque tenentur redire ad carceres, etiāsi iurassent, se redituros, *vt d. glos. comm. recepta in Clem. pastoralis ver. per violentam de sent. & re Iud.*

2 Supposito igitur, quod carceratio sit iusta, quæritur, qua pœna huiusmodi rei puniātur? Resp. quod si huiusmodi carcerati cōspirauerint de frangendo, & aufugiendo re adhuc non deducta ad effectum, tunc habentur pro confessis, & conuictis ità, vt possint de iuris rigore condemnari in pœnā ordinariam illius delicti, de quo imputabantur *secundùm glos. & DD. in l. in eos ff. de custod. & exhib.*

& exhib. reor. Clar. in §. fin. q. 21. vers. tertio autem modo Boss. in tit. de Carcer. num. 5. vel arbitraria pœna plectuntur, vt *d. Ricc. in Collect. decis.* 543. *par.* 3: Et hæc sententia æquior est, & in praxi seruanda; si verò facto iam carcere aufugiunt, capite puniuntur *l. 1. ff. de Effracto.* vbi etiam dicitur, mitius esse agendum cum ijs, qui custodis negligentia euaserunt. quod quidem intelligendum est, si aufugiunt ex carcere publico, secus si ex priuato, aut ex ciuitate, vel domo pro carcere assignata *Boss. & Clar. locis citatis & alij communiter.*

Obseruat tamen Clar: *vbi supra d. vers. tertio autē modo*, quod huiusmodi pœnæ in praxi non seruantur, nisi contra contumaces; nam si quis post fugam captus sit, vel sponte reuertatur, non solet propter solā fugā è carceribus talis condemnari, sed tantum grauius torqueri. immò si quis præstita fideiussione de non discedendo de aliquo loco sub certa pœna, ex eodem loco discesserit, & postea die sequenti reuersus fuerit, non potest exigi pœna contra fideiussorem; quia recedēs è carceribus non dicitur recessisse animo fugiendi, sed reuertendi, si citò reuersus est *Ricc. in Prax. for. Eccles. par.* 1. *ref.* 331: *vbi citat Carrer. in Pract. crimin. §.* 3. *num.* 20. *Farinac. in tit. de Carcer. q.* 30. *num.* 77: *Herculan. in tract. de caution. de non offend. c.* 50. *num.* 17: *Roman. cons.* 193: *Osasc. dec.* 50. *num.* 1: *& alios, & hanc esse communem testatur Clar. loco cit. d. q.* 21. *vers. tertio autem modo, in fin.*

Item in foro Ecclesiastico tales arbitraria pęna puniuntur, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 7. ref.* 15. vbi etiam notat, quod si detinebantur in carcere pro crimine hæresis, ex tali fuga resultat non solum indicium ad torturam, sed ex tali indicio cum alijs adiuncto possunt citari ad comparendum, atque etiam condemnari, si non comparuerint.

3 Quæres, qua pœna sit puniendus eximens aliquem è manibus familiæ, seu satellitum ab ipsis captum? Resp. quod si exemit captum pro debito ciuili, seu priuato, arbitrio Iudicis punitur *l. quoties, ibi, coerceatur C. de exactor. Tribut. lib.* 10. & vltra tenetur parti ad damna, & interesse *Guid. Pap. dec.* 579. *num.* 1. *& seq. Ricc. in Collect. dec.* 586. *par.* 3. *& dec.* 1514. *par.* 5.

Addit Bart. *in d. l. quoties*, quod tenetur etiam ad id, quod parti debebatur *per dictum textum, ibi, ac totius summæ exactionem in se suscipiat.* si verò exemerit reū captum pro causa criminali, vel detentum in carceribus, quando iam erat condemnatus, vel condemnandus, quia aut erat confessus, vel conuictus de crimine, & tunc incidit in crimen læsę maiestatis *l. cuiusque versus fin. ff. ad l. Iul. Maiest. l. addictos C. de Episc. aud.* secus esset, si quis hoc faceret, antequam reus fuisset confessus, vel condemnatus, tunc enim pœnæ *d. l. cuiusque* non

subycitur, sed tenetur pro reo, ac si eo nomine in omnem casum fideiussisset *Secundùm Add. ad Guid. Pap. d. dec. 579. lit. B.* vel arbitraria pœna punitur *Ricc in d. collect. dec. 543. par. 3.*

4 Notandum est autem, quod Cardinales habent ex consuetudine priuilegium, quod si obuient alicui reo ducto ad supplicium, possunt mittendo suum pileum, illum à morte liberare, *vt d. Saly in l. addictos in fin. C. de Episc. aud. quem refert, & sequitur Add. ad Guid. Pap. dec. 579. lit. c. Reusner. dec. 89. apud Ricc. in Collect. dec. 1841. par. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus etiam contra reos præuentos à Iudice sæculari potest procedere ad spirituales pœnas.*

2 *Si Iudex ecclesiasticus, vel sæcularis reum condemnauit, vel absoluit, non potest idem reus amplius molestari, limitatur num. 3. & 4.*

CAP. XLII.

An punitus, vel absolutus in vno foro possit in alio pro eodem delicto molestari.

1 NOn loquimur de excõmunicatione aliisque pœnis spiritualibus, ad quas Iudex ecclesiasticus procedere semper potest, etiamsi Iudex secularis reis imponeret pœnam delicto condignã, *vt d. Bart. in l. placet num. 6. & 7. C. de sacros. eccles. Afflict. decis. 219. num. 4. & seq. Baiard. ad Clar. § fin. q. 36. nu. 50. Bellett. Disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. real. § vlt. num. 106. Antonin. var. resol. lib. 3. resol. 38. nu. 7.* quia pœnæ censurarum est prorsus diuersa, & separata à pœnis iuris ciuilis *Abb. in cap. tuæ nu. 5. de Procur. Roland. cons. 12. num. 17. cũ seq. vol. 2. Farinac. de Inquis. q. 4. n. 7. & seq. Bellett. loco cit. nu. 106.* vel quia huiusmodi pœnæ spirituales sunt potius medicinales, quam afflictiuæ, & ideò in hoc proposito non sunt inter pœnas connumerandæ, *vt d. Clar. § fin. q. 57. vers. sed quæro in fin.* Hinc potest Iudex laicus adhuc reum punire, etiamsi ecclesiasticus ad pœnas spirituales processerit, cum huiusmodi pœnæ potius ad animę salutem, quam ad corporis afflictionẽ imponantur *Clar. loco cit. Farinac. d. q. 4. num. 8. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 12. nu. 91. in princip. Layman. in theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 6. Ricc. in Prax. Remiss. Delinquen. quæst. 20. num. 11.*

2 Quoad cęteras verò pœnas regula est, quod si Iudex ecclesiasticus, vel sæcularis reum condẽnauit, vel absoluit, non potest idẽ reus amplius molestari: sed sententia prædicta parit exceptionẽ rei iudicatæ in alio foro: alias præuentio esset omninò inutilis *Couar. lib. 2. var. resol. cap. 10. sub n. 6. vers. vndecimò Farinac. de Inquis. q. 4. sub. num. 11. qui testantur de communi Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 12. num. 21. & seq. Fevr. qq. mor. p. 1. q. 107.*

q.107.Dian.par.1.tract:2.resp. 108. *& par:4:tr:1:resp.61:*

Idemque dicendum, si reus se composuit cum fisco: compositio enim succedit loco pœnę, *vt post Farinac:d:Loccatell:de quæst: Iud: insp:5:num:* 171: vel si gratiam à Principe obtinuit *iuxta tex: in l: fin:C:de Gener:Abolit:l.1:& seq:C: de sent:p.ff* & hoc præcipuè locum habet quando delictum punitur varijs pœnis: tunc enim semel punitus mitiori pœna nō potest alia maiori puniri *Ricc.in collect. decis.* 1905.*par.5.vbi citat Thesaur. dec.* 1.*Boer.dec.*83.*&* 170.*Grämat. dec.* 17.25.*&* 96.*Franc.Marc.dec.*503. 338.*&* 779.*Afflict.dec.*287.*Capyc. decis.* 155.

3 Limita, quando pro delicto fuisset imponenda pœna, quæ à Iudice ecclesiastico imponi non poterat, qualis est pœna sanguinis: tunc enim Iudex secularis minus benè punitum poterit punire etiam pœna capitali *cap.Felicis § per hoc quoque de Pœn.in 6.cap.in Archiepiscopatu ex. de Raptor. & notatur per DD.in in c.de His de Accusat.& per Boss.in tit.de for.cō pet. num.*147.expedit enim Reip. nè delicta remaneant impunita *l. ità Vulneratus ff.ad l.Aquil.* quod procedit, etiamsi à Iudice ecclesiastico fuerit corporali pœna punitus *secundum Marant. de ord. Iudic.par.6. tit.de Inquisition. nu.* 101.*Ricc:in Prax. remiss. Delinquen.q.*20.*num.*7.*in fin.* subdit tamen idem Marant.ibidem, quod hoc arbitrio Iudicis remittitur, qui potest etiam pœnam mortis mitigare attenta qualitate delicti, personæ, loci, & temporis. præsertim si reus condigna pœna punitus fuerit, etiamsi minor esset illa, quæ secundùm leges imponi debuisset, *vt d.Farinac.de Inquis.q.4. num.*11. *Aretin. cons.* 58.*nu.*12.*Scacc.de Iudic.lib.*1.*c.*12. *num.*51. si verò pro eodem delicto pœna tantum pecuniaria imponitur, & in prima sententia fuit condemnatus in summa minori, in secunda condemnandus esset in tantum, in quantum fuit omissum in prima; si tamen secunda pœna esset corporalis, tunc pecunia si est soluta, restituitur: si non est soluta, non soluetur: sed reus solam pœnam subibit corporalem, *Bart.communiter receptus in l.Senatus num.*5.*ff.de Accusat.* si verò vtraque pœna esset corporalis, vt si pro secunda accusatione veniret amputanda manus, & pro prima fuerit fustigatus, tunc quia prima exequutio non potest restitui, reus non punietur in corpus vlterius: sed si illa pœna corporalis prius irrogata fuit nimis lenis attēta qualitate delicti, Iudex posset commutare secundā pœnam corporalem in pecuniariam, vt delinquēns remaneat sufficienter punitus, *vt d.Marant. loco cit.num.*100.*Ricc.in Prax.Remiss.Delinquen.d.q:* 20.

Idem dicēdum est respectu Iudicis Ecclesiastici, qui in criminibus mixti fori potest iterū Delinquentem punire, si insufficienter à Iudice sæculari punitus fuit *Diana par.1.tr.2.res.*108.*Ricc. d.q:* 20.*num.*8.

4 Limita 2. quando reus absolutus fuit

fuit ex hactenus deductis, quia tunc poterit adhuc inquiri, & molestari superuenientibus nouis indicijs, *vt tenent DD. quos refert & sequitur Locatell. de Quæst. Iudic: insp. 5. nu. 166. & 167.* vbi etiã dicit, quod terminus, in quo deduci possunt noua indicia contra reum, est decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes.

Obserua tamen, quod quando causa fuit benè discussa, tunc etiã superuenientibus nouis indicijs, aut probationibus absolutoria sententia in dubium amplius non retractatur *Ricc. in Collect. decis. 3522. par. 8. vbi citat Balb. dec. 70.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus, siue Episcopus habens iurisdictionem temporalem potest causas sanguinis delegare.*
2 *In causis ad forum ecclesiasticum spectantibus Episcopus non potest delegare huiusmodi causas.*
3 *Episcopus, vel alius Iudex ecclesiasticus remittens laicos inquisitos de homicidio ad Iudicem secularem an irregularitatem incurrat.*
4 *Qui fuit causa, cur reus caperetur, irregularitatem incurrit sequuta morte, vel mutilatione.*

CAP. XLIII.

An Clericus, siue Episcopus possit causas sanguinis delegare.

1 DIco 1. quod Clericus, siue Prælatus habens iurisdictionem temporalem siue ratione Episcopatus, siue ratione patrimonij potest tales causas in genere, & etiam casum particularem laico delegare, vt inquirat, & iustitiã faciat: nec efficitur irregularis, si officialis ad pœnam sãguinis processerit *cap. fin. Nè Cler. vel mon. in 6. Sylu: in ver. homicidium 3. nu. 7. Bellett. in Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 5. num. 135. Maiol de Irregul. lib. 2. cap. 6. nu. 11. Sayr. in Clau. reg. lib. 7. cap. 11. numer. 3. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 1. numer. 28. & seq: Dian. par. 4. tr. 2. resol. 78. Sperell. dec. 86. nu. 15. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 32. num. 5.* vbi etiam dicit, quod non debet committere per clericum, sed per laicum, vel per se ipsum *per textum in cap. sententiam Nè Cler. vel mon. ibi, nec quisquam Clericus literas dictet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas.*

Nequit tamen Prælatus in tali casu mandare, punitionem faciẽdam per mortem, vel mutilationem, *vt d. Bonacin: loco cit. nu. 29.* immò cauere debet, nè propter suam responsionem indirectam iudex delegatus intelligat, quod reum debeat morte, aut mutilatione punire: quia si ex tali responsione reus occideretur, vel mu-

mutilaretur, esset irregularis *c. bis à quibus 23. q. 8. Sylu. in ver. Homicidium 3. num. 7.* & ideò si interrogetur à suis Prætoribus, siue officialibus in particulari casu, poterit respondere, quod faciant, prout leges statuunt, vel quod Peritos consulant; *vt d. Bonacin. vbi supra num. 30 & alij.* similem irregularitatem incurreret, si sanguinis vindictæ esset præsens, quia in tali casu videtur præstare opē & auctoritatem *cap. ex litteris de excess. Prælat: Bellett. loco cit. n. 136 Maiol de Irregul. lib. 2. cap. 6. numero 12.*

2 Dico 2. quod in causis ad spiritualem iurisdictionem, & forum ecclesiasticum pertinentibus Episcopus, sicut non potest sententiam sanguinis per se dicere *cap. in Archiepiscopatu de Raptor* alias efficitur irregularis, & deponitur *cap. clericis, & cap. sententiam Ne Cler. vel mon. Sayr. de Censur. lib. 6. cap. 16. num. 4. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 5. r. 3* ità neq; per aliū ab ipso delegatum, *vt in specie tradit Henric. Boich in d. c. clericis sub n. 3. vers: aut committendo Farinac. in frag. crimin. ver: clericus n. 370. Sperell. dec. 86. num. 17.* & ideò in causis huiusmodi, in quibus pœna sanguinis imponenda venit, Iudex 4 ecclesiasticus, vel summum Pontificem consulat, vel reum puniat pœna triremium, fustigationis, carcerum, exilij, & alijs, quas ius Canonicum admittit, *vt d. Genuens: in Prax. Archiep. cap. 18. nu. 12. in fin:*

Contrarium tenet Rip. *in cap. decernimus num. 44. de Iudic. Carol. de Graff. de effect. cleric. eff. 1: n. 565. Barbos. de offic. & pot Episc. p. 3. all. 108. nu. 5. vers. limita: 2:* qui dicunt, Episcopum in tali casu posse, ac debere huiusmodi causas sanguinis laicis delegare.

3 Nullam tamen irregularitatem incurreret Iudex ecclesiasticus remittens ad secularē Iudicē laicos inquisitos de homicidio, vel alio graui delicto, quod meretur pœnam sanguinis in ijs casibus, in quibus potest contra laicos procedere, vel auctoritate ordinaria, vt si delictum huiusmodi cū clerico commiserint, vel delegata *iuxta text. in cap. In Archiepiscopatu de Raptor.*

Secus esset, si delictum ad forū ecclesiasticum non spectaret, puta si Iudex ecclesiasticus sæculari iudici traderet laicum homicidā, qui non sit de foro ecclesiæ nec ratione personæ, nec ratione criminis, nec alio respectu: nam si postea Iudex sæcularis pœnam sanguinis, vel mutilationis imposuerit, ecclesiasticus fieret irregularis *Farinac. in fragm. crimin. ver. clericus nu. 382. Sperell. decis. 86. num. 18. quibus adde Nau. in man. cap. 27. num. 217. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 1. num. 19.* vbi dicunt, eum, qui Satellitibus directè, vel indirectè indicando Delinquentē fuit causa, cur reus caperetur, irregularitatem incurrere sequuta similiter morte, vel mutilatione, quia censetur cooperator mortis.

3 VM-

SVMMARIVM.

1 Tortura est Iudici arbitraria.
2 Antequam Iudex ad torturam procedat constare debet de corpore delicti, limitatur num. 3.
4 Item requiritur, quod delictum sit graue, & quod pro tali delicto imponatur pœna corporalis.
5 Quid si imponatur pœna excommunicationis, vel depositionis.
6 Ad torturam requiruntur indicia legitimè probata.
7 Item præcedere debet formatio Inquisitionis, litis contestatio: repetitio testium, & publicatio processus.
8 Item Iudex dare debet terminũ reo ad se defendendum cum copia indiciorum.
9 Reus eo die, quo aliquid comedit, vel bibit, torqueri non debet, nisi post nouem, vel decem horas.
10 Ità tortura inferenda est, vt reus saluus sit innocentiæ, vel supplicio.
11 Quæ tormentorum genera hodiè sint in vsu.
12 Tortura inferri non debet, nisi quando veritas aliunde haberi non potest.
13 An possit Iudex reum conuictũ torquere.
14 Quæ personæ torqueri non debeant.
15 Quando tortura inferri non potest, Iudex procedere debet ad vlteriora in expeditione causę.
16 Quid si reus torquetur, & in tormentis negat.
17 Et quid si in tormentis fatetur.
18 Quando confessio rei sit nulla.
19 Reus sponte confessus absque alia ratificatione damnatur.
20 An Reus in criminalibus possit appellare.
21 Quando Iudex possit torturam repetere:
22 Tortura non est repetenda vltra tertiam vicem.
Tormentum vigiliæ nunquam est repetendum, ibidem.
23 Quid si reus iterum positus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget.
24 Ante repetitionem danda est reo copia indiciorum.
25 In tormento funis non potest reus detineri vltra horam.
26 In tormento vigiliæ potest reus detineri longiori tempore.
26 Reus torqueri debet tribus diebus separatim.
28 An possit Iudex diuidere torturam.
29 Si reus debilis sit, & delicatus vel in tormentis defecerit, tortura non repetitur.
30 Testes inhabiles, vel à iure reprobati non probant sine tortura
31 Inhabilitas proueniens ex causa inimicitiæ non purgatur per torturam.
32 Testes inhabiles qui sint.
33 Si plures sint testes inhabiles, nõ omnes torquendi sunt, sed duo, vel tres.
34 A quo sit inchoanda tortura.
35 Quando testes inhabiles torqueantur.
36 Quando credatur satellitibus.
37 An ad torturam testis inhabilis requirantur indicia.

38 Qui-

38 *Quinam veniant sub nomine vilium personarum.*

39 *An testes inhabiles sufficiant ad condemnandum reum pœna ordinaria.*

40 *Quando testis torquetur vti varius, regulariter statur vltimo dicto: limitatur num.41.42.43. 44.45.& 46.*

47 *Iudex torquere potest testem recusantem dicere veritatem, Item potest torquere reum nolentem respondere, ibidem.*

48 *Quando testis in tali casu torturæ subijciendus sit.*

49 *Clerici, nobiles, & alij in dignitate constituti etiam verisimiliter informati non torquentur.*

CAP. XLIV.

De Quæstionibus, seu tortura.

§. I.

Quando Iudex possit reum subycere torturæ.

1 TOrturam esse Iudici arbitrariam constat *ex l. quæstionis modũ ff. de Quæst. & dicit* Clar. *in Pract. crim. in §. fin. q. 64. vers. nunc de gradibus, & vers. vltimò videndum Loccatell. de Quæstion. Iudic. insp. 4. num. 50. & 54. & alij.*

2 Notandum tamen est, quod antequam Iudex ad torturam procedat, constare debet de corpore delicti *l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. Loccatell. loco cit. num. 4. Clar. d. q. 64. vers. debet autem, & alij communiter.*

3 Limita in crimine falsi, furti, hæresis, adulterij, & in alijs, quæ sunt difficilis probationis *Gabr. commun. conclus. l. 7. concl. 17. per tot. Rice. in Prax. for. Eccles. par. 2. res. 324. Loccatell. d. insp. 5. num. 6.* idem dicendum, si Dominus non compareat, neque reperiatur; tunc enim serui torquentur, quia præsumitur ab illis interfectus, etiamsi aliunde non constet de occiso *iuxta l. & si certus §. si vnus ex Dominis ff. ad Syllan.* cuius dispositio procedit etiam in libero homine: & ideò si socius itineris non reperitur, consocius torquetur concurrentibus tamen alijs adminiculis, & præsumptionibus, ex quibus præsumatur ab eo occisus, etiamsi de corpore delicti non constet: & si fateatur, condemnatur *Clar. in §. fin. q. 4. vers. quando verò, & alij, quos refert, & sequitur Loccatell. d. insp. 5. num. 288.* verum quia tunc agitur de magno præiudicio, mors debet plenè, & concludenter probari per testes de visu, nec sufficerent testes de fama publica, aut de auditu alieno *Bart in l. 2. §. si dubitetur nu. 2. ff Quem. test. aper. & alij apud Loccatell. loco cit. nu. 289.* vbi etiam dicit, quod antequam in tali casu procedatur, arbitrio Iudicis datur terminus ad perquirendum eum, qui ignoratur, vbi sit, inspecta personæ, & locorum qualitate. interim tamen cogendi sunt imputati de homicidio ad præstanda fideiussionem de se repræsentando

toties quoties &c. licèt de cadauere non appareat, *vt d. Clar. d. q. 4. vers. quando verò.*

Addit Ricc. *in Collect. dec. 730. par. 3.* quod etiam in crimine Assassinij ad torturam deuenitur, etiamsi non constet de corpore delicti.

4 Secundò requiritur, quod delictum sit graue *Gandin. de Malef. tit. de Quæstion. num. 2. Boss. tit. de Indic. & consid. &c. num. 92.* in leuibus enim delictis omittitur tortura, alias reus ex modo probandi grauius puniretur, quam ex modo condemnandi *Loccatell. d. insp. 5. num. 2. & 287. Lezan. in sum. to. 4. ver. tortura Regularium num. 6* nisi fortè reus esset persona vilis, quia tunc etiam pro leuibus delictis tortura infertur *secundùm Paul: Grillan. in tract. de Quæstion. q: 5. num. 5. & 6: Loccatell. num. 15. & ità seruari dicit Ricc. in Collect. dec. 263. par. 6.*

Item requiritur, quod pro tali delicto imponatur pœna corporalis *Clar. d. q. 64. vers. præterea Loccatell. vbi supra num: 11. Ricc. in Prax. par: 2. ref. 414.* & ideò vbi venit imponenda pœna pecuniaria, vel exilij, vel relegationis ad tempus, non est locus torturę; quod etiam procedit, quando prodelicto pœna arbitrio Iudicis imponitur: quia etiam in arbitrarijs non infertur tortura, vbi verisimiliter boni viri arbitrio ex consuetudine, & ex delicti, ac personarum qualitate pœna venit arbitranda pecuniaria, & non corporalis, *Ricc. in Prax. vt supra par. 2. d. ref. 414. vbi citat Bald. in l. nullus C. de exhib. reis. Cirill. de Relaxat. Carcerat. tit. de fideiuss. reor. num. 11. Farinac. de Carcer. & carcerat. q. 33. num. 54.*

Obseruat tamen idem Ricc. *in Collect. dec: 2268. par. 6.* quod tortura inferri potest etiam pro re pecuniaria, si habeat crimen annexum, ac proxima præcedāt indicia, & veritas aliter haberi non possit.

5 In delictis quoque ecclesiasticis, in quibus imponitur pœna excommunicationis, ad torturam procedi potest: quia excommunicatio reputatur pœna capitalis, cum separet animam à gratia Dei, qui est vita animarum *Vulp. in Prax. iudic. cap. 46. num. 13.* sed hoc casu tortura debet esse leuis, *vt d. Loccatell. d. insp. 5. num. 19. & 287.* idemque dicendum, quando imponitur pœna depositionis, quia tunc reputatur graue illud delictum, pro quo imponitur: secus si infligatur pœna suspensionis, quia hęc exilio ad tempus comparatur. *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 414.*

6 Tertiò adesse debent contra reum indicia legitimè probata, & ad torturam sufficientia: quod Iudicis arbitrio relinquitur *Boss: d. tit. de Indic. & consider. numer. 30. Gandin. d. tit. de Quæstion. nu. 15. Clar. vbi supra vers: dixi quoque & vers. debet igitur Bonifac. de Vitalin. in tract. de Malef. rubr. Quæ indic. deb. præced. torm. num. 1 & seq. Loccatell. d. insp. 5. nu. 7.* huiusmodi verò indicia debent esse propinqua, & vrgentia, nō autem remota, & leuia *Ricc. in Collect. dec.*

dec. 2263. par. 6. tunc autem indicia censentur sufficientia, si adsit saltem semiplena probatio, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 6 ref. 6. & 7.* vel si talia sint, vt sola confessio deesse videatur *l. 1. ff. de Quæstion. Gandin. d. tit. de Quæst. num. 3. Bald. de Perigl. in tr. de Quæst. cap. 1. nu. 2. in fin.*

In dubio autem ad torturam non est deueniendum *Clar. d. q. 64. vers. hæc autem.* idemque dicendum est, quando indicia pro fisco eliduntur per indicia Inquisiti *Gunzet. to. 2. lib. 1. defens. 30. n. 4. num. 23. quem refert. Dian. par. 4. tr. 6. ref. 2 vers. & tandem, & est communis opinio.*

Obserua tamen, quod licèt Reus possit torqueri ex dicto vnius testis omni exceptione maioris deponentis de delicto *iuxta communem DD. sententiam:* id tamen non procederet, si Reus esset bonæ famæ, quia tunc alia etiam indicia essent necessaria, *vt sentiunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 6. ref. 6.* precedentis enim vitæ merita plurimi æstimãtur *l. 3. §. sed si ex improuiso l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit.*

7 Quartò præcedere debet formatio Inquisitionis, litis contestatio, repetitio testium parte citata, & publicatio processus; quia à tormentis non est incipiendum *l. 1. ff. de Quæst. Boss. d. tit. de Indic. & consider. & c. n. 126. Loccatell. d. insp. 5. num. 21. & seq.*

8 Quintò iudex terminum dare debet reo ad se defendendum cũ copia indiciorum *l. vnius §. cognitorum vbi Bart. ff. de Quæst. Gandin. d. tit. de Quæst. num. 23. Bald. de Perigl. d. tr. de Quæstion. cap. 2. num. 6.* siue reus id petat, *vt tenet Boss. loc. cit. nu. 79. Bonifac. de Vitalin. in rubr. Quæ indic. deb. præced. torm. num. 10.* siue non *Bald. de Perigl. loco cit. cap. 2. num. 6. & alij apud Loccatell. d. insp. 5. nu. 37. & seq. Dian. par. 4. tr. 6. ref. 28.* vbi etiã obseruat, quod in causa hæresis nõ publicantur nomina testium, neque aliæ circumstantiæ, ex quibus deueniri possit ad ipsorum testium notitiam *ex decreto Sacr. Congreg. Cardinalitiã die 19. Martij 1566.* & tunc non tantùm vnus terminus concedendus est, sed tres, & plures *Boss. d. tit. de Indic. & consid. num. 80. Loccatell. vbi supra num. 40. & seq.* alias non data copia indiciorum sententia est nulla *Ricc. in Collect. decis. 2120. par. 6.* Quare vt iura sua reus melius deducat, si non habeat aliquem, qui pro eo compareat, Iudex dare illi debet aduocatum *iuxta tex. in l. 1. §. ait Prætor ff. de Postul.*

Præterea post decretam torturam Iudex expectare debet per decem dies ità, vt nihil possit innouare pendente termino ad appellandum *secundum Ricc. in Collect. dec. 1777. par. 5. & decis. 2263. par. 6. vbi dicit, ità seruari in magna Curia Vicariæ:* quod procedere potest, quando reus non habuit terminum cum copia indiciorum ad se defendendum: secus si habuit terminum, & suas fecit defensiones; tũc enim si reus indicia non purgauerit, poterit

etiam non obstante appellatione interposita torqueri, *vt dicunt DD. apud Loccatell. d. inspect. 5. num. 57.* vbi subdit, quod in dubio debet Iudex supersedere.

Addit Loccatell, *loco cit. nu. 47.* quod etiam in alijs criminibus præter hæresim non publicantur nomina testium, quando reus est potens, & periculum imminet, nè testes offendantur: vnde in tali casu inoleuit practica, quod dentur nomina testium confusa & separata à dictis testium, nè reus sciat id, quod à quolibet eorum dictum fuerit.

9 His adde, quod reus eo die, quo aliquid comederit, vel biberit, torqueri non debet, nisi post nouem, vel decem horas, *Clar. in §. fin. q. 64. vers. decreta tortura*, vbi dicit, quod ità communiter seruatur; alij tamen censent, satis esse, si post sumptionē cibi, vel potus octo, vel etiam sex, aut quinq; horæ effluxerint, *vt d. Farinac. & alij apud Loccatell. d. Insp. 5. nu. 74.* sed à communi practica non est recedendum,

10 Notandum secundò, quod ità tortura inferenda est, vt reus saluus sit innocentiæ, vel supplicio *iuxta textū in l. quæstionis modo ff. de Quæstion.* & ideò dum reus est in tormētis, Iudex debet semper assistere *Dian. p. 4. tr. 6. ref. 17. Loccatell. d. inspect. 5. numer. 104. vbi citat Menoch. de Arbitr. cas. 340. numer. 13. lib. 2. & Farinac. q. 37. num. 145.* vnde reus torqueri non debet nouis, aut exquisitis modis, sed tantum consuetis, & à iure approbatis, quale est tormentum funis, *de quo in l. nullus, vbi glos. C. ad l. Iul. maiest. Clar. d. q. 64. vers. item debet Boss. in tit. de Tortur. n. 13. & 40.* vbi etiam dicunt, quod si reus non potest propter debilitatem, vel aliam causam sine torqueri, torquetur igne apposito ad plantas pedum: subditq. Clar. *loco cit.* quod extra hos duos modos reus in statu Mediolani non torquetur.

11 Sed apud nos in statu ecclesiastico quatuor tormentorum genera sunt in vsu: videlicet tormentum funis: tormentum vigiliæ, quod frequentatur in atrocissimis delictis concurrentibus vrgentissimis indicijs: tormentum taxillorum, quo vtuntur Iudices, quando reus torqueri non potest tormento funis: & tormentum sybillorum, quod infertur regulariter mulieribus, senibus, ac minoribus, qui ratione sexus, vel ætatis tormento funis applicari nequeunt, *vt post Farinac. & alios notat Loccatell. de quæst. Iudic. insp. 1. num. 457. & 37. cum seq.*

12 Notandum 3. quod cum tortura sit remedium subsidiarium, ideò inferri non debet, nisi quando veritas aliunde haberi non potest *l. edictum l. Diuus Pius ff. de Quæst. l. quoties C. eod. tit. Gandin. d. tit. de Quæst. numer. 1. & 11. Dian. p. 4 tr. 6 ref. 1 Ricc. in Collect. decis. 2263. par. 6. & alij communiter.* vnde si extant probationes, ex quibus reus conuincitur, à tortura abstinendum est *Boss. tit. de Indic. & consider. nu. 129. Ricc. in Collect. dec. 730. par. 3. & communem*

nem dicit Clar. d. q. 64. vers. debet etiam Lezan. in Sum. to. 3. in ver. tortura nu. 5. Loccatell. d. insp. 5. n. 52. & 263. cum seq. sed condemnari potest reus, etiamsi delictum non confiteatur, *vt decisum refert Ricc. in Collect. decis. 2263. p. 6.*

13 Quare non possunt Iudices reū conuictum torquere eo fine, vt delictum ore proprio fateatur, nè per appellationem sententia suspendatur: hæc enim praxis periculosa semper mihi visa est, illamque reijciunt Ludouic. *dec. Lucen. 23. Garz. dec. 40. quos refert idem Ricc. in d. collect. decis. 2263. par. 6.* ex ea enim sequitur, quod qui conuictus est, quique vna vice puniri deberet, bis puniatur, *vt rectè notat Boss. loco cit.*

Obseruant tamen Doctores, quod reus etiam sufficienter conuictus, vel confessus in atrocioribus criminibus torqueri potest super socijs, & super alijs criminibus, etiāsi de ijs indicia non extent, præmissa protestatione, *sine præiudicio conuicti, vel confessi criminis*, vel si est condemnatus, *sine præiudicio condemnationis*, & *hanc esse communem obseruantiā dicit Gandin. d. tit. de quæstion. nu. 19. Clar. d. q. 64. vers. veritas est Grāmat. dec. 34. num. 34. Bald. de Perigl. loco cit. cap. 2. num. 5. Boss. d. tit. de Indic. & consid. num. 137. & 156. quibus adde Ricc. in collect. decis. 1568. par. 5.* vbi dicit, quod reus tortus super homicidio potest interrogari de furto, etiamsi non extent indicia, ac puniri etiam pœna ordinaria, si aliud delictum fateatur.

Verùm hæc praxis procedere potest vel quoad hereticos, qui ex stilo Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis etiam sine vllo indicio complicum torquentur super cōplicibus *ex decreto Pij V. apud Dian. par. 4. tr. 6. res. 27. vers. notandum est tamen*: vel quoad falsificantes monetam *iuxta l. 1. C. de fals. monet.* vel quoad alios reos diffamatos, quod alia crimina commiserint, quales sunt latrones famosi, viarum grassatores, ac publici Assassini: non autem quoad alios delinquentes simplices, qui si capti sint pro vno crimine, de alijs, de quibus indicia non extant, interrogari non debent, *vt d. Loccatell. d. insp. 5. num. 237. Bonifac. de Vitalin. de Malefic. in rubr. quæ indic. deb. præc. tormen. n. 7. & decisum refert idem Ricc. in collect. decis. 2263. par. 6.* & tunc tortura debet esse moderata, nec excedere debet mediam horam, *vt cum Farinac. Guazz. & alijs dicit Loccattell. d. insp. 5. num. 222.*

14 Notandum 4. quod Doctores, & Aduocati, Equites, Ductores militum, aliique personæ nobiles, vel in dignitate constitutę, minores 14. annis, senes, ac mulieres regulariter non torquentur *l. nullus C. ad l. Iul. maiest. Ricc. in collect. decis. 129. p. 1. & decis. 1862. par. 5. & communem dicit Clar. in §. fin. q. 64. vers. quæro, an Doctores & vers. seq. Boss. in tit. de Indic. & consider. nu. 110. & seq. Bald. de Perigl. in tract. de quæst. cap. 1. n. 4. Paul. Grilian. eodem tr. q. 5. nu. 5. & 6. Gandin. tit. de quæstion. num. 7. & seq. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de quæstion. & torm. num. 2. & alij relati*

lati in Syntag. opin. comm. tit. de quæstion. cap. 2.

Eodem iure gaudent Surdi, ac muti, Clerici præsertim in sacris constituti, obsessi à Dœmone, furiosi, ac mente capti, quique Reip. vtiles sunt, si ex tortura taliter cruciarentur, vt ex ea debilitarētur in aliquo membro, seu alias efficerentur inutiles; *vt dicunt DD. apud Loccatell. de quæst. iudic. insp. 4. num. 8. & seq. & insp. 5. num. 199. & seq.*

Limita in proditoribus, ac reis criminis læsæ maiestatis Diuinę, & humanæ, falsi, ac priuati carceris, qui non obstante priuilegio torquētur *d. l. nullus C. ad l. Iul. maiest. Bald. de Perigl. in d. tr. de quæstion. cap. 1. num. 4. Boss. d. tit. de Indic & consid. nu. 115. Farinac: de Hęret. q. 185: §: 8. num. 125. quem refert Loccatell. insp: 4. nu: 46. Dian. p. 4. tr. 6. resol. 29.* idemque dicendum est de reis aliorum grauiorum criminum, qui de consuetudine torquentur, *vt d. Boss. d. tit. de Indic. & consider. num. 103. Gandin. d. tit. de quæstion. num. 38. Ricc. in collect. dec. 129. par. 1.*

Addit Loccatell. *d. insp. 4. num. 37.* quod regulariter cōsulto Principe nulla dignitas, neque priuilegiū excusat à tortura *per l. nullus C ad l. Iul. maiest.* quod intellige præcedentibus legitimis indicijs: nam tortura ad mandarum Principis sine indicijs inferri non debet *Riccius in collect. dec: 2263. parte 6.*

Obserua tamen, quod ad torquendos supradictos priuilegiatos requiruntur indicia vrgentiora, & grauiora ijs, quæ contra alios à iure requiruntur: & tunc leuius etiam torquendi sunt, quā ceteri: nec semper tormento funis, sed loco illius adhiberi potest tormentum sybillorum, præsertim in minoribus, mulieribus, & senibus, & similibus personis: quod arbitrio Iudicis relinquitur, qui considerare debet qualitatē personæ, facti, indiciorum, & aliarum circumstātiarum *Clar. d. q. 64. vers. non etiam debet Loccatell. loco cit. insp. 1. num. 55. & insp. 4. num. 40. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. res. 529. & par. 2. res. 414: Vulp: in Prax. iudic. cap. 46. num. 11. Lezan. in sum. tom. 3. ver. tortura Regularium num. 1. Dian: par. 4. tr. 6. resol. 29. in fin. & res. 35. & 36. & alij relati in Syntag. opin. comm. tit. de Quæstion. cap. 1. vers. tortura non adhibetur.*

Vbi verò probabiliter dubitari potest de aliquo accidenti cum mortis periculo, debet omninò Iudex à tortura abstinere *arg. l. quæstionis modum ff. de quæstion.* & ideò infirmi, aut valetudinarijs, aut aliquo membro debilitati, seu alias inhabiles ex aliquo accidenti ad sufferendum tormenta, quique difficultatem anhelitus patiūtur, vel gallico, aut comitiali siue herculeo morbo, vel lepra, aut assiduo capitis dolore, aut chatarro, podagra, chiragra, paralisia, aut simili ægritudine laborant, torqueri non debent, *vt dicunt DD: quos refert & sequitur Loccatell. de Quæst. iudic. insp. 2. n. 20. & seq. & insp. 4. nu. 8. & seq.* vbi etiam notat, quod in casu contin-

tingenti vocari debet Medicus peritus, qui medio iuramento referat, an tales personę tormento finis, vel saltem alio tormenti genere sine periculo torqueri possint, nec ne, & iuxta illius relationem proceditur, *vt obseruat etiam Dian. par. 4. tr. 4. ref. 29.*

Mulieres verò prægnantes non solum non debent torqueri *l. prægnantis ff. de Pœn.* sed neque terreri possunt *l. 1. §. impuberis ff. Ad Syllan.* Vnde cõsuetudo obseruat, vt etiam post partum editum non torqueantur, nisi elapsis 40. diebus purgationis, *vt d. Clar. in Pract. crim. d. §. fin. q. 64. vers. quæ nomodo.*

25 Notandum 5. quod in ijs casibus, in quibus tortura ob infirmitatem, vel aliam iustam causã inferri non potest, Iudex procedere debet ad vlteriora in expeditione causæ: & quidem si reus testibus sit conuictus, poterit condemnari ad pœnam ordinariã *iuxta tex. in l. qui sententiam C. de pœnis.* mutis, ac Surdis exceptis, qui cum non intelligant ea, quæ contra ipsos deponunt testes, neque possint obycere contra eorum dicta, & personas, non sunt condemnandi in pœnam ordinariam, præsertim si pœna ordinaria delicti esset capitalis: nisi ex testibus de visu, & propria confessione, vel signis, & nutibus mediãte interprete Iudex esset certus de delicto, *vt d. Loccatell. de Quæst. Iudic. insp. 4. num 61.*

Si verò adsint tantum indicia ad torturam sufficientia, & tortura ex rationabili causa omittatur, poterit reus condemnari in aliquã pœnã extraordinariam, videlicet in pœnam exilij, vel pecuniariam *Baiard. ad Clar. q. 64. n. 72. Menoch. de Præsumpt. l. 1. q. 92. num. 3. quos refert Loccatell. d. insp. 4. num. 55. Dian. par. 4. tr. 6. ref. 18. & 35. in fin. Ricc. in Collect. dec 133. par. 1* quod intellige, dummodo indicia sint indubitata *iuxta l. fin. vbi glos. C. de Probat. Clar. §. fin. q. 20. vers. scias tamen Loccatell. insp. 5. num. 313.*

Obserua tamen, quod in crimine assassinij, hæresis, & alijs atrocissimis delictis potest quis ex præsumptionibus, & indicijs indubitatis accedente mala fama, inquisiti ad pœnam ordinariam, etiam capitalem cõdemnari, præsertim si huiusmodi præsumptiones sint positę à iure *l. si qui C. de Adult. Ricc. in Collect. dec. 1561. par. 5. & communem dicit Boss. in tit. de Conuict. num. 29. Clar. in §. fin. d. q. 20. vers. scias etiam, & vers. item scias.* Sed si indicia non sunt ad torturam sufficientia, reus erit in tali casu absoluendus *Boss. in tit. de Senten. num. 65. & seq: Paul: Grillan: in tract: de Relaxat: carcer: in tit: de absolut: Innoc: Ricc: in Collect: dec. 1567: par. 5.* Addit Loccatell. *d: insp. 5: nu. 191.* quod etiam in leuibus delictis potest reus ex indubitatis indicijs ad pœnam ordinariam condemnari.

16 Notandum 6. quod si reus torquetur, & in tormentis negat, tũc tamquam purgatus ab indicijs est absoluendus, vel relaxandus cum cautione de se repręsentando quasi puram veritatem dixisse vide

deatur *glos: cõmun: recepta in l: edictum ver: efficacissimas ff: de Quæstion. Ricc: in Collect: dec: 730. par: 3: Loccatell. d. insp. 5. num: 200. & ità communiter seruatur, vt d. Grammat. dec. 96. num. 2. &* 3. dummodò secundùm qualitatem delicti, & indiciorum tortus fuerit, *vt d. Didac. Canter. in qq. crimin. cap. 2. de Probat. per. test. q. 1. num. 65. quæ refert Dian. par. 4. tr. 6. res: 33. &* hæc absolutoria, ab obseruatione iudicij, appellatur *Ricc. in Collect. dec. 2263. par. 6.* Limita, quando delictum esset graue, & concurreret mala fama Inquisiti: vel si reus ex præsumptionibus vehementissimis, & indubitatis conuinceretur: tunc enim posset reus condemnari in pœnam pecuniariam, vel exilij *Grammat: dec: 96. num: 5. & seq: Gabr: comm. conclus. lib: 7. concl: 19. num: 8: Loccatell: insp. 3. num. 21. & est communis opinio:* quamuis alij censeant, posse iudicem in tali casu etiam pœnam triremium, vel aliã corporalem imponere excepta capitali, *vt d. Boss. apud Dian. par. 4: tr. 6: res: 33. & ità fuit iudicatum in Regio consilio Neap. vt refert Grammat. dec: 42. & d. dec: 96. in fin: Ricc. in Collect: dec: 1561. & 1567. par: 5. & ita seruari testatur Clar. S. fin. q: 20: vers. scias tamen Ambros: in tract. de mod: form: proces. inform: lib. 4. c. 4: in fin. & alij relati in Syntag. opin: comm: tit. de Quæstion. cap: 13.*

Addit Clar. *d. q. 64. vers: veritas est Loccatell. insp. 3. num. 18. &* 19. quod si reus iam confessus, vel conuictus interrogetur super crimine non præmissa protestatione, *citra præiudicium confessi, aut probati criminis,* & in tormentis persistat in negatiua, diceretur purgasse indicia, & probationes, & ideò esset absoluendus: vel saltẽ non posset in pœnam ordinariam condemnari. immò etiamsi præmittatur dicta protestatio, si tamen interrogetur reus super delicto, & nihil fateatur, indicia purgasse censetur, & protestatio tamquam cõtraria facto reycitur *Grammat. dec 96. num. 1. Loccatel. insp. 5. num. 222. Boss tit. de Confess: per tortur: num: 26. Dian: par: 4: tr: 6: res: 32: Ricc: in Collect. dec. 730: par. 3.*

Secus esset, si reus præmissa dicta protestatione interrogetur tantum de alijs qualitatibus, seu circũstãtijs, seu socijs delicti: quia tunc si de crimine sit conuictus, poterit condemnari in pœnam ordinariam, vt supra diximus, *& notat Boss. in tit. de Sent: nu 70: Clar. d. q. 64. vers: veritas est Loccatell. d. insp. 5. num. 222.* vbi addit, quod tunc interrogatoria per extensum scribenda sunt per Notarium, alioquin si reus sub generali interrogatorio opportunè interrogatus, vel ad opportunam interrogationem responderet, & negaret delictum principale, dictę protestationi censeretur renunciatum.

17 Si verò reus in tormentis fatetur, standum non est dictæ confessioni factæ in tortura *l. 2. C. quor. appell.* sed illam extra locum tor-

tu-

turæ debet reus ratificare ad bancum iuris die sequenti, vel breuiori etiam tempore arbitrio Iudicis: dummodò tantum temporis interceſſerit, vt veriſimile ſit, dolorem ceſſaſſe, *vt d. Clar. d. q. 64. verſ. cæterum, & verſ. & circa hanc Gandin. d. tit. de quæſtion. nu. 25. & 33. & alij*; tutius tamen erit, ſi huiuſmodi ratificatio fiat diuerſis diebus, *vt d. Loccat. ll. d. inſp. 3. num. 211. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de perſeuer. poſt. tormen. verſ. talis*, videlicet poſt 24. horas, *vt poſt Gom. & alios notat Dian. p. 4. tr. 6. reſ. 22. vbi dicit, ità ſeruari in Curijs Inquiſitionis Hiſpanicæ*; neque ad id requiruntur teſtes *Bonifac. loco proximè cit.*

Tunc autem ad effugiendā ſuggeſtionem, confeſſione minimè lecta, monetur reus ad repetendū in ſubſtātia id, quod in ſua cōfeſſione in tormentis facta pro veritate dixerit; & repetita per reum dicta confeſſione in ſubſtantia, deinde legitur confeſſio per extenſum, & perquiritur ab eo, an ea, quæ ſibi lecta fuerint, ſint illa eadem, quæ confeſſus fuerit poſt torturam, & an tamquam vera ratificare, & confirmare intendat *Farinac. de Hæreſ. 1. 185. §. 8. nu. 150. quem refert, & ſequitur Dian. par. 4. tr. 6. reſol. 22. verſ. modum verò*

Idemque dicendum de confeſſione metu tormentorum extorta, quando ſcilicet reus ad locum torturę ducitur, & iudex comminatur, quod niſi confiteatur, eum quæſtioni ſubijciet: tunc enim neque ſtatur tali confeſſioni, niſi ratificatio ſubſequatur ſecundùm *Bald. de Perigl. in tract. de quæſt. & torm. cap. 3. num. 1. & ſeq. Boſſ. in tit. de tortur. num. 3. Dian. par. 4. tr. 6. reſ. 22. verſ. notandum tamen eſt hic Gandin. d. tit. de quæſtion. n. 28. & 29. Bonifac. de Vitalin. d. rubr. Quæ indic. deb. præc. torm. nu. 4.* contrarium tamen in practica ſeruari teſtatur Clar. *d. q. 64. verſ. nunc de gradibus Ricc. in Praxi ſac. eccleſ. par. 1. reſol. 435.* vbi dicunt, quod huiuſmodi confeſſio in tali caſu cenſetur ſponte facta, non autem metu tormentorum.

Sequuta igitur ratificatione, ſi reus non reuocet ſuam confeſſionem, & de errore non doceat, poterit condemnari ad pœnam ordinariam delicti *iuxt. l. qui ſententiam. C. de Pœn.* debet tamen Iudex ante ſententiam confeſſo, ſeu conuicto dare terminum competentem ad faciendum ſuas defenſiones *Bonifac. in rubr. quæ Indic. deb præc. tor. num. 10. Bald. de Perigl. d. tr. de quæſtion. c. 2. nu. 7. Ricc. in collect. deciſ. 1774. par. 5.* etiamſi reus talem terminum non petierit *Clar. d. §. fin. q. 49. verſ. eſt igitur.*

Quia verò aliquando reus metu tormentorum confitetur, & confeſſionem ratificat, ideò Iudicis integritati relinquitur, an huiuſmodi confeſſio ſit probabilis, vel veriſimilis, & an illi ſit adhibenda fides, vel non *l. 1. §. quæſtioni ff. de quæſt.*

Obſerua tamen, quod ſi reus fateatur cum qualitate, propter quam delictum de iure non punitur, puta ſi fateatur homicidium

commisisse ad sui defensionem, tunc si reus petat terminum ad probandum, concedi debet, alias torquetur, vt simpliciter fateatur *secundùm DD. quos refert, & sequitur Loccatell. d. insp. 5. num. 218. vbi etiam testatur, ità fuisse seruatum in Vrbe.* sed contrarium tenet Gabr. *commun. conclus. lib. 7. cõcl. 19. num. 16. Ricc. in collect. decis. 2263. par. 6. & alij* asserentes, non posse reum torqueri, vt reiecta qualitate explicitè deponat, quorum sententia vti benignior in praxi sequenda est. Vnde reus in tali casu non probata huiusmodi qualitate puniendus non est pœna ordinaria, sed alia mitiori *latè Gabr. d. lib. 7. concl. 19. nu. 7. Marant. de ord. iudic. par. 6. tit. de confess. num. 29. Grammat. decis. 5. numero 13. & 14.*

Obserua 2. quod muti, & surdi ex confessione extorta per signa siue fit spontanea, siue per torturam, non debent pœna ordinaria puniri, *vt post Bald. Farinac. & alios dicit Loccatell. d. insp. 3 num. 59.*

18 Notandum 7. quod si reus tortus fuerit nullis legitimis præcedentibus indicijs, & confiteatur, talis confessio non valet, etiamsi in ea perseuerauerit *l. Diuus §. ex quibus & l. pen. iuncta glos. ff. de quæst. Bald. de Perigl. d. tr. de quæst. cap. 2. num. 9. Boss. tit. de indic. & consid. nu. 137. & tit. de Confess. per tort. num. 6. Gandin. d. tr. de Malef. tit. de quæst. num. 26. Bonifac. eod. tr. d. r. rubr. Quæ indic. deb. præc. tortur. num. 6. & 13. & in rubr. de Cõfess. num. 5.* quod procedit etiam in crimine læsæ maiestatis, & alijs atrocissimis delictis, quamuis auctoritate Principis tortus fuerit *Ricc. in collect. dec. 2724. par. 7.* nec sufficerent ad condemnandum indicia, quæ postea superuenirent, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. par. 4. tr. 6. res. 2. vers. vnde ex his Ricc. in collect. decis. 2602. infin. par. 7.*

Nulla etiam esset confessio extorta per suggestionem, vel sub promissione impunitatis: quia non licet Iudici decipere reos, vt hoc pacto inueniat veritatem, cũ etiam innocentes fateri possent ad se liberandum è carceris vexatione, & alijs incommodis *Riccius in collect. decis. 1774. & alij apud Loccatell. d. insp. 5. num 89. & 94. & seq.* vbi etiam dicit, quod ex tali confessione nullum oritur indicium ad torturam, si fuerit reuocata.

Addit Farinac. *& alij, quos refert Dian. par. 4. tr. 6. res. 17.* quod si Inquisitor sine Episcopo reũ torqueret, nulla esset ipso iure confessio rei in tormentis extorta *per clem. 1. §. propter de Hæret.*

Item si mulier post partum torqueretur nõ expectatis 40. diebus, & fateatur delictum, talis confessio esset nulla *Dian. d. par. 4. tr. 6. res. 29. vers. notãdum est etiam, vbi citat Eymeric. à Rosbach. in Prax. crim. tit. 5. cap. 21. nu. 6. & Baiard. ad Clar. q. 64. num. 67.*

19 Sed si reus spontè fatetur, tunc absque alia ratificatione damnatur *Gandin. d. tit. de Quæst. nu. 15. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de Cõfess. num. 1. & alij communiter.* im-

mò ex tali confessione purgatur omne vitium processus ità, vt si esset ex aliqua causa nullus, ex huiusmodi confessione substineatur *Mynsing. dec. 77: cent. 5. quē refert Ric. in Collect. dec. 1774. p. 5.*

Obserua tamen, quod spontanea delicti confessio nō sufficit ad condemnandū aliquē pęna capitali, nisi etiā cōstet, delictum fuisse commissū, vt decisū *refert idem Ricc. in collect: dec. 1774.*

Obserua 2. quod si minor confiteatur delictum, de quo aliter non constabat, nisi per confessionem suam, tunc tamquam læsus restituitur in integrum etiam nō probata læsione; quia satis lęsus pręsumitur ex ipsa confessione *Mega. var: resol. to. 1. ref. 21. nu. 4. vbi citat Angel. in l. certum §. in pupillo ff. de Confess. Alex. & Ias. in l. nā & poste 1 §. si minor ff. de Iniur. Marsil. sing. 445. ver. minor.*

20 Quæres, an reus in criminalibus possit appellare? Resp. negatiuè, si est conuictus, & sponte confessus *iuxta l. 2. C. Quor. appell: non recip.* quod etiam procedit in pecuniarijs, seu ciuilibus causis, *vt d. glo. ibidē in ver. propria, & decisū refert. Ricc. in Collect. dec. 621. p. 3*

Dicitur autem spontè confessus etiam qui confessionem suam in tormentis factam ratificauit *l. 1. §. si quis vltrò ff. de Quæst. glos. in d. l. 2: ver. aliquid dixerit, vbi etiā Bart. C. Quor. appell. non recip.*

Limita 1. si reus est confessus tantum, & non conuictus: tunc enim poterit appellare, *vt d. glos. in d. l: 2. ver. propria, & ibi Bart: n: 1.* quod alij intelligunt, dummodò adducat in appellatione causam probabilem contra suam confessionem: secus si nullam legitimam causam deduxerit, *vt ex cōstitutione 24. Pij V. probat Loccatell. de Quæst. iudic. insp: 3. nu. 23. & ità communiter seruari testatur Clar. in §. fin. q. 94. in princ.* idem dicendum, quando reus cōfitetur cum qualitate, quæ delictum minuit, vel quando non esset manifestè conuictus, quia tūc etiam admittitur appellatio, *vt d. Ricc. in Collect. dec. 621. par. 3.*

Limita 2. quando reus esset tā tum conuictus, & non confessus, *vt constat ex d. l. 2. C. quor. appell:* quia ad hoc vt reus non possit appellare, vtrumque requiritur, videlicet quod sit conuictus, & cōfessus, & ideò alterum non sufficit, *vt ibidem dicit glos. & DD.*

Obserua tamen, quod in multis casibus propter immanitatem criminis conuicto appellatio denegatur, etiamsi delictum confessus non fuerit, *vt d. glos. in d. l. 2. ver. propria*, videlicet si fuerit insignis, vel manifestus latro, seditionum concitator, vel dux factionum, vel alias vbi arbitrio prudētis Iudicis periculum esset in mora *iuxta l. constitutiones ff. de Appell. l si quis filio exhæredato §. hi autē ff. de Iniust. rupt. & irr. testam.* vel si virginem rapuerit *iuxta l. vn. §. sin autem post C. de Rapt. Ving.* vel monetam Cęsaris falsificauerit *l. 1. C. de fals. monet:* cuius textus dispositionem etiam contra tondentem procedere dicit Ricc. *in Collect. decis. 182.*

§. II.

An, & quoties Iudex possit repetere torturam.

21 REpetitio quoque torturæ Iudici est arbitraria, *vt constat ex l. repeti ff. de Quæst. & notat. Bart. in l. vnius §. reus num. 2. ff. de Quæst. & alij* cauere tamen debet Iudex, nè huius arbitrij prętextu immoderatè sæuiat, sed potius in dubio nō deueniat ad repetitionem, *vt dicit Clar. in Practic. crimin. §. fin. q. 64. vers. hæc autem. Ricc. in Collect. decis. 1567. p. 5.* Quare si contra reū adsint indicia leuia, non multum manifesta, nec multum vrgentia, tunc quæstio de eo non debet repeti *Bart. ibidem d. n. 2*, nisi fortè superuenerint noua indicia, tunc enim tortura repeti potest *secundùm communem, & receptam DD. sententiam Gandin. d. tit. de Quæstion. num. 20. Clar. d. q. 64. vers. vltimo videndum Bonifac. de Vitalin. in tr. de malef. in rubr. Quæ indic. deb. præc. tort. num. 8.* hæc tamen indicia debent differre à primis specie, vel substantia *secundùm Boss. in tit. de Tortur. num. 46. Add. ad Bart. in d. l. vnius §. reus Loccatell. de Quæst. Iudic. inspect. 5. num. 70. Ricc. in Collect. dec. 2263. par. 6.* vel saltem esse debent fortiora, & euidentiora prioribus, *vt d. Gandin. loco cit. num. 20. Bart. in d. §. reus num. 2. & alij apud Clar. d. q. 64. vers. vltimò videndum.*

Potest similiter repeti tortura, si adsint indicia valdè vrgentia, & valde manifesta, & Reus fuerit leuiter tortus, *Bart. in d. §. reus n. 2. Ricc. in Collect. decis. 574. par. 3: & decis: 2263: par: 6: Loccatell: d: insp: 5: num: 54: Clar: d. q. 64. vers. hæc autē, & alij communiter:* quēadmodum repeti etiam potest, si reus in tortura cōfiteatur, & deinde non docto de errore reuocaret suam confessionem, etiamsi alia indicia non superuenerint: hoc enim indicium variationis, cum ex ore proprio procedat, est cæteris potentius *Bart. in d. §. reus in fin. Boss. tit. de Tortur. n. 46. & 47. Clar. d. q. 64. in fin. & alij apud Dian. par. 4. tr. 6. res. 23.* quod intellige, si ante confessionem præcedebant legitima indicia, *vt d. Bonac. relatus in Syntag. opin. commun. tit. de Quæst. cap. 7. vers. confessio in tortura.*

22 Verum huiusmodi tortura repetenda non est vltra tertiam vicem, *Boss. ibidem num. 44. Ricc. in Collect. dec. 574. par. 3. Ambros. in. de mod. form. proces. inform. lib. 4. c. 4. nu. 7*, vbi etiam notat, quod qualibet vice potest reus ter quassari, hoc est tribus ictibus funis cōcuti, *vt dicit etiam Dian. par. 4. tr. 6. res. 35.* quod arbitrio Iudicis relinquitur *Loccatell. d insp. 5: n: 60. & seq.* tormentum verò vigiliæ nunquam est repetendum propter eius atrocitatem *Loccatell. insp. 2. nu. 23. & seq.*

23 Quare si reus iterum positus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, non erit procedendum in infinitum, sed sufficit, si tormenta tertiò repetantur; & si deinde in-

ne-

negatiua persistat, Iudex accusatori terminum statuet ad probandum delictum, quo non probato reus absoluendus est ex hactenus deductis, vel relaxandus cum cautione de se repræsentando, *vt d. Clar. §. fin. q. 21. vers. vlterius quæro in fin. Loccatell. insp. 5 n. 72. Ricc. in Collect. dec. 2263. par. 6. Gandin. d. tit. de quæst. num. 21.* vel in pœnam extraordinariam damnari potest iuxta ea, quæ supra diximus, *& notat etiam Loccatell. d. insp. 5. num. 100. Ambros. loco cit. num. 9.*

Obserua tamen, quod si reus bis fuerit sufficienter tortus, non esset in tali casu tertiò torquendus, quia indicia prioris confessionis per pœnam secundæ torturæ satis purgata sunt *Dian. p. 4. tr. 6. res. 24: vbi citat Farinacc. q. 38. num. 106: Carthar. de Interr. reor. lib. 4. cap. 1. nu: 132: & 161. et alios.*

24 Obserua 2. quod quando tortura est repetenda ex nouis indicijs, danda est etiam reo copia indiciorum, *vt d. Pegn. in Direct. Inquis. p. 3. comment. 54. Carthar. loco cit. lib. 4. cap. 1. num. 198. quos refert Dian. d. par. 4. tr. 6. resolut. 16. in fin.*

25 Obserua 3. quod in tormento funis non potest reus detineri vltra horã *ex motu proprio Pij IV. apud Loccatell. d. insp. 5: nu. 60.* vbi etiam notat, quod aliquando detinetur etiam breuiori tempore iuxta qualitatem delicti, personæ & indiciorum: quod arbitrio Iudicis relinquitur, *Gandin. d. tit. de quæst. num. 10. Bonifac: de Vitalin. in tit. qualit. sit sien. tort. nu: 1. & alij apud Dian d. par: 4. tr. 6. res: 35:*

26 in tormento verò vigiliæ potest reus detineri longiori tempore, videlicet vsque ad quinque, & etiam ad decem horas arbitrio Iudicis *secundùm DD. quos refert, & sequitur Loccattel: loco prox. cit. n. 61: & seq.*

27 Obserua 4. quod reus torqueri debet tribus diebus separatim *Clar. d. q. 64. vers: debet igitur Loccatell. d. insp. 5. num. 73.*

28 Obserua 5. quod potest Iudex ex iusta causa diuidere torturam, præsertim si reus parum, aut nihil pati videtur; & ideò si censeat, reum esse torquendum per horã integram, & in tortura illum non detinuit, nisi per mediam horam, potest eo casu reum iterum torquere vsque ad horam integram; secus si reus nõ posset torqueri, nisi per mediam horam, aut paulò plus, vel minus: tunc enim tortura non est diuidenda, quia sic acrius torqueretur, *vt dicunt DD: apud Loccatell. d: insp: 5. n. 67. & seq.* vbi etiam notat, quod tormentum vigiliæ propter illius grauitatem, & atrocitatem non est diuidendum.

29 Obserua 6. quod tortura non repetitur, si reus debilis sit, & delicatus, vel si fortè defecerit in tormentis: quia tunc dicitur sufficienter tortus ità vt non sit amplius torquendus, *idem Loccatell: loco proximè cit. num. 67: & 102. vbi citat Farinac. quæst. 38. nu. 82 & Maur. Burg. de mod. proc. ex ab. rupt. q. 42. num. 15.*

§. III.

§. III.

An, & quando testes in causis criminalibus sint torquendi

30 REgula est, quod testes inhabiles, seu alias à iure reprobati non probant sine tortura *l. ob carmen §. si ea rei conditio ff. de testib. & est communis opinio*: nã per torturam omnis defectus, & inhabilitas tollitur *Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 25: in princ. Alciat: in reg. 2. Presumpt: 29. nu. 12.* excep-

31 ta inhabilitate proueniente ex causa inimicitiæ, quæ nunquam purgatur per torturam etiam in quocunque grauissimo crimine, *vt dicunt DD. apud Loccatell: de quæst. Iudic: insp. 3. num. 55.*

32 Testes autem inhabiles sunt, infames siue infamia iuris, siue infamia facti *Clar. loco cit.* testes varij circa substantialia, *Boss. in tit. de Tortur. test. num. 27.* socij criminis, etiamsi indulgentiam delicti seu gratiam pro se obtinuerint, *Ricc. in Prax for: eccles: par. 1. resol. 320. & in coll. dec. 133 part. 1.* item satellites, aliæque viles personæ, vt sunt Histriones, & similes *Loccatell. de Quæst: iudic: insp. 5. num. 258: Ricc. in collect. dec. 138. par. 1. & decis. 529 par. 7. Boss. in tit. de Denunciat num: 12. & in tit. de Tort. test. num. 3. Vulp: in Prax. Iudic. cap. 29. num. 1. & seq.*

33 Obserua tamen, quod si plures adsint testes inhabiles, non omnes torquendi sunt, sed duo, vel tres, , quia tortura est refrenanda *Bal. in l. data opera C: qui accus. non poss. & in l. quoties C. de Naufrag. lib. 10. & alij, quos refert Boss. in tit. de tortur. num. 45. & tit. de tortur: test. num. 10. vbi de communi Clar. q. 25. vers. penul.* vbi hoc arbitrio Iudicis relinquit:

34 Tortura verò in tali casu regulariter inchoanda est à timidiori, deteriori, vel magis suspecto *l. vnius ff. de quæstion. Gandin. de malef. tit. de quæst. num. 11. Loccatell. insp. 5. n. 77. & alij apud Dian. par. 4. tr. 6. res. 16.* nec debet excedere mediam horam, *vt post Farinac. & alios d. Loccatell. d. insp. 5. num. 175. & 288. Dian: par. 4. tr. 6. resol. 27. vers. vlt. Ricc. in collect. dec 2630. in fin. par. 7.* neque est repetenda *Franc. Marc: decis. 487. vol. 1. quem refert, & sequitur Ricc. in d. collect. decis. 2630 quicquid dicat Boss. in tit. de Confess. per tort. num. 7. & de tortur. Test. num. 21. & de oppos. contra test. num. 18.* sed tunc Iudex adherere poterit ijs depositionibus, quę sunt magis verisimiles, & cum quibus concurrunt plura adminicula, *vt d. Clar. in §. fin: q. 53. vers. quartus est casus Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1 res. 408. Gibr. lib. 7. concl. 26 numero 3:*

35 Obserua 2, quod huiusmodi personæ inhabiles tunc torquentur, quando crimen est graue: & ideò si recipiantur in testes in leuibus delictis, quæ nullam, vel leuissimã pœnam merentur, torqueri non debent: nam neque ex hoc capite tunc repelluntur *Natt. cons. 161. n. 10. lib. 1. Farinac. q. 56. num. 165. quos refert Loccatell.*

tell. inſp. 4. numero 88.

Idem dicendum de teſte vario circa non eſſentialia, quia talis variatio non ſufficit ad torturam *Boſſ. in tit. de Tortur. teſt. num. 30.*

Neque torquentur teſtes inhabiles producti ad defenſam inquiſiti, quia hoc eſt priuilegium Innocentiæ, quæ teſtibus etiam inhabilibus probari poteſt *Menoch. de Præſumpt. lib. 5. quæſt. 48. nu. 7. Loccatell. d. inſp. 4. num. 93.* vbi ſubdit, quod ex huiuſmodi teſtibus non tollitur omninò fides probationibus fiſci ità, vt reus penitus abſoluatur, ſed vt pœna ordinaria delicti non puniatur: idemque procedere in crimine hæreſis dicit Dian. *par. 4. tr. 6. reſ. 11. verſ. verum contraria ſententia.*

Nec toquendi ſunt, ſi per alios idoneos teſtes, ſeu per alias legitimas probationes plenè conſtaret de delicto: tum quia magis creditur duobus teſtibus fide dignis, quam mille ſceleſtis *Boſſ. d. tit. de Tortur. teſt. num. 43. & tit. de oppoſit. contr. teſt. num. vlt.* tum, quia huiuſmodi teſtes inhabiles admittuntur tantum in defectum aliarum probationum, vel quando veritas aliter haberi non poteſt *Ricc. in Prax. for. eccleſ: par. 2. reſ. 212. & alij apud* Dian. *d. par. 4. tr. 6. reſ. 11. verſ. nota quartò Clar. in §. fin. q. 24. verſ. ſciendum.*

36 Obſerua 3. quod in delictis leuibus, pro quibus non imponitur pœna corporis afflictiua, creditur etiam ſatellitibus ſine tortura, puta ſi aliquem reperiant ludentem ludis prohibitis, vel cū armis, dummodò arma, vel aleas, aut alterius prohibiti ludi inſtrumentum ad Curiam deferant: alias in nihilo eis creditur *Loccatell. inſp. 5. num. 258. Boſſ. in tit. de Denuntiat: num. 12. Vulp. in Prax. iudic. cap. 29 num. 1. & ſeq. Ricc. in Collect. dec. 2529. par. 7.* vbi id limitat in Capitaneo Satellitum, qui integer teſtis habetur ad effectum probandi delictum etiam graue: ſed hoc arbitrio Iudicis relinquitur, qui conſiderare debet qualitatem perſonæ, & alias circumſtantias.

Addit Loccatell. *loco cit.* quod ex conſtitutione Alexandri IV. & Clementis VI. Satellitibus Sancti Officij in ijs, quæ pertinent ad eorum officium, creditur abſque tortura, vbi alia adminicula, & coniecturæ concurrunt præter eorum atteſtationes:

37 Obſerua 4. quod ad torturam teſtis inhabilis non exiguntur indicia, quæ ad rei torturam ſunt neceſſaria, nec habetur diſceptatio cum aduocatis, *vt deciſum refert Ricc. in Collect. dec. 2630. p. 7.* niſi teſtis torquendus eſſet propter cauſam, quæ aliunde, quam ex proceſſu oriatur, puta ex eo, quia ſit infamis, vel vilis: tunc enim ſuper hoc eſt diſputandū, & cognoſcēdū dato etiā illi termino ad deducendū, ſi quid in contrariū habet *iux. l. 1. §. ſi quis dicatur & l. ſi quis ff. de Quæſt.* cōtrariū tamen, etiā in hoc caſu in praxi ſeruari dicit Clar. *in §. fin. q. 25. verſ. ſolet dubitari*; ſed hoc totū arbitrio prudētis Iudicis reliquit Bart: *in l. unius §. teſtes ff. de Quæſt. Boſſ. in tit. de Tortur. teſt. n. 39.*

39.idem Ricc.in Prax. for. eccles.p. 1:ref.405

38 Obserua 5. quod sub nomine vilium personarum non veniunt ij, qui viles dicuntur ratione communis status, & eorum exercitij; & ideò ex hoc capite torquendi non sunt, si alias sint honestæ, & probatæ vitæ *Boss.d.tit.de Tortur. test.num.3.& alij apud Loccatell. d-insp.5.num.256.& 295.* idemque dicendum est, si in teste esset alius defectus non proueniés à crimine, puta quia esset domesticus, ac pauper *Boss. tit. de Indic.& consider. num.* 151. vel si testis deponeret in causa, vbi habet interesse; tunc enim non torquetur, etiamsi varius sit, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Loccatell.insp.3.num.44.*

39 Obserua 6. quod huiusmodi testes inhabiles non sufficiunt ad condemnandum reum pœna ordinaria, sed tantum ad infligendam pœnam extraordinariam, vel torturam, *vt inquit. Clar. S. fin.q.24.vers.sciendum in fin. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2.ref.212.* nec plenè probant, si producantur ad defensam, sed relinquitur arbitrio Iudicis, quanta sit eis fides adhibenda inspecta facti, & personarum qualitate *Ricc.loco cit.Clar.vbi supra vers.item scias.*

Notandũ tamen est, quod reus torqueri non debet ex dicto vnius socij criminis, nisi alia adminicula, vel præsũptiones concurrant *Boss.in tit.de Indic.& cõfid:ant.tort.num.160.& alij communiter.* secus si adesset depositio duorum, aut trium sociorum criminis, etiam si essent singulares *Clar.in S.fin.q.21:vers. sed pone.* nisi fortè tales socij criminis plures patiantur defectus, puta si non tantum essent socij criminis, sed etiam periuri, infames, aut alias inhabiles, quia tũc reus non torquetur, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian.p.4. tr.6.ref.8.*

Addit Ricc.*in Prax.par. 2. ref.* 212. quod quando vnus testis omni exceptione maior adest cum alio minus idoneo, tunc facere plenam probationem, si huiusmodi testi minus idoneo tortura ad purgandam, & tollendam illius inhabilitatem adhibita fuerit.

40 Obserua 7. quod quando testis torquetur vti varius, & contraria deponens, regulariter statur vltimo dicto in tormentis *Boss. in tit.de tortur:test.num.20.Alciat.de Præsumpt:reg.2.præsumpt.29.n.13 & 14.& ità seruari dicit Clar. S. fin.q.53.vers.quartus est casus, & alij apud Gabr.lib.7.concl.26.nu.1. & 9.Loccatell.insp.5.nu.* 271. qui duo vltimi Doctores id intelligunt, quando secundum dictum in tormentis receptum fuit solemniter in forma Iudicij, & parte citata, alias non tolleret primum dictum iuratum; sed de cõsuetudine citatio ad hunc actum omittitur, *vt d.Boss.in tit. de oppositi. con.test.num.1.*

41 In multis tamen casibus statur primo dicto, videlicet quando testis illo medio tempore alloquutus fuit, vel potuit alloqui cum parte: tunc enim magis attenditur primum dictum extra torturam,

ram, quam secundum in tortura propter metũ subornationis *Alciat.d.præsumpt.29.nu.6.Gabr.lib. 7.concl.26:num.7.Loccatell.insp.3. nu.48.* eademque ratione attenditur primum dictum, si testis post publicationem processus dicat contrarium, *vt post.Bart.dicit Boss.in tit.de opposit.con.test. nu.1. Alciat.d.præsumpt.29.nu.10. Ricc. in collect.decis.569.par.3.*

42 Secundò statur primò dicto, quando testis tunc fuit formiter examinatus, *vt d.Loccatell.d.insp. 5.nu.271.* quamuis illud primum dictum debilitetur quoad fidem depositionis *secundùm Ricc. in Prax.for:eccles.par.1.res.408.*

43 Idem dicendum, si primum dictum sit magis verisimile, quod arbitrio Iudicis relinquitur *Boss. in tit.de oppos it con.test.num. 1. & alij apud Gabr.d.concl.26. num.6.*

44 Tertiò statur etiam primo dicto, si ex prima depositione fuit ius quæsitum parti *Alciat. d. præsumpt.29.num.6 Loccatell. d.insp. 5.nu.271.vbi refert, ità resoluisse Rotam in Parmen.Status 23.Martij 1601.coram Card. Millino*

45 Quartò si quis deponat in se vti pars, & in alium vti testis, quia hoc etiam casu magis creditur primo dicto sine tormentis *Bart:in l.1.§. quæstioni ff. de quæstion.Boss:in tit.de oppos it.con.test. numero 1.*

46 Quintò quando primum dictũ extra tormenta receptum fuit in articulo mortis: tunc enim secũdum dictum in tormentis non tolleret illud primum, *vt post Aym. d.Gabr.dicta concl.26:num.11.*

47 His adde, quod potest Iudex torquere etiam testes recusantes dicere veritatem, etiamsi inhabiles non sint, puta si interfuerint delicto, & tamen negarent, se aliquid vidisse *Boss.in tit.de tortur.test.nu:10.* quemadmodum potest reus torqueri, si Iudici legitimè interroganti nolit respondere *Loccatell.d.insp.5.num.190.* vbi etiam dicit, quod mitius in hoc casu reus torquendus est, videlicet ad summum vsq. ad quartam partem vnius horæ, vel etiam minus arbitrio Iudicis.

48 Notandum tamen est, quod tunc testis torturæ subijciendus non est, nisi ab vno saltem teste digniore conuincatur, secus si a minus digno *Bart.in l:vnius §:testes ff.de quæst.Ricc.in Prax.for.eccles.par.1.res.405.& in collect:dec. 2630.par.7.*

49 Limita in Clericis, nobilibus, & alijs in dignitate constitutis: tales enim torqueri non debent, etiamsi essent verisimiliter informati, præsertim quando ab alijs veritas haberi potest: sed loco torturæ multis pecuniarijs iuxta locorum consuetudinem plectendi sunt *Boss.in tit.de tortur.test.n.7. Loccatell.insp.5.num.283.& 309. & alij communiter.*

SVMMARIVM.

1 *Accusationes criminales regulariter spatio 20. annorum tolluntur.*

2 *An hoc procedat in Inquisitione.*

3 *Actio iniuriarum anno præscribitur: limitatur nu.5.6.& 7.*

8 *Carnis delicta quinquennio præscribuntur, declaratur n. 9. & 10*
11 *Quinam de adulterio accusare possint.*
12 *An vxor ex causa adulterij agere possit contra maritum.*
13 *Quando Iudex in delictis possit ex officio procedere.*
Denunciationes factæ extraiudicialiter non attenduntur, ibidē.
14 *Accusatio quoad effectum publicationis bonorum quinquennio præscribitur.*
15 *Recensētur delicta, in quibus accusatio semper durat.*
16 *Crimina de iure canonico numquam præscribuntur.*
17 *Actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt, durant vsq. ad 30. annos.*

CAP. VI.

An delicta temporis spatio præscribantur.

1 ACcusationes criminales regulariter spatio 20 annorum tolluntur *l. querela* C. *ad l. Corn. de falsi: vbi dicitur, Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi 20. annorum exceptione, sicut cætera quoque ferè crimina.* cuius textus dispositio non tantum procedit in crimine falsi, sed etiam in alijs criminibus, exceptis casibus in iure expressis *glos. in l. fin. ff. ad l. Pomp. de Parricid. & in l. qui falsam ver. depellitur ff. ad l. Cornel. de falsi. Bart. in d. l. querela.* Quare dictum textum procedere etiam in crimine homicidij & incendij dicit Clar. *in §. fin. q. 51. in princ.* & etiam in vsura, *vt notat Loccatell. de Quæst. Iudic. in sp. 5. num.* 180. quę quidem præscriptio à die commissi criminis, non autem à die scientię currere incipit *l. fin. C. de dol. mal. l. Adulter C. ad l. Iul. de Adult. Clar. d. q. 51. vers. sed hic quæro.*

2 Quod procedit etiam in Inquisitione: Iudex enim non potest ex officio de ipso delicto inquirere, post huiusmodi tempus 20. annorum, quia Inquisitio succedit loco accusationis *Bart. in d. l. querela, & communem dicit Boss. in tit. de Accusat. numer. 32. & in tit. Quom. proced. per Act. in del. n. 17.*

3 Quędam tamen delicta minori spatio præscribuntur, vt est actio de dolo, quæ biennio tollitur *l. fin. C. de dol. mal.* & actio iniuriarū quæ anno præscribitur *l. si nō conuitij C. de Iniur.*

4 5 Limita, quando agitur per viam exceptionis, quia tunc actio iniuriarum est perpetua *Genuens: in Prax. Archiep. cap. 23. num. 7.*

6 Limita 2. in iniuria picta, vel scripta, quę etiam post annum intentari potest *secundùm Ricc. in collect. dec. 138:* contrarium tamen tenent DD. *quos refert, & sequitur Loccatell. de Quæst. Iudic. in sp. 5. num. 177.* vbi dicit, quod actio iniuriarum, etiamsi per libellum famosum iniuria illata fuerit, tollitur per lapsum anni, & diei.

7 Limita 3. si reus præscriptionis huiusmodi exceptionem nō opponat: tunc enim Iudex potest procedere in causa ad condemna-

na-

nationem etiam transactis 20. annis *secundùm Viu. relatum in Syntag. opin. comm. tit. de falsis. 5., verſ. idemq. videmus.*

8 Item Carnis delicta quinquennij ſpatio præſcribuntur, *vt poſt Farinac. & alios dicit Loccatell. loco cit. inſp. 5. nu. 179. & 182.* & de

9 adulterio quidem conſtat *ex l. adulter. C. ad l. Iul. de Adult.* hoc tamen intelligendum eſt quoad pœnam criminalem, vel ciuilem amiſſionis dotis, vel donationis propter nuptias: quia quoad diuortium petendum crimen hoc nunquam præſcribitur *cap. admonere, vbi gloſ. in ver. pœnitenti 2. 33. q. 2. & notant etiam DD. apud Megal. in ver. adulterium nu. 19.*

10 Addit Loccatell. *d. inſp. 5. num. 179. Ricc. in Collect. dec. 236. par. 1.* quod ſupradicta concluſio procedit reſpectu adulteri accuſādi; nā reſpectu adulteræ tollitur hoc crimen ſpatio ſex menſium, quorum duo dantur marito, vt accuſet iure mariti, & quatuor, vt ipſe, & quilibet poſſit accuſare iure extranei *iuxta l. Mariti §. ſex mēſium, & ibi gloſ. in ver. ſex menſes ff. ad l. Iul. de Adult. l. iure mariti. & ibi gloſ. in ver. iure extranei. C. eod.*

11 Notandum tamen eſt, quod quamuis adulterij crimen inter publica iudicia referatur, quorū delatio cōmuniter omnibus conceditur: tamen nè extraneis temerè liceat fœdare connubia, huiuſmodi accuſatio hodiè eſt tantùm permiſſa Marito, nec non Patri, fratri Patruo, & Auunculo, quibus etiam conceditur, vt crimen abolitione, ſi voluerint, cōpeſcant, *vt in l. quamuis adulterij, vbi Bart. C. ad l. Iul. de Adult.* & ideò in crimine adulterij non poteſt procedi ex officio, *vt d. Ricc. in Collect. deciſ. 2310. par. 6. & alij*: niſi adulterium eſſet notorium *Grammat. deciſ. 31. num. 7.* vel niſi maritus querelauerit vxorem de adulterio, vel alius, cui id à iure permiſſum eſt: quia licèt poſtea à querela deſtiterint, adhuc poterit Iudex ex officio procedere *l. conſtante ff. de Adult. Gramm. it. loco cit. nu 5. & 6.*

Addunt alij, quod nedum Patri, & fratri mulieris, ſed etiam eius Socero, & cognato, & ſic Patri, & fratri ipſius viri competit hoc ius accuſandi, *Vinc. de Frāc. deciſ. 94. quem refert & ſequitur Ricc. in Collect. deciſ. 236. par. 1:* qui ibidem *dec. 78.* id etiam extendit ad hæredes etiam extraneos mariti & aliorum, quibus huiuſmodi ius querelandi à iure conceditur.

12 Notandum 2. quod vxor ex cauſa adulterij à Marito commiſſi poteſt agere ciuiliter contra maritum ad thori ſeparationem, non autem ad pœnam infligendā *Peguer. dec. 94. quem refert idem Ricc. in Collect. deciſ. 236. par. 1. & dec. 2310. par. 6.*

13 Notandum 3 quod neque in alijs delictis Iudex poteſt ex officio procedere, niſi vel querela partis, aut denunciatio officialis, vel diffamatio aut quid ſimile præcedat, quod Iudicem ex neceſſitate officij ſui quodammodò ad procedēdum impellat: alias pro-

cessus est ipso iure nullus, etiamsi delictum deinde plenè probetur; & ideò non attenduntur notificationes factæ extraiudicialiter, neque illæ, quæ fiunt ab incerto auctore, vel suppresso nomine denũciantis, etiamsi in eis nominentur testes de delicto informati; & processus inde factus similiter nullius est roboris *cap. Inquisitionis §. tertiæ de Accus. Clar. in §. fin. q. 5. vers. scias etiam*, vbi etiam refert, quosdam Inquisitos super denunciationibus factis per personas in certas nulla præcedente querela fuisse à Senatu absolutos.

Addit Bonacin. *in tract. de Cõtract. disp. 2, q. 4 pun. 9. nu. 5.* eum, qui tacito suo nomine schedulam defert ad superiorem de aliquo delicto occulto, libelli famosi reũ censeri, si hoc faciat, vt Superior de crimine inquirat, illudque notum, ac publicum efficiat notorietate iuris:

Quod magis locum habet in carnis delictis, ex quorum delatione semper sequi solet infamia, præsertim si multi elapsi sint anni post patratum crimen: hoc enim pia humana conditio exposcere videtur, vt post longum tempus commissi criminis delinquens nõ deferatur ad punitionis tribunal *vt dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 5. res. 23.* & ita communiter obseruatur, non enim proceditur ex officio in huiusmodi criminibus, etiamsi notoria iam fuerint, si emendatio postea sequuta fit, quę per spatium trium annorum in criminoso præsumitur; *vt d. Barbos. in capit. testimonium de testib. & alij communiter.*

14 Simili quinquennio præscribitur etiam accusatio quoad effectum publicationis bonorũ, *Add. ad Bart. in d. l. querela littera A. & communem dicit Clar. in §. fin. q. 51. vers. scias etiam in fin.*

15 Dixi, *exceptis casibus in iure expressis*, quia in quibusdam delictis accusatio semper durat, vt in crimine Parricidij *l. fin. C. ad l. Pomp. de Parricid.* & in crimine suppositi partus *iuxta l. qui falsam §. accusatio ff. ad l. Corn. de fals.* item in delicto hæresis & Apostasiæ à fide *l. Apostatarum C. de Apost.* in crimine concussionis *secundùm glos. in d. l. querela ver. sicut cætera in fin.* & in crimine læsæ maiestati, assassinij, falsę monetæ, Simoniæ, abortus, sodomiæ, raptus, stupri cum vi, & adulterij cum incestu, *vt d. Farinac. Baiard. & alij, quos refert, & sequitur Loccatell. d. inspect. 5. num. 181. Megal. in ver. Assassinium num. 10.*

16 Addunt alij, quod crimina de iure canonico nunquam præscribuntur tempore, *& hanc esse communem dicit Soc. sen. in cap. super num. 97. de Crim. fals. quem refert Bonacos. relat. in Syntag. opin. comm. tit. de crimin. & delict. cap. 12. vers. crimina.*

17 Actiones verò ciuiles, quæ ex crimine descendunt, vsque ad 30. annos durant *Clar. in §. fin. q. 51. vers. & hęc quidem in fin. Riec. in Collect. decis. 138. & est communis opinio.*

Finis Libri Sexti.

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER SEPTIMVS.

DE REGVLARIBVS, ET MONIALIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria Regularium erigi non possunt sine licentia Episcopi, in cuius diœcesi erigenda sunt.*

2 *Et an possint reædificari sine huiusmodi licentia.*

3 *An ante erectionem requiratur cõsensus Priorum aliorum monasteriorum.*

4 *Quando ad id requiratur consensus Incolarum.*

5 *Quid si ædificentur hospitia.*

6 *An licentia Episcopi requiratur, si Regulares de loco non sano, seu incommodo ad saniorem, vel cõmodiorem monasterium transferant.*

7 *Monasteria nouiter erigenda, in quibus 12. Religiosi substentari, ac inhabitare non potuerint, Iurisdictioni ordinarij subiiciuntur: declaratur num. 8.*

9 *An ad id requiratur consensus Parochi, in cuius Parochia monasterium est erigendum.*

10 *Constructio fieri non debet infra spatium 140 cannarum inter vnum, & alterum monasterium.*

11 *An hoc locum habeat in magnis & populatis vrbibus.*

12 *Quæ requirantur ad monasteria monialium erigenda.*

CAP.

CAP. I.

De Monasterijs Regularium nouiter erigendis.

1 QVamuis *per tex. in c: 1. de excess: Prælat.* vetitum fuerit mendicantibus, nè acquirere possent noua loca ad habitandum absque sedis Apostolicæ facultate, hodiè tamen sufficit solius Diœcesani Episcopi licentia *ex dispositione Conc: Tridentini sess: 25. de Regul: cap. 3. ibi, nec de cætero similia loca erigantur sine Episcopi, in cuius Diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta, vt aduertit etiam Sorb. in ver: ædificare vers. circa §. 20. Lezan: in sum. qq: reg. tom. 3. ver: Episcopus quoad Regulares num. 3.*

2 Ex quo infert Ricc: *in Prax. for. eccles: par. 4. ref: 339.* quod ecclesia, seu monasterium reædificari non potest sine licentia Episcopi, si funditus destructum sit.

Notandum est autem, quod ad id non solum vocari, & consensũ
3 præstare debent Priores, seu Procuratores aliorum monasteriorũ in illis locis, vbi erigenda sunt monasteria, sed etiam in alijs per quatuor millia passuum circumuicinis, nisi alias ipsi Episcopo constiterit, Religiosos monasterij erigendi absque detrimento Religiosorum aliorum monasteriorum iam erectorum commodè, & congruè manuteneri posse; quod si in illis nulli alij Regulares
4 reperiantur, prędicta erectio cũ consensu incolarum, & habitatorum eiusdem loci facienda est *ex constitutione Clementis VIII: incip. Quoniam ad institutam, apud Piasec. in Prax. Episcop: par: 2. c. 3. num. 47. & ex constitutione Vrbani VIII: incip: Romanus Pontifex, apud Lezan. in summ. qq. reg. to. 3. ver: Episcopus quoad Regulares n. 4. & ex decreto Sac: Congregationis edito sub die 17. Augusti 1622. apud Barbos. post. 3. par. tract. de offic. & pot. Episc: fol. 65:*

5 Obseruant tamen Doctores, quod dicta constitutio Clementis VIII non comprehendit hospitia *ità decisum refert Ricc. in collect. decis 2269: par 6. Vulp: in Prax. iudic. cap. 42. num. 21.*

6 Obseruant 2. quod licentia Episcopi non requiritur, quando Regulares conuentum de loco non sano, seu incommodo ad saniorem, vel commodiorem transferrunt: id enim possunt facere Regulares ex priuilegio Sixti IV. minoribus concesso, *vt dicunt DD. apud Dian. par. 3: tr. 2. ref. 136.* vbi etiam addit, huiusmodi priuilegio nõ fuisse derogatum per Cõcilium Tridentinum, quia loquitur tantum de noua erectione & ædificatione domorum, non autem de mutatione.

7 Item ex dicto decreto Sac. Congreg. prohibetur, nè monasteria de nouo erigantur, nisi in eo saltẽ duodecim fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, atq. ex consuetis eleemosinis substentari valeant: alioquin monasteria huiusmodi posthac erigenda, in quibus 12. religiosi, vt supra, substen-

mentari, atque inhabitare nō potuerint, & actu non habitauerint, ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodę Iurisdictioni subiecta esse intelligantur *iuxta aliud decretum Sac. Cong. Concilij sub Vrbano VIII. quod refert Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 26. n. 7. vers. verumquia*.

8 Eadem tamen Sac. Congregatio declarauit, hoc decretum eas tātum Religiones comprehendere, quæ non consueuerunt onera missarū recipere, vt sunt Capuccini, & Religiosi Societatis Iesu, *vt refert Barbos. loco cit. par. 3. all. 98. num. 8.*

9 Præterea requiritur consensus Parochi, in cuius Parochiā monasterium est erigendum *secundùm Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref 298. per tex. in cap. quicunque 16. q. 1.* verum ibi textus non exposcit cōsensum Parochi, sed Episcopi: & ideò sufficit, si erectio monasterij fiat sine præiudicio ecclesiæ parochialis, *vt colligitur ex d. cap. quicunque, & cap. ecclesię ead. q. 1.* audiri tamen debet Parochus *iuxta citatum constitutionem Clementis VIII.* cùm in hoc habeat interesse ratione iurium parochialium, *vt notat etiam Guid. Fap. dec. 360. num. 1. Barbos. d. par. 2. all. 26. num. 6.*

10 His adde, quod huiusmodi constructio fieri non debet infra spatium 140. cannarum inter vnum, & alterum monasterium *iuxta constit. Clem IV. & Sixti IV. apud Sorb. in ver. ædificare §. 16. & 19.* exceptis monasterijs fratrum Minorum de obseruantia, à quibus tercentum cannarum spatio distare debet domus, seu monasterium à Regularibus alterius ordinis mendicantis erigendum *ex constitutione 2. Iulij II. quam refert Barbos. d. all. 26. num. 6.* vbi subdit, huiusmodi constitutiones

11 non esse vsu receptas in magnis & populatis Vrbibus, in quibus vicinissimè noua monasteria ædificantur *vt notat etiam Sorb. loco cit. vers. quoad. dispositionem*: in his enim cessat ratio dictæ prohibitionis, quæ fuit, nè vnus Conuentus alteri impedimentum, seu detrimentum afferret.

12 In erigendis verò monasterijs monialium non solum requiritur consensus ordinarij, sed etiam speciale indultum sedis Apostolicę: nec erigi possunt, nisi in locis muro cinctis, & vbi adest copia confessariorum, vel facultas cōducēdi confessarios aliunde, dummodò illis annuus reditus saltem scutorum 300. pro duodecim substentandis assignetur; non tamen erigi debent in ijs locis, in quibus monasteria prius erecta laborant inopia, *vt resoluit Sac. Congreg. apud Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 25. num. 43. Barbos. d. par. 2. all. 26. num. 7.* Nec possunt moniales in monasteria nouiter erecta introduci, seu transferri, nisi eadē monasteria auctoritate Apostolica extructa fuisse prius constiterit, ipsaque præuia visitatione earumdem monialium capacia, eisque accommodata, atque ita absoluta reperta fuerint, vt Cementarijs, alijsque fabris nulla ædificationis causa in ipsa postea in-

gre-

grediendi necessitas relinquatur ex decreto Sac. Congreg. apud Lezan. in Sum. to. 3. ver. clausura numer. 13.

SVMMARIVM.

1 Regulares, qui sibi Conseruatores elegerunt, coram ipsis Conseruatoribus conueniri debent, sed alios conuenire non possunt.
2 Quam pœnam incurrat Conseruator exceedens limites suæ facultatis.
Item qualiter puniatur pars, quæ hoc fieri procurauerit, ibidem.
3 An Conseruatores possint eosdem Regulares defendere à manifestis iniurijs.
4 Et an possint procedere contra debitores ex causa ciuili.
5 De qualitate notorij prius constare debet, quam cognoscat de manifestis iniurijs.
6 An Conseruatores possint cognoscere causas in prima instantia.
7 Quando regulares coram ordinario conueniri possint, & numero 13.
8 Declaratur textus in cap. fin. de offic. deleg. in 6.
9 An possit ordinarius punire delegatos, qui suæ Iurisdictionis limites excedunt.
10 Qui nam possint eligi in Conseruatores.
11 An ij, qui eliguntur in Conseruatores, teneantur munus acceptare.
12 An possit ordinarius alium in locum Iudicis Synodalis absentis, vel defuncti substituere.
13 Regulares, qui in termino à Gregor. XV. præfixo Conseruatores non elegerunt, possunt illos adhuc eligere.
14 An possit Conseruator vices suas alijs committere.
15 An munus Conseruatorum cesset per mortem Papæ.

CAP. II.

De Regularium Cõseruatoribus.

1 REgulares, qui sibi cõseruatores elegerũt, in ciuilibus causis coram ipsis Conseruatoribus conueniri quidem, aut trahi debent, sed alios conuenire, aut trahere non possunt, ità, vt memorati conseruatores in causis, in quibus regulares actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed tantum in ijs, in quibus rei extiterint *ex constit. Greg. XV. incip. Sanctissimus, quam refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 106. nu. 55:*
2 Si verò suos limites scienter excesserint, per annum ob officio Conseruatoris huiusmodi suspensi sunt, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, sententiam excommunicationis incurrit *cap. fin. de offic. deleg. in 6. & constat etiam ex dicta constitut. Greg. XV. §. ad hæc.*
3 Obserua tamen 1. quod huiusmodi Conseruatores possunt etiã à notorijs, & manifestis iniurijs, & violentijs defendere Regulares, dum à suis deijciuntur possessionibus, & proprijs bonis vti, ac frui de facto impediuntur; etiã si in hac parte actores sint, dummo

modò obseruent formā prescriptam *in cap.1.& fin.de offic: deleg. in 6.vt censuit Sac.Congreg.Cons. teste Barbos:vbi supra nu.56. Lezan.in sum.qq.reg:tom.2. cap:10. numero 47.*

4 Ex quo nonnulli Doctores inferunt, Conseruatores Religiosorum posse procedere contra debitores ex causa ciuili etiam laicos, quia iniuria non tantum sumitur pro contumelia, vel conuicio, sed pro omni, quod fit cōtra ius, & monasterio damnum infert, *ità Guid.Pap.dec.18. n.3. & alij apud Dian.par.3 tr.1.resol. 20.*sed cōtrarium videtur verius per *textum in d.cap.1.& cap. fin: de offic. deleg.in 6.ibi,*[nec ad alia, *quæ iudicialem indaginem exigūt, suam possint extendere facultatem, ità glos fin.in d.cap.1:Lezan: in sum.tom:2.cap.10.num: 63.*

5 Notandum tamen est,quod antequam de huiusmodi manifestis iniurijs cognoscant, constare prius debet de qualitate notorij: quia vbicunque iurisdictio competit alicui respectu certæ qualitatis, debet ante omnia eidem de illa qualitate constare *Bart:cō muniter receptus in l. multum interest num. 2. & 5.ff. de Cond:& demon.*

6 Addit Nau.*cons.3.num.2.de off. Iud: deleg:* quod Concilium Tridentinum *sess.24.de ref.cap.20.*dū præcipit, causas omnes in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat esse agitandas, nō excludit Conseruatores, quia in supradictis causis reputantur ordinarij, *& ità etiam censuit Sac. Congr.teste Barbos.de offic.& pot: Episc.par.3.all.106.num. 6:*

7 Obserua 2. quod in ciuilibus causis mercedum, & miserabiliū personarum Clerici sœculares, aut Regulares extra monasteriū degentes,quomodolibet exempti, etiamsi certum Iudicem à sede Apostolica deputatum in partibus habeant: in alijs verò,si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs, tamquā in hoc ab ipsa sede delegatis,cōueniri, & iure medio ad soluendū debitum cogi, & compelli possūt priuilegijs, exemptionibus,Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa non obstantibus *ex Cōc. Triden.sess.7:de ref:cap. 14.*

8 Obserua 3. quod prædicta excōmunicatio,*de qua in d.c. fin:de offic.deleg.in 6* nō incurritur ab eo qui non est pars in iudicio, reus scilicet, vel actor, neque ex sola procuratione, nisi effectus sequatur *Nau.in man.cap.27:num.125, Bonacin:de censur. in part: disp.2. q.2.pun.35.nu:3.& alij apud Barbos.d.par.3 all:106.nu.49: Lezan. in sum.qq.reg:tom.2.cap.10.nu.71.*

9 Sed quæres 1. an ordinarius possit in Conseruatores animaduertere, si fortè vltra causas sibi permissas cognoscant? Resp. negatiuè,quia quoad hoc prouisum fuit per Conc.Tridentinum *sess. 14.de ref.cap.5.*& per dictā constitutionem Greg.XV. vbi cauetur, vt si qua inter Iudices Conseruatores, & locorum ordinarios cōtrouersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequa

quā in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos super iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.

Alios tamen Delegatos etiam Principis, si limites excedant suę iurisdictionis, potest, ac tenetur ordinarius punire *secūdum Card. in Clem:1.num.16. de offic. ordin. Abb.in cap.significauit num.3:eod. tit.& alios apud.Barbos.d. par.3. all.106.num.27.*

10 Quæres 2. qui nam possint eligi in Conseruatores? Resp:eos esse eligendos, qui habent qualitates requisitas, & descriptas *in c.Statutum de Rescript.in 6:* ita vt vel dignitate ecclesiastica præditi, vel personatum [obtinentes, vel ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, quique in Concilijs prouincialibus, aut diœcesanis iudices electi, seu designati sint iuxta formam Concilij Tridentini *sess.25.de ref.cap.* 10: *vt constat ex constit.Clemen.VIII.& Greg: XV. apud Barbos.d.all.* 106. *num.* 54.& 55.

11 Tenentur autem tales conseruatores à Regularibus electi acceptare huiusmodi munus, alias rei sunt peccati mortalis, nisi aliqua graui causa excusentur *secūdum Rodriq.tom.1:qq.reg.q.65.ar. 4:Peirin.to.* 1.*Priuil.minim. in cōstit:4.Iulij.11.num.30.quos refert, & sequitur Lezan:in sum: to.* 2.*c:* 10 *num.*18.

12 Addit idem Lezan.*loco cit: nu.* 56.*ex decreto Sac. Congr.*quod si quis ex iudicibus Synodalibus lōgo tempore absit, potest ordinarius cum consilio Capituli alium in eius locum substituere; quemadmodum potest ordinarius aliū substituere in locum Iudicis synodalis defuncti vsque ad futuram synodum *iuxta Tridentinum loco citato cap.*10.

13 Quæres 3. An Regulares, quī in termino eis à Greg.XV.præfixo Conseruatores non elegerunt possint adhuc illos eligere? Resp. affirmatiuè: interim tamen corā ordinario conueniri debent *ex eodem Conc.sess.7 de ref.cap.*14.& *ex constit.Greg.XV. ibi, alioquin eo termino elapso, quamdiù conseruatores secundum formam præsentis constitutionis non elegerint, coram eisdem ordinarijs conueniātur, & ità etiam declarauit Sac: Congreg:teste Lezan.in sum: to.*2. *d.cap:* 10.*num.*58.

14 Quæres 4.an possit conseruator vices suas alteri committere? Resp.negatiuè.*ex d.tex:in cap.sin. de offic.Iud.deleg. in 6. ibi, vices quoque suas citationibus, & sententiarum denunciationibus dumtaxat exceptis, quas per alios valeant exercere, nulli committere possint, nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum: sed nec tunc nisi intra Ciuitates, seu Diœceses, in quibus deputati fuerint, & personis, quæ superius sunt expressæ hoc est vel Episcopis, aut eorum superioribus, aut Abbatibus, seu Dignitatibus, vel personatum in Cathedralibus, vel collegiatis ecclesijs obtinentibus.*

An verò conseruator habens huiusmodi priuilegium, seu facultatem delegandi possit committere vices suas canonico ecclesiæ Ca-

Cathedralis? Resp. affirmatiuè, cum talis canonicus possit eligi conseruator, *vt ex prædictis constitutionibus obseruat etiam Barbos. loco cit. num. 11: Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10. nu. 52. & 53.*

15 Quæres 5. an officium, seu munus Conseruatorum, quia à Regularibus eliguntur, cesset per mortem Papæ? Resp. negatiuè: quia eliguntur virtute priuilegij, seu concessionis, & gratiæ factæ eisdem Religionibus *Nau. cap. 27. n. 253. Rodriq. tom. 1. qq. reg. q. 65. art. 6. Mirand. in man. tom. 2. q. 47. art. 6. quos refert, & sequitur Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10. nu. 20.* vbi etiam dicit, dispositionem *cap. fin. de offic. deleg. in 6. in quo habetur, officium quorumcunque Cõseruatorum quoad non cæpta negotia per obitum concedentis expirare*, solum procedere in conseruatore concesso priuatis personis, non autem ordini, vel Religioni.

SVMMARIVM.

1 *In quolibet monasterio tam virorum, quam mulierum eis tantum numerus constituendus est, qui vel ex reditibus, vel ex consuetis eleemosinis substentari commodè potest.*

2 *Determinare numerum monialium ad Episcopum spectat etiã in Monasterijs exemptis.*

3 *Quando vltra numerum præfixum aliæ moniales recipi possint.*

4 *An possint vltra duas sorores in eodem monasterio habitum regularem suscipere.*

CAP. III.

De Numero monialium in quouis monasterio præfigendo.

1 IN Monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus iis tantum numerus constituendus est, ac in posterum conseruandus, qui vel ex reditibus proprijs monasteriorum, vel ex consuetis eleemosinis commodè possit substentari *ex decreto Concilij Tridentini sess. 25. de Regul. cap. 3*

2 Determinare verò numerum monialium ad Episcopum spectat etiam in monasterijs, quæ regularibus subdita sunt, cum interuentu tamen superioris regularis *ex cõstitutione Greg. XIII. incip. Deo sacris, quam refert Quarant. in ver. monasteria monialium, & cẽsuit etiam Sac. Cong. teste Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 4. ver. moniales num. 5.*

3 Obseruant tamen DD. quod etiam vbi expletus est numerus monialium, quæ ali possunt ex annuis reditibus monasterij, possunt aliæ sufficienter dotatæ cum sua dote supra illum numerum admitti, *vt d. Nau. de Redit. eccles. q. 1. monit. 62. num. 2.* vbi aduertit, Concilium loco cit. tantum prohibere, nè recipiantur indotatæ: & cum expensis monasterij, & *ità etiam tenent alij DD. quos refert*

fert, & seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 98. num. 9. non possunt tamen huiusmodi supranumerariæ admitti sine Sac. Congregat. licentia *ex decreto eiusdem Sac. Congregationis, quod refert Lezan. in Sum. qq. reg. to: 1. cap. 25. num. 6.* & tunc quæ vltra statutum numerum recipiuntur, duplicem eleemosinam afferre debent, hoc est duplicatã summam eius, quæ in receptione cuiusque monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consueuerit: ita tamen vt vbi summa quæ confertur, minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione duplicatæ eleemosinæ soluenda sint scuta quadringẽta, *vt decreuit Sac. Congr. teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 4. num. 13. Lezan. in sum. to: 1. cap. 25. nu. 6. Quarant. in ver. monasteria monialium.*

Quæ verò supra numerum præfixum recipiuntur, in locum monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogãtur, neque impedimento sunt, quin aliæ in locum earumdem ex numero demortuarũ recipi eo modo valeant, quo in singulis monasterijs moniales intra numerũ possunt admitti; quinimmò sic supra numerum receptæ supranumerariæ semper quoad hoc remanẽt, etiamsi in cæteris ab alijs nihil differant, *vt censuit Sacr. Congrg. apud Quarant. & Lezan. locis cit. Barbos. d. p. 3. all. 98. nu. 4.*

4 Adde, quod non possunt vltra duas sorores in eodem monasterio habitum regularem suscipere, & professionem emittere absque Sac. Congregationis licentia: & si hac licentia obtenta tertia soror ad habitum admittatur, voce actiua, & passiua tamdiù carere debet, quoùsque altera ex eisdem duabus sororibus vitam cũ morte commutauerit; dotemque duplicatam tenetur soluere, quatenus intra, triplicatam verò, si supra numerum existat, talique casu adimpleri debent conditiones in licentijs pro monialibus supranumerarijs concedi solitis; vbi verò laudabilis consuetudo inoleuit, vel Pontificia cõstitutione cautum est, nè duæ sorores in eodem monasterio habitum suscipiant, ità obseruari debet, *vt rescripsit Sac. Congr. ad Archiepiscopũ Bracharen. sub die 26. Augusti 1616 teste Lezan. in summ: qq. reg. to. 4. ver. moniales num: 6:*

SVMMARIVM:

1 *Potest Episcopus interesse electioni quarumcunque Abbatissarũ etiam exemptarum.*

2 *Quando Prælati Regulares teneantur Episcopo significare diem electionis Abbatissæ.*

3 *Abbatissa per vota secreta est eligenda, quæ ætatem præscriptam in Conc: Tridentino habeat*

4 *Non potest eligi ad vitam, sed per triennium.*

An post elapsum triennium possit iterum eligi, ibidem.

5 *In huiusmodi electione ex tripartito numero monialium duæ partes concurrere debent.*

6 *An per Concilium Tridentinum sublata fuerit forma capiendi pro-*

propter de elect.

7 *Quid si Moniales in electione discordes fuerint.*

8 *An monialis vidua, vel alias corrupta possit eligi in Abbatissam:*

9 *Et an monialis illegitima ad huiusmodi munus assumi possit.*

10 *An Prælati dictarum monialiũ possint in prædicta illegitimitate dispensare.*

CAP. IV.

De electione Abbatissæ.

1 POtest Episcopus vna cũ Superioribus regularibus electioni quarumcumque Abbatissarum per se, siue per alium interesse ex Constitutione Greg XV. *incip. Inscrutabili;* & ideò tenentur Regulares Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eũque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expressè declarauerit, se vti velle facultate sibi hac in parte attributa ità, vt 6 post dictam declarationẽ liceat Episcopo censuris, & alijs pœnis punire Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænunciata ad Abbatissę electionem processerint, *ità declarauit Sac. Congreg: in resp. ad dub. 25. super ead. constit: vt refert Barbos: post 3. par: Tract. de offic: & pot. Episc. fol. 55. & seq. Lezan in Sum, qq. reg: to. 1: cap. 25. nu. 46. Vulp: in Prax. Iudic. cap. 42. num* 28.

3 Eligi autem debet Abbatissa per vota secreta *iuxta Tridentinum sess: 25. de Regul. cap 6.* quæ habeat ætatem præscriptam in eodem Concilio *loco cit. cap. 7. vt notant etiam Doctores apud Barbos. d. par. 3. all. 100. num.* 17: vbi etiam dicit, quod electio aliter facta nullius esset roboris.

4 Nec potest eligi ad vitam, sed per triennium: & postea à regimine, & administratione monasterij debet abstinere per triennium à die finitæ administrationis: quo elapso seruata forma eiusdem Concilij iterum, ac pluries eligi potest *per Constitutionẽ Greg: XIII. incip. Exposcit debitũ, quam refert Vulp. in Prax. Iudic. cap. 4. num.* 14. *Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1: cap. 26. num. 4. Quaran: in ver. Abbatissa.*

5 In huiusmodi verò electione ex tripartito numero monialium duæ partes concurrere debent, nisi alia adesset loci consuetudo *ex decreto Sac. Congreg. apud Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu. 57. vers. in monasterijs.*

6 An verò per Concilium Tridẽtinum sublata fuerit forma *c. quia propter de elect.* non fuisse sublatã, sed adhuc in suo robore permanere dicit Barbos. *d. par. 3. all.* 100 *num.* 17. *vbi citat Fr. Emman. in Sum. p. 1. cap. 102. num. 2. Zerol. in Prax. Episc: par. 1. ver. Abbatissa §. 6. Azor instit. mor. par. 1. lib. 13. cap: 10. quæst: 2: Sigism. à Bonon. de elect. dub. 27. nu: 10. & 11.*

7 Si verò Moniales in electione huiusmodi fuerint discordes, potest Episcopus nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit

rit

rit, *vt censuit Sac. Cong. teste Piasec. loco cit.*

8 Quæres, an monialis vidua possit eligi in Abbatissam? negatiuè respondet Ricc. *in Collect. decis.* 2415. *par. 6. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 26. numer. 5. & 7. & alij* Vnde ad hoc requiri dispensationem Papæ censuit Sac. Cong. *apud Dian. par. 3. tr. 2. res. 99.*

Addunt alij *apud Barbos. d. all.* 100. *num.* 14. ab hoc munere excludi eas omnes, quę virgines nō sunt; & ideò si monialis corrupta occulta eligatur, tenetur se excusare prout melius potuerit, nè suum defectū prodat, *vt d. Lezan. loco cit.*

9 An verò monialis illegitima absque dispensatione Papæ possit in Abbatissam eligi? negat Nau. *in man. cap. 27. num. 201. & alij plures apud Barbos. vbi supra nu.* 13. sed contrarium tenet Lezan. *in Summ. tom. 1. cap. 26. nu. 6.* & hanc sententiam videtur approbasse Sacra Congregatio, quæ censuit, moniales ex illegitimo thoro natas sub constitutione Sixti V. cō. tra Regulares illegitimos nō cōprehendi, quominus ad officium, vel dignitatē Abbatissæ, seu Priorissæ eligi possint, *vt refert Dian.*
10 *par. 3. tr 2. res.* 101. vbi etiam notat quod stando in prima sententia possunt Prælati dictarum monialium in prædicta illegitimitate dispensare.

SVMMARIVM

1 *Episcopus in ijs, quæ ad clausuram spectant, Iurisdictionem habet in moniales etiam exemptas.*

2 *Episcopus punit Regulares, & alios exemptos, qui circa clausuram delinquunt.*

3 *Episcopus quoad obseruantiam clausuræ visitare potest moniales etiam exemptas.*

4 *Item potest suo edicto imponere pœnam excommunicationis latę sententiæ contra aperientes ostium clausuræ extra casus indigentiæ, vel colloquentes cum monialibus.*

5 *An hæc excommunicatio liget Regulares.*

6 *In edicto Episcoporum prohibētium accessum ad monasteria monialium non comprehenduntur fœminæ.*

7 *Patres, & filij monialium possunt eas alloqui sine licentia.*

8 *Licentia colloquendi cum moniali concessa religioso extenditur etiam ad eius socium.*

9 *Excommunicatio lata contra alloquentem moniales, non cōprehendit alloquentem Nouitias.*

Nouitiæ in odiosis non veniunt appellatione monialium, secus in fauorabilibus, ibidem.

10 *Ad quem spectet dare licentiam ingrediendi monasteria monialium, vel cum eis colloquendi.*

11 *Quando Regulares colloqui possint cum monialibus.*

12 *An nomine Vigiliæ veniāt quatuor tempora.*

CAP.

CAP. V.

De conseruanda monialium clausura.

1 IN ijs, quæ ad clausuram spectant, Episcopus in moniales etiam priuilegio, vel indulto Papæ exemptas, siue Regularium curæ subiectas iurisdictionem habet *ex Conc. Tridentino sess. 25. de Regul. cap. 5. & ex constitut. Pij V. incip. Circa pastoralis officij: & Gregor. XIII: incip. Deo sacris, relat. per Quarant. in ver. monasteria monialium:* ità vt punire etiam possit Regulares, & alios exemptos,
2 qui circa clausuram delinquunt *ex constit. Greg. XV. incip. Inseruitabili*, cuius dispositionem non tantum procedere in delictis notorijs, & scandalosis *iuxta Conc: Tridentinum sess. 25. de Regul. c. 14* sed etiam in omnibus indistinctè dicit Lotter. *de Re Benef. lib. 1. q. 24. n. 66. & 67. què refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 105. n. 20.* quia in legibus indefinita oratio æquipollet vniuersali *iux. glo. in clem. 1. ver. quãuis de Præb. Bart. in l. omnes populi num. 57. de Iust. & iur.*

3 Ex quo infertur 1. posse Episcopum visitare quoad obseruantiam clausuræ moniales etiam exemptas toties, quoties ei videbitur expedire, *vt censuit Sacr. Congreg. teste Ricc. in Prax. for. eccles: par. 1. res. 649: & par. 4 resolut. 1900. & notant etiam DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all: 102: num. 5. & seq. Lezan. in sum: qq. reg: to: 3. in ver. Episcopus quoad Regulares nu.* 13. vbi dicit, id faciendum esse cum superioribus earumdem monialium *per d. constit. Pij V.*

4 Infertur 2. posse Episcopum ad clausuram custodiendam pœnam excommunicationis latæ sententiæ suo edicto imponere contra aperientes ostium clausuræ extra casus indigentiæ, nec nõ cõtra accedentes ad monasteria monialium etiam exemptarum, vel Regularibus subiectarũ, seu cum illis colloquentes *c. monasteria de vit. & hon. Cler: & tradunt DD. quos refert & sequitur Barbos. de offic: & pot. Episc. par. 3. all. 102. num. 74 & seq.* ità vt hæc excõmunicatio liget etiam Regulares, ac moniales exemptas, si de illis in edicto mentio fiat, *vt censuit Sac. Cong. teste Lezan. in sum. qq. reg. to. 3. ver. Episcopus quoad Regulares nu. 13. Bonacin. de clausur. q. 3. pun: 4. in fin:* & in tali casu Regulares sic excommunicati non possunt absolui à suis superioribus, sed ab Episcopo, si hanc absolutionem sibi reseruauit *Lezan. in sum: to. 1. cap. 25. num. 35. & tom. 3 in ver. Episcopus quoad Regulares nu: 13. vbi refert, ità Sac. Congregationẽ declarasse.*

Limita, si tales Regulares habeant ex priuilegio, quod non possint ab Episcopo excõmunicari, *vt d. Marcell. Vlp. in Prax. iudic: cap. 4. num. 8. & similiter censuit Sac. Congr. teste Barbos. vbi supra num. 75. Dian: par. 3. tr. 2. res.*

103. vbi etiam subdit, quod ferè omnes Religiones huiusmodi priuilegium habent, *Lezan. in sum. tom. 4. ver. moniales nu. 26.* vbi dicit, quod tunc à suis superioribus alia pœna sunt plectendi.

Obserua tamen, quod huic priuilegio quoad hoc derogatum fuit *per d. constitutionem Gregor: XV. incip: Inscrutabili, ibi, ad hæc tam Regulares, quam sæculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorū* 6 *administrationem monasteriorum monialium etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc sedis Apostolicæ delegato quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi* 7 *valeant,* & infra, *ità vt Episcopi in supradictis casibus, & in prænominatas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas vti eiusdem sedis delegati procedere, omnemque iurisdictionem exercere* 8 *liberè, & licitè valeant, vt aduertit etiam Bonacin. de clausur q: 3. pun. 4. nu. 8. qui quid dicat Dian. par. 3. tr. 2. ref. 48. vers. nota octauo Lezan. in sum. tom. 4. ver. moniales numero 26.*

Vnde Sac. Congr. approbante Vrbano VIII. simpliciter, & indistinctè declarauit, Regulares absque legitima licentia accedentes ad monasteria monialiū, ibiq. in loco colloquijs destinato cum moniali colloquentes immediatè ab Episcopo tamquam sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri posse; item censuit, moniales Regularibus subiectas colloquentes cum Regularibus etiā eiusdem ordinis licentiam legitimam non habentibus incurrere pœnas, & censuras in Concilijs prouincialibus, vel edictis Episcopalibus comminatas, *vt refert Bonacin. loco cit. Lezan. vbi supra num. 26. Barbos. post. 3. par. d. Tr. pag. 58.*

Obserua 2. quod in edicto Episcoporum prohibentium accessū ad monasteria monialium ex generali consuetudine non comprehenduntur fœminæ, *vtd. Ricc: in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 553.*

Obserua 3. quod Patres, & filij monialium possunt eas alloqui sine licentia, exceptis diebus prohibitis, *vt declarauit Sac. Congr. apud Lezan. in sum. d. tom. 4. ver. moniales nu. 23.* vbi ex hoc infert, posse etiam Religiosum absque ordinarij licentia colloqui cum moniali eius filia, vel matre.

Obserua 4. quod licētia colloquendi cum moniali concessa Religioso extendi etiam videtur ad socium ipsius: quia de connexis idem est iudicium *Riccius in Prax. par. 1. ref. 642. & alij:* quemadmodum licentia visitandi sacrosanctum Christi Domini Sepulchrum alicui à Papa concessa extenditur ad socium à superiore assignandum, *vt dicunt DD. apud Lezan. in sum. tom. 4. ver. moniales numero 23.*

Item

Item in casibus, in quibus Confessarius eget socio, dum ex aliqua causa necessaria ingreditur septa monasterij, non est necessaria licentia pro eo expressa: quia comprehenditur in priuilegio confessarij propter connexionem actionis *Dian.par.3.tr.2. res. 51. Lezan.in sum.tom.1.cap.25 nu. 40. & tom.3.ver:clausura num.27.* vbi etiam dicit, quod socius huiusmodi debet esse vitæ exẽplaris & ætatis supra 50.annos, si commodè talis ætatis reperiri possit.

9 Obserua 5. quod excommunicatio lata contra alloquentẽ moniales non cõprehendit alloquentem Nouitias: quia Nouitiæ in odiosis non veniunt appellatione monialium, *vt d.Ricc.in Prax. for.eccles.par.4.res.260.* Vnde nec astringuntur censuris, & præceptis Regulæ, neque includuntur in casibus reseruatis à superioribus Religionum *Sylu. in ver. Religio 5.nu.6.Sorb.in ver:nouitius §. fin. vers.an autem, & alij communiter.*

In fauorabilibus verò habentur tamquam professæ, & gaudent priuilegijs monialium, quia sunt de familia monasterij, & pars cõmunitatis eiusdem Religionis, *vt d:idem Ricc.in Prax.d.par.4.resol. 241. & alij apud Dian.par.3.tr.2 resolutione 73.*

10 Sed quæres, ad quem spectet dare licentiam ingrediendi monasteria monialium, vel cum eis colloquendi? Resp.quod ad Episcopum spectat auctoritate quidem propria quoad monasteria sibi subiecta: auctoritate verò delegata, quoad ea, quæ sedi apostolicæ immediatè sunt subiecta *ex Conc. Tridentino sess. 25 de Reg. capit.9.* quoad monasteria verò, quæ à Regularibus reguntur, ad ipsos superiores Regulares spectat, nisi adsit consuetudo legitimè præscripta, vt huiusmodi licentiæ etiã quoad hæc monasteria ab Episcopo tantũ, vel ab Episcopo, & superiore Regulari coniunctim obtineãtur, *ita censuit Sac.Congr. teste Quarant.in ver.monasteria monialium vers. hinc tangenda Barbos. de offic.& pot.Episc.p.3.all.102.nu. 28.40.41. & 76. Piasec.in Prax. Episc.par.2.cap.3.num.54.* & tunc in casibus repentinis sufficeret licentiam alterius subscriptione roborare *ex declaratione Sac.Congregationis, quam refert Barbos. d.par.3:all:102:num.28.*

Item vbi fuerit consuetudo introducta, vt Episcopus habeat superintendentiam aliquam super concessione talium licentiarum, v. gr. quod debeant in actis curiæ episcopalis registrari, obseruanda est: non tamen posset Episcopus licentiam tunc improbare, *vt declarauit Sac. Cong. apud Lezan: in sum: tom 1. cap.25:nu. 25:*

Addunt DD. apud Barbos: *vbi supra num.39.* quod si superior longè absit, in casibus repentinis licentiam concedere potest Præfecta.

11 Notandum est autem, quod Regulares, seu Religiosi *ex decreto Sac.Congregationis edito xii. Kal. Decembris 1623. approbante Vrbano VIII.* per quatuor vices tantum quolibet anno moniales

alloqui possunt, seruatis tamen his conditionibus, quarum prima est, vt moniales in primo, vel secundo tantum consanguinitatis gradu Regulari sint coniunctæ. secunda, vt id non fiat diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & vigilijs. tertia, vt licentia alloquendi obtenta ab ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario monasterij, qui penes se eam retinere debeat, isque assocíet, & præsens sit. Quarta, vt Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant. Quinta, vt prædicta licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, & in libris Cancellariæ eiusdem ordinarij annotetur. Quod si Regulares per plures vices, vel aliter non seruata forma prædicta, cum monialibus colloquantur, eo ipso incidunt in pœnas priuationis officiorum, ac vocis activę, ac passiuæ ità, vt ab alio, quam à Summo Pontifice, vel à Sac. Congregatione rehabilitari non possint: quibus pœnis subijciuntur etiam Equites S. Ioannis Hierosolimitani, *ità referunt Barbos. d. p. 3. all. 102. num. 72. & post d. par. 3. pag. 66. Bonacin. de Clausur. q. 3. pun. 4. Quar. in ver. monasteria monialium Lezan. in Sum. to. 4. ver. moniales num. 18. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 180.*

12 An verò nomine Vigiliæ veniant quatuor tempora? negatiuè respondet Lezan. *loco cit. n. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Excõmunicationem incurrit qui sine Superioris licentia ingreditur septa monasterij monialiũ.*

2 *An in casibus vrgentis necessitatis licitus sit ingressus in huiusmodi monasteria sine licentia.*

3 *An possit Episcopus licentiam ingrediendi concedere Viduis, vel mulieribus coniugatis, quæ virorum sæuitiam timent.*

An Episcopus possit huiusmodi licentiam concedere consanguineis causa visitandi monialem infirmam. ibidem.

4 *Necessitas in hoc casu qualiter accipienda sit.*

5 *An licitus sit puellarum ingressus educationis causa.*

6 *Quãdo recipi possint in huiusmodi monasterijs famulæ seculares.*

7 *Quãdo licitũ sit Superioribus inhuiusmodi monasteria ingredi.*

Qua pœna plectantur Superiores ingredientes absque necessitate, ibidem.

8 *An Prælatus concedens facultatem ingrediendi absq; iusta causa excõmunicationẽ incurrat.*

9 *Quam pœnam subeant ingredientes claustra monialium prætextu facultatum à Summo Pontifice, vel alijs Superioribus obtẽtarum.*

Item quam pœnam incurrant Abbatissæ, ac Superiores admittẽtes eos, qui prætextu dictarum licentiarũ ingrediuntur, ibidẽ.

10 *Qua pœna plectantur mulieres prætextu huiusmodi licentiarũ ingredientes monasteria Regulariũ virorum, ac superiores præfatas mulieres introducentes.*

11 *An priuatę moniales, vel Religiosi particulares in tali casu admit-*

mittentes aliquam pœnam incurrant.

12 *Quid si quis ingrediatur vigore huiusmodi facultatum post constitutionem Greg. XIII. & Pauli V.*

13 *Item quid si quis habeat licentiam ingrediendi in casibus necessarijs, & ingrediatur in casibus non necessarijs, vel quando cessauit necessitas.*

14 *Qualiter puniantur moniales admittentes eos, qui ingrediuntur in casibus non necessarijs.*

15 *Item qualiter puniatur ingrediens prætextu licentiæ, quam Episcopus concesit in casu non necessario.*

16 *Quando incurrantur pœnæ inflictę in cõstitutionibus Pij V. Greg. XIII. & Pauli V.*

17 *Quo casu* Religiosi *admittentes mulieres in eorum clausuris excusentur à supradictis pœnis.*

18 *Quid si tempore concessæ licẽtię nulla aderat necessitas, sed postea tempore ingressus superuenerit.*

19 *Quam pœnam incurrãt ingredientes monasteria monialium absque licentia, & necessitate.*

20 *Et quid si moniales priuatæ admitterent aliquem intra monasterium sine superioris licentia.*

21 *Qualiter puniantur mulieres ingredientes monasteria virorum absque vlla facultate, ac Regulares eas admittentes in tali casu.*

22 *Quando liceat mulieribus ingredi in monasteria virorum Regularium.*

CAP. VI.

Quam pœnam incurrant ingredientes monasteria monialium.

1 INgredi intra septa monasterij monialium nemini licet sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtinenda, alias sẽtentiam excommunicationis ipso facto incurrit: dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs, *vt statuit Sac. Tridẽtina Synodus sess. 25: de Regul. cap. 5.*

2 Obseruãt autem DD. in casibus vrgentis necessitatis, puta ruinæ, incendij, violentiæ personarum, vel similis, in quibus periculum esset in mora, licitum esse ingressum in huiusmodi monasteria absque dicta licentia, *ità Rodriq: & Sorb. apud Mancin. in Pract. 4. dub. 8.* vbi etiam ab hac excõmunicatione excusat sacerdotẽ, qui absente ordinario Cõfessario absque licentia ingreditur Monasterium, vt audiat confessionẽ monialis, quæ reperitur in articulo mortis.

3 Obseruant 2. non posse Episcopum licentiam ingrediendi concedere Viduis, nisi moniales fiant: neque mulieribus coniugatis, quę virorum sæuitiam timent: neque Parentibus, aut alijs consanguineis causa visitãdi monialem infirmam etiam in mortis periculo constitutam: quia in his casibus nulla adest necessaria cau

sa *Barbos. de offic: & pot. Episc. p. 3. all. 102. num. 67. Bonacin. de Clausur. q. 4. pun. 4. n. 17. Quaran. in ver. monasteria monialium vers. sed an liceat Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. res. 205. & 208.* non tamen conuenit, vt Vidua admittatur ad habitum monachalem virginum, *vt censuit Sac. Congreg. apud Lezan. in Sum. qq. reg. to. 1. c. 25. n. 9.*

Si verò immineat graue periculum, puta si timeatur de morte, vel alio graui damno mulieris, 6 poterit tunc Episcopus permittere, vt talis mulier monasterium ingrediatur, & in eo permaneat, quamdiu causa ingressus perdurauerit *iuxta cap. de benedicto 32. q. 1. & notat Ricc. d. res. 208.* quia repentini casus important necessitatē, quæ legi non subiacet *l. 1. C. de oper. libert.*

4 Addunt DD. apud Bonacin. *de clausur. q. 4. pun. 4. nu. 2.* quod necessitas in hoc casu accipienda est moraliter, non autem phisicè pro strictissima necessitate, & ideò ad hoc sufficit rationabilis causa, quæ in morali necessitate consistit.

5 Obseruant 3. licitum esse puellarum ingressum in hæc monasteria educationis causa, nam hic censetur vnus ex casibus necessarijs: cum enim eo tempore viuendi vsum, ac regulas monasterij ediscant, atque experiantur, maiori cum libertate deinceps eligere sibi possunt, vel statum religiosum, vel sæcularem, *itd decr. auit Sac. Congreg: teste Piasec. in Prax. Episc: par. 2. cap. 3. num. 57. Quarant. in ver. monasteria Monialium vers. de puellis Barbos. d. all. 102. num. 62. Bonacin. de Clausur. q. 4. pun. 4. num. 15. & 16.* vbi subdit, quod hodiè non sufficit Episcopi facultas, sed requiritur licentia Sac. Congregationis.

Notandum tamen est, quod puellæ causa educationis ingressæ licitum est morari in monasterio vsque ad ætatem 25. annorum *ex decreto S. Congregationis apud Ricc. in Prax. par. 4. res. 209.*

Obseruant 4. quod pro totius monasterij obsequio de licentia Superioris recipi possunt tres, vel 6 quatuor famulæ sæculares, dummodò ibi non adsint Conuersæ, quæ domestica seruitia, seu ministeria exerceant; cum enim moniales choro, diuinis officijs, atque orationi potius vacare debeant, quis non videt, moniales quam maximè indigere famularum obsequio? *Sorb. in ver. ingredi monasteria vers. de illis verò Bonacin. vbi supra. num. 10.* huiusmodi tamen famulæ non possunt è monasterio ad libitum exire *ex decreto Sac. Congregationis apud Barbos. d. par. 3. all. 102. n. 60.*

Verum pro priuato ministerio alicuius monialis quamuis nobilissimę ęgræ valetudinis, vel nimię senectutis, non possunt introduci ancillæ sine licentia sedis Apostolicę, etiamsi talis monialis necessitati per conuersas monasterij subueniri commodè non possit, *vt censuit Sac. Cong. teste Lezan. in sum. qq. reg. to. 1. capit. 25. numero 32.*

7 Sed neque ipsismet superioribus in monasteria ingredi licet

nisi

nisi aliqua subsit necessitas ingrediendi: alias Prælati, qui pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu ecclesiæ interdicti, pro secunda, munere pontificali, & à diuinis suspensi, & deinceps ipso facto absque alia declaratione sunt excommunicati: Regulares verò omni officio, ac ministerio priuati excommunicationi similiter subiacent *ex constitutione Gregor. XIII: incip. Dubijs, quæ emergunt, quam refert Quarant. in ver. monasteria monialium.*

Vicarij verò Episcoporum, 01
Abbates, & Prælati sęculares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem ingredientes monasteria monialium sibi subiecta præter casus necessitatis, supradictis pœnis minimè subduntur: quia in dicta constitutione Gregorij sermo tantum est de Prælatis sęcularibus pontificali dignitate præditis, ac de Prælatis regularibus, *ità Sanch. in oper. mor. lib. 6: cap. 16. num. 99. Bonacin: de clausur. d. q. 4. pun. 5. num: 11. vers. ex dictis patet.*

8 His adde, quod Prælatus concedens facultatem ingrediendi absque iusta causa nullam excommunicationem incurrit, cum talis excommunicatio nullibi expressa reperiatur *Bonacin. ibidem d. q. 4: pun. 4. in fin.*

9 Qui verò claustra monialium ingrediuntur prætextu facultatũ à Summo pontifice, Legato, Episcopo, vel ab alijs concessarum, incurrunt in excommunicationẽ Papę reseruatam *per constitutionẽ Greg. XIII. incip. Vbi gratiæ, & per constitutionem Pauli V. incip. Monialiũ statui, quas refert Quarant. in ver. monasteria monialiũ Barbos. post 3: par. tractatus de off. & pot. Episc. constit. 45.*

Item Abbatissæ, seu Prioriss æ, ac superiores admittẽtes eos, qui prętextu dictarum licentiarum ingrediuntur, eamdem excommunicationem incurrunt, ac officijs, quę obtinent, ipso facto priuantur, & ad alia in posterum obtinenda sunt inhabiles *ex dictis constitutionibus Greg. XIII. & Pauli V.*

In eamdem excommunicationem 01
incidunt mulieres prætextu huiusmodi licentiarum ingrediẽtes monasteria Regularium virorum, ac superiores prefatas mulieres admittentes eisdem pœnis tam excommunicationis, quam priuationis dignitatum, & officiorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda subijciuntur *ex d. constit. Greg. XIII.*

11 Priuatæ verò moniales, vel alij particulares Religiosi in tali casu admittentes supradictam excommunicationem nõ incurrunt: quia Summi pontifices loquuntur de Abbatissis, & alijs monasteriorum vtriusque sexus superioribus introducentibus, seu admittentibus, *vt aduertit Barbos. d. par. 3. all. 102: num. 37. & alij, quos refert & sequitur Dian. par. 1. tr. 16. & 2. miscell. ref. 31.*

Obserua tamen, quod monachi seu Religiosi priuati eo casu incurrerent suspensionem ipso facto latam in constitutione Pij V. *incip. Regularium personarum*, quia

quia ibi Summus Pontifex expressit non tantum superiores, sed etiam alios Religiosos introducẽtes, seu admittentes fœminas *ità Sorb. in ver. ingredi monasteria*, *vbi etiam refert dictam Pij V. constitutionem Barbos. loco cit. nu. 86. Bonac. de clausur. q. 5. pun. 3. nu. 2.*

12 Sed quæres, an in dictam excommunicationem incurrat ingrediens vigore huiusmodi facultatis obtentæ post præfatas constitutiones? negatiuè respondet Bonacin. *d. q. 4. pun. 5. num. 7.* quia in eis non irritantur licentiæ in futurum obtinendę.

13 Qui verò habent licentiam ab Episcopo, seu alio superiore intrandi claustra monialium in casibus necessarijs, si ingrediantur in casibus non necessarijs, vel quãdo cessauit necessitas, tunc incurrerent in excommunicationem Papę reseruatam, *vt constat ex dicta constitutione Greg. XIII. ibi quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuscunque personis ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam ordinum, quorumcunque etiam mẽdicantiũ regularibus, nè prętextu licentiarum ab episcopis, vel superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessarijs tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur, monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi, nèue moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant.*

14 Ex quo etiam infertur, huic excommunicationi Papæ reseruatæ subijci etiam priuatas moniales admittentes illos, qui ingrediuntur monasteria cum licentia Episcopi in casibus non necessarijs: quia in hac parte constitutio Gregorij loquitur de monialibus indefinitè, *vt obseruat Dian. par. 1. tr. 16. & 2. miscel. d. res: 31: in fin:*

15 Infertur 2. quod si Episcopus facultatem sibi tributam excedens licentiam largiatur in casu non necessario, ingrediens prætextu huiusmodi licentię incurreret excommunicationem reseruatam in dicta constitutione Gregor. *vt notat Zerol. in Prax. Episc. par: 1. ver. moniales* §. 8.

16 Notandum est autem, quod ad incurrendam excommunicationem, & alias pœnas inflictas in dictis constitutionibus Pij V. Gregorij XIII. & Pauli V. requiritur audacia, vel præsumptio: & ideò excusaret bona fides, & ignorantia etiam vincibilis, seu crassa, & supina, dummodò non adsit ingens temeritas, quę scientię comparatur *Peirin. in Priuil: minim. tom: 1. constit. 6: Iulij II. §. 3. nu. 16. Vulp: in Prax. iudic. cap. 4. num. 9. Dian. par. 5. tr. 9. res: 17. Bonacin. de clausur. q. 4. pun. 5. num. 8.*

Obserua tamen, quod licèt ad incurrendas pœnas impositas cõtra Religiosos admittentes fœminas intra eorum claustra iuxta constitutionem Pij V. requiratur præsumptio, tamen per constitutionem Greg. XIII. non requiritur: & ideò ignorantia crassa non excusat in tali casu, *vt dicit Peirin. loco citato nu. 17.* quemadmodum huiusmodi ignorantia non ex-

excusat ab excommunicatione lata in Tridentino, quia ibi ingressus absolutè interdicitur, *Bonac. vbi supra num.* 8.

17 Addunt DD. neque mulieres, neque Religiosos eas admittentes supradictis pœnis affici, vbi aliqua vrgeret necessitas, cui alia ratione commodè occurri nequeat: & ideò excusant Religiosum, qui ob bonum finem mulierem intra monasterium abscõderet, nè eius pudicitia violetur, vel à persequentibus occidatur: quia huiusmodi pœnæ imponuntur contra eos, qui temerario ausu, & præsumptione mulieres introducunt, *vt post Coriol. dicit Barbos. d. par. 3. all.* 102. *num.* 91.

Idemque dicendum, si monasterium in eo loco positum sit, in quo alius non inueniatur, qui certo morborũ generi mederi sciat, præter fœminam eius rei peritam: tunc enim si Religiosus extra monasterium commodè transferri nequeat, licitè posset talis mulier ab honestis personis affociata de licentia Guardiani, seu alterius Superioris in monasterium introduci; quia defensio vitæ, & salutis propriæ est de iure naturæ, nec necessitas habet legem. *Sorb. in ver. ingredi monasteria vers. & sic etiam Bonacin. d. tr. de Clausur. q. 5. pun. 4. num.* 4. *Barbos. loco cit.*

18 Quæres, an si tempore concessæ licentiæ nulla aderat causa, vel necessitas, sed postea tempore ingressus superuenerit, ingrediens incurrat excommunicationem latam in constitutione Gregorij XIII. Resp. negatiuè: quia constitutio Gregorij locum habet contra eos, qui prætextu licentiæ ingrediuntur absque necessitate: hic autem ingreditur in casu vrgente *Bonacin. de clausur. q. 4. pun. 5. nu.* 10. vbi subdit, quod in tali casu non exigeret excommunicationem latam in Tridentino, quia huiusmodi licentia irrita est.

19 Alij verò, qui non prætextu licentiarum, sed absque vlla prorsus licentia, & necessitate monasteria monialium ingrediuntur, nõ incurrunt excommunicationẽ Greg. XIII. & Pauli V. sed excommunicationem latã in Concilio Tridentino, quæ non est reseruata *Sanch. in oper. mor. lib. 6. cap.* 16. *num.* 79. *Sayr. de censur. lib.* 3. *c.* 31. *num.* 10. *&* 11. *Zerol. in Prax. Epis. par.* 1 *ver. moniales §.* 8. *Lezan. in sum. qq. reg. tom.* 3. *ver. clausura nu.* 35. *& alij apud Barbos. de offic. & pot. Epis. par.* 3. *all.* 202. *n.* 37. *Dian. par.* 1. *tr.* 4. *res.* 23. *contra Nau. in man. cap.* 27. *num.* 150. *excomm.* 61. *Azor. tom.* 1. *lib.* 13 *cap.* 8. *quæst. vit. Quarant. in ver. monasteria monialium vers. amplia dictam constitutionem, & alios.* quod intellige dũmodò nõ ingrediantur ad malum finem: quia violatio clausuræ ad malum finem est casus Summo Põtifici reseruatus *ex decreto Sac. Congreg. apud Quarant. in ver casus reseruati vers. cum autem Bonacin. de clausur. d. q.* 4. *pun.* 5. *nu.* 2. *Lezan. loco cit. in ver. clausura. numero* 35.

20 An verò moniales priuatæ admittentes aliquem intra septa mo-

monasterij sine Superioris licentia incurrant excommunicationē Concilij Tridentini *d. sess. 25. c. 5?* negatiuè respondet Dian. *par. 1. tr. 16. & 2. Miscell. res. 32.* quia ibi excommunicatio fertur contra ingredientes, & nulla fit mentio de monialibus, seu alijs admittentibus.

21 Quæres, an mulieres ingredientes monasteria virorum absque vlla facultate incurrant excommunicationem Papæ reseruatam? affirmatiuè respondet Bonacin. *de Clausur. d. q. 4. pun. 5. numer. 4. vers. obijcies 2. & q. 5. pun. 3. n. 11. vbi dicit, ità declarasse Pium V. in alia constitut. quæ incip. Decet Romanum Pontificem, Nau. in Man. cap. 27. num. 150. excom. 61.*

22 In multis tamen casibus posse mulieres licitè ingredi in monasteria virorum regularium declarauit Pius V. *teste Sorb. in ver. ingredi monasteria &c. vers. item est ponderandum Bonacin. d. trac. de clausur. q. 5. pun. 4. numer. 6. & seq.* videlicet quando in eis processiones fiunt, vel defunctorum cadauera sepeliuntur, aut missæ, & alia diuina officia celebrantur; vel quando tantus est populi concursus ob conciones, quæ in eorumdem Regularium ecclesia proponuntur, vel ob aliam causam, vt mulieres commodè ingredi ecclesiam nō possint, aut egredi, quam per claustra, vel alia Religiosorum loca: dummodò recto tramite pergant ad portam, qua exitur è monasterio, *& ità in praxi seruari dicit Dian. par. 7. tr. 12. res. 6.* vbi addit, quod mulieres etiam finitis officijs licitè possunt aliquantulum morari in claustro, etiamsi id fiat per quartam partem horæ.

Nonnulli tamen DD. contrarium asserunt propter decretum Sac. Congregationis, *quæ sub die 30. Septēbris 1628.* censuit, non licere mulieribus comitari processiones per claustra monasteriorū regularium, nisi adsit in hoc expressa licentia sedis Apostolicæ, *ità Vulp. in Prax iudic. for. eccles. cap. 4. nu. 7. Barbos. d. par. 3. all. 102. num. 94.*

Notandum tamen est, quod ex dictis constitutionibus non prohibetur ingressus in monasteria virorum, quæ sunt in fieri, quamdiù conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui religiosi commorentur pro fabricæ seruitio, & cura, *vt cēsuit Sac. Congregatio apud Sorb: in ver. ingredi Monasteria vers. est aduertendum,* vbi idem dicit de domibus, seu Infirmarijs in Ciuitate existentibus, quæ nec ecclesiam nec conuentum habent *Quaran. in ver. monasteria, & Conuentus Barbos. d. all. 102. num. 95. Vulp. in Prax iudic. cap. 4. nu. 18.*

SVMMARIVM

1 *Ex causa magni incendij, infirmitatis lepræ, & epidimiæ licitum est monialibus è monasterio egredi ex Constitutione Pij V.*

2 *An possit Episcopus moniali alio morbo periculoso laboranti concedere licentiam exeūndi è monasterio.*

3 *Quid*

3 *Quid si periculum immineret mortis violentæ.*

4 *A quo concedenda sit licentia exeundi è monasterio in dictis casibus.*

5 *An ex alijs causis licitum sit monialibus è monasterio egredi.*

CAP. VII.

An, & quando possint Moniales licitè è monasterio exire.

1 EX tribus causis exitus è monasterio monialibus permittitur *iuxta constitutionem Pij V. incip. Decori, quam refert Quaran. in ver. Monasteria monialium.* Primò ex causa magni incendij ità, vt certum, aut saltem probabile sit, quod nisi moniales statim è monasterio exeant, omnes simul sint morituræ. Secundò ex causa infirmitatis lepræ, quæ adeò sit cõtagiosa, vt si monialis huiusmodi morbo infecta non ejiciatur, omnes monasterij eiusdem sorores inficiet. Tertiò ex causa epidimię cuius nomine ea tantum intelligitur, quæ est vera, & realis pestis ità, vt ob alias infirmitates huic aliquo pacto consimiles, sed tamẽ benigniores, etiãsi epidimiæ nuncupẽtur, nullo pacto monialibus professis è monasterio exire liceat, *ità dictam constitutionem explicat Læl. Zech. de Rep. eccles. tit. de Regular. num. 48. not. 4, Fr. Emmato. 1. q. 49. art. 4. vers. ex his, & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 102. num. 24. vbi etiam refert decretum Satr. Congregationis.*

2 Hinc fit, vt Episcopus non possit moniali alio morbo periculoso laboranti concedere licentiam exeundi ẽ monasterio, etiã infirmitas sit talis, vt nisi monialis exeat, eius salus desperetur: quia periculo vitæ præponderat commune monialium bonum in clausura consistens, cui alias magnum detrimentum inferretur; cum enim morbi periculosi frequenter contingant, & ardens sit monialium è clastro exeũdi desiderium, sæpius confingerentur causæ egrediendi: præsertim cum Medici faciles sint ad iudicium, & attestationem de grauitate morbi faciendam *Bonacin. de Clausur. q. 1. pun. 9. nu. 18. vbi cit. at Zerol. in Prax. episc. par. 2. ver. moniales in fin. Miran. de monial. q. 4 art. 4. contra Nouar. apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 194. &* 3 *alios apud Dian. par. 3. tr. 2. res. 195* quamuis secus esset, vbi periculum immineret mortis violentæ, puta si monialis inuadatur ad necem, quam alias euadere non posset, nisi exeundo: tunc enim licitè posset exire *Bonacin. ibidem num. 20. Barbos. loco cit. num. 21. & alij communiter*: quia defensio, & conseruatio vitæ, & salutis propriæ est de iure naturæ; ex quo alij DD. inferunt, monialem, cui certò imminet periculum vitę ob graues molestias, & vexationes, quas iniustè patitur, & Episcopũ, vel superiorem, à quo subleuetur,

habere non potest, non obligari lege clausuræ: quia necessitas caret lege, & lex ecclesiastica non obligat cum tanto dispendio, *ità Sanch. & Tamburin. apud Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. clausura num.* 10.

4 Huiusmodi verò licentia exeũdi in prædictis casibus quoad monasteria Regularibus subiecta concedenda est à superiore regulari, & ab Episcopo, seu alio loci ordinario, *vt apertè disponitur in d. constitutione Pij V.* alias tam moniales cum sola licentia superiorum regularium egressæ, quã ipsi regulares superiores, qui huiusmodi licentiam concesserunt, ab ordinario per censuras ecclesiasticas, ac alia iuris remedia sunt puniendi non obstantibus quibuscunque priuilegijs, *vt declarauit Sac. Congreg. teste Lezan. in sum. qq. reg. tom. 1. cap. 25. num. 20. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol: 210. Barbos loco cit. num:* 28.

5 Obseruant autem Doctores, quod etiam ex alijs causis similibus, vel vrgentioribus, vbi agitur de communi monialium bono, aut de euitando damno monasterij, seu totius communitatis licitum est monialibus cum licẽtia superioris exire, qualis est causa belli, impetus magni torrẽtis, vel fluminis, vel imminens monasterij ruina, vel si Abbatissa præstare debeat iuramentum fidelitatis propter feudum, quod monasteriũ tenet ab aliquo Principe sęculari, quando illud per procuratorem præstare nequit *iuxta cap. periculoso de stat. Regul. in 6. ità Nau. Sanch. Azor. & alij, quos refert, & sequitur Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. in ver. clausura num.* 13. *Barbos d. all.* 102. *nu.* 22.

Item licitus est monialium egressus ex causa instruendi, seù reformãdi moniales alterius monasterij eiusdem ordinis, vel dum totus ipsarum Conuentus in aliũ locum transfertur; *vt tradunt Doctores apud Bonacin. in tract. de clausur. q.* 1. *pun.* 9. *num.* 8. *& seq.* vbi etiam dicit, quod potest monialis ad aliud monasterium trãsferri causa correctionis, seu punitionis.

Obserua tamen, quod in his casibus requiritur licentia sedis apostolicæ, *vt censuit Sac. Congreg. teste Lezan. in sum. qq. reg. to.* 1. *cap.* 25. *num.* 20 *& to.* 3. *ver. clausura num.* 13. *&* 16. *&* 17. *Vulp. in Prax. iudic. cap.* 4. *num.* 11. *Dian. p.* 3. *tr.* 2. *res.* 99. *&* 127. quemadmodum nec possunt eyci moniales incorrigibiles eadem sede apostolica inconsulta, *vt resoluit eadem Sac. Congr. apud Lezan. d. cap.* 25. *num.* 17. *vers. Hinc collige Barbos. d. par.* 3. *all.* 102. *num.* 27. *vers. vtrũ monialis.*

His adde alium casum, videlicet si monialis immundis spiritibus vexaretur: tunc enim non intra monasterij sepia est exorcizanda, sed ad ecclesiam exteriorem eiusdem monasterij hac de causa deducenda, vel transferenda est obtenta prius à Sac. Cong. licentia; verum in translatione huiusmodi, sicut & in actu exorcizationis honestæ personę consanguineæ, vel aliæ mulieres pro ue-

uectæ ætatis, ac probæ conuersationis monialem comitari debet, & exorcizatio minori, quo poterit, strepitu fieri debet ab exorcista ad hunc actum ab ordinario approbato, ecclesiæ ianua occlusa, donec exorcizatione completa energumena reducatur ad monasterium, ad quod recto tramite tendere debet, *ità decreuit Sacra Congregatio teste Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. clausura numero 28.*

Item posse monialem ad aliam perfectiorem religionem transire dicit Bonac. *d. pun. 9 n. 11. Barbos. d. all. 102. num. 27. & censa it etiam Sac. Congr. apud Lezan. vbi supra n. 14* vbi etiam notat, quod tunc monialis transiens ad aliam Religionem debet in ea nouitiatum agere, & professionem emittere.

SVMMARIVM.

1. *Renunciatio, siue obligatio Nouitij nulla est, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem iuxta formam Concilij Tridentini.*
2. *An hoc procedat etiam quoad equites Hyerosolimitanos.*
3. *An validæ sint donationes factæ ante ingressum Religionis intuitu ipsius ingressus.*
4. *An donatio facta ob ingressum Religionis reuocari possit.*
5. *An Monachus in Episcopum promotus possit reuocare renunciationem per ipsum legitimè factam.*
6. *An dispositio Concilij locum habeat in renunciatione beneficij.*
7. *An nouitius lucretur fructus sui beneficij.*
8. *An dispositio Concilij procedat in testamentis, & codicillis, ac donatione causa mortis, & numero 9.*
10. *An professus testamentum ante professionem conditum possit reuocare, vel illud declarare.*
11. *An dispositio Concilij procedat, si Nouitius renunciationem, vel obligationem faceret animo soluendi quod debebat.*
12. *Episcopus Regulares compellere potest, vt abeuntibus ante professionem omnia restituant.*

An habitus religiosus restituendus sit Nouitio exeunti.

CAP. VIII.

De Solemnitate requisita in renunciatione bonorum facienda per Nouitium, vel Nouitiam.

1 SAcra Synodus Tridentina statuit, vt nulla renunciatio, aut obligatio Nouitij antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causę piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligitur effectum suum sortiri, nisi secuuta professione: aliter verò facta, etiamsi cum huius fauoris

expressa renunciatione etiam iurata irrita est, & nullius effectus, *vt in sess. 25. de ref. cap. 16.* cuius textus dispositionem procedere etiam in Equitibus Hyerosolimitanis dicit Nouar. *de elect. for. quæst. 37. sect. 1. quem refert Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 357.* quod optima ratione sancitum est, nè donatis bonis auferatur Nouitijs libertas egrediendi è religione propter timorem recuperandi bona, *vt colligitur ex Concilio loco cit.* 2

3 Ex quo nonnulli DD. obseruāt, Concilium d. cap. 16. reprobasse donationes factas etiam ante ingressum Religionis, intuitu tamē ipsius ingressus, cum etiam per illas auferatur ingredi volētibus libera facultas ingrediendi: nam cum se videant spoliatos bonis donatis, cogi videntur ad ingrediendum in Religionē, *ita Nau. cons. 81. de Regul. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 256.*

Sed alij contrarium tenent, videlicet supradictum Concilij decretum non habere locum in renunciatione, seu donatione facta ab existente adhuc in sæculo, etiam animo, & proposito religionem ingrediendi, sed tantū in obligatione facta post ingressum Religionis: tum quia Concilium loquitur de ingresso, seu ingressā, non autem de ingressuris: tum etiam quia in renunciatione ante ingressum non possunt seruari solemnitates Concilij, quæ solum restringuntur ad duos menses ante professionem, *ita censuit Sac. Congreg. Concilij apud Farinac. dec. 227. par. 4. Diuers. Dian. par. 3. tr. 2. res. 55. Vilp. in Prax. iudic. cap. 42. num. 13. Quaran. in ver. monasteria, & conuentus vers. dubium illud Ricc. in Collect. decis. 454. par. 2. Garc. de Benef. par. 11. cap. 9. num. 15. & ità etiam tenent quam plures DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 99. num. 17. & communem dicit idem Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. ref. 353.*

4 Notandum tamen est, quod donatio facta ob ingressum Religionis etiam cum pacto de non reuocando, & cum iuramento, reuocari adhuc potest: quia in tali casu censetur donatio causa mortis, cum eius effectus pendeat à professione, quæ dicitur mors ciuilis; & sic potest adhuc reuocari non obstante pacto de non reuocando, cum illud non operetur irreuocabilitatem, quotiescunque contractus, seu donatio irreuocabilitatem non patitur; vnde etiam iuramentū reuocabile censeri debet, quia sequitur naturam donationis, quæ in hoc casu est reuocabilis *Rota in Romana donationis de Mongellis 14 Ianuarij 1636. corā Carrillo, quam refert Barbos. d. par. 3. all. 99. num. 31.*

5 Sed quæres, an Monachus in Episcopum promotus possit reuocare renunciationem per ipsū legitimè factam iuxta formam Concilij Tridentini? affirmatiuè respondet Ricc. *in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 152.* quia in quolibet actu, & contractu intelligitur clausula illa, rebus sic stantibus

bus, seu re in eodem statu permanente *l. cum quis ff. de solut. l. quæro §. inter locatorem ff. locat.*

6 Obseruãt 2. dispositionem Concilij non habere locum in renunciatione beneficij: tum quia Concilium ibi solum loquitur de renunciatione, & obligatione bonorum: tum quia in tali casu non aufertur Nouitio libertas egrediendi, cum ab eo beneficium non abdicetur, neque eius collatio fieri possit, nisi sequuta professione, siue renunciatio huiusmodi fiat post susceptum habitum, siue ante, modò id fiat intuitu ingressus Religionis, *vt ex constitutione Pij V. notat Garc. de Benef. par. 11. cap. 9. n. 12. & 23. Barbos. d. par. 3. all. 99. n. 19.* contrarium tamen declarasse Sac. Congregationem testatur Ricc. *in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 624. & par. 3. ref. 358. & par. 4. ref. 256. Lezan. in Summ. qq. reg. to. 4. ver. Nouitij num. 31.*

7 Addit *Sylu. in ver. religio 2. q. 8. & alij apud Garc. loco cit. nu. 26.* quod Nouitius interim lucratur fructus, nec debet eis priuari, siue postea exeat, siue profiteatur, cum absit ex iusta causa *iuxta 6. relatum de Cler. non resid.*

8 Tertiò obseruant Concilium loco cit. non procedere in testamentis, & codicillis: in ijs enim cessat ratio Concilij, cum liberè possint quandocunque reuocari, & alia condi ante professionem. *Nauar. cons. 83. num. 2. de Regul. Clar. in §. testamentum q. 28. Ricc. in Prax. p. 4. ref. 260. & alij apud Garc. par. 12. cap. 9. nu. 17. quibus adde Lezan. in sum. qq. reg. to. 4. in ver. Nouitij nu. 30.* vbi etiam dicit, quod in dicto decreto Cõcilij comprehenduntur dispositiones, seu contractus irreuocabiles, puta donationes inter viuos, renunciationes officiorum publicorum, fideiussiones, liberationes, quibus Tutores, aut Curatores à reddendis rationibus eximũtur, & alij actus interviuos, quibus Nouitij, seu Nouitiæ priuant se suis bonis.

9 Quæres, an sub dicto decreto Concilij cõprehendantur donationes causa mortis? affirmat Garc. *d. cap. 9. num. 22.* quia in fieri sunt instar contractus, & actus inter viuos, sed contrarium tenet Barbos. *d. p. 3. all. 99.* quia legatis potius, & vltimis voluntatibus æquiparantur *l. fin. C. de Donat. cauf. mort.*

10 Quæres 2. an professus testamẽtum ante professionem conditũ possit reuocare? Negatiuè respõdent DD. *quos refert, & sequitur Barbos. vbi supra num. 14.* & hæc sententia communior est, quia professus ità moritur mundo, vt nihil propriũ habere possit, nec deinceps de bonis ante habitis quicquam disponere *iuxta auth. ingressi C. de sacrof. eccl.* potest tamen declarare suum testamentũ ante professionem confectum, dummodò tale testamentum dubiæ, vel obscuræ voluntatis interpretatione indigeat, & declarationem verbis conuenientem proferat: quia Religiosus in tali casu non disponit aliquid, sed ostendit, quid actum sit de præteri-

terito, *vt d. Dian. par. 3. tr. 2. res.* 75. *& alij.*

11 Vltimò obseruat Ricc. *in Prax. par. 3. res.* 328. dispositionem Concilij *d. cap.* 16: non procedere, quãdo Nouitius donationem, vel bonorum renunciationem, aut obligationem faceret non quidem animo donandi, sed potius animo soluendi quod debebat.

12 His adde, quod potest Episcopus etiam per censuras ecclesiasticas compellere Regulares, vt abeuntibus ante professionẽ omnia restituant, *vt in Conc. d. sess.* 25. *cap.* 16. censuit tamen Sac: Congr. habitum religiosum exeunti nõ esse restituendum, sed eius pretiũ soluendum esse, *vt refert Barbos. d. par. 3. all.* 101. *num.* 39.

SVMMARIVM.

1 *Ad habitum religiosum suscipiendum in fœmina duodecimus annus cõpletus, & decimus quartus in viro requiritur,*

2 *Conuersus recipi non debet ante vigesimum ætatis annum.*

3 *Ad professionem nemo admittitur ante decimum sextum annum, nec qui minore tẽpore, quã per annũ in probatione steterit. Conuersus ad professionem non admittitur, nisi vigesimum primum ætatis suæ annum excesserit, ibidem.*

4 *Annus 16. requisitus ad professionem debet esse completus.*

5 *Idẽ dicitur de anno probationis.*

6 *Item annus probationis debet esse continuus, & quomodò id intelligatur.*

7 *Quid si Nouitius, probationis anno expleto, desereret Religionem, & postea rediret.*

8 *An finito anno Nouitiatus possint superiores Nouitij professionem differre:*

9 *Conuertitæ possunt statim ac ingrediuntur monasterium, professionem emittere.*

10 *Moniales in articulo mortis constitutæ possunt emittere professionem etiam ante annũ probationis expletum.*

11 *An monasterium in tali casu succedat in bonis Nouitij, seu nouitiæ sic professæ.*

12 *Item an in hoc casu debeatur dos monasterio.*

13 *An monialis sic professa noua indigeat professione, si conualuerit.*

CAP. IX.

De ætate requisita ad ingressum, & professionem in Religione.

1 AD habitum religiosum suscipiendũ annum duodecimum completum in fœmina, & decimum quartum in viro expescit textus *in cap. ad nostram de Regular. Conc. Tridentinum sess.* 25. *de Regul. cap.* 17. *glos. in cap. fin. ver. ætate de stat. monach. Sylu. in ver. Religio* 2. *nu.* 12. vbi etiam dicit, quod in hoc malitia ætatem non supplet, *Ricc. in Prax. for. eccles. par.* 4. *res.* 243. *& censuit Sac. Congreg: teste Dian. p.* 3. *tr.* 2.

3. tr. 2. ref. 47. & hanc esse communiorem Doctorum sententiam dicit Lezan. in Summ. qq. reg. tom. 4. ver. moniales num. 13. nec potest quoad hoc Episcopus dispensare, *vt declarauit Sac. Congreg. apud Ricc. in Collect. dec. 2614 par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 650.*

2 Conuersi verò recipi non debent ante vigesimum ætatis annũ *ex ordinatione Clemẽtis VIII. incip. Cum ad Regularem, quam refert Quaran. in ver. Monasteria, & Conuentus.*

3 Quoad professionem verò statuit Sac. Tridentina Synodus, vt in quacunque Religione tam virorum, quam mulierum ea non fiat ante decimum sextum annũ expletum, nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur: alias professio antea facta nulla est, nullamq. inducit obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel ordinis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus, *vt in sess. 25. de Regul. c. 15* cuius textus dispositionẽ habere locum etiam in militibus Hierosolymitanis declarauit Sac. Congregatio *apud Farinac. decis. 241. par. 4. Diuers. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 173. & in Collect. decis. 216.*

Conuersi verò ad professionẽ admittendi non sunt, nisi vigesimum primum ætatis suæ annum excesserint *ex dicta ordinatione Clementis VIII.*

4 Obseruant autem DD. quod, vt professio valeat, annus decimus sextus ità debet esse completus, vt punctum horę respondere debeat pũcto natiuitatis *Gratian. discept. 413. nu. 31. vbi citat Sanch. de matrim. disp. 24. nu. 24. ad med. lib. 2. & decisum refert Dian. p. 5. tr. 5. ref. 18.*

5 Obseruant 2. quod annus probationis similiter debet esse necessariò completus, & integer ità, vt si quis susceptit habitum Religionis prima die Ianuarij post meridiem, non possit eadem die recurrẽte in termino anni profiteri ante meridiẽ, sed expectandũ sit pũctum susceptiꝰ habitus, *ità Sorb. in ver. Nouitius vers. Sexto notandum est, & alij plures apud Dian. par. 3. tr 2. ref. 57. & censuit Sac. Congreg. Concilij teste Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 101. num. 22. in tertia impressione*, vbi etiam addit quod si Nouitius cõpleat probationis annum die 24. Februarij anno bissextili, non dicitur expletus hic annus, nisi secunda die, quæ est 25. eiusdem mensis: nam id biduum pro vno die habetur *iuxta l. cum bis sextus ff. de verb. sign. cap. quæsiuit §. festum ex. eod. tit.* & ideò secunda dies est complementũ anni probationis, *vt dicunt DD. apud Dian. par. 5. tr. 5 ref. 18.* vnde Sac. Congregatio censuit, non valere professionem cuiusdam Nouitij, qui ingressus fuit Religionẽ 27. Martij, & die 26. eiusdẽ mẽsis sequẽtis anni currẽte anno bissextili emisit professionem, *vt refert Barbos. d. all. 101. num. 22.*

6 Obseruant 3. annum in tali casu debere esse continuum ità, vt

non

non sufficiat, quod sit interpolatus, *ità declarauit Sac.Congregatio Concilij apud Farinac.dec.202. par.4.diuersi Sylu. in ver. Religio 5.quæstion.4. Nauar.consil.9. nu.2. de Regul. Sorb.in ver. Nouitius, vbi de Nouitiorū professionis emissione, versi secundò est videndum*, vbi etiam dicit, quod non interrumpitur annus nouitiatus, si Nouitius, vel Nouitia de licentia Superioris iusta de causa intra annum probationis extra monasterium per aliquod tempus cum habitu permanserit, *& ità etiam tenet Nau.consil.41. nu.3. de Regul. Ricc.in Prax.par.4.resol.246.& alij, quibus addeLezan.in Sum.qq.reg. to.1.cap.25.num.23.* vbi dicit, hoc procedere, etiamsi superior, vel Prælatus illicitè, ac sine rationabili causa licentiam concesserit.

Addunt alij *apud Dian. par. 3. tr.2.resol.84*, quod neque interrumpitur annus Nouitiatus, si Nouitius retento habitu indebitè, ac sine licentia exeat, dummodò ad monasterium redire intendat.

7 An verò si Nouitius probationis anno iam expleto, desereret religionem, & postea rediret, egeat nouo probationis anno ad profitendum? negatiuè respondet Barbos. *d.par.3.all.101.n.28.* etiamsi longa mora intercesserit, *vt d.Bonacin.de Clausur.q.2.pun. 10.diff.2.nu.4.*

8 Obseruant 4. quod finito anno Nouitiatus possunt Superiores ex iusta causa Nouitij professionem differre, puta si adhuc habilis non sit, dummodò spem probabilem habeant, quod efficiatur habilis intra sex menses, *vt declarauit Pius V. apud Quarant. in ver. monasteria & Cõuentus versi sciendum Bonacin. loco cit. Riccius in Prax.par.4.resol.255.*

9 Obseruant 5. Cõuentus eo ipso, quod ingrediuntur monasterium, posse emittere professionē ex priuilegio sedis Apostolicæ cõcesso ante Concilium Tridentinum, *vt censuit Sac.Congregatio Concilij sub die 11.Ianuarij 1620 teste Barbos.d.p.3.all.101.num.34.* vbi etiam dicit, huiusmodi priuilegium non fuisse sublatum per decretum Tridentini *d.sess.25. cap.15.* quia in cap. 18. eiusdem sessionis præseruantur earum cõstitutiones.

10 Item Pius V. *in constit. quæ incip. Summi Sacerdotij cura*, concessit monialibus Dominicanis, vt in articulo mortis constitutæ, in manibus Abbatissæ, seu Priorissæ vel alterius Superioris Nouitiarū illius monasterij professionem, emittere possint etiam ante annum probationis expletum, dummodò legitimam ætatem habeāt, *vt refert. Lezan. in Sum.qq. reg.10, 1.cap.25.nu.39.* quod priuilegium non fuit abrogatum per constitutionem Greg. XIII. *incip. In tãta rerum, & negotiorum mole, vt dicunt Doctores apud Barbos.d.all. 101.nu.33. & seq. Dian.par.3 tr.2. resol.17.* vbi id extendit ad Nouitios aliarum Religionum.

11 An verò virtute huius concessionis, & professionis monasterium succedat in bonis Nouitij, vel Nouitiæ sic professæ in præiudicium suorum hæredum, & aliorū

ve-

venientium ab intestato? affirmat Dian. *d. par. 3. tr. 2. resol. 17. vbi citat Megal. in 2. par. lib. 2. cap. 27. n. 50. Sanch. in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 16. Zanard. in Direct. Theol. par. 2. c. 17. & alios, quibus adde Lezan. in sum. tom. 1. cap. 25. n. 39.* quia vbi semel quis virtute illius priuilegij professus est, redditur verè in posterum professus ità, vt ad pristinam sanitatem restitutus alia professione non indigeat; vnde Monasterium illi vti professo succedit *iuxta auth. ingressi, & ibi DD. C. de Sacros. Eccles.*

Sed contrarium tenet Ricc. *in Prax. for. Eccles. par. 2. resol. 493.* vbi dicit, quod tunc monasterium succedit, quando explorata voluntate tempore sanitatis cum debitis requisitis professio emittitur; secus si Nouitius professionem faceret tempore infirmitatis, seu morte imminente ex deuotione, seu ad lucrandas indulgentias, quibus gaudent Religiosi in illo articulo: tunc enim monasterium non succedit, siue huiusmodi professio tempore infirmitatis fiat ante annum, siue post annum probationis, & hanc sententiam tenet etiam *Ludou. Mirand. quem refert, & sequitur Barbos. d. par. 3 all. 101. num. 34.* & hæc opinio videtur probabilior.

12 Ex quo infert idem Ricc. *in Prax. vt supra par. 4. resol. 257. in fin* quod neque hoc casu debetur dos monasterio: quia neque in matrimonio carnali dos debetur, si maritus onera matrimonij non substinuit *iuxta l. pro oneribus C. de Iur. do.*

13 Confirmatur hæc sententia ex decreto Sac. Congregationis, quę censuit, monialem sic professam, si ex ea infirmitate non decesserit, verè professam non esse, sed noua indigere professione, *vt refert Lezan. in Sum. to. 1. d. cap. 25. num. 39.* ex quo corruit ratio contrariæ sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Puella ad habitum regularem, seu ad professionem admitti non debet, nisi prius eius voluntatem Episcopus exploraverit.*

2 *An hoc procedat in monialibus à iurisdictione Episcopi exemptis.*

3 *An Virginis voluntas explorãda sit tam tẽpore ingressus, quã professionis.*

4 *Vbi huiusmodi exploratio sit facienda.*

5 *An valida sit professio facta absque tali exploratione.*

CAP. X.

De professione monialium.

1 Sancta Tridentina synodus libertati professionis Virginum Deo dicandarum prospiciens statuit, nè puella ad habitum regularem aut professionem admittatur, nisi Episcopus, vel eius Vicarius Virginis voluntatem prius exploraverit, an sciat, quid agat, & an coacta, vel seducta sit, *vt in sess. 25. de Regul. c. 17.* cuius dispositio-

2 nem procedere etiam quoad moniales ab Episcopi iurisdictione exẽptas censuit Sac. Congregatio Concilij, *quæ refertur inter Decis. nouissim. Diuers. par. 4. dec. 21. illamq. refert etiam Dian. p. 3. tr. 2. res. 47.* Vnde nè professionis tempus Episcopus ignoret, Præfecta monasterio ante mensem certiorem illũ facere debet, alias ab officio suspensa est, quamdiũ eidem Episcopo videbitur *ex. d. Conc. cap. 17.*

Præterea si Abbatissa, vel Prælatus aliquam absque prædicto examine ad professionem admitterent, rei essent peccati mortalis, in quod incurreret etiam ipsa puella, *vt dicit Dian. loco cit.*

Quare Sac. Congregatio censuit, posse Episcopum prohibere Abbatissis, & alijs superioribus Regularibus monialium ipsis Regularibus subiectarum sub cẽsuris, & alijs pœnis sibi benè visis, nè puellam ad professionem admittant nisi prius ab eodem Episcopo, siue loci ordinario ipsius puellæ voluntas exploretur, *vt refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 100. in princip.* vbi etiam subdit, quod Episcopus hac de re certior factus intra 25. dies examẽ hoc perficere debet, quibus elapsis non potest de eo amplius se intromittere, *& ità etiam decisum refert Ricc. in Collect. dec. 2582. par. 7. & in Prax. p. 4. res. 198. Lezan. in sum. q. Reg. to. 3. in ver. Episcopus quoad Regulares numero 10.*

3 Sed quæres, an Virginis voluntas ab Episcopo exploranda sit vtroque tempore, ingressus scilicet, & professionis? Resp. affirmatiuè, *vt constat ex Concilio loco cit. & declarauit Sac. Congreg. apud Piasec. in Prax. Episcop. p. 2. cap. 3. num. 55. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 195.* alij tamen asserunt, vsu, & consuetudine iam receptum esse, vt vnica præmittatur exploratio, quando scilicet puella professura est, *ità Sanch. in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 84. Rodriq. in qq. Regul. tom. 3. quæst. 12. art. 2. quos refert, & sequitur Dian. d. par. 3. tr. 2. res. 47.*

4 Huiusmodi autem exploratio ad crates ferreas facienda est ità vt ad hunc effectum non possit Episcopus clausurã intrare, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. all. 100. num. 6.* & in hoc actu præmittendę sunt necessarię interrogationes, & quidquid puella respondet, describi debet à publico Notario præsentibus testibus idoneis, *vt d. Ric. in Prax p. 4. res. 195.*

Poterit tamen episcopus ex aliqua iusta, & rationabili causa puellam examinare etiam extra sepia eiusdem monasterij in aliquo religioso loco, qui iudicio Episcopi aptior, & commodior videbitur, *vt censuit S. ac. Congr. teste Ricc. loco cit. d. res. 195. & 199. Barbos. vbi supra nu. 5.* vbi etiam dicit, quod ordinarius voluntatem puellæ, quę habitum susceperit, explorare non debet ad petitionem volentis eam in vxorem ducere, sed expectandum est tempus faciendæ professionis.

5 Quæres 2. an valida sit professio facta absque huiusmodi explo-

ra-

ratione ? affirmatiuè respondet Ricc. *in Collect. decis. 258. in fin. par. 7. vbi etiam refert, ita declarasse Sac. Congregationem*; & ideò ordinarius permittere debet, vt Virgines sic professę in eo statu permaneāt, quāuis Abbatissas, & Prælatos Regulares illas ad professionem admittentes absque exploratione prędicta punire possit ecclesiasticis censuris, & alijs iuris remedijs coercere non obstantibus quibuscunque priuilegijs, *vt declarauit Sac. Congregatio apud Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 197. Barbos. loco cit. numero 2.*

SVMMARIVM

1 *Quę requirantur, vt professus possit dicere de nullitate professionis.*
2 *An post quinquennium nulliter professus possit reclamare.*
3 *An metus reuerentialis annullet professionem.*
4 *Quid si quis esset inhabilis ad profitendum.*
5 *An Prælati Religionum possint post quinquennium ejicere à Religione inualidè professum.*
6 *In Nouitij receptione, ac professione requiritur consensus monasterij.*
7 *Nullitas professionis coram Episcopo, & Superiore regulari coniunctim est deducenda.*
8 *Quid si Nouitius emiserit professionem in Conuentibus non designatis.*
9 *An Regularis, qui temerariè habitum dimisit, sit audiendus super nullitate professionis.*
10 *An si professio declaretur nulla, censeatur etiam annullata renunciatio.*
11 *An annullata professione quis reincidat in pristinam irregularitatem.*
12 *An inualidè professus rediens propria auctoritate ad seculum sit tutus in conscientia.*
13 *An Religiosus reclamare possit contra professionem peractam absque pręuia informatione de eius natalibus, & alijs iuxta constitutionem Sixti V.*
14 *An Prælati recipientes Nouitios absque dicta informatione incidant in pœnas dictæ Constitutionis, si Nouitius careat omni impedimento.*

CAP. XI.

An, & quando Professus, vel professa possit dicere de nullitate professionis.

1 SAcrum Concilium Tridentinū tria requirit, vt inualidè professus reclamās possit audiri: Primò, vt reclamet intra quinquennium: Secundò, vt causas nullitatis deducat coram Superiore suo, & ordinario: Tertiò, vt antea habitum sponte non dimiserit: tunc enim nullatenus ad allegandam quamcunque causam admittitur, sed ad monasterium redire cogitur, & tamquam Apostata punitur, *vt in sess. 25. de Regul. cap. 19.* quod decretum habe-

re locũ etiam in Equitibus Hyerosolimitanis resolùit Sac. Congregatio *apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 172.*

2 Obseruant tamen Doctores, quòd etiam post quinquennium dici potest de nullitate professionis, si post quinquennium causa metus duraret, *latè Ricc. in Prax. vt supra par. 1. res. 560.* vel si toto illo tempore quinquennij durauerit impotentia reclamandi *Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 63. vers. notandum secundò, quẽ refert Gratian. disceps. 413. num. 9 & 10. quibus adde alios apud Dian. par. 3. tr. 2. res. 53.*

Alij verò sentiunt, Regularem post quinquennium memoratum non esse audiendum, etiamsi allegaret, vim, & metũ semper duraſſe, nisi intra ipsum qninquennium reclamauerit, idque legitimè probauerit, *& ità declarasse Greg. XIII. testatur Val. in Diff. vtr. for. ver. Regularis diff. 2. nu. 3. quem refert Dian. par. 3. tr. 2. res. 62. Bonacin. de Clausur. q. 2. pun. 10. diff. 4. num. 4. & hanc sententiã sequitur etiam Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 104. num. 19. in nouissima impressione:* hoc enim 4 quinquennium præfixum fuit in communẽ Religionis quietem; & ideò currit etiam minori, & ignoranti, *vt post Sanch. d. Ricc. in Prax. par. 1. res. 561. & 639.*

Quare, vt quis post quinquennium audiri possit, debet 5 impetrare reſcriptum à Papa, sine quo nec Superior, nec Episcopus possunt audire reclamantem, seu allegantem causas nullitatis suæ professionis, *vt d. Hyer. Rodriq. in Comp. qq. reg. res. 101. n. 71. quem refert Dian. d. p. 3. tr. 2. res. 62.*

An verò solus metus reuerentialis annullet professionem? affirmatiuè respondet Pont. *de matrim. lib. 4. cap. 11. num. 15. & 16. Pontel. in Dub. Regul. ver. professio num. 12. quos refert, & sequitur Dian. vbi supra res. 92, vbi etiam testatur, ità declarasse Sac. Cong. ac Rotam Romanam.*

Sed alij contrariam sententiã tuentur; quia filius, vel filia liberum habet arbitrium in electione proposiți, & potest sequi, vel non sequi Parentum voluntatem *cap. cum virum de Regul. cap. fin. Qui Cler. vel vou.* nisi vltra metũ præcesserint minæ, vel verbera, quia tunc metus reuerentialis sufficeret ad annullandam professionem *Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ num. 4. ff. Quar. rer. act. non dat. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 401. vbi citat Boer. dec 100. nu. 12. Ant. ail. 88. nu. 6. Rimin. iun. cons. 5. num. 31. & cons. 41. nu. 49. lib. 1. Ceph. al. cons. 741. Mandel. cõs. 77. lib. 1. & alios.*

Obseruant 2. Concilium non 4 loqui de inhabilibus ad profitẽdum, quales sunt qui habent impedimentum perpetuum: isti enim etiam transacto quinquennio possunt reclamare *Nau. cons. 26. num. 12. de Regul. Bonacin. de clausu. q. 2. pun. 10. diff. 4. nu. 7.* neque loqui de Prelatis Religionũ, qui transacto etiam quinquennio, præmissa causę cognitione, ejicere possunt Religiosum

inua-

nualidè professum ex defectu alicuius cõditionis irritantis professionem *Nau.cons.87.cod.tit. & alij apud Barbos.d.par.3. all.104.*

6 *in fin.* puta si defecerit cõsensus monasterij; tunc enim nulla esset professio, vel habitus receptio, *vt dicit Ricc.in Prax.par.4. ref.214.* quia professio est vltrò citrò que obligatoria, qua professus se obligat monasterio, vel ordini ad seruiendum ei secundùm Regulam, & è contra monasterium ad ipsũ alendum, & tractandum, vt filiũ: atque ità est necessarius vtriusq. partis consensus, Conuentus scilicet, & Prælati professionem acceptantis, ac ipsius professi *Nau.cons.87.de Regul. Barbos.d. all.104. num.20. Gratian. discept. 413.num.15.* Vnde nec capitulum repugnante Prælato, nec Prælatus repugnãte Capitulo potest aliquem ad professionem admittere *Ricc.loco cit.d.ref.244. Gratian.discep.440. nu. 18. & seq.*

7 Obseruant 3 adeò esse necessarium, vt nullitas hæc deducatur coram ordinario, & superiore regulari, vt si coram vno tantũ deducta fuerit, decretum esset nullum: quia non seruatur in tali casu forma Concilij; & per cõsequens Religiosus tenetur reuerti ad suum monasterium, etiãsi fuerit eiectus à superiore Regulari declarante ex officio professionem nullam, *vt censuit Sac. Congregatio Concilij teste Ricc. in Prax.par.1.ref.20.* Dicit tamen Barbos.*d.par.3.all.104. num.11:* quod si ordinarius simul sit superior, V.G. si Episcopatui monasterium est vnitum, solus ordinarius de nullitate posset cognoscere.

8 Causæ verò nullitatis receptionis, & professionis per Nouitios emissæ in Conuentibus non designatis contra formam decreti Clementis VIII. *apud Quaran.in ver.monasteria, & Conuentus* coram Sac.Congreg.Concilij ventilandæ sunt: & ideo si Regulares contra prædicti decreti formam recepti, ac professi è religione infra quinquennium exire, vel superiores extra Religionem illos eijcere voluerint, eamdem Sac.Congregationem adire debent *ex decreto Vrbani VIII. incip. Ad occurrendum, quod refert Barbos: post 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. constit.63.*

9 Obseruant 4. quod dimissio temeraria habitus nõ impedit, quin Regularis audiatur super nullitate professionis, si postea eumdẽ habitum reassumat *ità Nau.cons. 23.num.2.de Regul. Ricc.in Prax. par.3.ref.321. Gratian.discept.413. num.6. & seq. & alij apud Dian. par.3.tr.2.ref.53.*

10 Quæres, an si professio declaretur nulla, censeatur etiam annullata renunciatio? affirmatiuè respondet Ricc. *in Prax. par. 3. ref.354.* tum quia renunciatio est accessoria, & dependens à professione; tum etiam quia in quolibet actu, & contractu etiam iurato intelligitur apposita clausula, rebus sic stantibus, etiamsi nõ exprimatur *l.cũ quis ff. de solutl. quæro §. inter locatorẽ ff. locat.*

11 Addit idem Ricc. *in Prax. vt supra*

*supra par.2.ref.*311.quod annullata professione, si talis nulliter professus erat irregularis, remanebit, adhuc irregularis: quia licèt per ingressum in Religionē tollatur irregularitas, id tamen intelligitur non de simplici ingressu, sed sub conditione, si in Religione perseuerauerit, *vt notat etiā Sorb.in ver. Nouitius, vbi de Nouitiorum absolutione, vers.deinde:*& hęc videtur verior sententia, quamuis contrarium teneat Bartholom. de Vechis *in Prax. Nouit.disp. 9.dub.25: nu.3. quem refert, & sequitur Dian. p. 3.tr.2 ref.*44.vbi dicit, quod absolutio, vel dispensatio purè, & simpliciter data non est ità explicāda, vt censeatur data cum reincidentia, nisi in casibus à iure expressis, vel nisi facultas absoluendi, vel dispēsandi ità expresè concessa sit.

12 Quæres 2. an inualidè professus qui non seruata forma Concilij sed propria auctoritate redit ad sæculum, sit tutus in conscientia? affirmatiuè respondent DD. communiter, quia talis reuera in foro conscientiæ non est professus: & ideò nullo vinculo est astrictus religioni, dummodò talem professionem postea non ratificauerit, *ità Nau.conf.*89. *n.6. & seq.de Regul.Dian.par.*3. *tr.*2. *ref.*53. *Barbos.d.par.*3. *all.*104: *nu.*20. *in fin.Rice in Prax. par.*3. *ref.*321. *Gratian.discept.*413. *num.*12, *& seq: & alij.*

13 Quæres 3. an Religiosus reclamare possit contra professionem peractam absque præuia informatione de eius natalibus, & alijs iuxta cōstitutionem Sixti V. incip. Cum de omnibus. Negatiuè respondet Bonacin. *in Tract. de Clausur.q.*2. *pun.*10. *diff.*2. §. 6. *num.*11, quia professio facta sine præfata informatione, & solemnitate à Sixto V. præscripta, hodiè irrita non est: nam Clemens VIII anno 1602. præfatā Sixti V. Constitutionem reuocauit quoad irritationē professionis, relictis in suo robore pœnis cōtra Superiores admittentes aliquem nō seruata forma à Sixto V. præscripta.

Obseruat tamen Barbos. *de offic. & pot.Episc.par.*3. *all.*104. *numer.*20. quod talis professio nulla est specialiter propter defectum consensus recipientium Nouitiū ad Religionē, & propter expressam protestationem, quæ hac de re eidem fit, antequam profiteatur, *ex doctrina Nauarr.conf.*87. *de Regul.* vbi dicit, nullam esse professionem Nouitij descēdentis de genere Iudæorum, si fuerit admissus sub conditione, quod non esset de tali genere, quia dispositio conditionalis nulla est deficiente conditione *l.cedere dic ff.de verb.sign.l.qui hæredi in fin. ff.de Condi. & demon.Clem.*1. *de Concess.Præb.*

14 His adde, quod Prælati recipiētes Nouitios sine dicta informatione non incurrerent pœnas à Sixto V. inflictas, si à parte rei Nouitius sic receptus careat omni impedimento, quia textus ligat solum recipiētes criminosos, *vt dicunt DD. apud Dian. par.*3. *tr.*2. *ref.*83.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quibus liceat sacramentales cõfessiones audire.*
2 *Regulares absque licentia ordinarij confessiones audientes, possunt ab Episcopis puniri etiam ecclesiasticis censuris.*
3 *Beneficium parochiale obtinentes censentur approbati ad confessiones audiendas in ea tantũ Ciuitate, vel oppido, vbi sita est Parochia.*
4 *An possint Parochi, aut alij Cõfessarij audire confessiones suorum subditorum in aliena Diœcesi.*
5 *Item an possit Parochus concedere facultatem alteri Sacerdoti coniungendi sponsos in matrimonium in aliena Diœcesi.*
6 *Regulares non indigent Episcopi approbatione quoad audiendas aliorum Regularium cõfessiones.*
7 *Prælati regulares possunt eligere in confessarium quemlibet Sacerdotem etiam ab Episcopo non approbatum.*
8 *Episcopi hodiè non possunt eligere sibi confessarium non approbatum ab ordinario.*
9 *S. R. E. Cardinales possunt sibi, & familiæ suæ de confessario prouidere.*
10 *An Regulares possint absque approbatione Episcopi, audire confessiones monialium ipsis subiectarum.*
11 *Episcopus potest confessores monialium etiam regulares ex causa rationabili amouere.*
12 *Ad monialium confessiones audiendas requiritur approbatio specialis.*
13 *An possint Regulares audire cõfessiones mulierum, & virorum tertij ordinis.*
14 *An possit Episcopus licentias audiendarum confessionum Regularibus concessas reuocare.*
15 *An approbatio confessariorum Regularium possit ab ordinario restringi, ac limitari ad certum tempus, locum, atque personas.*

CAP. XII.

An, & quando Regulares possint audire fidelium confessiones.

SAcra Tridentina Synodus statuit, vt nullus etiã Regularis possit confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationẽ quæ gratis danda est, obtineat, *vt in sess. 23. de ref. cap. 15.*

2 Vnde Regulares absq. expressa licentia Episcopi Sacras confessiones audire præsumẽtes ab eodẽ episc. puniri possunt etiam ecclesiasticis cẽsuris *per constit. Vrbani VIII. incip. Alias à nobis, quã refert Barbos. post. 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. constit. 67.*

Scio, Religiosos Societatis Iesu, ex priuilegio Greg: XIII. ab ali-

aliquo ordinario semel approbatos, & à suis superioribus ad huiusmodi munus deputatos posse non repugnantibus Parochialiũ ecclesiarum Curatis, confessiones audire, ac verbum Dei prædicare: dummodò id non faciant in locis, in quibus ordinarij morantur, sine eorum licentia desuper obtenta, *vt testatur fr. Eman. in Bull. Cruciat. §. 9. nu. 144. quem refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 25. num. 33. Lezan. in sum. qq. Reg. tom. 1. cap. 19 nu. 5.* quemadmodum presbyteri Congregationis Oratorij, si Romæ fuerint ad confessiones audiendas approbati, non debent amplius extra vrbem examinari à locorum ordinarijs, sed illis sufficit præsentare eorum licentias Romæ habitas, *vt refert Quarant. in ver. Confessor. & alij, quibus adde Dian. par. 3. tr. 2. res. 111.* vbi dicit, quod eadem facultate frui possunt alij Religiosi communicantes in priuilegijs. Sed hæc priuilegia fuerunt reuocata *per constitutionem Vrbani VIII. editam die 17. Septembris 1628. quæ incip. Cum sicut accepimus, vt notat etiam Dian. par. 3. tr. 2. res 123. Lezan. loco cit. num. 5. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 317.*

3 Obseruant autem DD. quod beneficium parochiale obtinentes censentur approbati ad confessiones audiendas in ea tantũ Ciuitate, vel oppido, vbi sita est Parochia, non autem passim per totam Diœcesim, *vt censuit Sacr. Congreg. Concilij teste Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. num. 10.*

4 suorum tamen subditorum confessiones audire possunt per totam diœcesim, immò etiam in diœcesi aliena *Henriq. lib. 6. c. 7. § 1. Tolet. in Instruct. Sacerd. lib. 3. c. 13. in fin. Valer. de Differ. inter. vtrumque for. ver. Absolutio differ. 1. num. 4. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 25. n. 38.* quemadmodum alij etiam Confessarij delegati siue sęculares, siue regulares possunt absoluere subditos Episcopi delegantis etiã extra diœcesim *vt d. Dian. par. 3. tr. 2. res. 123. & tr. 4. res. 144. vbi citat Sanch. de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 3. num. 2. Megal. in p. par. lib. 1 cap. 7. num. 25. & cap. 9. num. 12. Veg. in sum. tom. 1. c. 62. cas. 41. Suar. in 3. par. tom. 4 disp. 28. sect. 6. & 7. Peirin. de Relig. subd. tom. 1. q. 1. c. 21. § 2. Nugn. in 3. par. tom. 2. q. 8. art. 5. dub. 8. contra Sylu. in ver. Cõfessor 1. n. 12. N. in man. cap. 27. nu. 266. & alios*: & ratio est, quia isti confessarij delegati habent iurisdictionem in personas huiusmodi pœnitentium, quæ cum sit voluntaria, potest etiam extra territorium exerceri *iuxta l. 2. ff. de offic. Proconf.* quod intellige, dummodò tales subditi extra territorium reperti non mutauerint domicilium, *vt d. Lezan. in sum. tom. 1. cap. 19. num. 5.*

5 Eadẽ ratione posset Parochus, vel ordinarius concedere facultatem alteri Sacerdoti coniungẽdi sponsos in matrimonium non solum in propria Parochia, sed etiam extra illam, etiam in aliena Diœcesi, *vt resoluunt DD. apud Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 2.*

par.2.all.32.num.95.& 114.

6 Obseruant 2, Regulares non indigere Episcopi approbatione quoad audiendas aliorum Regularium confessiones, sed satis esse proprij regularis Superioris licētiam: quia Concilium loco cit. loquitur de confessionibus secularium, & nihil innouat quoad Regulares *Nau.cap.4.num 7.Barbos.d.par.2.all.25.num. 64.& alij.*

7 Vnde Prælati regulares, quales sunt Generales, Prouinciales, Guardiani &c possunt sibi eligere in confessarium quemlibet sacerdotem, etiamsi ab Episcopo non fuerit approbatus *iuxta cap. vlt. de Pœnit.& remiss.* quod ad alios etiam regulares subditos habentes à suis superioribus licentiam eligendi confessarium, extendit Dian.*par.3.tr.2. res.3. & 30. vbi citat.Portell.in Dub.reg.ver Confessor erga regulares nu. 14.Suar. tom.4.disp.28.sect.4.nu. 5. Coninch.de Sacram.disp.8.dub.7.nu. 48. Reginald.to.1.lib.2.cap.5.num.41. Graff par.1.lib.3.cap.5. num.107. Henriq.lib. 6. cap. 13. num. 1. & alios.*

8 Episcopi verò vigore priuilegij, *de quo in d.cap. vlt. de Pœnit. & remiss.* non possunt hodiè sibi eligere Confessarium non approbatum ab ordinario: obstat enim dispositio Concilij Tridentini requirentis in Confessario, ordinarij approbationem: quæ quidem conditio, cum vniuersaliter apposita sit respectu omnium secularium, ideò Episcopum etiam comprehendit, *vt declarauit Sac.Congregatio teste Barbos. d. par.2.all.25.num.21. & ità etiam tenent DD.quos refert, & sequitur.Dian.par.3 tr.2.res.3*

9 Possunt tamen Cardinales, siue ex licentia tacita Summi Pontificis, siue ex consuetudine, sibi & familiæ suæ de Cōfessario prouidere: quia respectu familiæ, & domesticorum suorum quasi pastores sunt, *vt d. Comitol. respōs. moral lib.1. q. 101. num. 4. Nald. in Sum.ver.Cardinalis num.8. & alij apud Barbos.d. par. 2. all: 25. num.20.*

10 Notandum est autem, quod Regulares nequeunt absque Episcopi approbatione audire confessiones monialium etiam ipsis subiectarum, *vt declarauit Greg. XV. in Constitut.incip. Inscrutabili, edita Nonis Febr.* 1622. ex

11 qua licet etiā Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, vt eiusmodi confessores amoueant, ipsique Superioribus id facere detrectātibus, aut negligentibus, potest Episcopus prædictos confessores amouere, nec tenetur causam Superioribus Regularibus significare, *& ità censuit Sac. Congregatio apud Barbos.post 3.par.tractatus de offic.& pot.Episc.pag.57.*

12 Nec sufficeret approbatio generaliter ab Episcopo concessa ad confessiones personarum sæcularium audiendas, sed requiritur specialis: immò Regularis ad audiendas confessiones monialium vnius monasterij approbatus non potest audire confessiones monialium alterius monasterij, *vt censuit Sac.Congregatio*

Concilij teste eodem Barbos. loco proximè citato fol. 57.

13 Neque possunt sacerdotes regulares audire confessiones sacramentales mulierum tertij ordinis, quæ de pœnitentia dicuntur, nisi ab ordinario approbati fuerint ad confessiones sęcularių audiendas; nec possunt illas in paschate communicare *ex decreto Sac. Congreg. Episc. & Regul. quod refert Lezan. in Summ. qq. reg. to. 2. cap. 14 num. 29. & 34.*

An verò sacerdotes regulares possint audire confessiones virorum Tertij Ordinis Collegialiter, aut cum claustralibus viuentiū? affirmat Lezan. *loco cit. d. num. 34.* etiamsi ab ordinario approbati non fuerint: subdit tamen ibidem, quod Regulares huiusmodi tertiarijs extra conuentum non possunt alia sacramenta ministrare, præter sacramentum pœnitentiæ.

14 Quæres, an possit Episcopus licentias audiendi cōfessiones Regularibus concessas reuocare? Resp. quod si Regulares præuiō examine liberè approbati fuerint, non possunt ab eodem Episcopo suspendi, nisi ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinarijs positum, vel ob aliam nouam causam ad confessiones pertinentem, quam tamen Regularibus non tenetur Episcopus significare, *vt declarauit Vrbanus VIII. in Constit. incip. Alias à nobis, & censuit Sac. Congregatio, vt refert Barbos. de offic. & potest. Episc. par 2. all. 25. num. 50. & post 3. p. eiusdem tractatus fol. 57. & 122.*

Limita in Episcopo successore, qui pro maiori conscientiæ suæ quiete potest iterum ad examen vocare approbatos ab Episcopo prædecessore, & quos idoneos minime inuenerit, reijcere *iuxta constitutionem Pij V. in ip. Romani Pontificis prouidentia, ac dictā constitutionē Vrbani:* nequit tamen confessionum audiendarū facultatem omnibus simul vnius Conuentus regularibus Confessarijs Sac. Congregatione inconsulta adimere, *vt resoluit eadem Sac. Congreg. teste Riè. in Prax. for. eccles. par 4 res. 71. Barbos. d. all. 25. num. 45. & seq.* ex quo infert Lezan *in Sum. to. 1. cap. 19. num. 9.* quod si omnes vnius Conuentus simul ab audiendis confessionibus suspendantur, non tenerentur obedire, quia in tali casu ordinarij excederent limites auctoritatis, quam habent.

Si verò huiusmodi licentię ad beneplacitum concedantur, possunt etiam absque vlla causa reuocari, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. all. 25. num. 55. & seq.*

15 His adde, quod approbatio Confessariorum regularium potest ab ordinarijs iusta, & rationabili causa concurrente restringi, ac limitari ad certum tempus, locum, atque personas *ex dicta Cōstitutione Vrbani VIII. ac declaratione Sac. Congreg. quam refert Barbos. vbi supra nu. 51. Lezan. in Sum. to 1. d. cap. 19. nu. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares antequam prædicent, se personaliter coram Episcopo præsentare, ac benedictionem*

pete-

petere debent.
2 *Quando licentiam Episcopi obtinere teneantur.*
3 *In ecclesijs suorum ordinum sufficit, si Regulares benedictionem ab Episcopo petant, licèt illam non obtineant.*
4 *An Episcopus possit Regulares prædicatores examinare circa doctrinam.*
5 *An Regularis prædicans sine licentia vel benedictione Episcopi possit ab eodem Episcopo puniri.*
6 *Quando possit Episcopus Regularibus prædicationis munus interdicere.*
7 *Regulares ea hora, vel tempore, quo Episcopus prædicare voluerit, prædicare nequeunt.*
8 *A quo sit puniendus Regularis hæreses prædicans.*

CAP. XIII.

An Regularis sine licentia Episcopi prædicare possit.

1 REgulares etiam in ecclesijs sui ordinis prædicare non possunt, nisi à suis superioribus examinati, & approbati seu personaliter coram Episcopo præsentauerint, & ab eo benedictionem petant; in ecclesijs verò, quæ sui ordinis non sunt, vltra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam obtinere debent, *vt statuit Concilium Tridentinum sess. 5. de ref. cap. 2.* contradicente verò Episcopo neque
2 in ecclesijs suorum ordinum prædicare possunt, *vt ex eodem Concilio sess. 24. de ref. cap 4. & nouissimè statuit Greg. XV. in constit. quæ incip. Inscrutabili.*

3 Ex quo obseruant DD. quod in ecclesijs sui ordinis sufficit, si Regulares benedictionem ab Episcopo petant, licèt illam non obtinuerint ità, vt si Episcopus non modò benedictionem non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus prædicent, adhuc illis liceret in sui ordinis ecclesijs prædicare *ex constitutione Vrbani VIII. incip. Alias à nobis, quam refert Barbos. post. 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. constit. 67. & censuit etiam Sac. Congregatio teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. nu. 3. Lezan. in sum. qq reg. tom. 1. cap. 20. nu. 3.*

4 Obseruant 2. quod si alicubi longo vsu obtentum esset, vt regulares Prædicatores examinentur ab Episcopo circa doctrinam, talis consuetudo esset seruanda, quia decretum Concilij loco cit. vbi huiusmodi examen Superioribus Regularibus committitur, non inficit consuetudinem in contrarium, *ità Campan. in Diuers. Iur. canon. tom. 12. c. 13. num. 9. quem refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 76. num. 23 in fin.*

Addunt alij, posse Episcopum etiam secluſa consuetudine examinare Regulares, qui in ecclesijs, quæ suorum ordinum non sunt, prædicare voluerint, *& ità seruari in praxi dicit Dian. par. 3. tract. 2. resol. 111. in fin. & censuit etiam Sacra Congregatio apud Le-*

zan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. concionator regularis num. 7.

5 Obseruant 3. Regularem prædicantem absque Episcopi licentia non ab Episcopo, sed à suo superiore puniendum esse, *vt cẽ- fuit Sac. Congregatio teste Piasec. in Prax. par. 2. cap. 3. num. 41. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 169.* hodiè tamen per dictam constitutionem Greg XV. Episcopus quoscunque exemptos tam sęculares, quam regulares, qui sine eius licentia, aut non petita illius benedictione, aut illo 8 contradicente prædicare præsumpserint, censuris ecclesiasticis, aliisque pœnis punire potest, *vt notat etiam Vulp. in Prax. iudic. c. 42. n. 3. Lezan. in sum. tom. 1. cap. 20. nu. 3 Dian. par. 3. tr. 2. res.* 111.

6 Obseruant 4. posse Episcopum prædicationis munus interdicere Regularibus, qui ecclesiæ Prælatis, aut Principibus sęcularibus detrahunt, vel scandala, aut errores disseminauerint, etiamsi in monasterio sui, vel alterius ordinis prædicent, *vt ex Conc. d. sess. 5. cap. 2. Rodriq. tom. 3. qq. reg. q. 32. art. 2. Zerol. in ver. prædicatio verſ. ad sextum Cened. pp. qq. q. 26. n.* 14.

Addunt alij, Episcopum etiam ex alijs causis sibi benè visis, posse Regularibus prædicationis officium interdicere *iuxta Concilium d. sess. 24. de ref. cap. 4. ibi, contradicente Episcopo &c. idem q. declaratum fuisse à Sac. Congregatione Concilij dicit Leo in sua Prax. par. 1. cap. 8. num. 9. quem refert Piasec. in Prax. Episc. par. 2. c. 3. num. 41. verſ. si item.* ità, vt non teneatur Episcopus causas huiusmodi Regularibus significare *ex constit. Vrbani VIII. incip. Alias à nobis.*

7 Obseruant 5. Regulares neque in Plateis communibus, neque in ecclesijs suorum ordinũ prædicare posse ea hora, vel tempore, quo Episcopus prædicare voluerit, *Rodriq. tom. 3. qq. reg. q. 32. art. 1. & 5. Barbos. d. par. 3. all. 76. num. 20. vbi ità intelligit decretum Concilij d. sess. 24. cap. 4. S. nullus Dian. par. 3. tr. 2. res.* 58.

Vltimò obseruant, Regularem hæreses prædicantem non à suo Prælato regulari, sed ab Episcopo esse puniendum iuxta iuris dispositionem *cap. ad abolendam de Hæret. Conc. Trid. d. sess. 5. de ref. cap. 2. glos. in clem. vn. ver. à iure de excess. Prælat. Cened. pp. qq. canon. q. 26. nu. 29. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 76. num. 49. & all. 105. nu.* 56.

SVMMARIVM:

1 *Regularis extra Monasterium degens si delinquat, ab ordinario punitur.*

An hoc procedat in Equitibus Hierosolymitanis, ibidem.

2 *Quid si Regularis commoretur in aliquo membro, seu grangia sui monasterij.*

3 *Et quid, si ad breue tempus extra claustra commoretur.*

CAP. XIV.

CAP. XIV.

Quando Regularis degens extra monasterium possit ab Episcopo puniri.

1 REgularis extra monasterium degens si delinquat, ab ordinario 2 loci tamquam super hoc à Sede Apostolica delegato secundùm canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi potest *iuxta Conc. Tridentinum sess. 6. de ref. cap. 3.* cuius dispositionem procedere etiam in Equitibus Hierosolymitanis dicit Azor. *Instit. mor. par. 1. lib. 13 cap. 4. quæst. 3. Rodriq. qq. reg. to. 2. q. 2. ar. 7. Sperell. decis. 38. num. 18. Loccatell. de Quæst. iudic. insp. 5. n. 136. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 105. num. 15.* quamuis de hoc dubitet Nau. *conf. 21. de Regul.*

Ex quo inferunt DD. quod Regulares, qui extra Conuentum etiam de Superiorum licentia causa studiorum, vel occasione docendi doctrinam Christianam, vel nouum monasterium construendi morantur, possunt ab ordinario puniri, nisi ibi viuant sub Superiore conuentualiter iuxta regulæ institutum, *Conc. Triden. sess. 21. de ref. cap. 8. & sess. 25. de Regul. cap. 4. in fin. & censuit etiam Sac. Congregatio apud Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu. 42. Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. nu. 21. Sperell. decis. 38. num. 19. & 21. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 105. num. 16. Riec. in Prax. for. eccles. par. 3. res. 269.* contra Lezan. *in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 11.* vbi dicit, quod decretum Concilij procedit solum in Regularibus degentibus extra monasterium absque licentia Prælati, quia degens extra monasterium cum licentia Prælati, dicitur esse in monasterio.

Regulares verò sub regulari obseruantia in aliquo membro, seu grancia sui monasterij pro Religionis seruitio cum licentia Superioris commorantes, non ab ordinario, sed à superiore regulari puniendos esse, tenẽt DD. *quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 3. all. 105. num. 17.* quia huiusmodi loca gaudent priuilegijs monasteriorum, quorum sunt membra *cap. recolentes §. cæterũ de stat. Monach.*

3 Addit Lezan: *in Summ. to. 3. ver. Episcopus quoad Regulares num. 24.* Concilium loco cit. habere locum contra Regularem extra monasterium per notabile tempus existentem, non autem si ad breue tempus extra claustra commoretur: quia illud verbum, degens, quo vtitur Concilium, significat existẽtiam diuturnam, non breuem, seu transeuntem.

SVMMARIVM.

1 *Regularis sine licentia Superioris à suo Conuentu recedens potest ab ordinario puniri: declaratur nu. 2. & seq.*

CAP. XV.

CAP. XV.

An, & quando Episcopus possit punire Regularem à suo conuentu recedentem sine licentia superioris.

1 NOn licet Regularibus à suis Conuentibus recedere etiã prætextu ad Superiores suos accedẽdi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui verò sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit, ab ordinarijs locorum tamquam desertor sui instituti punitur *ex Conc. Tridentino sess. 25. de Regul. cap. 4.*

2 Obseruant tamen DD. Concilium loco cit. non substulisse legitimam appellationem, *Nauar. cons. 4. num. 5. de Appell. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. res. 329. & seq.* & ideò si Regularis supra modum grauatus sine licentia adsuos Superiores pergat, vt à tali liberetur grauamine, non incideret in pœnas Cõcilij: quia dicens se grauatum, ob idque adiens Superiorem videtur appellare *cap. dilecti 2. de Appellat. Rodriq. qq reg. to. 1. q. 30 art 3. Cened. pp. qq canon. q. 26. nu. 20.* vbi dicunt, quod in tali casu non esset necesse impetrare licentiam Prælati immediati, ad cuius grauamen tollendum pergitur ad Superiorem *iuxta glos. in cap. cum pastoris 2. q. 7.*

3 Ex quo infert idem Cened. *loco cit. num. 22. Lezan. in Sum. qq reg. to. 1. cap. 11. num. 11.* Regulare non esse puniendum, si fidem faceret, se grauatum appellasse, vel de grauamine protestatum, iter arripuisse ad Superiorem, & ideò licentiam in scriptis secum non deferre, quia Prælatus, à quo appellauit, noluit eam sibi concedere.

4 Obseruant 2. quod Religiosus ordinis Prædicatorum non habens licentiam potest ab ordinario puniri, etiamsi adeat superiorẽ ex causa grauaminis: quia in Constitutionibus Fratrum Prædicatorum interdicitur ipsis Religiosis appellatio; & ideò eo ipso, quod aliquis in prædicta Religione professionem emittit, videtur huiusmodi appellationi renunciare, *Cened. loco cit. nu. 22. Ricc. in prax. par. 4. res. 335.*

5 Hoc tamen intelligendum est, quando non est excessus in correctione, & mandata, vel præcepta Superiorum sunt rationabilia & legitimè facta; nam si Superior in ijs deficiat, potest Religiosus appellatione tamquam iuris naturalis subsidio se tueri, *vt d. Nauar. d. cons. 4. num. 5. Ricc. in Prax. d. par. 4. res. 336.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares, quibus incumbit cura animarum personarum secularium, si delinquant in officio, ab Episcopo puniuntur.*

2 *An hoc procedat contra Rectores ecclesiarum militum S. Ioannis Hierosolymitani.*

3 Ca-

3 *Canonicus exemptus per concordiam, si habeat curam animarum efficitur subditus Episcopi.*

4 *Qualiter puniendi sint Regulares in tali casu.*

5 *Superiores Regulares, si non deputent personas ad huiusmodi curam exercendam, ab Episcopo compelli possunt.*

6 *Quando Episcopus visitare possit Ecclesias Regularium.*

7 *Regulares curam animarum huiusmodi exercentes Synodo interesse debent.*

8 *Quid si huiusmodi cura animarum exerceatur per Sacerdotem secularem in monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis sedem ordinariam principalem habet.*

9 *An huiusmodi iurisdictio contra Regulares competat etiam Prepositis iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.*

10 *An Episcopus in tali casu possit contra Regulares per censuras procedere.*

CAP XVI.

An Regularis exercens curam animarum puniri possit ab Episcopo.

1 REligiosi, qui animarum curam personarum secularium exercent, in ijs, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, subijciuntur iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi: nec aliqui ad id etiam ad nutum amouibiles deputari possunt, nisi de eiusdem consensu, ac præuio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo: excepto monasterio Cluniacensi cũ suis limitibus, & exceptis etiam ijs monasterijs, seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque alijs monasterijs, seu domibus, in quibus Abbates, aut alij Regularium Superiores iurisdictionem episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, *vt in Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 11.*

2 Eamdem facultatem habent Episcopi quoad parochiales ecclesias militum S. Ioannis Hierosolymitani, & illarum Vicarios, Rectores, ac ministros, *ex constitutione Pij V. incip. Exposcit, quam refert Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. num. 7: Barbos. post. 3. par. tractatus de offic. & pot. Episc. const. 26.*

3 Ità etiam Canonicus alias exẽptus à iurisdictione Episcopi per concordiam, si habeat curam animarum, non obstante concordia efficitur subditus Episcopi *Seraphin. decis. 1058. num. 6:*

4 Obseruant tamen Doctores, Religiosos delinquentes circa curam animarũ, vel administrationem Sacramentorum ab Episcopo esse puniendos iuxta ipsius ordinis regularia statuta intra septa regularis loci, *vt ex constitutione Leon. X. notat Lezan. in sum. qq. reg: tom. 1. cap. 11: num. 7.*

5 Obseruant 2. Sacerdotes siue sæculares, siue regulares ad exercen-

cendam huiusmodi curam ponendos esse, ad arbitrium Superiorum ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, quamuis examinari, & approbari prius debeant ab Episcopo, antequam ponantur, *vt censuit Sac. Congregatio apud Piasec: in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu. 46.* Si verò in deputando superiores negligentes fuerint, vel non deputarent tot personas, quot ad exercitium curæ sufficerent, ab Episcopo compelli possunt, vt deputent *iuxta decretum S.C. Congregationis, quod refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3 ref. 269. Piasec. loco cit.*

6 Obseruant 3. posse Episcopum visitare ecclesias monachorum, seu Regularium, in quibus cura animarum exercetur, atque etiam inquirere, quomodo conseruetur Sanctiss. Sacramentum, & ecclesiastica ornamenta, *vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 276. & p. 4. ref. 181. & censuit Sacr. Congreg. teste Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 74. num. 21.* vbi etiam dicit, quod Parochus regularis extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum delinquens non ab Episcopo, sed à suo Superiore puniendus est, *vt censuit etiam Sac. Congregatio apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 523.*

Addunt alij, posse Episcopum visitare etiam ecclesias parochiales, in quibus Abbates iurisdictionem episcopalem, & temporalē in Parochiā, & parochianos exercent, si Episcopus maiorem in illis locis, & personis iurisdictionem habeat, *ità censuit Sac. Cong. Concilij apud Farinac. decis. 44. p. 4. Diuers.*

7 Obseruant 4. quod Regulares, qui curam animarum in ecclesijs exercent, possunt cogi ab Episcopis ad assistēdum Synodo diœcesanæ, quia cum hi quoad curam subsint Episcopo, debent etiam Synodo interesse, vt informentur de necessarijs circa regimen animarum *iuxta Conc. Trident sess. 24. de ref. cap. 2. & d. Azor. to. 2. instit. mor. lib. 3. cap. 47. q. 3. Laurent. de Peirin. tom. 1. Priuil. minim. in constitutione 2. Iulij II. §. 25. num. 64. quos refert, & sequitur Lezan. in sum. qq. reg. to. 1. cap. 11. num. 20.*

8 Obseruant 5. quod in monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium sedem ordinariam principalem habet, etiamsi in eodem monasterio personæ seculares curam animarum exerceant, quantum ad curam ipsā, & administrationem sacramentorum spectat), nulli visitationi, seu iurisdictioni Episcopi Diœcesis, in qua monasterium situm est, subijciuntur, vt censuit *Sac. Congreg. Concilij teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. nu. 6. Lezan. in sum tom. 1. cap. 11. num. 9.*

9 Obseruant 6. iurisdictionem tributam Episcopo in Concilio *d. sess. 25. cap. 11.* competere etiam Præpositis iurisdictionem quasi episcopalem habentibus, *vt censuit Sac. Congregatio, quæ refertur inter decisiones nouiss. Diuers. par. 4. decis. 27.*

10. Po-

10 Potest autem Episcopus Regulares huiusmodi delinquentes circa curam animarum, & Sacramentorum administrationē etiā censuris ecclesiasticis punire etiā extra visitationem *ex constitutione Greg: XV incip Inscrutabili.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares ad publicas processiones non accedentes ab Episcopo puniri possunt etiam censuris, & alijs pœnis.*

2 *Item Sacerdotes seruientes Ecclesijs Equitum Hierosolymitanorum ad eadem processiones accedere debent.*

3 *Quæ dicātur publicæ processiones.*

4 *Quando Regulares non teneantur ad dictas processiones accedere.*

5 *Controuersiæ, quæ in processionibus oriri solent, ab Episcopo dirimuntur.*

CAP. XVII.

An Regulares ad publicas processiones non accedentes puniri possint ab Episcopo.

1 Xempti omnes tam Clerici Sœculares, quā Regulares quicunque etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere tenentur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt *ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regul. cap. 13.* alias ab Episcopo puniri possunt censuris, & alijs arbitrarijs pœnis, *vt resolut Sac. Congreg. teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 210 Coned. pp. qq. canon. q. 26. num. 16. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 78. n. 25.*

2 Item Sacerdotes seruientes in Ecclesijs Equitum Hyerosolimitanorum ad huiusmodi processiones accedere debent, *vt censuit Sac. Congreg. teste Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. nu. 9. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 78. num. 11. Zerol. 1. p. in ver. processiones vers. ad secundum*, vbi etiam dicit, quod processiones publicę dicūtur, in quibus adest Prælatus.

3 alij verò sentiunt, publicas processiones esse, quę fiunt in festo Corporis Christi, in litanijs maioribus, vt in festo S. Marci, & in minoribus, vt in triduo antecedente Ascensionem Domini: vel quæ indicuntur pro bono publico, vt imminente peste, vel alio flagello, vel in aduentu noui Episcopi, & quæ fieri debent à Capitulo, & Clero sede vacante pro bono Pastore impetrando, *ità Vulp. d. cap. 42. num. 9. & alij apud Barbos. loco cit. d. all. 78. num. 2. vbi etiam ad id refert decretum Sacræ Congregationis.*

4 Regulares verò, quorum Conuentus per dimidium milliare distat à Ciuitate, non tenentur accedere ad processiones, neque ad id compelli possunt, *vt declarauit Sac. Congregatio apud Lezan. in Summ. qq. Reg. to. 1. cap. 9. nu. 47. Vulp. d. cap. 42. n. 8 Barbos.*

d. par 3: all. 78. num. 21. & refert ut etiam inter decis. nouiss. Diuers. par. 4. decis. 24.

5 Controuersias verò, quæ inter personas ecclesiasticas tam sęculares, quam Regulares in processionibus publicis, & similibus oriri solent, Episcopus appellatione remota cõponere potest *ex Concil. Trident. sess. 25 de Regul. c. 13.*

SVMMARIVM.

1 *A quo puniendus sit Regularis delinquens extra claustra.*
2 *Quando aliqua qualitas requiritur ad exercendam iurisdictionem, de illa primò constare debet.*
3 *Regularis in delicto deprehensus an possit ad carceres episcopales duci.*
4 *Dictio, statim, qualiter sit intelligenda.*
5 *An possit Episcopus ad capturã procedere contra Regularem notoriè delinquentem, si in delicto non deprehendatur.*
6 *Quid si timeatur de fuga Religiosi.*
7 *Et quid si Regularis intra Ecclesiam, vel intra claustra notoriè, & cum scandalo deliquerit.*
8 *Quando alij exempti à Iurisdictione Episcopi, possint ab eodem Episcopo puniri.*

CAP. XVIII.

An, & quando Regularis intra monasterij claustra degens, & extra ea delinquens possit ab ordinario puniri.

1 REgularis non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterij degit, & extra ea ità notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè est puniendus, ac de punitione Prælatus regularis Episcopum certionem facere debet: alias à suo Superiore officio priuandus est, & delinquens ab Episcopo puniri potest *ex Conc. Tridentino sess. 25. de Regul. c. 14.*

Si verò Superior in Regularẽ delinquentem non animaduerterit, sed illum impunitum ad alia sui ordinis loca extra Episcopi diœcesim transmiserit, tenetur Superior instante Episcopo intra terminum ab eodem Episcopo præfigendum, Regularem delinquentem à loco, ad quem transmissus fuit, reuocare, & in quo deliquit, constituere: alias pœnam priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac vlterius priuationis activæ, & passivæ vocis eo ipso incurrit, quarum pœnarum relaxatio Papæ reser-

natur

natur; quod & hoc etiam facere prætermiserit, potest ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuit, super præmissis ab ipso ordinario loci, in quo deliquit, requisitus, vel alias de illius delicto informatus tamquam sedis apostolicę delegatus in Regularem delinquentem animaduertere *ex constitutione Clementis VIII. incip. Suscepti muneris, quam refert Quarant. in ver. exemptio Barbos. post 3. par. Tractatus de offic. & pot. Episc. constit.* 40.

2 Obseruant autem DD. quod constare prius debet Episcopo saltem summariè, quod Regularis extra claustra notoriè, & scandalosè deliquerit: quia quãdo aliqua qualitas requiritur ad exercendam Iurisdictionem, de illa primò constare debet *Ferr. qq. mor. par. 2. q. 110. & alij communiter*. Vnde non sufficeret, quod delictum notum sit alicui, vel paucis personis, *vt d. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 1. cap. 16. n. 27.*

3 Obseruant 2. quod Regularis in tali casu in delicto deprehensus ad carceres episcopales duci potest, dummodò statim remittatur ad suũ Superiorem etiam nemine instante *iuxta decretum Sac. Congregationis apud Sperell. dec. 38. num. 13. vers. cæterum, & notat etiam Riasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu. 43. Fusc. de Visit. lib. 2. cap. 17. nu. 11. Barbos. d. par. 3. all. 105. num. 20.* contr a Leza. *in Sum. to: 1. c. 16.* vbi dicit, quod Regularis in ipso deli cto comprehensus ad suum Superiorem recta via deferri debet.

4 Verum illa dictio, *statim*, moraliter est intelligenda: & ideò alij putant, esse remittendum intra 10. horas *iuxta glos. in cap. cum non ab homine de Iudic. Gened. pp. qq. canon. q. 16. num.* 31. alij intra trium dierum spatium *iuxta l. final. vbi Ias. num. 3. C. de Iudic. Vulpell. de Diction. in ver. incontinenti ante num.* 1. sed cõmunis Doctorum sententia est, vt id intelligatur intra duos dies: quo tempore poterit ordinarius sumere informationem, illamque transmittere ad Superiorem Regularem cum præfixione termini ad puniendum, *vt d. Sperell. d. decis. 38. num. 13. & 14. Vulp. in Prax. iudic. cap. 42. num. 23. Barbos. d. par. 3. all. 105. num. 20.* vbi etiam dicit, quod si ordinarius vltra differret, non euitaret excommunicationem tamquam detinens carceratum Regularem in casibus non permissis à iure *iuxta glos. in Clem. vn. ver. capiunt de excess. Prælat.*

5 Addit Vulp. *loco cit. Ferr. d. q. 110. num. 11. & seq.* quod etiamsi in delicto Regularis non deprehendatur, potest Episcopus ad capturam procedere post sumptam informationem, eumque deinde remittere ad Superiorem; sed alij contrariam sententiam rectiùs tenent, tũ quia neq. per decretũ Concilij, neq. per constitutionem Clemẽtis VIII. conceditur Episcopo, vt possit ad capturam procedere, sed solum, vt debeat instare Prælato pro punitione ipsius

sius; tum etiam quia Episcopus regulariter non potest exemptos carceri mancipare, *vt in clem. vn. §. nonnulli de Excess. Prælat.* nisi forte timeatur de fuga Religiosi: tunc enim posset Episcopus ad capturam deuenire, *vt d Fusc. de Visit. lib. 2. cap. 8. num. 8. Rodriq. qq. canon. & regul. to. 2. q. 63. ar. 7. vers. tertiò infertur, & alij apud Barbos. d. par. 3. all. 105. num. 64. Lezan. in Sum. to. 1. cap. 16. nu. 26.*

7 Obseruant 3. decretum Concilij *d. cap.* 13. habere locum etiamsi Regularis in propria ecclesia notoriè, & cum scandalo deliquerit, *vt censuit Sac. Congregatio teste Barbos. d. par. 3. all. 105. num. 20.* secus si intra claustra delinquat: tunc enim punitio pertinet ad Superiorem monasterij *cap. 1. de Priuil. in 6. & censuit eadem Sac. Congregatio*: ex quo inferunt DD. *apud Barbos. loco cit.* quod si Regularis ità delinquat intra claustra, vt delicti rumor extra claustrorū metas exiens generet in populo scandalum, non propterea potest ab Episcopo in casu negligentiæ Superioris Regularis puniri; nec potest hoc casu instare Prælato, vt talē delinquentē puniat, quia hoc delictum non est commissum extra claustra; idem esset, si delictum committatur in Ecclesia clausis ianuis Ecclesiæ, & solis Regularibus in ea existentibus; quia neque tunc censeretur cōmissum extra claustra, *vt censuit Sac. Congregatio apud Sperell. d. decis. 38. num. 15.*

8 Vltimò obseruant, quod alij exempti à Iurisdictione Episcopi delinquentes extra locum exemptum regulariter ab ordinario immediatè puniuntur, si delinquant in Diœcesi ipsius ordinarij *iuxta decretum Concilij Lugdu. relati in cap. 1. de Priuil. in 6.* nisi fortè priuilegium concessū fuerit cum expressa derogatione dicti Concilij, *vt d. glos. & DD. ibidem*: vel adesset consuetudo immemorabilis in contrarium, *vt censuit Sac. Congregatio Concilij sub die 27. Iunij 1626. teste Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. res. 107.*

SVMMARIVM.

1 *Enumerantur alij casus, in quibus Regulares puniri possunt ab Episcopo, & nu. seq.*

An Inquisitores procedere possint contra Apostatas à Religione, ibidem num. 4.

Mulieres ad habitum tertiij ordinis admittendæ non sunt, nisi cum licentia Ordinarij, & à quibus prædictæ mulieres abstinere debeāt, ibidē n. 14. & 15

CAP. XIX.

An in alijs casibus Regulares Iurisdictioni ordinarij subijciantur.

1 PLures alij casus à Doctoribus referuntur, in quibus Regulares ab Ordinarijs locorum puniri possunt: nos vero

verò notabiliores hic recensebimus. Primò igitur potest Episcopus animaduertere in Regulares, qui absque habitu incedũt extra monasterium, *vt dicunt DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 105. num. 61.*

2 Secundò ex decreto Concilij Tridentini *sess. 21. de ref. cap. vlt.* Ordinarij locorum possunt prohibere Regularibus, nè inconsultis ipsis ordinarijs indulgentias de nouo concessas publicent in eorum Ecclesijs, *vt censuit Sac. Congreg. teste Bonacin. de Censu. in partic. disp. 2. quæst. 3. pun. 30. num. 9.* quo casu Regulares contrauenientes possunt ab Episcopo carcerari, excommunicari, & alijs pœnis puniri *Zerol. in Prax. epis. 1. par. ver. indulgentia §. ad tertium Cened. pp. qq. canon. q. 26. num. 32. & alij apud Barbos. d. p. 3. all. 109. nu. 4.* posse tamen Regulares absque vlla licentia Ordinarij publicare indulgentias olim sibi à Summis Pontificibus concessas censuit eadem Sac. Cõgregatio *teste Bonacin. loco cit.*

3 Tertiò, Regulares fugitiui, & Apostatæ ab Ordinarijs locorum, vbi moram trahunt, in carceres conijci possunt, siue habitum regularem deferant, siue non: debent tamen suis Superioribus configari secundùm regularia instituta puniendi *ex Constitutione 26. Vrbani VIII. & ex decreto Sac. Congregationis Concilij, quod refert Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 16. num. 17. Barbos. post 3. p. tractatus de offic. & pot. epis. fol. 62.*

4 An verò Inquisitores procedere possint contra Apostatas à Religione? Resp. negatiuè, nisi vel transeant ad partes hæreticorum cum eis communicantes, vel habitum lacerent, pedibusue conculcent, vel blasphemias contra Religionem euomant, vel aliud faciant contra determinationem ecclesiæ, vxorem ducendo &c. vel si per annum in excommunicatione perstiterint negligentes ad Religionem redire, *vt tradunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 7. res. 3. vers. quæro igitur primo, cum seq.*

5 Quartò, Regulares sine licentia suorum Superiorum non possunt se subijcere obsequio alicuius Prælati, Principis, vel vniuersitatis, aut alterius cuiuscumque personę: alias tamquam inobedientes arbitrio suorum Superiorum sunt puniendi *ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regul. c. 4.* & locorum ordinarij possunt eorumdem Superiorum negligentiam supplere, *vt ex cap. quanto de offic. ordin. notat Vulp. in Prax. for. eccles. cap. 42. num. 17.*

6 Quintò, potest Episcopus in Regularium ecclesijs vti baldachino eo tempore, quo in eisdẽ ecclesijs Pontificalia exercere voluerit, & contradicentes censuris, & pœnis cogere *ex decreto Sac. Congregationis apud Vulp. d. cap. 42. num. 18. Lezan. in Sum. qq. Regul. tom. 1. cap. 11. nu. 3 Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 80.*

7 Sextò potest Episcopus coniugem inualidè professum, puta si absque consensu alterius coniugis professionem emisit, è monasterio

sterio extrahere,&cogere,nè detineatur, *Lezan:in Sum: to: 1: d: cap.11: num. 22:* quia in tali casu Episcopus potius exercet proprium munus,vt videlicet matrimonij iura seruentur.

8 Septimò, tam Episcopi, quam Inquisitores hæreticæ prauitatis procedere possunt contra Regulares audentes in publicis, vel priuatis concionibus, lectionibus, conclusionibus, scriptis, seu colloquijs asserere, quod Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali *ex decreto Pauli Quinti & Greg.XV. apud Barbos. de offic,& pot.Epis.par.3. all. 105. num.58.& 59.* vbi etiam subdit, quod fratres ordinis Prædicatorum in priuatis eorum colloquijs seu conferentijs inter se dumtaxat, & non inter alios, seu cum alijs de materia eiusdem Conceptionis B. Mariæ differere,& tractare possũt *ex constit. Greg.XV. incip.Eximij,atque singulares fructus*.

Obseruat etiam Lezan, *in Sum.qq.reg.tom.1. cap.20. nu.12.* quod asserentes negatiuam opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali,aliam opinionem impugnare, aut de ea aliquo modo agere, seu tractare non debent: alias ab ordinarijs locorum,& Inquisitoribus, etiamsi Regulares exẽpti sint, puniuntur *ex decretis dd. Summorum Pontificum.*

9 Octauò Episcopus Regulares die Sabbathi maioris hebdomadæ cãpanas in ecclesijs suis pulsantes, antequam campana Cathedralis, vel maioris Ecclesiæ pulsetur, punire potest pœna ducatorum 100. *vt in Constitut. 17. Leonis X. incip. Sacro approbante Concilio §. & vt debitus,quam refert Barbos.d.alleg.105.num.70. & censuit Sac. Congregatio apud Vulp.in Prax.iudic.capit.42. numer.15.*

10 Nonò tenentur Regulares seruare interdicta ab ordinarijs promulgata *ex Cõc.Trid.sess.25.de Regul.cap.12.Clem.1. de Sent. excom.* vbi non seruantes ipso facto excommunicantur: dicit tamen Ricc.*in Prax.For.Eccles. parte 2. res.* 250. hoc esse intelligendum de interdictis generaliter latis,nõ autem particularibus; quia Episcopus non potest particulariter interdicere ecclesiam exemptã.

Addit Lezan.*in Sum. to.1. cap. 9.num.29.* quod tenentur Regulares huiusmodi interdicta seruare,siue sint valida, siue non, quando ea obseruat Cathedralis,matrix,aut parochialis Ecclesia.

11 Decimò Regulares,qui extra loca, vbi eorum monasteria existunt,eleemosinas quærere voluerint, tenentur suorum superiorũ licentiam ordinario ostendere, *ex decreto Sac. Congregationis Cõcilij apud Barbos.d.part.3.all.105. num.51.& all:109.numer.10.* addit que Sperell. *dec.38.numer.29.* quod potest Episcopus prohibere, nè prædicti Regulares eleemosinas quærant absque eius licentia,& contrauenientes possũt ab eodem Episcopo carcerari.

12 Vndecimò administrantes bona

a b

ad Monasteria monialiũ etiã Regularibus subiectarũ pertinentia, siue seculares sint, siue Regulares, Episcopo loci adhibitis etiam superioribus Regularibus singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas reddere tenẽtur, ad idque iuris remedijs, ac censuris ecclesiasticis cogi, & compelli possunt: licetque Episcopo ex rationabili causa Superiores regulares monere, vt tales administratores amoueant, ijsq. Superioribus id facere detrectãtibus, aut negantibus, potest Episcopus prædictos administratores amouere quoties, & quando opus esse iudicauerit *ex Constitutione Greg. XV. incip. Inscrutabili, quam refert Vulp. in Prax. iudic. c. 42. n. 28.*

13 Duodecimò Episcopus punire potest Superiores, & Prælatos regulares, qui Religiosos alterius ordinis etiam laxioris ob iurgia, contentiones, leuitatem, vel malefacta fugiẽtes recipere, vel retinere præsumunt *ex Constitut. Pij V. incip. Quacunque, quam refert Barbos. post 3. part. tract. 1. de offic. & potestat. Episcop. constit. 20.*

14 Decimotertiò, Mulieres, ad habitum tertij Ordinis admissæ abstinere debent à velo supra caput, à pectorali, & à patientia, alias si hæc tria, vel horum aliquid deferre deprehẽsæ fuerint, ad illa dimittẽda etiã per censuras Ecclesiasticas ab ordinarijs locorum possunt compelli *ex decreto Sac. Congregationis Episcop. & Regul. apud Lauor. var. e-*
lucubr. tit. 2. cap. 11. numer. 103. id autẽ mulieribus Tertiarijs ideò prohibitum fuit, nè videantur esse Moniales, *vt d. Lezan. in Sum. tom. 2. c. 14. n. 40.* vbi etiam notat, posse Tertiarias Ordinis Carmelitarum deferre patientiã non quidem eo modo, quo Fratres, ac Moniales Ordinis, sed breuiores, & strictiores: quia prædicta patientia est habitus proprius dicti Ordinis.

15 Notandum est etiam, quod ad dictum habitum non sunt admittendæ, & recipiendę, nisi mulieres probatæ vitæ, ac bonis moribus præditæ, atque in ætate saltem 40. annorum constitutæ, quæ de proprio habeant vnde sufficienter viuere possint: præte rea requiritur licẽtia Ordinarii, quã non aliter concedere debet, nisi de prędictis præuio examines diligenti sibi constiterit *ex dicto decreto Sacræ Congregat.* vbi etiam prohibetur, nè prædictæ mulieres cum aliis viris, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu sibi coniunctis cohabitent.

36 Decimoquartò, possunt ordinarij in casibus, in quibus habent facultatem visitandi Monasteria Regularium, excommunicare eosdem Regulares visitationem impedientes etiam non adhibitis monitionibus in ipso actu manifestæ violentiæ sibi illatæ, *vt d. Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 4. res. 577.* vbi etiam addit, posse eorũdem ordinariorum iussu portas frangi, si Regulares illas claudant ad effugiendam huiusmodi visi-

tatio-

tationem.

17 Decimoquintò, In Monasterijs Monachorum, vbi commodè fieri potest, lectio Sacræ Scripturæ habenda est: qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc vti sedis Apostolicæ delegati eos ad id opportunis remediis compellere debent *ex Conc. Trident. sess. 5. de ref. capit. 1.* huiusmodi autem opportuna remedia esse excommunicationem censet Lezan. *in Summ. qq. reg. tom. 1. cap. 11. num. 11.*

Obseruat etiam Rodriq. *& Peirin. apud. eumdem Lezan. vbi supra tom. 1. cap. 9. nu. 48.* quod Concilij decreto satis fit, si habeatur lectio Theologiæ Scholasticæ, vel moralis.

18 Decimosextò, si ab Episcopo ante inceptam ordinationem inhibitum fuerit sub pœna excommunicationis, nè quis ad ordinationem accedat non examinatus nec approbatus, vel sine litteris dimissorijs, hæc excommunicatio afficeret etiam Regulares, quia in illo actu subduntur Episcopo *Nau. in Man. cap. 25. n. 72. Lezan. in Sum. qq. reg. cap. 14. num. 22. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 10. nu. 23.*

SVMMARIVM

1 *Quando Episcopus possit procedere per censuras ecclesiasticas contra Regulares.*

2 *An Episcopus possit excommunicatos declarare Regulares, qui in aliquam censuram inciderint.*

3 *Quid si Regulares Sacramenta Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis ministrauerint, sine licentia Parochi.*

CAP. VI.

An Episcopus in ijs casibus, in quibus Iurisdictionem habet in Regulares, possit contra eos per censuras ecclesiasticas procedere.

1 NEgant DD. *quos refert & sequitur Quarant. in ver. Præcedentia, vers. an in casu.* Vade Vulp *in Prax. Iudic. cap. 42. n. 26.* censet, Episcopum posse quidem censuris cogere Regulares in casibus, in quibus in iure cõmuni, vel in Concilio specificè datur hæc potestas, sed non in alijs: *cuius sententiam probabilem dicit Lezan. in Sum. to. 1. c. 11. num. 14.*

Sed contrarium Sac. Congreg. declarauit *die 7. Februarij 1633.* videlicet, Episcopum posse etiam sub censuris ecclesiasticis compellere Regulares in ijs casibus, in quibus in eos illi tribuitur Iurisdictio iure communi, Sac. Concilio, ac cõstitutionibus Apostolicis, *vt refert Lezan. in Sum. to. 3. ver. Exemptio Regularium n. 13. & ità etiã tenent DD. apud Barb. de offic. & pot. Episcop. par. 3. alleg. 105. n. 13.*

Verũ hoc non procedit quoad Regulares habentes priuilegiũ, quod

quod ab Episcopo excommunicari, suspendi, vel interdici non possint, Henriq. *lib.7.de Indulgen.cap.25.§.7. Sanch. lib.7. de Matrim.disp.33.num.23.& lib.6. in Decalog. cap.1. num. 14. & alij apud Lezan.in Sum.tom.1.cap.11. num.22.& tom.3. verb.Exemptio Regularium n.11. & 13.* vbi etiã dicit, quod huiusmodi priuilegio gaudent Carmelitæ, Prædicatores, Minores, Iesuitæ, & alij cũ ipsis communionem priuilegiorum habentes, *de quo vide etiam Sorb.in ver.excommunicatio Diã. part.3.trac.2. ref.103.* idque probatur *ex Concilio generali Lugdu.relat.in cap.1.§. in eos de Priuileg.in 6.* vbi Ordinarijs inhibetur, nè contra Regulares habentes huiusmodi priuilegiũ per cẽsuras procedant; possunt tamen Religiosos in tali casu plectere alijs canonicis pœnis, puta depositione, collocatione in arctius Monasterium, priuatione officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ, vel simili *iuxta glos.in d. cap.1. §.in eos ver.quantum.*

2 Sed maius est dubium, an Episcopus in aliis casibus, in quibus 3 nullam habet iurisdictionem in Regulares, possit eos declarare excommunicatos, si in aliquam censuram inciderint? Resp. negatiuè cum *Nau.cons.2. nu.2. de sent.excom.* etiamsi huiusmodi excommunicatio esset publica, & notoria: quia talis declaratio est actus Iurisdictionis, cum debeat fieri causa cognita iudicialiter, ac citata parte; & ideò in tali casu Regulares nõ ab Episcopo, à quo sunt exempti, sed à suo Iudice competenti debent declaratari, *& hanc sententiã sequitur Vulp.in Prax.Iudic.cap.42. n.25. Lezan.in Sum.qq.reg.to.1. cap.11. nu.15.& tom.3. ver. exemptio Regularium n.9.Dian.part.3.tract.2. ref.35. & alij* contra *Io. Andr. in cap.1.num.1. de Priuil.in 6. Fusc. de Visit.lib.2.cap.8. nu. 8. Barbos. d.part.3.all.105.num.73. Gambar. de Offic.& pot.legat.lib.8. tit. de Potest.legat.in Regular.num.1. & seq.Cened.qq.Canon.q.26.num.30. Ricc.in Prax.for.Eccles.par.1.ref. 557.& par.2.ref.210.& in Collect. decis.591. par.3.& alios.*

Poterit tamen Ordinarius Regularem excommunicatum vitãdum, vel quia est publicus percussor Clerici, vel quia à suo Prælato est iam declaratus excõmunicatus, denunciare suis subditis, vt eum vitare teneantur; hoc enim nõ est exercere Iurisdictionẽ in illum, sed monere suos subditos de obligatione, quam habẽt, vitandi sic excommunicatum, *vt d.Lezan.in ver. Exemptio Regularium n.9.*

Limita supradictam conclusionem in Regularibus Sacramenta Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis ministrantibus, vel in certis casibus excommunicatos absoluentibus, *vt in Clem.1. de Priuil.* Cui non est derogatum per priuilegia posteriora summorum Pontificum, nisi in ipsis de ea expressa mentio fiat, quia est Decretum Concilii generalis Viennensis *cap. ex parte, vbi DD.communiter de Capell.Monach.*

FINIS LIBRI SEPTIMI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER OCTAVVS.

DE IIS, QVAE AD FORVM INTERNVM SPECTANT.

SVMMARIVM.

1 *EPISCOPVS potest aliquos casus sibi reseruare.*

2 *Huiusmodi reseruatio expirat defuncto Episcopo: limitatur nu. 3. & 4.*

5 *Quot sint casus de Iure, vel cõsuetudine Episcopo reseruati, & num. 6.*

7 *Concessa alicui licentia absoluendi à casibus reseruatis non extenditur ad casus de iure Episcopo reseruatos.*

8 *Episcopus concedens omnes casus sibi reseruatos non videtur concedere facultatem absoluendi à censuris sibi reseruatis.*

9 *An possit Episcopus absoluere tantum à reseruatis, & pro non reseruatis remittere pœnitentem ad inferiorem Confessarium.*

10 *An Canonicus Pœnitentiarius electus iuxta formam Concilij Tridentini possit ex vi solius officij absoluere à casibus reseruatis.*

11 *Pœnitentiarius eo ipso quod est electus habet à iure, & Concilio facultatem audiendi confessiones pœnitentium illius Diœcesis.*

12 *Quando possit officio priuari.*

13 *Quam pœnam incurrat absoluens à casibus reseruatis sine Episcopi licentia.*

CAP. I.

De Casibus reseruatis.

1 POSSE Episcopum sibi aliquos casus reseruare, constat ex *Concilio Trident. sess.*

14. *cap.* 7. debet autem Episcopus atrociorum tantum, & grauiorum criminum casus quam pauciſſimos, eosque maximè necessarios reseruare; non tamen casus contentos in Bulla Cœnæ Domini, nec alios specialiter reseruatos Sedi Apostolicæ, nec promiscuè eos, quibus annexa est excommunicatio maior, etiamsi absolutio nemini sit reseruata, nisi iudicauerit, aliquos nominatim reseruandos propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariã causam, *vt censuit Sac. Cong. apud Quarant. in ver. casus reseruati vers. editum fuit.*

2 Cessat autem huiusmodi reseruatio defuncto Episcopo: & ideò poterit tunc quilibet Confessarius absoluere à casibus Episcopo reseruatis, *vt d. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 19. num. 17.* nisi

3 forte reseruati fuerint in Synodo: quia tunc semper durant *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 93. num. 23. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 3. res. 85.* vbi etiam dicit, quod per mortem Episcopi

4 non expirant alij casus, qui de iure, vel consuetudine ipsi reseruantur.

5 Qui verò, & quot sint casus de iure Episcopo reseruati, magna est inter DD. contentio, vt propterea aliqui existimauerint, nullos hodiè esse casus iure cõmuni reseruatos Episcopo, *vt d. Lezan. in Sum. qq. reg. to. 3. ver. casus reseruati nu. 2. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 3. Dian. par. 7. tr. 5. res. 15. in fin.* ego tamen censeo, eos esse quatuor, quorum primus est incendium domorum, frugũ, aut aliarum rerum ex proposito factum *c. pessimam 23. q. 8. & extrau. inter cunctas § incendiarios de Priuil.*

Secũdus est excommunicatio Papæ reseruata, cuius absolutio in certis casibus inferiori reseruatur: tunc enim per inferiorem non quilibet Sacerdos, sed Episcopus intelligitur *c. ea noscitur c. quod de his, & cap. quamuis de sent. excom. Nau. cap. 27. nu. 112. & 262. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. num. 13.*

Tertius est leuis percussio clerici *iuxta cap. peruenit de Sent. excom.*

Quartus est abortus fœtus animati *ex constitutione Gregorij XIV. incip. Sedes apostolica, apud Quarant. in ver. Abortus, & notat etiam Filliuc. to. 1. tract. 29. cap. 6. nu. 100. quem refert. Dian. par. 7. tr. 5. res. 15. Lezan. in sum. qq. reg. ver. Abortus num. 7.*

Scio, peccatum, ob quod incurritur irregularitas, vel imponitur pœnitentia solemnis, esse reseruatum episcopo *in cap. fin. vbi glos. 26. q. 6. & extrau. Inter cunctas § obseruet de Priuil.* sed huiusmodi casus non esse amplius ex praxi reseruatos, sentiunt Doctores communiter; tũ quia solemnis pœnitentia non est amplius in vsu: tum quia clericus, qui ob aliquod peccatum irregularitatem contraxit, potest regulariter per quemlibet confessarium absolui à peccato, antequam cum illo in irregularitate

ritate dispensetur, *Nau. d. cap. 27. num. 262. Rice. in Prax. par. 3. resp. 85. Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. num. 13. vers. tertio de iure & vers. item & peccatum.*

6 Casus autem de consuetudine Episcopo reseruati sunt homicidium voluntarium, crimen falsi, sortilegium, ac violatio immunitatis, ac libertatis ecclesiasticæ, *vt in d. extrau. inter cunctas §. incendiarios de Priuil. Sylu. in ver. casus nu. 4. Piasec. vbi supra num. 13. vers. de consuetudine Ric. in Prax. par. 3. d. resp. 85. Nau. d. cap. 27. num. 262.* vbi etiam notat, quod crimen violationis libertatis, aut immunitatis ecclesiasticæ nunc sæpe habet annexam excõmunicationem bullæ cœnæ.

An verò peccatum retinendi incerta aliena inter prædictos casus numerandum sit? Resp. negatiuè, quamuis nonnulli contrarium teneant: quia iuxta cõmunem Doctorum sententiam is, qui ad restitutionem obligatur, potest per se ipsum sine Episcopo, & confessario restituere *Nauar. cap. 17. num. 92. Piasec. p. 2. cap. 1. num. 13. vers. addit Ricc. in Prax. par. 3. res. 85.* potest tamen substineri cõsuetudo Episcoporum, qui restitutionem bonorum huiusmodi incertorum sibi reseruant, si intelligatur de absolutione peccati commissi ob illorum non restitutionem, *vt d. Nau. loc. cit.*

Quia verò huiusmodi consuetudo non videtur esse generalis, nec eiusdem modi in omnibus Episcopatibus, ideò quando de hac cõsuetudine in singulis Diœcesibus certò non constat, ij tantum casus pro reseruatis habendi sunt, qui reseruantur ex presse, & specialiter ab ipsomet Episcopo, vel à iure, *vt supra diximus, & notat Lezan. in Sum. to. 3. in ver. casus reseruati nu. 3.*

7 Obserua tamen primò, quod Episcopus concedens omnem facultatem, omnemque auctoritatem ad audiendas confessiones, non videtur concedere casus reseruatos, *vt d. Vulp. in Prax. iudic. for. eccles. cap. 35. nu. 1.* nisi aliud ex coniecturis colligatur: neque concessa alicui licentia absoluendi à casibus reseruatis extenditur ad casus de iure Episcopo reseruatos, sed tantum ad eos quos ipse reseruauit *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 52. num. 10.*

8 Obserua 2. quod Episcopus concedens omnes casus sibi reseruatos non videtur concedere facultatem absoluendi à censuris sibi reseruatis: quia à diuersis non fit illatio *l. Papinianus ff. de minor.* quemadmodum si cõcedat facultatem absoluendi à casibus, & censuris, non videtur concedere absolutionem, aut dispensationem votorum, aut irregularitatum *Nau. cap. 27. n. 261. vers. decimò Barbos. d. par. 3. all. 52. num. 5. & 6.*

9 Quæres 1. an possit Episcopus absoluere tantum à reseruatis, & pro non reseruatis remittere pœnitentem ad Inferiorem confessarium? affirmat Nauar. *in Man. cap. 26. num. 6.* vbi etiam

dicit

dicit, quod potest Confessarius à non reseruatis absoluere, & pro reseruatis pœnitentem ad Superiorem remittere, & *hanc sententiam sequuti sunt plures alij DD. apud Mincin. de Sacram. Confess. pract. 4. dub. 13.* Alij verò probabiliùs negant, nisi adsit necessitas, vel rationabilis causa *ità Sylu. in ver. confessio 1. quæst. 19. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de Sacram. disp. 5. q. 7. pun. 5. §. 3. nu. 1.* quia non licet absque iusta causa dimidiare cõfessionem, Quare tutius erit, vt Episcopus integram pœnitẽtis cofessionem audiat, & absoluat; vel si alijs curis fuerit impeditus, poterit talem pœnitentem ad inferiorem confessarium remittere, vt ab eo absoluatur.

10 Quæres 2 an Canonicus Pœnitentiarius electus iuxta formã Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. cap. 8.* ex vi solius officij possit absoluere à casibus reseruatis? negat Nau. *conf. 20. de Pœnit. & & remiss. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 179. Vulp. in Prax. iud. cap. 35. num. 15. & ità declarauit Sac. Congreg. teste Garc. de Benef. par. 5. cap. 4. num. 115. & refertur etiam inter decis. nouissim. Diuer. par. 4. decis. 195.* habet tamen hanc facultatem ex Episcoporũ consuetudine, vel eorum tacito consensu ità, vt non solum à casibus, sed etiam à censuris Episcopo reseruatis absoluere possit *Sbroz. de Vic. Episc. lib. 2. §. 19. nu. 8. & seq. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 52. nu. 17.*

11 Notandum est etiam, quod Pœnitẽtiarius eo ipso quod electus est, habet à iure, & Concilio Tridentino facultatem audiendi cõfessiones pœnitentium illius Diœcesis, cum sit veluti Parochus totius Diœcesis, *vt post Vgol. & alios dixit Barbos. d. par. 3. all. 55. nu. 19. & censuit etiam Sacr. Congreg. teste Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 1. ref. 487.* Vnde dum confessiones in ecclesia audit, interim præsens in choro, & processionibus censetur *Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 8. & censuit etiam Sac. Congregat. eiusdem Concilij, quæ refertur inter decis. nouissim. Di-*
12 *uers. dec. 19. par. 4.* debet autem talis Pœnitentiarius semper esse paratus ad audiendas confessiones, & recusans audire, potest puniri, & priuari ab Episcopo, *vt resoluit Sac. Congreg. apud Ricc. in Prax. par. 1. ref. 487.*

13 Quæres vltimò, quam pœnam incurrat absoluens à casibus reseruatis sine Episcopi facultate? Respondet Barbos. *de offic. & pot. Episcop. par. 3. all. 105. nu. 78. Ricc. in Prax. for. Eccles. part. 2. ref. 210.* quod potest ab Episcopo excõmunicari *ex Conc. Trident. sess. 14 cap. 7. de Casuum reseruatione.* Si verò absolueret à prædictis casibus sub prætextu priuilegiorum, incurreret eo ipso excommunicationem Papæ reseruatã *ex decreto Sac. Congregat. apud Quarant. in ver. casus reseruati.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptis votis Papæ reseruatis, in reliquis Episcopus dispẽsat. Quænam vota sint Papæ reseruata, ibidem.*
2 *Eamdem facultatem habet Capitulum sede vacante.*
3 *An Regulares possint in votis dispensare, & n. 4. & 5.*
6 *An valeat dispensatio concessa, absque iusta causa.*
7 *An requiratur consensus eius, in cuius fauorem votum emissum fuit.*
8 *An possit Episcopus cum alienis subditis dispensare. Absolutio à censuris exteris impendi potest, ibidem.*
9 *Vagi veniunt sub nomine propriorum subditorum.*
10 *In quibus casibus Episcopus dispensare possit in votis Summo Pontifici reseruatis.*

CAP. II.

Quando Episcopus possit in votis dispensare.

1 EXceptis votis, seu iuramentis perpetuæ continentiæ, Religionis, peregrinationis terræ Sanctæ, Apostolorum Petri & Pauli, & S. Iacobi in Compostella, quæ Sedi Apostolicæ sunt reseruata, in reliquis dispensare potest Episcopus etiam electus, & confirmatus, licèt non consecratus. *glos. in cap. ex multa vir. incumbit de vot. & in cap. nuper ver. retinuit de Sent. excommun. Sylu. in ver. Votum 4. num. 3. dict. 4. Nau. in Man. cap. 12. num. 75. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 19. nu. 24. Dian. par. 7. tract. 2. res. 1. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 2. cap. 10. nu. 4. & alij communiter.*

2 Eamdem facultatem habet Capitulum Sede vacante, ac Prælati etiam locales ordinum exemptorum, cũ habeãt iurisdictionẽ ordinariã ecclesiasticam *Barb. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 36. n. 9. & seq. Laym. in Theol. Mor. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num 6. Bonacin. de legib. disp. 4. quæs. 2. pun. 7. num. 9. & alij*; quamquam in Religiosis propriè non habet locum dispẽsatio: quia si vota præcedunt professionem, ipso iure in professione dispensantur *iuxta cap. scripturæ de vot. & vot. redemp.* si verò sequantur, firma non sũt, nisi consentiente Prælato, *vt rectè notat Sylu. loco cit. num. 3. vers. quarto.*

3 Præterea Confessores regulares habentes communicationem cum Benedictinis, & Iesuitis, possunt vota Episcopo reseruata commutare, *vt d. Layman. apud Lezan. in Sum. to. 1. cap. 19. nu. 23.*

5 Item ex Concessione Innocentij VII. Confessarij ex ordine fratrum Minorum, & alij, qui priuilegiorum ordinis S. Francisci sũt participes, possunt in omnibus votis dispensare, in quibus possũt Episcopi, præterquam in voto pe-

re-

regrinationis vltra duas dietas, *vt d. Nau. in man. cap. 12. num. 79. vers. vndecimo.* Quod intellige de votis Episcopo iure communi reseruatis, nõ tamen reseruatis iure speciali. *Mirand. in Man. Præl. to. 1. q. 47. art. 4. cõclus. 2. quem refert Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 36. n. 15.* & ideò nõ possent dispẽsare in eo casu, in quo Episcopus dispensat vti Apostolicæ Sedis delegatus, vel ob grauem necessitatem accedente morali impotentia adeundi Summum Pontificem *Dian. par. 1. tract. 11. ref. 56. Barb. loco citat. d. part. 2. allegat. 37. numer. 14.*

6 Huiusmodi tamen dispensatio fieri non debet sine iusta causa, *vt docent communiter Doctores:* si verò sine iusta causa fiat, valida quidem est, licet sit illicita, *vt cõstat ex cap. manifestum 33. q. 5. & docet Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. quem sequitur Nauar. in man. cap. 12. nu. 73. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 4. vbi cit. Llam. par. 3. Method. cap. 4. §. 42.* quamuis contrarium teneant alij *apud Bonacin. d. §. 4. n. 24.*

7 Requiritur etiam consensus illius, in cuius fauorem votum emissum fuit, si ab eo fuerit acceptatum, *idem Bonacin. vbi sup. num. 25. vbi citat Filliuc. tract. 26 cap. 9. quæs. 5. nu. 257. & seq. Azor. 1. par. lib. 11. cap. 19. quæs. 12. Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 121. & alios, quibus adde Dian. part. 6. tract. 6. ref. 61.*

8 An verò possit Episcopus cum alienis subditis dispensare? negatiuè respondent DD. *apud Barb. de offic. & potest. Episcop. parte 2. alleg. 36. numer. 17. & sequent.* & ideò non potest dispensare in voto Scholaris, sicut nec potest eum ordinare sine licentia proprij Episcopi *cap. cum nullus de Tempor. ordin. in 6.* nisi fortè adesset talis consuetudo, *vt supra diximus de absolutione à iuramento lib. 5. cap. 6. nu. 3.* quemadmodum absolutio à cẽsuris propter receptam Ecclesiæ consuetudinem exteris impendi potest, *vt sentiunt Doctores communiter.* idemque dicendum, si aliqua necessitas id postularet; tunc enim posset Episcopus dispensare cum exteris, qui ad eius diœcesim cõfluunt animo ibi habitãdi aliquo tempore diuturno, vt pro maiore parte anni, vel ad expediendũ aliquod negotium, quod breui tempore expediri non solet, *vt d. Less. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 121 Henriq. lib. 6. cap. 14. nu. 8. Sanch. de Matrim. lib. 3. disput. 23. nu. 12. & seq. & in Summ. tom. 1. lib. 4. c. 37. num. 27. quos refert, & sequitur Dian. part. 8. tractat. 3. ref. 47.*

9 Nomine verò propriorum subditorum veniunt etiam vagi: isti enim contrahunt domicilium in loco, in quo pro tempore reperiuntur, *Bonacin. in tract. de legib. disp. 4. q. 2. pun. 7. num. 4. & 5. & alij.*

10 Potest autem Episcopus in multis casibus dispensare etiam in votis Summo Pontifici reseruatis: primò, quando adest impedimentum adeundi Summũ Pontificem, & vrgens causa, seu grauis necessitas cogit, vt dispensatio

tio concedatur *Sylu. in verb. Votum 4. q. 4. Nau. cap. 12. num. 76. Bonacin. d. punct. 7. §. 4. num. 15.* etiamsi adsit recursus ad Apostolicum Nuntium *Barbos. d. par. 2. all. 43. num. 8. 13 & seq.* & multo magis posset suspendere exequutionem voti ad tempus, dummodò non adeò differatur, vt vouens ob longam dilationem fieret impotens ad illud persoluēdum *Bonacin. loco cit. numer. 21. vers. sexto, & alij.*

Secundò, potest dispensare, quādo votum per metum etiam leuem emissum fuit: quia cum reseruatio votorum sit odiosa, non videtur extendēda ad vota per metum emissa *glos. in cap. Abbas ver. coactus versus fin. ex. de ijs, quę vi metusue caus. fiunt. & alij apud Bonacin. loco cit. at. numer. 17.*

Tertiò potest dispensare in voto conditionali de materia alias reseruata, *vt dicunt omnes ferè Theologi contra Sot. & alios apud Barbos. de offic. & potest. Episc. part 2. all. 37. num. 5. & 6. addit. Dian. par. 1. tract. 11 res. 54.* quod Episcopus in tali casu potest dispensare non solum ante, sed etiā post impletam conditionem: verius tamen est, quod ante impletam conditionem Episcopus dispensare possit, non autem postea: quia in tantum Episcopus dispensat in voto conditionali, in quantum votum non impleta conditione non est perfectum, & suspenditur enim consensus vsq. ad conditionis euentum; & ideò ad illud non potest extendi reseruatio, quæ cum sit odiosa non est amplianda ad vota imperfecta; quæ ratio non militat post adimpletam conditionem, quia tunc votum censetur perfectum, & absolutum, *ità Reginald. lib. 18. nu. 336. Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 77. Less. lib. 2. cap. 40. dub. 15. num. 106. & alij apud Bonacin. d. disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 4. numer. 17.*

Limitatur tamen hæc conclusio in voto conditionali, quod fit in pœnam, verbi gratia, iuro, seu voueo, me non lusurum tali ludo: si secus fecero ingrediar religionem; posset enim tunc Episcopus etiam post adimpletam conditionem dispensare, quia tale votum non fit ex affectu erga Religionem, sed potius, vt vouēs retrahat se ab illo malo: votum autem, quod Papæ reseruatur, censetur illud, quod fit ex directa volitione ex affectu boni, quod promittitur, *ità Aragon. 2. 2. quæst. 88. artic. 12. Lopez in Instructor. Conscien. part. 1. cap. 44. colum. 2. Tolet. in Summ. lib. 4. cap. 18. in fin. Henriq. lib. 7. de Indulgen. cap. 30. §. 6. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 37. n. 7.*

Vnde poterit similiter Episcopus dispensare cum muliere, quæ ex nimio affectu erga virum, & sequuturas nuptias vouit, aut iurauit, si nuptiæ successum non habuerint, se religionem ingressuram, *vt d. Layman lib. 4. tr. 4. c. 3. num. 10.*

Secus esset, quando conditio nō apponitur ad suspendendum

consensum vsque ad conditionis euentum, sed apponitur ad terminandum tempus adimplendi votum; tunc enim Episcopo dispensare non licet; vnde si quis voueat religionem, si Pater obierit, ad Papam pro dispensatione recurrere debet, quia particula, si, apponitur ad terminandum tempus adimplendi votum, quãdo videlicet Pater obierit, *vt d. Bonacin. vbi supra d. § 4. n. 17.*

Quartò potest Episcopus dispensare in voto cõtinentiæ non perpetuo, sed ad tempus seruandæ, quia non est votum perfectum, & absolutum castitatis *Nau. in man. cap. 12. nu. 76. Dian. par. 1. tr. 11. ref. 57. & alij communiter*. Vnde poterit Episcopus dispensare in voto de non contrahendo matrimonium, seu nũquam nubendo, quia non est votum simpliciter castitatis: neque illud violatur, si vouens cum alia fornicetur, *Nau. loco cit. vbi dicit, ità seruari in sacro Pœnitentiariæ Prætorio, & alij apud Barbos. d. par. 2. all. 37. nu. 17. vers. ex prædict. 1.* item posset Episcopus dispensare in voto non fornicandi, aut abstinendi ab alio actu venereo: quia similiter talia vota non sunt vota perfectæ castitatis, cum possit sic vouens adhuc matrimonium contrahere *Bonacin. loco cit. d. pun. 7. § 4. nu. 21. vers. Quinto Dian. d. par. 1. tr. 11. ref. 61.* idem dicendum de voto seruandi castitatem coniugalem: quia id non est votum castitatis absolutum, sed partis *Henriq. lib. 7. de Indulgen. cap. 30. num. 6. & alij apud Barbos. d. all. 37. num. 18.* posset etiam dispensare in voto suscipiendi sacros ordines: tum quia non est votũ castitatis, sed assumendi statum, cui castitas annexa est: tum quia non promittit castitatem præsentem, sed futuram, scilicet post quam fuerit ordinatus; & ideò si talis fornicetur, antequam ordines suscipiat, non proinde facit contra votũ *Nau. cons. 18. de Vot. Dian. d. par. 1. tr. 11. ref. 64. vbi citat Azor. p. 1. lib. 11. cap. 19. q. 9. Less. lib. 2. c. 40. dub. 18. num. 124. Vegh in Sum. tom. 2. cap. 129. cas. 34 & alios.*

Quintò potest Episcopus dispensare in voto ingrediendi religionem arctiorem commutando illud in laxiorem *Bonacin. de legib. d. disp. 4. q. 2. pun. 7. § 4. n. 21. Barbos. d. par. 2. all. 37. nu. 7. vers. limita 2. & alij apud Dian par. 1. tr. 11. ref. 55.*

Sextò potest similiter dispẽsare in voto triplicis peregrinationis relaxatæ, quando vouentis finis non fuit ad inuisenda ea loca, sed ad alium finem, puta si quis voueat ire Romã ad impetrandum à Summo Pontifice absolutionem alicuius peccati, *vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Barbos. d. all. 37. num. 18. vers. limita 5.* item si quis vouerit ire nudis pedibus ad limina Apostolorum, vel peregrinari ad S. Iacobum stipem ostiatim quærendo, potest Episcopus huiusmodi votũ in peregrinationem equestrem commutare, ijs etiam concessis, quæ ad vitæ substentatio-

tationem sunt necessaria: quia tunc non commutatur substantia, voti, sed quædam circumstantia, ità *Less. & alij apud Bonacin. d. §. 4. num. 21. vers. Item votum.*

His adde, quod quando dubitatur, an votum sit reseruatum, iudicandum est in partem benigniorem, vt reseruatum non censeatur: idemque dicendum, si dubitetur de illius validitate *Barbos. d. par. 2. all. 37. num. 18. vers. limita 5. in fin. Bonacin. vbi supra num. 17. vers. tertio, & alij.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare in irregularitatibus, ac suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, & in alijs casibus occultis Sedi Apostolicæ reseruatis suos subditos absoluere ex Conc. Tridentino.*
2 *Occultum qualiter sit accipiendum.*
3 *An possit Episcopus eum absoluere, qui in vno loco commisit delictum publicum, si in eo loco, vbi commoratur, sit occultum.*
4 *Quando delictum censeatur deductum ad forum contentiosum.*
5 *An possit Episcopus dispensare, si delinquens fuit absolutus ex defectu probationis.*
6 *Quid si delictum fuit simpliciter probatum.*
7 *Et an possit dispensare, si delictum est transigibile, & reus se composuit cum parte, vel fisco.*
8 *Quid si iudicium non fuit sententia finitum eo quod Accusator per annum tacuerit.*
9 *Et quid si delictum iam punitum fuit.*
10 *In quibus differat absolutio à censuris, & dispensatio super irregularitatibus, & suspensionibus Papæ reseruatis.*
Quando Archiepiscopus iurisdictionem habeat in subditos suorum suffraganeorum, ibidem.
An possit Episcopus in irregularitatibus, & suspensionibus occultis dispensare cum Religioso exempto, ibidem.
11 *Quinam veniant nomine Episcoporum in hoc casu, & n. 12.*
14 *An possit Episcopus prædictam facultatem absoluendi, & dispensandi particulari Sacerdoti delegare.*
15 *An Episcopus possit absoluere à Censuris alteri Episcopo, seu Prælato reseruatis.*

CAP. III.

An, & quando possit Episcopus in irregularitatibus, suspensionibus, & alijs casibus Sedi Apostolicæ reseruatis dispensare, seu absoluere.

1 SACRA Tridentina Synodus Episcopis indulsit, vt in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum conten-

contentiosũ, dispensare possint, & in quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro cõscientiæ gratis absoluere imposita pœnitentia salutari, *vt in sess. 24 de ref. cap. 6.*

2 Obseruant autem DD. occultum in præsenti dici, quod non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciatur *cap. vestra, vbi glos. in ver. occultum de Cohabit. Cler. Nau. in Man. cap. 27. num. 255. & alij apud Dian. par. 7. tr. 2. res. 15.* qui putant, posse Episcopum virtute Concilij *d. cap. 6.* dispensare, si delictum notum sit tribus, vel quatuor, dummodò de illo non sit fama in maiori parte viciniæ, vel Collegij, *quibus adde Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. 1. §. 1. num. 6.* vbi dicit, quod delictum commissum coram decem respectu magnæ Ciuitatis dicitur occultum.

Addit Nau. *d. cap. 27. num. 255. & alij communiter*, quod vt delictum dicatur publicum, non sufficit, vt actus, qui est delictum, sit publicus, nisi etiam publicè sciatur, talem actum esse delictũ, ex quo infertur, posse Episcopum dispensare super irregularitate, quam excommunicatus contraxit publicè celebrando, si illius excommunicatio fuerit ignota adstantibus, quamuis enim celebratio sit publica, nihilominus delictum censetur occultũ, *ità Barbos. de offic. & pot. Episcop. par. 2. all. 39. num. 27. Dian. par. 7. tr. 2. res. 16. vers. ex quibus Piasec. in Prax. episc. par. 1. cap. 1. nu. 56. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 460. & par. 2. res. 105.*

3 An verò possit Episcopus eum absoluere, qui in vno loco commisit delictum publicum, sed postea se transtulit ad alium locum, vbi est occultum? nonnulli affirmant, modò notitia illius delicti nõ sit illuc de facili peruentura propter locorum distãtiam, *ità Auil. de Censur. par. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. concluf. 3. Sãeh. in Præcept. Decal. lib. 2. cap. 11. num. 20. & alij apud Barbos. d. p. 2. all. 39. num. 27. quorum sententiam probabilem dicit Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. nu. 3.* sed contrarium verius videtur, quia, vt verificentur verba Concilij, sufficit, vt in vno loco sit publicũ *Suar. to. 4. disp. 30. sect. 2. num. 2. quem refert Bonacin loco cit. Ricc. in Collect. decis. 653. par. 3. & alij apud Dian. par. 7. tr. 2. d. res. 16.*

4 Sed dubium est, quando delictum censeatur deductum ad forum cõtentiosum? in quo alij putant, quod censetur deductum ad forum contentiosum statim ac denunciatio, aut accusatio de illo coram legitimo Iudice facta est, *ità Mar. Aiter. apud Dian. p. 7 tr. 2. res. 17. Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. vers. Dixi excepto delicto.*

Alij asserunt, tunc delictum ad forum contentiosum esse deductum, vbi primum reus fuerit citatus: à citatione enim iudicium inchoatur, *§. fin. Inst. de Pœn.*

Pæn. tem litig. Piaſec. d. p. 1. cap. 1. num. 56. verſ. Tertiò requiritur Ricc. in Collect. deciſ. 721. par. 3. & in Prax. for. eccleſ. par. 1. reſ. 459. vbi hoc intelligit de citatione iudiciali, & valida, non autem de extraiudiciali, vel inualida, aut circumducta, & hæc eſt communior, & probabilior opinio.

Alij verò tenent, quod delictũ cenſetur deductum ad forum cõtentioſum poſt litis conteſtationem. *ità Barboſ. d. p. 2. all. 39. n. 29. quam ſententiam ſequuntur Gauant in Man. Epiſc. ver. abſolutio nu. 12. Boſſ. de Iubil. ſect. 1. caſ. 10. §. 3. n. 36. Caſtr. Palaus to. 1. tr. 4. diſp. 4. pun. 3. §. 1. num. 15. Trullench. in Decalog. to. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. nu. 9. quos refert, & ſequitur Dian. par. 7. tr. 2. reſ. 17.*

Ex quo infert Nau. *conſ. 2. de ſent. & re iud. Piaſec. loco ſupra cit. Bonacin. de Cenſur. diſp. 1. q. 3. pu. 2. n. 2. verſ. addo Ricc in Prax. for. eccleſ. p. 1. reſ. 459. & in Collect. deciſ. 721. p. 3.* quod delictum ad forum contentioſi non cenſetur deductum, ſi ſolum capiatur informatio, aut ſi ſocius criminis tractus fuerit ad iudicium. 7

Addit Coninch. *de Cenſur. diſp. 14. dub. 16. nu. 243.* quod ſi delinquens poſt accuſationem ſe ſe purgauit veris, vel etiam falſis teſtibus, aut abſolutus fuit ex defectu probationis, poteſt Epiſcopus cum eo diſpenſare: quia tunc perinde eſt, ac ſi delictum non fuiſſet deductum ad forum contentioſum, cum reducatur ad priorem ſtatum, *& hanc ſententiã ſequuti ſunt Ricc. in Prax. par. 3. reſ. 164. Bonacin. de Cenſur. diſp. 7. q. 5. pun. 1. num. 5. verſ. Dixi excepto delicto Barboſ. par. 2. all. 39. num. 33. & alij apud Dian. p. 7. tr. 2. reſ. 18. Piaſec. in Prax. d. p. 1. cap. 1. num. 56. verſ. tertiò requiritur.* 8

Secus eſſet, quando reus non fuit abſolutus, ſed tantum dimiſſus recepta promiſsione de ſe repræſentando: tunc enim non poterit Epiſcopus vti facultate Concilij *d. c. 6. vt declarauit Sac. Congreg. teſte Barboſ. d. all. 39. nu. 35. Dian. par. 7. tr. 2. reſ. 19. in fin.*

Sed quæres, an Epiſcopus poſſit diſpenſare, quando delictum fuit ſemiplenè probatum? Negatiuè reſpondet Bonacin. *d. diſp. 7. q. 5. pun. 1. nu. 5. in fin. & alij,* quia ex tali probatione oritur publica infamia: contrarium tamen tenet Dian. *par. 7. tr. 2. reſ.* 18. vbi dicit, quod per decretum abſolutorium auferetur infamia, & res in priſtinum ſtatum reducitur. 6

Quæres 2. an poſſit ſimiliter Epiſcopus diſpenſare, quando delictum eſt tranſigibile, & reus ſe compoſuit cum parte, vel fiſco? affirmatiuè reſpondet Piaſec. *loc. cit. d. cap. 1. num. 56. verſ. Tertio requiritur:* tranſigens enim ſuper crimine tranſigibili non fatetur delictum, *vt d. Gabr. commun. concluſ. lib. 7. concl. 23.*

Addunt alij, quod ſi iudicium non fuerit ſententia finitum eo, quod accuſator per annum tacuerit, elapſo anno poteſt Epiſcopus diſpenſare, *Campan. in Diuerſ. iur. canon. rubr. 7. cap. 5. num.*

num. 7. & rubr. 11. cap. 23. nu. 144. & alij apud Barbos. d. par. 2. alleg. 39 n. 34.

9 Alii etiam sentiunt quod si delictum deductum sit ad forum contentiosum, & iam finito iudicio punitum, adhuc potest Episcopus dispensare: quia per punitionem delictum iam fuit purgatum, *ità Hurtad. de Irreg. disp. 2. diff. 20. num. 68: Auil: de Censur. part. 7. disput. 10. dub. 7. Sanch. in Summ. tomo 1. lib. 2. c. 11. num. 21. Henriq. lib. 14, cap. 7. n. 5. Reginald. tomo 2. lib. 30. tractat. 2. num. 29. vers. 6. & alij, quos refert & sequitur Dian. part. 4. tractat. 2. res. 97. & parte 7. tractat. 2. resol. 19.*

Hæc tamen sententia mihi numquam placuit: non enim video, quomodo delictum in iudicio probatum, & punitum censeri possit occultum; Vnde contrarium tenet etiam Gutier. *canon. lib. 1. cap. 3, in fin. & alij apud Barbos. d. allegat. 39 num. 35. Bonacin. de Censur. d. disp. 7. q. 5. punct. 1. n. 6.*

10 Obseruant secundò, in multis differre absolutionem à censuris, & dispensationem super irregularitatibus, & suspensionibus Papæ reseruatis: nam in dispensatione irregularitatis, seu suspensionis requiritur, vt Episcopus habeat iurisdictionem ordinariã in eum, cui concedit relaxationẽ irregularitatis: in absolutione verò censurarum videtur requiri ea solum subiectio, quæ sufficit, vt Episcopus Sacramentalem absolutionem impendat: quia dispensatio non est ità necessaria, sicut absolutio à censuris, *vt post Suar. dicit Bonacin. d. disp. 7. q. 5. punct. 1, num. 5. Garc. de benef. par. 11. cap. 10. num. 139. Barbos. d. p. 2 all. 39. num. 4. & seq. & ità etiam censuit Sac. Congregat. teste Dian: part. 8. tract. 3. res. 47. vbi etiam dicit, quod ità Greg. XIII. declarauit.*

Quare, etiamsi Archiepiscopus possit in actu visitationis absoluere subditos suorum suffraganeorũ, non potest tamen cũ illis dispensare: quia subditi suffraganeorum non censentur subditi Archiepiscopi, nisi in casibus in iure expressis *cap. duo de offic. Ordin. c. 1. de suppl. negl. Præl. in 6.* nullibi autẽ conceditur Archiepiscopo dispensandi potestas, sed tantum absoluendi à peccatis dũ visitat, *vt in cap. fin. de Censib. in 6.* potestas enim dispensandi nõ est coniuncta cum potestate absoluendi, vt constat in Parochis, qui solam potestatem absoluendi habent, non dispensandi, *ità Fagund. in Decal. tom. 1 lib. 2. cap. 41. num. 13. Sayr. in Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. 8. & alij apud Dian. part. 8. tract. 3. res. 15. contra Henriq. lib. 14. cap. 18. num. 3: Auil. de censur. part. 2. cap. 7 disp. 1. dub. 10. & alios, quos refert Barbos. d. all. 39. num. 19.* Vnde nec potest Archiepiscopus, dum visitat subditis Suffraganeorum dimissorias ad ordines concedere, neque cum eis dispensare in denunciationibus matrimonio præuiis, *vt dicit Dian. loco cit.*

Notandum tamen est, quod si Epi-

Episcopus suffraganeus dispensationem petitam deneget, quando dispensare tenetur, puta si notabile bonum publicum, aut priuatum spirituale huiusmodi dispensationem exigat, poterit tũc Archiepiscopus per appellationem aditus dispensare: quia per appellationem Archiepiscopus iurisdictionẽ acquirit *d. cap. duo de offic. Ordin.* quod procedit etiãsi dispensatio esset partim gratuita, & partim debita *Sanch. lib. 4. Decal. cap. 38. num. 12. & cap. 47. num. 10. & lib. 3. de matrim. disp. 20. num. 20. vsque ad 24. quem refert Dian. part. 8. tract. 3. resol. 14 in fin.* quẽadmodum potest similiter Archiepiscopus à censuris latis à suffraganeis absoluere eorum subditos, quando malitiosè, vel negligenter differunt absolutionem, vel quando ad illum fuit appellatum, & vocatę fuerũt partes *cap. venerabilibus §. 1. de sent. excomm. in 6. & dicũt DD. apud Bonac. de censur. disp 1. q. 3. pun. 2. num. 7.*

Sed quæres, an possit Episcopus in irregularitatibus, & suspensionibus occultis dispensare cum Religioso exempto? Respondeo affirmatiuè, dummodò id fiat de licentia proprii Superioris, & ad maiorem Prælatum habentem dispensandi auctoritatem non sit facilis aditus: quia cum hoc fauorem concernat, censetur tota Religio consentire, *Sanch. in Præcep. Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 41. quem refert Barbos. d. p. 2 all. 39. num. 45. in fin. Bonacin de leg. disput. 4. q. 2. pun. 7. §. 4. n. 10. Dian. part. 7. tractat. 2. resol. 6. & 22. & parte 8. tract. 3. resol. 48.* quamuis probabilis etiam sit sententia aliorum, qui tenẽt, ad hoc non requiri licentiam Prælati, quia Religiosus vtitur iure suo, *ita Lezan. in Summ. qq. reg. tomo 1. cap. 11. n. 6. vbi citat. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 12. Sanch. lib. 4. in Decalog. cap. 39. num. 32.*

Secundò dispensatio, & absolutio differunt, quia dispensatio prodest quoad vtrumque forum, cum facultas dispensandi in Cõcilio loco cit. concessa fuerit absque limitatione; absolutio verò à censuris non valet pro foro externo, sed tantum pro interno, *ità Nau. cons. 11. num. 2. de Priuil. & alij apud Dian. parte 7. tract. 2. res. 10. in fin.*

Tertiò differunt, quod absolutio à censuris sedi Apostolicæ reseruatis non potest ab Episcopo impendi extra Sacramentum pœnitentię, *vt colligitur ex Conc. d. cap. 6. ibi, in foro cõscientiæ gratis absoluere:* dispensatio verò potest concedi extra Sacramentum, quia particula illa, *in foro conscientiæ*, non est apposita in priori parte *d. cap. 6.* vbi datur facultas dispensandi, *Garc. de Benef. part. 11. cap. 10. num. 139 & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episcop. par. 2. allegat. 39. numer. 7 & 8.*

Alii verò asserunt, posse Episcopum à censuris reseruatis absoluere etiam extra Confessionẽ Sacramentalem: quia absolutio ab excommunicatione potest etiam

tiam in absentia impendi, quasublata potest deinde quilibet Confessarius absoluere à peccato *iuxt. communẽ Doctor. sententiam ità Nauar. d. conf. 11. num. 2. Bonacin. de censur. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 1. vers. tertio*, Ricc. *in Collect. decis. 721. parte 3.* quorum sententia videtur satis probabilis, & ità etiam tenet Sanch. *in Summ. tomo 1. libro 2. cap. 11. numero 13. Suar. de Censur. disput. 41. sect. 2. numero 11. Floron. de Casib. reseruat. part. 1. cap. 4. §. 7. num. 17. & alij apud Dian. par 7. tractat. 2. resolut. 10* vbi etiam dicit, quod Particula illa, *in foro conscientiæ*, solum importat, vt absolutio ista non valeat pro foro externo: forum enim interius aliud est Sacramẽtale, aliud conscientiæ, *vt notat etiam Vulp. in Prax. Iudic. cap. 35 num. 22. & seq.* vbi ex hoc infert, quod non requiritur, vt Delegatus sit Sacerdos, si ei Papa absolutionem ab excommunicatione in foro conscientiæ committat: potest enim ab excommunicatione sola absoluere etiã quoad conscientiæ forum etiam sola prima tonsura initiatus, *vt d. Nau. in man. cap. 27. numer. 41.* nisi in litteris dicatur, *audita Confessione Sacramentali*, quia tunc requiritur, quod sit actu sacerdos, & quod in actu confessionis absoluat, *Vulp. loco cit. & alii communiter.*

Addunt alii quartam differentiam inter dispensationem, & absolutionem, quod dispensandi potestas potest ab Episcopo etiã extra Diœcesim existente exerceri erga suos subditos, siue illi intra Diœcesim, siue extra commorentur, *vt d. Boss. de Iubil. sect. 1. cas. 10. §. 6. num. 166. quem refert Dian. parte 7. tractat. 2. res. 9. vers. Hinc deducitur.* Absolutio verò à censuris impendi debet ab Episcopo in propria Diœcesi, *Bonac. d. disput. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 1. vers. Tertiò, vbi citat Henriq. libro 14. cap. 20. Auil. parte 7. disput. 10. dub. 6. Rodriq. in Sum. 2. parte cap. 69. num. 1. & alios*, quia illa, verba Concilii *d. cap. 6. in diœcesi sua*, apposita sunt in posteriori parte illius cap. in qua conceditur facultas absoluendi, non autem in priori, vbi datur facultas dispensandi.

Sed neque in hoc conueniunt DD. alii enim putant, Episcopum non posse vti facultate absoluendi à censuris reseruatis, nisi tam Episcopus, quam eius subditi existant in Diœcesi, *vt d. Barbos. d. part. 2. alleg. 39. numero 7.* alii verò censent, requiri existẽtiam Episcopi in Diœcesi, non autem subditorum: quia verba illa, *in Diœcesi sua*, videntur ad Episcopi personam referri, si põderetur præsertim particula, *sua*, Diœcesis enim dicitur potius Episcopi propria, quam Subditorũ, *ità Coninch. & alij apud Bonacin. de Censur. disput. 1: q. 3: punct. 2. vers. tertio.* Alii denique asserũt, posse Episcopum prædicta absoluendi facultate vti etiamsi tam ipse, quam subditi sint extra Diœcesim, *ità Suarez tomo 4. in 3. part. disput. 30. sect. 2. numer. 3.*

& te..

& tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 11. Petr. de Ledesm. 2. to. Sum. tract. 1. cap. 6. post 10. conclus. diffic. 1. Sanch. in Sum. to. 1. lib. 2. cap. 11. n. 17. quos refert, & sequitur Dian. p. 7. tr. 2. res. 8. & 9. vbi dicit, illa verba Concilij, *in Diœcesi sua*, explicanda esse, erga subditos suæ Diœcesis, nè potestas Episcopi in suos subditos coarctetur, & corrigantur iura, quæ iurisdictionem voluntariam extra propriam Diœcesim, & cum subditis extra illam existentibus exerceri posse concedunt, *vt in l. 2. ff. de offic. Proconsul.*

11 Obseruant 3. quod nomine Episcoporum in tali casu intelligũtur Episcopi illarum Regionum, in quibus Concilium Tridentinum receptum est, *vt censuit Sac: Congreg. Conc: teste Garc: de Benef. par. 7. cap. 11. num. 23.* etiamsi electi, & confirmati tãtum sint, licèt non consecrati, dummodò habeant subditos; quia illis competunt ea, quæ sunt iurisdictionis, *vt dicunt DD. apud Barbos. d. par. 2. all. 39. num. 2.*

12 An verò sub nomine Episcoporum veniant Prælati regulares, & alij habentes iurisdictionem quasi Episcopalem? negatiuè respondet Bonacin. *de Censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. nu. 7. & alij communiter.*

13 Notandum est autem, quod Priores Dominicani per se ipsos tantũ vti possunt erga suos subditos eadem facultate absoluẽdi, & dispensandi, quam habent Episcopi vigore Concilij Tridentini *dicta sess. 24. cap. 6.* ex priuilegio eis concesso à Pio V. *vt refert* Rodriq. *apud Dian. par. 1. tr. 5 res. 6.* vbi etiam dicit, quod huiusmodi priuilegio gaudent etiã alij Regulares, qui priuilegiorũ ordinis S. Dominici sunt participes.

14 Quæres, an possit Episcopus prędictam facultatem absoluendi, & dispensandi vigore *d. cap. 6.* particulari Sacerdoti, seu Confessario delegare? affirmatiuè respondet Nau. *cons. 11. num. 4. de Priuil. Dian. par. 7. tr. 2. res. 12. & 13. & alij, & censuit* etiam *Sac. Cong. teste Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. nu. 1.* tum quia hæc potestas annexa est dignitati, & officio, & consequenter ordinaria, & delegabilis: tum quia quoties conceditur aliqua potestas Prælatis præsentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici, electam esse industriam personæ, cum personę incognitæ delegetur, *vt post Ias. in l. more maiorum nu. 65. ff. de Iurisd. omn. Iud. & alios notat Barbos. d. par. 2. all. 39. n. 11.* Ex quo infert Dian. *par. 7. tr. 2. res. 14. & alij apud Barbos. vbi supra nu. 15.* quod potest Episcopus deputare confessariũ, qui cum eo dispenset in irregularitatibus, & suspensionibus, eumque absoluat in alijs casibus occultis Sedi Apostolicæ reseruatis *iuxta cit. cap. 6. vt censuit etiam Sac. Congreg. teste Bellett. in Disquis. Cleric. tit. de Discipl. Cleric. §. 1. num. 54.*

15 Queres 2. an Episcopus possit absoluere à censuris alteri Epi-

scopo, seu Prælato reseruatis? assitmatiuè respondeo cum *Bonacin. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 6. & alijs*, dummodò censuræ latæ sint per statutum, vel per sententiam generalem: immò ab illis potest absoluere quilibet Confessarius alterius Diœcesis, si ibi non sint reseruatæ, *vt dicit Coninch. de Sacram. disp. 14. dub. 16. nu. 258. & alij apud Dian. par. 5. tr. 9. res. 8. Barbos. par. 3. all. 52 num. 15. Posseuin. de offic. Curat. cap. 7. num. 49.* secus si censura lata esset per sententiã particularẽ: quia tunc absolutio ratione causæ inchoatæ spectat ad Prælatum, qui censuram tulit, alioquin iurisdictiones confunderentur, *Bonacin. loco cit.* idemque dicendum, quando aliquis à Iudice citatus fuit pro causa, pro qua deinde fuit excommunicatus; quia tunc similiter ab eodem Iudice absolui debet *cap. proposuisti de for. compet. Dian. d. par. 5. tr. 9. res. 9. vbi citat. Philipp. Fabr. de Censur. in 4. sent. dist. 25. quæst. 1 disp. 4. cap. 8. nu. 243.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus purè externus, qui mente non negat fidem non subijcitur excõmunicationi latæ in bulla Cœnæ.*

2 *Hæreticus tantum mentalis à quolibet Confessario absolui potest.*

3 *Episcopus, & Inquisitor in foro exteriori absoluere possunt hæreticos.*

4 *In foro conscientiæ non potest Episcopus, aut Inquisitor absoluere ab hæresi, neque ab alijs casibus etiam occultis contentis in bulla Cœnæ: limitatur n. 5.*

6 *Priuilegia, quibus Superiores Regulares poterant absoluere ab hæresi, & alijs casibus in bulla cœnæ comprehensis hodie sunt reuocata.*

7 *Quam pœnam incurrat absoluens à casibus reseruatis in bulla Cœnæ.*

8 *An possit Episcopus absoluere in alijs casibus occultis reseruatis Summo Pontifici in alia lege, seu constitutione.*

9 *Decreta generalis Concilij videntur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora contraria.*

10 *An possit Episcopus dispensare in irregularitate orta ex hæresi occulta exteriori.*

CAP. IV.

An Episcopus, & Inquisitor hodiè possint absoluere hæreticum.

1 Ic non loquimur de hæretico purè externo, qui mente non negat fidem: neque de eo, qui omninò indeliberatè, & absque vlla aduertentia exterius diceret hæresim: quia isti non subijciuntur excõmunicationi latæ in bulla Cœnæ, cum verè hæretici non sint, *vt d. Nau. in Man. cap. 11. nu. 27. vers. tertiò peccat Graff. par. 1. lib. 2. c. 8. num.*

num.30. Barbos. de offic. & pot. Episc. par.2. all.40. num.32. & seq. Dian. par.1. tr.5. res.1. & par.4. tr.
2 *4. res.240.* Req. de hæretico tantum mentali, quem constat posse absolui à quolibet Confessario, quia excommunicatio nõ incurritur ob actus merè internos, cum Ecclesia non iudicet de occultis *c. sicut tuis in fin. de Simon.* nisi hæresis mente concepta verbis, vel signis publicè, vel occultè sufficienter manifestetur ità, vt siquis tunc esset præsens, cognosceret, talem lapsum esse in hæresim *Bonacin. de Censur. in partic. disp.1. q.2. pun.2. nu.2. & alij communiter.*

3 His notatis dico primò, quod Episcopus, & Inquisitor in foro exteriori possunt absoluere hæreticos à censuris contra eos latis, eosque gremio Ecclesię reconciliare *cap. vt officium de Hæret. in 6. & ità tradunt DD. apud Barbos. d. all. 40. num. 36. Dian. par. 1. tr.5. res.3. & par. 4. tr.8. res. 50. Bonacin. de Censur. disp.2. q.5. pun.2. num.11.*

4 Dico 2. quod in foro conscientię non potest Episcopus, aut Inquisitor absoluere ab hæresi, neque ab alijs casibus etiam occultis in bulla Cœnę Domini comprehensis, quia ibi derogatur cuiuis Concilio, & per consequẽs derogatur etiam Tridentino, 6 *vt censuit Sac. Congreg. Concilij, & declarauit Pius V. Greg. XIII. & Clemens VIII. vt referunt Nau. in man. cap. 27. num. 275. Garc. de Benef. par.11. cap.10 nu. 115. & seq. Megal var. resol. to. 1. res.21. num.6. Bonacin. de Censur. disp.1. q.3. pun.2. nu.1. vers. primo & disp.2. q.5. pun.2. num.11. Piasec. in Prax. par.2. cap.2. num. 131. Rice. in Prax. for. Eccles. par.1. res. 484. Barbos. par.2. all.40. num. 23. & seq.* vbi etiam dicit, quod vsu iam obtinuit, vt Episcopi à Summo Pontifice facultatem petant absoluendi prædictos hæreticos, quam Pontificis nomine causa cognita Domini Cardinales Inquisitores generales Vrbis, & Orbis cõcedere solent confectis super ea re patentibus litteris, quamuis contrarium tam quoad Inquisitores, quam quoad Episcopos sentiat idem Nau. *cons. 11. num.1 de Priuil. & alij graues. DD. quos refert, & sequitur Dian. par.1. tr.5. res.3. & par.4. tr.4. res. 239.* vbi dicit, Bullam Cęnę solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quãdo publica sunt, & ideò non derogare facultati Episcopis concessæ per Concilium Tridentinũ, in quo est sermo de occultis.

5 Limita vbi adesset obseruantia in contrarium cum certa scientia Papæ: quia tunc Inquisitor, & Episcopus ab hæresi, & alijs casibus occultis in d. bulla Cęnę contentis possent absoluere, *vt d. Garc. loco cit. nu.121. Dian. par. 4. tr.8. res.35.*

Priuilegia verò Superioribus regularibus concessa, quibus poterant absoluere ab hæresi, & alijs casibus in bulla Cęnę cõtentis reuocauit Vrbanus VIII. *sub die 17 Nouembris 1628. vt refert. Dian. p.1. tr.5. res.6. & p.3. tr.2. res.123.*

7 Sed queres, quam penam incurrat absoluens à casibus reseruatis in bulla Cęnę? Resp. quod incurrit excommunicationem ipso facto latã *in d. Bulla §. quod si fortè*, quæ non est reseruata, quia ponitur post reseruationem factam *in §. præcedenti*: & ideò illa reseruatio extenditur ad casus pręcedentes, non verò ad hũc subsequentem *Nau. in man. cap. 27. num. 74. & alij apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 22. pun. 3. num. 8.* Vnde ab illa absoluere potest quilibet Confessarius *iuxta cap. nuper. de Sent. excom.* ad incurrendam autẽ hanc excommunicationem requiritur presumptio, quę dolum & scientiam importat: & ideò excusaret ignorantia, obliuio, vel inaduertentia *Vulp. in Prax. iudic. c. 4. num 9. Bonacin. loco cit. num. 4.* secus esset, si Sacerdos absolueret prętextu priuilegiorum à dictis casibus, & ab alijs comprehensis in decreto Sac. Congregationis *apud Quarant. in ver. casus reseruati*: tunc enim incurreret excommunicationem Papę reseruatam in dicto decreto; quod procedit quoad Sacerdotes tam seculares, quam Regulares per vniuersam Italiam extra Vrbem degentes, *vt obseruat etiam Bonacin. loco cit. pun. 3. num. 9.*

8 Addunt nonnulli DD. neq. posse Episcopũ absoluere in alijs casibus occultis in alia lege, seu cõstitutione per summum Pontificem reseruatis, quasi illos absolutè reseruando censeatur derogare Concilio, *& ità declarasse Gregorium XIII. & Sac. Congregationem refert Garc. d. par. 11. cap. 10. num. 122. & seq. Vulp. in Prax. iudic. for. Eccles. c. 35. nu. 33. in fin.* hoc tamen intelligendum est, quando in reseruatione apposita esset clausula sufficienter exprimens derogationem Concilij Tridentini, *vt d. Dian. par. 7. tr. 2. res. 20. vbi citat Bonac. de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. n. 1. Mazuchel. in tract. de Casib. reser. disp. 2. cap. 2. diffic. 1. num. 24. Peregrin. in tract. de duell. q. 33. nu. 5. Boss. de Iubil. sect. 1. cas. 10. §. 5. num. 249. Gauant. in Man. Episc. ver. absolutio nu. 4. Suar. de Pœnit. disp. 30. sect. 2. num. 12. & seq.*

9 decreta enim Concilij generalis ità matura deliberatione sancita sunt, vt videantur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora contraria, nisi de illis specificam faciant mentionem *cap. ex parte vbi glos. in ver. nulla mentio de Cap. Monac. cap. nonnulli vbi etiam glos. in ver. fecerunt mentionem de Rescript.* vel saltem constet, Papam derogare voluisse, *vt dixit Rot. decis. 601. nu. 3. coram Card. Caualer.*

10 An verò Episcopus possit virtute Concilij Tridentini *sess. 24. c. 6.* dispensare in irregularitate orta ex hæresi occulta exteriori? affirmat Garc. *de Benef. par. 11. cap. 10. numer. 86. Filliuc. in q. mor. tom. 1. tr. 20. cap. 9. n. 246. quos refert Dian. par. 1, tr. 15. res. 24. & alij apud Barbos. d. p. 2. all. 39. num. 44. vers. Duodecimò:* quia in Bulla Cœnę solum fit mentio

tio de reuocatione facultatis absoluendi, non verò de dispensatione; & ideò cum sint res distinctæ, non est facienda extensio de vna ad aliam, *vt obseruat Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 3. pu. 7. num. 14.* vbi etiam dicit, Episcopum posse in tali casu dispensare tam circa vsum ordinum susceptorum, quam circa susceptionem ipsorum ordinum, quãdiù delictum est occultum: obtenta tamen prius à Summo Pontifice absolutione ab excommunicatione, *Diana par. 7. tr. 2. res. 25.*

Notandum tamen est, quod quæcunque gratia facta hæreticis, vel de hæresi suspectis, vel hæresim abiurantibus nunquam se extendit ad potestatem audiendi cõfessiones sęcularium *ex decreto Pauli IV: apud Barbos. loco cit:*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus absoluere potest ab excommunicatione percussorem clerici, quando percussio est leuis*
2 *Quæ dicatur leuis, & quæ grauis percussio.*
3 *Iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aliquando ex circumstantijs graues fiunt.*
4 *An Episcopus absoluere possit Iudicem laicum, vel eius Apparitores percutientes clericũ.*
5 *Iudex laicus remittens clericum ad Iudicem ecclesiasticum cum ignominia, incidit in excommunicationem cap. si quis suadente.*
6 *In dubio percussio, seu iniuria censenda est grauis.*
7 *An Superiores regulares absoluere possint suos subditos ab huiusmodi excõmunicatione.*
8 *Moniales ab Episcopo absoluũtur, etiamsi percussio sit grauis.*
9 *An Prælati Episcopis inferiores habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem possint ab hac excõmunicatione absoluere.*
10 *Percussio, quæ in se est grauis, aliquando fit leuis ad effectum vt Episcopus possit absoluere, & in quibus casibus id procedat.*
11 *An iniuria, quæ in se est leuis, fiat grauis ratione loci publici.*
12 *An Episcopus possit absoluere ab excommunicatione huiusmodi contracta ob percussionem grauem, quando delictum est occultum.*
13 *An possit Iudex eiusmodi absolutionem accepture pro foro externo.*
14 *An publicus Clerici percussor sit statim vitandus ante sententiam.*
15 *An à sententia declaratoria excommunicationis detur appellatio quoad effectum suspensiuum.*
16 *An si excommunicatus ante declaratoriam compareat humiliter petens absolutionem, sit statim absoluendus.*
17 *Quid seruandum sit, si excommunicatus esset absoluendus à Papa.*

CA.P.

CAP. V.

Quando possit Episcopus absoluere ab excommunicatione contracta ob Clerici percussionem.

1 COmmunis est cõclusio, quod si percussio est leuis, Episcopus absoluit iure suo; si verò est grauis, absolutio spectat ad Papam *cap: peruenit, vbi DD: de Sent: excomm:* quæ autem
2 percussio dicatur grauis, & quæ leuis, remittitur arbitrio Iudicis, qui ex circumstantiis personarũ, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis arbitrari poterit *Sylu: in verb: Absolutio 4: in princ: Bonacin: de Censur: in part: disput: 2: quæst: 3: punct: 6: sect: 5: nu: 8: vers: mediocris, & alij apud Bellet: in Disquis: Cleric: tit: de*
3 *Fauor: Clericic: can: 5: 3: numer: 34:* nã iniuriæ, quæ ex se sunt leues, ex circumstantiis aliquando graues fiunt, *vt notatur in extrau: Pij II: quam refert Nau: in mã:*
4 *cap: 27: num: 91:* Vnde si Iudex laicus, vel Apparitor eius Clericum deliberatè percutiat, quamuis leuiter, percussio cẽsetur grauis *cap: si vero 1: de: Sentẽ: excom:* quod intellige, si vti Iudex, vel vt minister laicalis iurisdictionis clericum percutiat, *vt: d. Genuens: in Prax: Archiep: cap: 23:* quia tunc Iudex laicus, vel Apparitor non tantum percutit, sed etiam iurisdictionem in Clericum vsurpat *Panor: in d: cap: si verò n. 3: Auil: de Censur: 2. part: cap: 7: disput: 1: dub: 6: vers: nonnulli,* si verò leuiter clericum percuterent vt priuatæ personæ, absolui possunt ab Episcopo, *Genuens: loco cit:* vbi etiam dicit, quod Iudex agere præsumitur vt priuatus, quando absque causæ cognitione infert iniuriam.

5 Idemque dicendum, si Iudex laicus remitteret clericũ ad Curiam Ecclesiasticam cum ignominia, ac verecundia, puta sine pallio, manibus ligatis quando populi maxima est frequentia, vel tubis sonantibus, aut cum catena in collo, vel raso capite, vel simili modo in eius opprobrium: tunc enim grauis iniuria clerico irrogatur; & ideò Iudex, & alii ad id cooperantes inciderent in excõmunicationem *cap: si quis suadẽte 17: quæst: 4: vt dicunt DD: quos refert, & sequitur Vulp: in Prax: iudic: cap: 43: num: 22:* nisi fortè talis clericus remittatur manibus ligatis ob aliquod graue delictũ causa custodiæ potius, quã ignominiæ, *vt d: Clar: in Prax: crim: §: fin: quæst: 36: vers: quæro quomodo:* dummodò in cæteris modestia, & vrbanitas clericis debita seruetur.

6 In dubio autem, an percussio sit grauis, vel leuis, Iudex ecclesiasticus declarare debet, percussionem esse grauem, *vt in d. extrau. Pij II:* Obserua tamen, quod in hoc casu non accipitur atrox iniuria

iuria secundùm subtilitatem iuris, sed ex consuetudine, *vt probatur ex d: extrau. Pij II:* in qua percussio cum alapa dicitur leuis, quamuis de iure sit iniuria grauissima, *vt notat etiam Genuens: in Prax: Archiepiscop: c: 80: num: 3:*

7 Idem dicendum de Superioribus regularibus, qui subditos suos incidentes in excommunicationem *d: an: si quis suadente*, absoluere possunt, quando iniuria est leuis *cap: cum illorum de Sent: excom:* quod procedit etiam in nouitio, qui in tali casu à Prælato Monasterii absolui potest *glos: in cap. religioso §: quamuis in verbo non possit de Sent: excommun: in 6: Ricc: in Prax: for. Eccles: part: 4: res: 259.* etiamsi ante Religionis ingressum in talem excommunicationem incurrerit *Coninch: de Sacram. disput: 14. dub: 16: nu. 239: Sylu. in verb: Absolutio 4: num. 3: vers: primus est in fin:* nisi fortè Regularis professus, vel Nouitius clericum sæcularem percusserit, quia tunc ab Episcopo est absoluendus, vt in *d. c: religioso.*

Si verò excessus esset enormis, ad Sedem Apostolicam est recurrendum, *iuxta cit. c. cum illorum:* quamquam omnes ferè Religiosi hodiè priuilegium habent absoluendi, etiamsi percussio enormis sit, *vt obseruat Ricc: loco cit: d: res: 259:*

8 Moniales verò siue Clericum, siue se inuicem percutiant, iuxta dispositionem iuris ab Episcopo absoluuntur *cap: de Monialibus, vbi glos: de Sent. excommun: Abb: ibidem num: 6: Sylu: in verb. absolutio 4: num. 3: vers: tertius est in fin:* etiamsi percussio sit grauis, vt infra dicemus.

9 Cæteri autem Prælati Episcopis inferiores habentes etiam iurisdictionem quasi Episcopalem non possunt ab hac excommunicatione absoluere, quamuis iniuria sit leuis, nisi speciale priuilegium à Sede Apostolica obtinuerint *Bonacin: de Censur: disp. 2 quæst: 4: punct: 5: num: 7: Barbos: de offic: & potest: Epis. part: 2: all: 41: num: 2.*

10 E contra verò percussio, quæ in se est grauis, ratione alicuius circumstantiæ aliquando sit leuis ad effectum vt Episcopus possit absoluere: nam si quis se defendendo percuteret clericum, & excederet moderamen tutelæ, licèt sit excommunicatus propter excessum, non tamè tenetur ire ad Sedem Apostolicam pro obtinenda absolutione, etiamsi percussio sit grauis, sed potest absolui ab eius ordinario: quia si deberet adire Sedem Apostolicam, puniretur pœna ordinaria delicti, quod esset contra Regulas iuris: sicut enim minuitur pœna ratione ætatis, vel modicitatis delicti, ità etiã minuenda est ratione intensi caloris, *ità Maresli: Vulp: in Prax: iudic. cap: 1 num: 42: & alij:* si verò se defenderet cum moderamine inculpatæ tutelæ nullam excommunicationẽ contraheret ob huiusmodi percussionem *cap: si verò 1. & cap: ex tenore de Sent: excom.* quod etiam procederet, quando percuteret clericum pro defensio-

sione earum personarũ,per quas ei fit iniuria , vt sunt vxor , filii, Parentes,Fratres, & Sorores, *vt d:Vulp:loco cit:cap:*1: *n:*40.

Vnde in excommunicationem non incideret inuasus repercutiendo clericum inuasorem: nisi reperc uteret clericum , quando non haberet amplius animum re percutiendi , quia tunc vocatur vindicta, & non violentiæ repulsio *cap.*1:*in fin.de Sent: excomm: Vulp:vbi supra num:*4:*Graff: dec: aur:part.*1:*lib:*2.*cap:*49:*numer:*15: vbi etiam dicit , quod si non appareat, quis fuerit aggressor, tũc talis percutiens clericum excommunicatione ligatur,quia cõstat, eum manus violentas iniecisse .

Addit Ricc. *in Prax. for. Eccles.part.*2.*resol.*228. quod si quis percutiat,vulneret , aut occidat clericum turpiter,aut impudicè inuentum cum matre,vxore, sorore , vel filia propria potest absolui ab Episcopo *per tex.in cap. si verò* 1.*de sent. excomm.* Sed alii tenent,quod licèt percutiẽs grauiter peccet , ab excommunicatione tamen excusatur propter vehementem passionem,ac dolorem, modò percutiat in continẽti,& non ex interuallo *glos.in d. cap. si quis suadente verb. violentas Sylu.in verb. Excommunicatio* 6.*n.* 6.*vers.Decimo.& communem dicit Bonacin.de Censur.disp.* 2.*q.*4.*pun.*4.*nu.*6.*& alij DD.relati in Synt.ag.comm.opin.tit.de Adul. ter.&c.cap.*6. quod procedit, etiamsi non inueniat Clericum in ipso turpi actu,sed vel amplexãtem,aut osculantem , aut in loco suspecto,vt si solus inueniatur cũ sola in loco apto ad turpes actus exercendos , & de illo adsit rationabilis suspicio *Nau. cap.*27.*n.* 84.*Bonacin.loco cit.num.*8.*& alii communiter* , vel si inueniat loquentem cum sua vxore,quando illum prius ter admonuerat , & ipse noluit desistere *secundùm DD.quos refert Barbos.in d.cap.si verò nu.*7.*Bonacin. vbi sup. nu.*8.

Hinc Ricc. *in Prax. vt supra part.*3. *ref.* 64. ab excommunicatione excusat quemdam Adolescentem, qui Clericum tentãtem de crimine nefando vulnerauit.

Limita, quando non ex subita passione,sed matura deliberatione etiam sine temporis interuallo Clericum percuteret;quia tũc non excusatur ab excommunicatione *Syl in verb.excommunicatio* 6.*n* 6.*vers.Decimo.*

Limita 2. si id faceret per interpositam personam *Ricc. in Prax.p.*2.*res.*228.

Limita 3. quando percuteret Clericum inuentum cum filia adoptiua, vel cum aliis consanguineis, seu coniunctis in remotiori gradu : tunc enim excommunicationem incurreret, quia *tex.in.d.cap.si vero*, excipit tantũ matrem,vxorem,sororem,& filiã propriam *glos. ibidem ver. matre Barbos.n.* 8.*Nau d.cap.*27.*nu.* 84.*Sylu.loco cit.Bonacin.d.disp.* 2.*quæs.* 4.*punct.*1.*nu.*6.*in fin.Lezan.in Summ.qq.Reg.tom.*3.*verb. Clericus.nu.*9.

Quæ-

11 Quæres, an iniuria, quæ in se est leuis, fiat grauis ratione loci publici? Resp. negatiuè, nisi in se sit aliquo modo notabilis, & generet aliquod magnum scandalum, *vt post Lap. & Card. dicit Nauar. in man. cap. 27. num. 92. Rice. in Prax. for. Eccles. part. 1. res. 446. Genuens. in Prax. Archiepisc. c. 80. & alii, quos refert, & sequitur Dian. part. 1. tract. 16. res. 21.* contrarium tamen tenet *glos. in cap. cum illorum verb. mutilationē de Sent. excomm. Sylu. in verb. absolutio 4. in princ. Bonacin. de censur. disput. 2. quæst. 4. punct. 5 num. 8. vers. grauis percussio, & alij apud Barbos. de offic. & potestat. Episcop. part. 2. allegat. 41. num. 5.*

12 Quæres 2. an possit Episcopus absoluere ab huiusmodi excommunicatione contracta ob percussionem grauem, quando delictum est occultum, nec deductū ad forum contentiosum *iuxta Conc. Tridentin. sess. 24. de ref. c. 6.* Affirmatiuè respondent DD. *quos refert, & sequitur Bonacin. de Censur. disput. 2. q. 4. punct. 5. num. 19.* vbi etiam dicit, quod talis excommunicatus ab Episcopo absolutus non tenetur postea adire Papam, vel Legatū, cum simpliciter fuerit absolutus ex priuilegio d. Concilij.

13 An verò possit Iudex eiusmodi absolutionem prò foro externo acceptare, si delictum deinde fiat publicum? Respondeo quod potest, si velit; nam potest etiam eum tamquam irregularem punire, si dum eius excommunicatio notoria fuit, celebrauerit eti[am] post huiusmodi absolutionem: quia in tali casu in facie ecclesiæ à sacris abstinere debet ac si absolutus non esset, quamdiù de eius legitima absolutione publicè non constet *vt d. Layman. de Censur. in commun. tract. 5. cap. 7. n. 7.*

14 Quæres 3. an publicus Clerici percussor sit statim vitandus ante sententiam Iudicis? Resp. negatiuè, sed expectanda est Iudicis sententia: quia, vt vitetur publicus percussor Clerici, requiritur, vt nullo modo possit occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari, *vt in extrau. Ad euitanda, quam refert Nau. in man. cap. 27. num. 35.* hoc autem per sententiam declarādum est, cum potuerit talis reus percutere ab sui defensionem, vel ob aliā legitimam causam, *ità Dian. par. 5. tract. 9. resol. 61. vbi citat Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 2. num. 7. Cælestin. in Comp. Theol. moral. tract. 3. cap. 9. diffic. 3. & alios.*

15 Quæres 4. an à sententia declaratoria excommunicationis detur appellatio quoad effectum suspensiuum? Resp. affirmatiuè: tum quia potuit Iudex iniustè declarare: tum quia iura reiiciunt appellationem, quando interponitur à sententia excommunicationis, *vt in cap. is cui §. sanè de Sent. excommun. in 6.* non autem quando interponitur à declaratoria incursus censurarum *glos. communiter recepta in cap. cupien*

tès §. quod si per viginti in verb. priuatos de elect. in 6. Nau. cons. 9 num. 5. de Sent. excomm. & communem dicit Genuens. in Prax. Archiep. cap. 22. num. 1. & 2. & alij apud Barbos. in cap. peruenit 13. de Appellat. Bonacin. de Censur. disp. 1 quæst. 1. punct. 2. num 7. & 8. vbi etiam dicit, quod huiusmodi appellatio impedit denunciationē, nisi delictum sit adeò notum, vt nulla possit tergiuersatione celari: tunc enim non licet appellare, vt in d. cap. peruenit. Sed alii indistinctè tenent, excommunicatū pendente appellatione à declaratoria posse denunciari, seu cedulones affigi, quia talis denunciatio, seu Cedulonum affixio nihil aliud est quam sententiæ manifestatio, siue potius executionis promulgatio, non autem executio quia excommunicatio secum trahit executionem; & ideò per huiusmodi denunciationem excommunicatus amplius non ligatur, quam antea, ità Genuens. loco cit. num. 2 Ricc. in Prax for. Eccles. part. 4 resolut 18. per text. in cap. pastoralis §. verum de Appellat.

Si verò appellatio ex legitima causa interponatur, antequam excommunicatio, vel declaratoria feratur, tunc Iudex neque excommunicare, neque declarare potest, dummodò delictum non sit publicum, aut notorium cap. per tuas de sent. excom cap. solet, & cap. Venerabilibus §. sed si ex causa eod. tit. in 6. cap. peruenit. & c. pastoralis §. verum ex. de Appell. & ideò reus citatus ad allegandā causam quare excommunicari, vel excōmunicatus declarari non debeat, non est statim excommunicandus, vel declarandus. sed expectari debet per decem dies, quia iura ante huiusmodi sententias reo appellandi beneficium concedunt, vt d. Ricc. in Prax. vt supra part. 4 ref. 18 qui ibidem ref. 26 addit; hoc etiam procedere, quando quis ante sententiam iter arripuit ad Superiorē, quod vim appellationis habet; valeret tamen excommunicatio, vel declaratoria lata intra decem dies, si reus non appellauerit iuxta glos. in d. cap. venerabilibus §. porrò in verb. Appellatum de Sentent. excom.

16 His adde, quod si compareat excommunicatus, antequam affigantur Cedulones, & humiliter petat absolutionem, & satisfactionem offerat, statim est absoluendus propter mala quę secum affert excommunicatio cap. quæ fronte, vbi glos. de Appellat quod in delictis leuibus præcipuè locū habet: nam in casibus grauioribus expedit, vt tales excommunicati declarentur, donec satisfecerint, vt ipsi abstineant in futurū, & alii terreantur iuxta clem 1 §. & quia de Pœn. Genuens. in Prax. cap. 23 num. 1. Ricc. in Prax for. Eccles. part. 4 ref. 16. satisfactio autē versatur circa æstimationem dāni, & interesse, non æstimationem iniuriæ, vt d. Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. capit. primo, numer. 52.

17 No-

87 Notandum est etiam, quod vbi quis esset absoluendus à Papa, si post declarationem humiliter petat, remoueri cedulones, solet ei concedi terminus vnius, vel duorum mensium ad obtinendã absolutionem; & interim remouentur cedulones, dummodò domũ se cõtineat, præstita cautione: quo termino elapso denuò affiguntur, nisi præsentauerit absolutionem, & ità seruari in tribunalibus Ecclesiasticis dicit Ricc. in Prax for. Eccles. part. 4. ref. 17. Genuens. vbi supra cap. 23. numer. 13.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ab excommunicationibus Papæ reseruatis absoluit eos, qui ob iustum impedimentum Sedem Apostolicam adire nequeunt.*
2 *Qui temporali detinentur impedimento, debent illo cessante se Apostolicæ Sedi præsentare, secus si perpetuum habeant impedimentum.*
Qui censeantur habere impedimentum perpetuum, vel temporale, ibidem.
3 *Pueri, qui in puerili ætate in excommunicationem Papæ reseruatam inciderunt, absolui possunt ab Episcopo absque onere se præsentandi Sedi Apostolicæ.*
4 *Vinens ex suo artificio, quo iter agendo vti non potest, absolui potest ab Episcopo.*
5 *Quinam veniant nomine pauperum.*
6 *Delicati, aut multum potentes non sunt Romam mittendi, sed prius consulendus est Papa.*
7 *An Episcopus possit absolutionẽ ab huiusmodi excommunicationibus alteri committere.*
8 *An habentes priuilegium absoluendi a censuris Papæ reseruatis possint hanc facultatem alteri committere.*
9 *In certis casibus absoluere nequeunt habentes huiusmodi priuilegium.*
10 *Declarantur constitutiones Gregorij XIII. & Clementis VIII. editæ contra prouocantes ad duellum.*
11 *An possit ab huiusmodi excommunicationibus Episcopus absoluere, si excommunicatus adire potest Legatum.*
12 *Quid si adire potest alium habentem priuilegium in dictis casibus absoluendi.*

CAP. VI.

An, & quando Episcopus absoluere possit ab excommunicatione publica Papæ reseruata.

1 DOctores cõmuniter tenent, posse Episcopum absoluere à censuris Papę reseruatis etiam in bulla Cenę contentis eos, qui ob iustum impedimentum sedem Apostolicam adire non possunt: tunc enim illa potestas ordinaria, quę sublata erat ei per reseruationem, restituitur existen-

te huiusmodi impedimento; idque desumitur ex benigna Summi Pontificis voluntate, qui non videtur voluisse reseruare absolutionem cum tanto incommodo, *vt constat ex cap. mulieres, & cap. quamuis de sent. excom. cum simil.* quamuis enim in dictis iuribus agatur tantum de absolutione ab excõmunicatione *can. siquis suadente* 17.q.4. eadem tamen est ratio in alijs excommunicationibus Papę reseruatis; Vnde *in cap. ea noscitur, & cap. quod de his eod. tit. de Sent. excom. & in cap. eos qui eod. in* 6. fit mentio de impedimentis, non autem de *d. can. siquis suadente, vt recte obseruat felin. in d. cap. quamuis, & Sylu. in ver. excommunicatio* 4. *num.* 7. *vers. Quarto. Quare ità resoluunt Nau. in man. cap.* 27. *num.* 89. *& ad primũ Megal. var. resol. tom.* 1. *res.* 37. *num* 5. *& communem dicit Coninch. de Censur. disp.* 14. *dub.* 16. *num.* 241. *Gutier. de Matrim. cap.* 49 *nu.* 8. *Bonacin. de Censur. disp.* 1. *q.* 3. *pun* 2. *nu.* 4. *Auil. eod. tract.* 2. *par. cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 6. *vers. tertia conclusio Layman. par.* 2. *tr.* 5. *cap.* 6. *num.* 5. *Barbos. de offic. & pot. Episc. par.* 2. *all.* 40. *num.* 15. *Sanch. in oper. mor. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 36. *& lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 23. vbi etiam dicit, quod Vicarius Episcopi etiam generaliter deputatus potest huiusmodi impeditos à supradictis casibus absoluere: quod procedit, siue impedimentum sit perpetuum, siue temporale *iuxta communem Doctorum sententiam.*

Hęc tamen est differentia inter impedimentum perpetuum, & tẽporale, quod habentes impedimentũ perpetuũ absolutè absoluuntur, nec eis iniũgitur onus se presentandi summo Pontifici *d. cap. mulieres cap. de monialibus & cap. quamuis de Sent. excom.* tales sunt moniales, & alię mulieres, senes, Valetudinarij, hoc est perpetuo, seu incurabili morbo laborantes, ac membris destituti, videlicet claudi, cęci & similes; debent tamen prius iuxta facultates satisfacere illis, quibus iniuriam irrogarunt, *vt in cap. ea noscitur eod. tit.* qui verò temporali detinentur impedimento, debent illo cessante quamprimum se apostolicę sedi presentare *d. cap. ea noscitur, & cap. quod de his de Sent. excom.* alias in eamdem censuram relabuntur *cap. eos qui eod. tit. in* 6. tales sunt existentes in periculo mortis, habentes inimicitias capitales, qui sine periculo vitę sedem Apostolicam adire nequeunt, infirmi, Adolescentes etiam sui iuris, quibus iter esset discrimini, filijsam. existentes sub patria potestate, qui non possunt iter facere sine Patris prędiudicio, pauperes, habentes curam animarum, & eorum absentia subditis esset detrimento, vel alio simili, aut maiori impedimento detenti, quod arbitrio Episcopi relinquitur *cap. mulieres. cap. de cœtero cap. pueris cap. quamuis cap. relatum, & cap. quod de his de Sent. excom. & d. Sylu. in ver. absolutio* 4. *num.* 3. *& 4. Nau. in man. cap.* 27. *n.* 88. *Auil. de Cen-*

de Censur. 4. par. cap. 7. disp. 1. dub. 6. vers. tertia conclusio Bonacin. eod. tract. disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 4. Dian. par. 5. tr. 9. ref. 6. Coninch. de Censur. disp. 14. dub. 16. num. 24. Barbos. d. all. 40. num. 29.

3 Obserua tamen, quod pueri dolo capaces, qui in puerili ętate in excommunicationem Papę reseruatam inciderunt, semper absoluuntur ab Episcopo siue ante, siue post pubertatem absolutionem petant, absque onere se presentandi sedi Apostolicę, cum propter defectum etatis, in qua excessus fuit commissus, rigor sit mansuetudine temperandus d. cap. quamuis, & cap. pueris, vbi Panor. de Sent. excom. Dian. loco cit. quicquid in contrarium dicat Sylu. in ver. absolutio 4. nu. 3. vers. quidam vero. immò plerique DD. pueros ante annos pubertatis excusant à censuris latis tam à iure, quam ab homine, ità Cœlestin. in Comp. Theol. mor. tract. 3. cap 6. num. 9. & alij, quorum sententiam probabilem dicit idē Dian. par. 5. tract. 9. ref. 46.

4 Obserua 2. quod viuens ex suo artificio, quo iter agendo vti nō potest, absolui similiter potest ab Episcopo, vt d. Barbos. loco cit. n. 23. quia non tenetur mendicare, si alias non est mendicus: immò si solitus etiā sit mēdicare, poterit absolui, si mendicando in loco suæ mansionis soleat sibi, & Coniugi prouidere, & iter faciendo id præstare non possit Sylu. in ver. absolutio 4. nu. 3. vers. Octauus est in paupere Nau. d. cap. 27. nu. 88. Dian. p. 5. tr. 9. ref. 6.

5 Obserua 3. quod nomine Pauperum veniunt etiam habentes congruam substentationem, qui tamen attento statu personæ & dignitate videntur indigere, vt d. Bartin. l. 1. num 35. C. de Sacros. Eccles. & alij apud Barbos. d. par. 2. all. 40. num. 24.

6 Obserua 4. quod delicati, aut multum potētes, qui ad Curiam accedere, aut huiusmodi laborem substinere nequeunt, non sunt Romā mittendi, sed prius consulendus est Papa, & obediēdum eius imperio cap. mulieres de sent. excom. nisi fuerit probabile mortis periculum in mora, quia tunc absoluendi sunt vt alij, qui versantur in eodem periculo accepta cautione, quod parebit Papæ responso glos. in d. c. mulieres ver. laborem Sylu. in ver. absolutio 4. num. 3. vers. septimus est Nau. d. cap. 27. nu. 88. & 89

7 Obserua 5. quod in tali casu potest Episcopus absolutionem ab huiusmodi excōmunicationibus committere Presbytero, vt d. glos. in cap. de cætero ver. licet de. Sent: excomm. Tolet. in Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 32. n. 7. secus dicendum de habentibus priuilegium absoluendi à censuris, & casibus Papæ reseruatis: isti enim alteri absolutionem committere nequeunt, cum non ex officio suo hanc facultatem habeant, sed ex delegatione, vt dicunt DD. apud Barbos. d. p. 2. all. 35. num. 17.

No-

9 Notandum tamen est, quod Sacerdotes tam regulares quam sæculares per vniuersam Italiam extra Vrbem degentes citra mortis articulum non possunt virtute priuilegiorum absoluere à casibus in bulla Cœnæ, vel Episcopo reseruatis, neque ab excommunicatione contracta ob percussionem Clerici, vel ob violationem clausuræ monialiũ ad malum finem, vel ob violationem immunitatis ecclesiasticæ iuxta constitutionem Gregorij XIV. *incip. Cum alias nonnulli*, vel ob prouocationem, & pugnam in duello iuxta Concilium Tridentinum, & constitutionem Greg. XIII. *incip. Ad tollendam*, vel ob simoniam realem scienter contractam, vel ob cõfidentiam realem, *vt constat ex decreto Sac. Congregationis apud Quarant. in ver. casus reseruati.*

10 Notandum 2. quod in d. constitutione Gregorij XIII. punitur excommunicatione prouocatio ad duellum, & cooperatio, si per ipsosmet prouocantes, aut cooperantes non stetit, nè pugna sequeretur: sed in alia constitutione Clementis VIII. *incip. Illius vices*, prouocatio, & cooperatio ad duellum absolutè, ac simpliciter punitur excommunicatione, etiãsi per ipsosmet prouocantes, vel cooperantes steterit, nè pugna sequeretur: & ideò qui contrahit hanc excommunicationem contentam in constitutione Clementis VIII. potest virtute priuilegiorũ absolui: quia in d. decreto S. Congregationis sermo tantum est de prouocantibus, aut pugnantibus in duello iuxta dispositionem Tridentini, ac constitutionis Gregorij XIII. *vt obseruat Bonacin. de Censur. in par. disp. 2. q. 3. pun. 48. num. 40.*

11 Limita supradictam conclusionem, quando excommunicatus potest adire Legatum: tunc enim Episcopus nequit absoluere, cum in tali casu non videatur adesse iusta, & legitima causa, vel impedimentum *cap. ea noscitur de sent. excom.* vbi præcipitur, vt pro huiusmodi absolutione recurratur ad Papam, vel eius Legatum *Nau. in Man. c. 27 num. 90. vers. ad quartam Coninc. de Censur. disp. 14. dub. 16. n. 242. Barbos. par. 2. all. 40. nu. 31. Bonac. de Censur. dis. 1. q. 3. pun. 2. num. 4. vers. rursus addit.* contra Henriq. *lib. 12. de Matrim. cap. 3. num. 1. in gloss. litt. H. quem refert & sequitur Auil. de Censur. 2. par. cap. 7. disp. 1. dub. 6. vers. quarto nota Dian. par. 5. tr. 9. res. 6.* qui putant, quod quando quis impeditur adire Papam, potest absolui ab Episcopo tamquam proprio Pastore, ac potestate ordinaria, etiã si facilis esset recursus ad Legatum, quorum sententiam probabilem dicit, *Laym. par. 2. tr. 5. cap. 6. nu. 5.*

12 Si verò nec Pontifex, nec Legatus adiri possunt, tunc iura absolutè concedunt Episcopo auctoritatem absoluendi, nec requirunt, vt adeatur alius habens priuilegium, secundùm *Coninch.*

loco

loc.cit. nec in tali casu teneatur excommunicatus epistolam, aut alium ad Pontificem, seu Legatū mittere, quia iura hoc non exigunt *Naud.cap.27.num.90.vers. ad quintam Auil.de censur.2.par. cap.7. disp.1. dub.6. vers secunda nota Dian.par.5.tr.9.res.6.*

Ego tamen censeo Episcopum nequaquam posse absoluere, quando potest confugi ad eum, qui priuilegium, seu potestatem habet absoluendi: tum quia in hoc casu non censetur vrgens necessitas, tum etiam quia Sacerdos simplex quamuis in articulo mortis constitutum possit ratione vrgentis necessitatis absoluere, si tamen ea cesset, vel quia Pastor ordinarius, vel ab ipso expositus haberi potest, tunc absoluere non poterit *Sanch.de matrim.lib.2.disp.40.num.8. Gutier.eod.tract.cap.49.num.12. & alij apud Barbos.de offic.& potest. Episc.par.2.all.35.num.10. Dian. par.8.tr.3.res.79.*

SVMMARIVM:

1 *Referuntur casus, in quibus Ordinarius potest dispensare in matrimonij denunciationibus.*
2 *Quando Parochus possit matrimonio assistere omissis denunciationibus.*
3 *An Episcopus dispensationem neganti peccet mortaliter.*
4 *Pater auertens à matrimonio filium ob notabilem disparitatem, vel ob aliam rationabilem causam, an dicatur malitiosè impedire.*
5 *Ordinarius dispensare non debet, nisi recepta informatione, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes.*
6 *An Vicarius Episcopi ex generali commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare.*
7 *An ea, quæ in Concilio Tridentino committuntur Ordinarijs intelligantur etiam de Vicarijs generalibus.*
8 *An Episcopus, & Vicarius possint huiusmodi facultatem dispensandi alteri delegare.*
9 *An matrimonium contractum omissis denunciationibus sit nullidum.*

CAP. VII.

An, & quando Episcopus dispensare possit in matrimonij denunciationibus.

1 POsse Episcopum dispẽsare in huiusmodi denunciationibus constat *ex Conc.Tridentino sess.24 de ref. matr.cap.1.* vbi id arbitrio prudentis Ordinarij relinquitur: nam si periculum esset alicuius peccati, infamiæ, aut scandali, aut probabiliter timeretur, quod alter coniugum à fide data iniustè resiliat, vel quod matrimonium malitiosè impediatur, potest ordinarius illas remittere *Sanch.de matrim.lib.3.disp.9. Vulp.in Praxi iudic.cap.17.num.20.*

Idem

Idem dicendum, si constitutus in articulo mortis cum Concubina contrahere desiderat ad legitimãdam prolem, vel ad tollendam infamiam, vel ad tranquillitatem propriæ cõscientiæ, præsertim si tales Concubinarij existimati sint diù coniugati *Sot in 4. dist. 28. par. 1. ar: 2: quem refert, & sequitur Vulp. d. cap. 15. nu. 20.* vbi etiam dicit, quod in tali casu solius Parochi auctoritate ex tacita Episcopi commissione possunt omitti denunciationes, si Ordinarij copia haberi non potest, dummodò matrimonium celebretur coram Parocho, & testibus iuxta formam Concilij, *& ità etiam tenet Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 17. Zambran. de Sacram. matrim. cap. 7. dub. 3. num. 1. & 2. Marchin. de Pest. par. 6. cap. 4. num. 5. & alij apud Dian. par. 5. tr. 3. res. 98.* 4

3 Quare si in ijs casibus Episcopus dispensationem neget, peccaret mortaliter, quia tunc valdè expedit bono publico, ac subditis talis dispensatio, nisi fortè ex causa iusta maioris boni denegetur *Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 10. num. 6. Gutier: eod. tract. cap. 57. num. 4. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 32. n. 51. Vulp: in Prax. iudic. cap. 15. num. 27.* secus esset, si nullum publicum, aut priuatum notabile damnum sequatur: vt quando senex cum puella, vel duo senes contrahere volunt, & nullus est timor impedimenti; quamuis enim in his, & similibus casibus Episcopus possit dispensare, ad id tamen non tenetur sub pœna peccati mortalis *Sanch. d. lib. 3: disp. 9. num. 3. & seq: & disp. 10. nu. 6. Gutier. d. cap. 57. nu. 4.*

4 Obserua tamen, quod si Pater nulla adhibita violentia, sed precibus, ac suasionibus à matrimonio auerteret filium ob notabilem disparitatem, vel aliam rationabilem causam, non diceretur malitiosè impedire; malitia enim dolum, & calumniam importat, *vt d. glos. in c. fin. §. sanè ver. malitiosè de Despons. Impub.* in tali verò casu, nec dolus, nec calumnia interuenit sed potius pater iure suo vtitur benè consulens filio; & ideò in tali casu Episcopus sine causa dispensaret *Menoch. cons. 69. n. 29. & seq. vol. 1. Cephal. cons. 421. à n. 62. vol. 3. Rimin. al. cons. 691. n. 31. lib. 6 Gutier. Canon. qq. lib. 1. c. 20. num. 9. & seq. Vulp. in Prax. iud. cap. 15. num. 20. & seq.* secus esset, si Parentes minis, dolo, vi, calumnijs, aut aliàs iniustè matrimonium impedirent, quia tunc esset iusta causa dispensandi *Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 9. nu. 10. & alij.*

5 Cautus autem debet esse Ordinarius in dispensando ab huiusmodi denunciationibus, vt prius informationes recipiat, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes, nè se exponat periculo impeditos coniungendi, *vt post Paludan. obseruat Sanch. d. lib. 3. disp. 9. nu. 20.* & in hoc satis esse informationem extra iudicialem tenent DD. *quos refert, & seq: Barbos. d. all. 32. n. 27:*

6 An

6 An verò Vicarius Episcopi ex generali commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare? affirmatiuè respondet Coninch. *de Sacram. disp. 27. dub. 6. nu. 55. Cened. in Collect. ad Its. s emon: par. 2. collect. 81. nu. 5: Aized. de Præcell. Episc: Dignit. par. 2. cap. 7. num. 32: & communè dicit Paris. de Resign. Benef: lib. 3. cap. 11. num. 19. & seq.* vbi etiam 7 notat, quod vbicunque in Concilio Tridentino aliquid committitur ordinariis, intelligitur etiam de Vicarijs generalibus Episcoporum; vbi enim voluit Sancta Synodus Vicarium excludere, id expressit, vt in absolutione ab hæresi *sess: 24. de ref. cap. 6.* & hanc esse receptiorem sententiam dicit Barbos. *d. p: 2. all. 32. n. 28. & seq. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 201. num. 1. & seq. & alij apud Dian. p. 3. tr. 4. res. 238. quibus adde Gutier. de matrim: c. 56.* 8 *num. 13.* vbi dicit, quod tam Episcopus, quam Vicarius potest huiusmodi facultatem dispẽsandi in denunciationibus Parocho, seu alteri clerico delegare.

9 An verò matrimonium non præmissis denunciationibus cõtractum validum sit? Resp. affirmatiuè, nisi aliud obstet, *vt declarauit Sac. Congreg. Concilij apud Farinac: dec. 18. par. 4. Diuers. & diximus supra lib. 6. c. 4. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *An Episcopus possit dispensare in impedimentis, matrimonium non dirimentibus,*

2 *Quando Episcopus possit dispẽsare in voto simplici castitatis.*

3 *Quando Episcopus in impedimento matrimonium dirimente dispensare possit.*

4 *An Episcopus dispensare possit cum minoribus non habentibus ætatem requisitam.*

5 *Quid si malitia ætatem supplet.*

6 *Et quid si ad ætatem legitimam deficerent duo, vel tres dies.*

Quę dicatur ætas legitima in mare, & in fœmina ad contrahẽdum matrimonium, ibidem.

7 *Quando possit Episcopus dispẽsare in impedimentis dirimentibus posi contractum matrimonium.*

An Commissarius Cruciatę possit in dictis impedimentis dispẽsare, ibidem.

Qui habent priuilegium dispẽsandi in casibus Episcopalibus etiam matrimonialibus, non possunt dispẽsare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione urgentis necessitatis competunt Episcopo, ibidem.

8 *An Episcopus in dictis casibus dispensare possit quoad forum externum.*

9 *An Episcopus huiusmodi facultatem possit alteri delegare.*

10 *An Episcopus Coniugi ad fidẽ conuerso concedere possit licentiã transeũdi ad secũdas nuptias viuẽte altero cõiuge infideli.*

CAP. VIII.

An, & quando possit Episcopus in impedimentis matrimonii dispensare.

1 DIco 1. quod in impedimentis non dirimentibus ex iusta causa Episcopus potest dispensare etiam in vtroque foro. nam consuetudine receptum est, vt dispensatio huiusmodi impedimẽtorum non obtineatur à Papa, excepto castitatis, ac Religionis voto absoluto ac perfecto *Nau. in Man. cap. 22. num. 85. Bonacin. de matrim. q. 3. punct. 15. numer. 3. Vgolin. de offic. & pot. Episcop. c. 60 §. 3. vbi de communi Barb eod. tr. part. 2. alleg. 35. nu. 2. & alij apud Sanch. de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 17 n. 15.*

2 Notandum tamen est, quòd in casu vrgentis necessitatis, quando scilicet magnum vrget incontinentiæ periculum, nec cõsuli potest Pontifex ratione paupertatis, aut quia graue est periculum in mora, Episcopus etiam in voto simplici castitatis dispensare potest *vt d. Sylu. in Summ. in ver: Dispensatio num. 15. & in ver. votum 4. num. 5. Nau. in man. cap. 12. nu. 76. & alij*: quia non est verisimile, Papam sibi hanc dispensationem in tali casu reseruasse, & ideò præsumitur Episcopo concessa tacita facultas dispensandi *Felin. in cap. 1. num. 49. de Constitut. Lambertin. de Iurepatr. par. 1. libr. 2. art. 19. quæst. 7. princ. nu. 2. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 3. Gutier. eod. tract. cap. 49. numer. 7. Bonacin. eod. tract: quæst. 3. pun. 15. num: 3. Barbos. d: par. 2. alleg. 33. n. 23. & 26.* Vnde potest Episcopus etiam contra ius commune statuere, si id faciat ex euidenti, & necessaria causa, quæ superiorem ad id concedendum moueret *Felin. loco sit: Vgolin. de offic: & potestat. Episc: c. 60 §. 1. Riuc. in Prax. for. Eccles. part. 1. res. 239:*

3 Dico 2. posse similiter Episcopum dispensare in impedimento occulto matrimonium dirimente, si eo tempore, quo celebrandæ sunt nuptiæ mulier aliquod impedimentum dirimens in confessione aperuit; cuius manifestatio esset illi causa grauis infamiæ, dummodò tentatis omnibus mediis nullum adest remedium euadendi infamiam, vel suspicionem grauis delicti in confessione manifestati, *vt dicunt DD. apud Bonacin: d. q. 3. punct: 15. num. 6: Barbos. loco cit. part: 2: allegat. 35. nu. 5: Dian: part. 2. tract. 16. res. 17. & p. 8 tractat 3. resolut. 80.* & ideò posset Confessarius cui detegitur huiusmodi impedimentum, tali fœminæ consulere, vt voueat castitatẽ ad mensem deinde dicat Consãguineis, se voto castitatis esse obstrictam, sibiq. à Confessario mãdatum fuisse, vt abstineat à matrimonio, donec obtineatur dispensatio à Sede Apostolica; caueat autem, nè dicat vota esse ad tempus, nè audientes asserant, sufficere dispensationem Episcopi, sicque remedium eludatur, *ità Sãchez de matrimon: lib: 2: disput: 40. num.*

nu:7:Bonacin:loco cit:Gutier: cod: tractat:cap.49.num:11:versi:laudo tamen Barbos:vt supra numer: 6: quamquam hoc remedium mihi nunquam placuit: nam vehemēs adhuc suspicio oriretur non sine graui damno famæ mulieris:omnes enim dicerent,ob quid rem tantam diù reticuit? *vt aduertit Alzed.de Præcell.Episcop: Dignit. part:2.cap:7 num:12:* Vnde subdit Sanchez. *loco cit.* quod si neque hoc,neque alia media prudentis viri arbitrio attentis circumstātiis occurrentibus sufficiant,posset Episcopus dispensare.

4 Ita etiam in casu grauissimæ necessitatis,puta pro bono pacis, vel simili potest Episcopus dispēsare cum minoribus non habentibus ætatem requisitam ad matrimonium, quæ in masculo est quatuordecim annorum, &duodecim in fœmina, *vt probatur ex c:2:de Desponsat.Impub:* vbi prohibetur,nè aliqui, quorum vterq. vel alter ad ætatem legibus, vel Canonibus determinatam non peruenerit,coniungantur:nisi forte aliqua vrgentissima necessitate interueniente talis coniunctio toleretur; tunc enim procedit regula, quod quoties in aliquo textu permittitur dispensatio, & illam sibi Summus Pontifex non reseruat, intelligitur concessa Episcopo *Sylu:in verb:Dispensatio nu:15:Bonacin.de matrim:quæst. 1:punct.4:in fin. & communem dicit Sanch,de matrim.lib.7: disp. 104:num.12.Barbos.de offic:& pot. Episc:par.2.alleg:33.n.17.& alleg. 35.n.20.*

5 Obserua tamē, quod si potentia generādi acceleretur in masculo ante 14.annum, & masculus habeat sufficientem discretionem, & prudentiam, validè potest contrahere matrimonium, quia tunc malitia ætatē supplet *cap.de iliis & cap.vlt. de Desponsat. Impub.cap.vn.§.1.vbi glos.in ver. supplebat cod.tit.in 6.& dicit San. ch.d.lib.7. disp.104: num.5. quem refert Bonacin. loco cit. d. pun. 4. num. 2. &* 10. vbi etiam notat, quod id colligi potest etiam ex habitu corporis & copula alias habita. Ad Episcopum verò spectat cognoscere, an malitia ætatem suppleat, *vt d. Barbos. in cap.2. num.5. de Desponsat. Impub. & de offic. & pot. Episc. par.2.all.35.num.20:*

6 Obserua 2. quod matrimonium contractum vltima die anni decimi quarti in mare, & duodecimi in fœmina validum est fauore matrimonij, sicut dicimus in testamento *l. qua ætate ff. de Testam.Abb.in cap.attestationes n.7. de Desponsat. Impub.Sylu. inver: matrimonium 5 num:* 5. sufficit enim in tali casu, quod ætas sit completa moraliter, non autem metaphisicè; & ideò si duo, vel tres dies deficerent, adhuc valeret matrimonium, *vt dicunt DD.quos refert, & sequitur Bonacin.loco cit.d.q.1. pun.4.nu.* 11. *quibus adde alios apud Dian.par. 3.tr.4.res.*277 immò validum esse matrimonium, etiamsi decem dies desint, censet Martin. Ledesm.*in 2. par. lib.4.sent.q.60.ar. 1.col:penul. ver. hæsitabis, quem*

refert Dian. & Bonacin. locis cit.

7 Dico 3 posse etiam Episcopum dispensare in impedimentis dirimentibus post contractum matrimonium concurrentibus infrascriptis conditionibus, videlicet quod impedimentum sit occultum, & matrimonium sit publicum.

Secundò quod Coniuges non possint separari absque scandalo.

Tertiò quod ad summum Pontificem non pateat aditus, seu recursus propter paupertatem, vel locorum distantiam, vel ob incontinentiæ periculum, vel quia infesta sunt itinera latrocinijs, vel ob alia legitima impedimenta *cap. quia circa de Consang. & affin. Sylu. in ver. Dispensatio num. 15. Nau. in Man. cap. 22. nu. 85. vers. Tertio dicendum Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 8. nu. 43. Coninch. de Sacram. & Censur. disp. 33. dub. 3. num. 32 Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 40. num. 3. & seq. Bonacin. eod. tr. q. 3. pun. 15. n. 4 Gutier. de matrim. cap. 49. num. 6. 7. & seq. Vgolin. de offic. & potest. Episc. cap. 60. §. 1. Alzed. par. 2. c. 7. de matrimon. dispens. num. 9. Barbos. d. par. 2. all. 35 num. 3. & seq. Viuald. in Candelab. aur. de matrim. nu. 248. par. 1. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 239. Dian. par. 2. tract. 16. ref. 17. & par. 8. tr. 3. res. 96.* vbi etiam dicit, quod potest Episcopus ex dictis causis tam cum paupere, quam cum diuite dispensare.

An verò Episcopo dispensare liceat, si pateat aditus ad Nũtiũ, vel Commissarium cruciatæ, aut alium, qui huiusmodi facultatem habeat? affirmatiuè respondet Henriq. *lib. 6. de Pœniten. cap. 10 num. 1. in Commen. litt. D. & lib. 12 de matrimon. cap. 3. numer. 1. in Commen. litt. H.* Vbi dicit, quod cum ius soli Pontifici reseruet dispensationẽ, & is consuli nequeat, potest tunc Episcopus tamquam pastor ordinarius dispensare, cuius sententiam probabilem dicit Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 35 nu. 10.* sed contraria sententia verior est, quia Episcopus solũ potest in hoc casu dispensare ratione necessitatis: hæc autem cessat, quando recurri potest ad alium, qui facultatem habet, *ità tenet Nau. in man. cap. 22. num. 85. Sanch. d. lib. 2. disput. 40. num. 8. Barbos. loc. cit. Gutier. d. cap. 49. num. 12. Alzed. part. 2. c. 7. n. 18. Dian. p. 8. tr. 3. res. 79. & alij.*

Obserua tamen, quod Commissarius Cruciatæ non habet facultatem dispensandi, nisi detecta prioris matrimonii nullitate alteri coniugi: quare si ea nõ detecta expediret celebrari matrimonium vrgente necessitate, tunc posset recurri ad Episcopum pro dispensatione, *vt d. Sanch. & Gutier. locis citat.*

Obserua 2 eos, qui habent priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus etiam matrimonialibus, non posse dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopo: quia hi nõ dicuntur casus Episcopales, sed

verè

verè ad Pontificem pertinent, & ex quadam iuris interpretatione Episcopo censentur permissi *Henriq. lib. 6. de Pœnit. cap. 14. numer. 7 Sanch. de matrim. d. lib. 2. disp. 40: num. 9 Gutier. vbi supra num. 12: Barbos. d. p. 2. alleg. 35. numer. 12: Alzed. part. 2. d. capit. 7: n. 38.*

Quartò requiritur, quod matrimonium sit consummatũ *Leo in Thes for. Eccles. part. 2. cap. 8: n. 43. Garc. de Ben. ef. p. 1. c. 5. nu. 356*

Quintò, quod matrimonium contractum fuerit bona fide, *idẽ Leo loco. cit Gutier. de matrimon: d: cap. 49. num. 9: Bonacin: d: quæst. 3. punct. 15. num. 4. vbi de communi Coninch. de Sacramen. disp. 33. dub: 3: n. 32: Barbos par. 2. all: 35. num. 4, Alzed: de Præcell: Episc. Dignit. part. 2. d. cap. 7. num. 10. & aly apud Sanch. de matrim. libr. 2. disput. 40. num. 4:* contra Henriq. *lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 2: in Commen. litt. K. & litt. O:* qui putat, non requiri bonam fidem, cuius sententia refellitur ex Tridẽtino *sess. 24. de ref. matrim. cap: 5. ibi, si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis cõsequendæ careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consũmare ausus fuerit.* Quare tales etiam cum iactura famæ separandi sunt, *vt d: Coninch. d: disput. 33, dub. 3. num. 33.* quia scientes impedimentum dirimens se in ea incommoda coniecerunt.

Hinc potest etiam Episcopus cum illis dispensare, qui virtute dispensationis subreptitiæ à Summo Pontifice impetratæ bona fide cõtraxerunt, si timeatur, quod si iterum dispensatio Pontificia impetretur, graue scãdalum oriri posset *cap. quia circa de Consang. & affin. Couar. de matr. 2. p. c. 6. §: 10. n. 15. Sãch. lib. 2. de matr. disp: 38: num. 12. Aized. de Præcell. Dignit. Episcop: par. 2: cap. 7. num. 14. Barbos part. 2. alleg. 35. nu. 9. vers. sextus casus.*

Sufficit autem bona fides vnius coniugis, quamuis alter mala fide contraxerit, *Sanch. d. lib. 2. disput. 40. Alzed: part. 2. d. cap. 7. Gutier. d. cap. 49 Dian. part. 8. tract. 3: res: 79. Barbos. part. 2. d. alleg. 35. nu: 4.* contra Ludou: Lopez *Instructor. Cõscien. tom. 2. par. 2: cap. 59. quem. refert, & sequitur Garc. de Benef. part. 11. cap. 5. num. 357.* qui tenẽt, requiri bonam fidem ex parte vtriusque ità vt ambo contrahẽtes probabiliter impedimentum ignorauerint.

Huiusmodi tamen bona fides non excluditur per scientiam speculatiuã, qua Coniux nouit, se accessisse ad consanguineam eius, cum qua cõtrahere vult matrimonium, nisi coniungatur scientiæ practicæ, qua sciat, inde orjri impedimentum ad matrimoniũ contrahendum, *vt d. Sanch. d. lib. 2. disput. 40. numer. 4. vers. rogabis autem Gutier. loco cit. num. 9.* vbi etiam notat, quod in hoc excusat lata culpa, & ignorantia crassa, dummodò nõ sit coniuncta cum ingenti temeritate, *& ità etiam tenet Perez. de matrim. disput. 44. sect. 6: num. 9. quem refert Dian: par.*

part.8.tractat.3. resolution.79.

Sextò requiritur, quod seruatæ fuerint in contrahēdo matrimonio solemnitates à Concilio requisitæ, quia si propria auctoritate negligantur, non posset Episcopus dispensare, quamuis ignoranter matrimonium contractū sit, vt constat *ex Concil. Trident. dicto cap.5. ibi, quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis: nō enim dignus est qui ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cuius salubria præcepta temerè contempserit, ità Leo in Thes. for. Eccles. part.2. cap:8. num: 43. Garc: de Benef. part.11. cap.5. num.357:* secus si ignoranter cōtractum sit matrimonium, & ex ordinarii licentia solemnitates illæ denunciationum omissæ sint: quia tunc neque negligūtur, nec temerè contemnuntur; & ideò posset Episcopus dispensare *Sanch. de matrim. d. lib:2. disput.40. n. 4: vers. Vnde idem Gutier. eod. tr: cap:49. num.9. Alzed. d. par:2. cap. 7. num:10: Dian. part 8. tractat: 3. res.79.*

8 Obserua tamen, quod potestas Episcopi, qua dispensare potest in impedimentis dirimentibus occultis, est pro solo conscientiæ foro, *vt d. Henriq. lib.12 de matrim; cap.3. numer:2: Sanch. eod. tractat. lib.2. disput.40. numer: 10: Gutier. d. cap.49. num:13. Bonacin. de matr. d: quæst.3. punct.15 num.4: Barbos. allegat:35: num:4. & 11.*

9 Potest autem Episcopus hanc facultatem dispensandi, in huiusmodi impedimentis delegare nō solum Vicario, sed etiā Parocho, vel aliis *iuxta tex. in cap fin: de offic: Ordin:* quia id ad Ordinariā Episcopi iurisdictionem spectat, *vt d. Sanch. d. disput:40. numer.14. Nau: in man. cap.27. num.45. Gutier. de matrim. d: cap:49: num.16. Alzed. de Præcell. Episcop: Dignit. part.2. cap:7. n.36. Barbos. d. all:35. nu.14.*

10 Quæres, an Episcopus Coniugi adfidem Catholicam conuerso concedere possit licentiam ad secundas nuptias transeundi viuente altero Coniuge infideli? Respondeo affirmatiuè, si post conuenientem admonitionem alter Coniux ad fidem se conuertere noluerit *cap: Iudæi 28. q. 1. Sanch. de matrim. tom.2: lib.7. disp 74. num.9. quem refert Dian. par. 3. tractat.4. resol.252. & alij apud Layman. lib.5: tract.at.10. cap:3: n.4 Bonacin. de matrim. quæst:3. pun. 7. num:6 vbi dicit, hanc esse probabiliorem sententiam,* quia hodie prohibita est cohabitatio fidelis coniugis cū infideli propter periculum peruersionis, *vt in d: cap: Iudæi & cap. sepe 28. q. 1.* quamuis in primitiua Ecclesia ad fidē propagandam id permissum fuerit ab Apostolo *ad Corinth. 7.* quicquid in contrariū dicat *Nau. in man: cap. 22. numer. 49 & alij,* immò si infidelis adeò distat, vt commodè requiri nequeat, non esset opus monitione, *vt dicunt* DD. *apud Dian. loco cit: resol. 264.* idemque dicendum, vbi moraliter certa est alterius coniugis ob

fi-

stinatio, *vt d. Risc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 241.*

CAP. IX.

An matrimonium inualidum ob occultum aliquod impedimẽtum iterum celebrandum sit coram Parocho, & testibus obtenta dispensatione.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inualidum ob occultum aliquod impedimentum non est iterum celebrandũ coram Parocho, & testibus, sed id fieri potest secretò inter ipsos coniuges, per eorum mutuũ consensum.*

2 *An in tali casu sufficeret copula affectu maritali sequuta post eam cognitionem.*

3 *An ad reualidandum matrimonium fictè contractum necesse sit, vt iterum coram Parocho, & testibus celebretur.*

4 *Occultum qualiter intelligatur.*

5 *An Parentes, consanguinei, & affines in causa matrimoniali plenè probent.*

6 *An ad probandum matrimonium admittantur testes inhabiles.*

7 *Ad impediẽdum matrimonium vnicus testis sufficit.*

8 *An si matrimonium celebratum fuerit coram Parocho, vel testibus conscijs illius impedimẽti, sit iterum celebrandum coram Parocho, & testibus.*

9 *Quid si impedimentum dirimẽs esset publicum.*

10 *Omnis forma, & solemnitas, quę debet interuenire in actu vt valeat, interuenire etiam debet in ratificatione.*

1 AFfirmant DD. *quos refert, & sequitur Gutier. de matrim. cap. 47. nu. 6. & seq. & cap. 76. num. 32.* sed verior videtur sententia aliorum asserentium, id fieri posse secretè inter ipsos coniuges per eorum mutuum consensum ità, vt coniux qui ignorabat, intelligat in genere impedimentum dirimens subesse, *ità Nau. in man. cap. 22. nu. 47. & 70. vbi testatur, ità declarasse Pium V. & cons. 14. in fin. de sponsal. Possevin. de offic. Curat. cap. 10. nu. 25:* etiãsi prius matrimonium mala fide fuerit celebratum, *vt d. Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 9. num. 10. vbi etiam refert, ità Sacram Congreg. resoluisse & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all: 32. num: 157.* quia ratio finalis Concilij Tridentini requirentis præsentiam Parochi, & testium ea fuit, vt tolleretur graue peccatum, & periculum contrahendi nouum matrimonium dissoluto primo: quibus incommodis satis occurritur, quando matrimonium semel fuit celebratum, quãuis inualidè, coram Parocho, & testibus; Vnde in tali casu sufficeret

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceret copula affectu maritali sequuta post eam cognitionem, *vt d. Basil. Pont. apud Barbos. d. all: 32: nu. 157:* quia talis copula est signum consensus *cap. veniens de sponsal.*

3 Hinc infertur, quod ad reualidandum matrimonium fictè cõtractu n non est necesse, vt iterum coram Parocho, & testibus celebretur: sed satis est, si fictè, vel metu consentiens postea verè assensum præstet quocunque temporis spatio interiecto, cum consensus alterius Coniugis, qui verè consensit, actu, & formaliter semper maneat, quia semper æstimat, valere matrimonium, *Dian. par: 3 tr. 4 res. 292. vbi citat Gutier. de matrim. cap. 46. nu. 14 Sanch. tom. 1. lib. 2. disp. 22. nu. 12. & 13. quamuis contrarium teneat Nau. d. cap. 22. nu. 47.*

4 Occultum autem hic accipitur, vt distinguitur contra plenè probabile; dicitur verò plenè probabile in foro externo impedimentum ad dissoluendum matrimonium publicè contractum, quando duobus testibus non tãtum idoneis, sed omni exceptione maioribus probari potest *cap. 1. de consanguin. & affin. Mascard. de Probat conclus. 1022. n. 4. & seq. vbi dicit, hanc esse magis communem Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 37. nu. 11.* Quare si ex sola relatione Coniugis tres, vel quatuor scirent impedimentum, adhuc diceretur occultum, dummodò non adsit publica fama; quia testes illi non faciunt plenam fidem ad dissoluendum matrimonium; deponerent enim solummodò de Coniugis confessione, quæ ad hoc sufficiens non est *cap. in litteris de Testib.*

5 Sed quæres, an Parentes, consanguinei, & affines in causa matrimoniali plenè probent? Resp. affirmatiuè, siue agatur de valore matrimonij, siue de eo dissoluendo, cum ipsi melius sciant, *cap. videtur Qui matr. accus. poss. d. cap. in litteris de Testib. latè Gutier. de matrim cap. 44 nu. 82. & seq. & decisum refert. Ricc. in Collect. decis. 423. par. 2. & in Prax. for. eccles. par. 1. res. 233.* nisi esset disparitas inter coniuges: tunc enim Parentes non admittuntur *cap. super eo 2. de Testib. Franc. Marc. decis. 750. par. 2. quẽ refert Ricc. in Collect. dec. 564. p. 3.* & ideò hoc relinquitur arbitrio Iudicis, qui cautè perpendere debet, quanta sit his testibus fides adhibenda ex causæ pendentis qualitate, personarum conditione pari, vel dissimili, & alijs circumstantijs *d. cap. super eo, & ibi Hostiens. num. 3 in fin. Couar. de matrim. 2 par. cap. 8. §. 12. num. 8: vers. nam in hac.*

6 Addit Ricc. *in Collect. dec. 564. par. 3.* quod ad probandum matrimonium admittuntur mulieres, & alij testes inhabiles.

7 Ad illud verò impediendum sufficit vnicus testis, *vt in d. cap. super eo 2. de Testib.* & ideò si quis secretò sciat aliquod impedimentum, tenetur illud denunciare, etiamsi probare non possit: nisi id sciat sub sigillo confessionis sacramentalis: tunc enim

aim non teneretur denunciare *Sanch.de matrim.lib.3.disp.13: n. 2.quem refert, & sequitur Vulp: in Prax.iudic.cap.15.num.22.*

8 Secus esset, si matrimonium celebratum fuerit coram Parocho, & testibus conscijs illius impedimenti; quia tunc celebrandum iterum esset corã Parocho & testibus, quamuis alter solus ex duobus testibus requisitis, vel solus Parochus impedimentum sciret, extra tamen sacramẽtum confessionis: in eo enim casu iã desunt necessaria ad valorem matrimonij, cum vel Parochus, vel alter testis requisitus non sit testis valoris matrimonij, sed eius nullitatis, *vt dicit idem Sãch.d lib.2.disp.37.num.10. & seq. Bonacin.de matrim.q.3.pun. 15. in fin.*

9 Idem dicendum, quando impedimentum dirimens esset publicum, quia in hoc etiam casu requireretur præsentia Parochi, & testium: *vt pluries resoluit Rota Romana teste Barbos. de offic. & pot.Epis.par.2.all.32.nu.157.* cum enim ratificatiõ actus inualidi nihil aliud sit, quam nouus actus *l.asse toto de Hæred, instit: l.obuenire solet ff.de verb. signif.* propterea omnis forma,
10 & solemnitas, quæ debet interuenire in actu, vt valeat, interuenire etiam debet in ratificatione *Rota in Romana donationis 13.Iunij 1586 coram Card.Seraphin: & coram Greg.XV: dec:395. n.9. & seq.* Vnde minoris, & mulieris ratificatio requirit easdẽ solemnitates, quæ sunt necessariæ in celebrando contractu de nouo *Beltramin.ad Greg.loco cit.nu.17. & alij communiter.*

SVMMARIVM.

1 *Proprius Parochus intelligitur etiam ille, in cuius Parochia quis habitat maiore anni parte, etiamsi non habeat animũ perpetuò manendi.*

2 *An ad hunc effectum opus sit expectare, vt maiore anni parte quis in Parochia commoretur.*

3 *Quid si data opera quis incipiat alibi habitare, vt effugiat proprium Parochum.*

4 *Parochus, cui commissum est suum Parochianum matrimonio coniungere, potest etiam alienum cum suo coniungere.*

5 *An validum sit matrimonium, cui assistit Parochus viri vel mulieris in aliena Parochia, vel Diœcesi.*

6 *Matrimonio vagorum assistere potest quilibet Parochus, in cuius Parochia commorantur.*

7 *Vagus quis dicatur.*

8 *An validum sit matrimonium vagorum celebratum coram Parocho & testibus absque tamen licentia ordinarij.*

9 *Qui habet duo domicilia, corã alterutro Parocho matrimoniũ valide contrahit: limitatur numero 10.*

11 *An validum sit matrimonium celebratum coram Parocho, vel Vicario Episcopi, qui nondum est sacerdos.*

12 *An Parochus possit licentiam matrimonio assistendi concedere alteri, qui non sit Sacerdos*

13 *Huiusmodi licentia actum præcedere debet.*

14 *An Vicecuratus amouibilis possit alteri talem licentiam concedere.*

15 *An validum sit matrimonium celebratum coram Parocho putatiuo.*

16 *An validum sit matrimonium, cui assistit Parochus excommunicatus vitandus.*

17 *An talis Parochus possit alteri similiter excommunicato licentiam concedere assistendi matrimonio.*

18 *An valeat institutio Vicarij facta ab Episcopo excommunicato non tolerato.*

CAP. X.

Quis censeatur proprius Parochus, vt validè matrimonium contrahatur.

1 Tatuit Sacra Tridentina Synodus, vt matrimonium coram duobus, vel tribus testibus, ac proprio Parocho, vel alio Sacerdote de licentia Parochi, vel ordinarij celebretur, *vt in sess. 24: de ref. matr. cap.* 1. alias est ipso iure nullum ità, vt sola declaratoria opus sit, *vt censuit Sac. Congregatio, ac Rota Romana in Toletana matrimonij 10 Decembris 1625. coràm Merlino Impress. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. tr. 2. all. 32. post num. 77.* neque in hoc excusat ignorantia etiam inuincibilis, aut vrgens necessitas, quia matrimonium contractum sine forma substantiali est inualidum in omni casu, *vt d. Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 8. n. 11 & alij communiter*,

Obseruant autem Doctores, quod proprius Parochus ille etiã dicitur, in cuius Parochia alter ex contrahentibus habitat, seu commoratur maiore anni parte, siue sit vir, siue mulier *iuxta cap. fin. de Paroch. ibi, cum ad inhabitandum in ea se quamplurimò contulissent, & cap. in nostra de Sepult. ibi, soluta quarta parochiali Ecclesiæ, de cuius Parochia mortuorum corpora assumuntur, ita Nau. cons. 3. num. 1. de Clandest. Desponsa & in Man. cap. 25. num. 144. Piasec. in Prax. par. 2 cap. 4. num. 32. Vulp. in Prax. iud. cap. 15. nu. 16. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 225. & par. 4. ref. 292. & censuit etiam Sac. Cong. teste Bonacin. vbi supra nu.* 1. & ideò necesse non est, vt habeat animum ibi perpetuò manendi, dummodò habitatio breuis temporis non sit, *vt d. Barbos. d. p. 2. all. 33. nu. 57. & seq. Ricc. d. p. 4. ref. 292.* quia sicuteo casu contrahitur domicilium parochiale ad suscipienda sacramenta, excepto ordine, & tonsura: ità etiam coram Parocho illius loci matrimonium potest celebrari *Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 8. n. 2.* ex quo infert Ricc *d. ref. 292.* quod Parochia acquiritur ratione habitationis per scholares, famulos, & mercenarios non ad breue tempus locantes operas suas

suas in domo heri, ac per eos, qui ex causa pestis, aut belli aliò confugiunt; neque opus est expectare, vt maiori anni parte quis in Parochia cõmoretur, sed statim ac incipit habitare cum animo manendi maiore anni parte, seu cum intentione agendi aliquod negocium, quod maiorem anni partem expostulat, efficitur Parochianus, etiamsi habeat animũ redeundi expedito negotio *Sánch. lib. 3: disput. 23. num. 14: Vulp. in Prax: cap: 15. num. 16. quos refert, & sequitur Barbos: loco cit. n. 64.* quemadmodum domicilium acquiritur statim ac quis incipit habitare cum animo perpetuò manendi *l. domicilium vbi glos: ff: ad municip. Ricc. d. par 4. resol.* 3 *192:* quod procedit, etiamsi data opera quis incipiat alibi habitare, vt effugiat proprium Parochum: quia in hoc vtitur iure suo *Rot. in d. Toletana matrimon. coram Merlino Bonac. d. q. 2. pun. 8: n: 7. & alij:*

4 Quare validum esset matrimonium, cui assistit Parochus habitationis fœminę, quando contrahitur in Parochia habitationis vxoris: & è contra sufficeret Parochus viri, quando contrahitur in Parochia habitationis viri: quia cum Parocho committatur suum Parochianum matrimonio coniungere, censetur etiam commissum, alienum cum suo coniũgere *Nau: d. cons: 3. de Clandest. desponsa. & in man. cap. 25: nu. 144. & ità etiam declarauit Sac: Congregatio, ac Rota Romana teste Barbos. de offic. & potest Episcop. part: 2: allegat. 32. numero 165:* quod etiam ex eo probatur, quia Concilium Tridentinum solum statuit, matrimonium esse contrahendum coram Parocho, & non magis expressit Parochum viri, quam fœminæ, *vt obseruat Bonac: de matrim: d. quæst 2. punct. 8: nu. 10.* Vnde vtriusuis Contrahentis Parochum nuptias benedicere posse resoluunt DD. *apud Barb. vbi supra n. 185:*

Obseruant 2. quod ad validitatem matrimonii sufficit præsẽtia Parochi viri, vel mulieris, etiã si in aliena Parochia, vel Diœcesi contrahatur sine licentia Parochi illius loci: quia huiusmodi assistentia non pertinet ad iurisdictionem contentiosam, sed volũtariã, & ideò potest exerceri extra Parochiam *arg: l: 2 ff: de offic: Proconsi: Dian. part: 3: tractat: 4. resol. 232. Bonacin. de matrim quæst: 2: punct. 8. num. 16: Barbos: d: part. 2. allegat: 32: num. 95. & 114. Ricc: in Prax: fori: Eccles: par: 3: resol. 424: & censuit etiam Sac. Congregatio teste Nau: cons: 4. nu. 1. de Clandest. Desponsa: Piasec. in Prax. Episcop. par. 2: cap: 4: num: 32:* idem dicendum, si matrimonium celebretur coram Sacerdote de licentia Parochi viri in Parochia mulieris, etiamsi in diuersis Diœcesibus ipsę Parochiæ constitutæ sint, *vt censuit etiam Sac: Congreg. apud Farinac: decis: 131. part: 4: Diuers:*

6 Obseruant 3. matrimonio vagorum assistere posse quemlibet Parochum, in cuius Parochia cõmorantur, etiamsi non habeãt a-

nimum ibi perpetuò manendi, obtenta tamen prius licentia ab ordinario loci *iuxta formam Concilij Tridentini sess.24. de ref: matrim.cap.7.Bonacin.d. quæst.2. punct.8.nu.9.& censuit Sac.Congregat.teste Barbos.d.part.2.alleg. 32.num.72.& seq.* Vbi etiam dicit, hoc procedere, etiamsi alter tantum alienigena, vel vagus sit, cum valeat matrimonium præsente Parocho cuiusuis ex contrahentibus.

7 Vagus verò dicitur, qui non habet certum domicilium, & habitationem, sed modò huc, modò illuc vagatur *Bart in l: Prætor ait nu.24.ff.de Dimn.inf.Glar.§. fin. q.39: vers. sed hic quæro*, & ideò vbique conueniri potest tam ciuiliter, quam criminaliter, etiam si alibi delictum commiserit *glo. in l.1.C.vbi de crim.ag.Ricc. in Prax.for.Eccles.part.4.resolut.354 vbi res.356.& seq* dicit, dispositionem Concilij loco cit. non habere locum in Incolis, qui noti sunt in ijs locis vbi contrahunt: quia incola dicitur habere certũ domicilium *l pupillus §. incola ff.de Verb.signif. l.domicilium, vbi glos ff.ad municip. l. si in Patria & l.ciues.C.de Incol.lib:10.* secus si essent ignoti: tunc enim Parochus eorum matrimonio interesse non potest absque licentia ordinarii, etiamsi habeant certum domicilium, *vt d.Ricc: vbi supra d.p.4 res:357.*

8 An verò valeat matrimonium vagorum celebratum à Parocho corã duobus, vel tribus testibus absque licentia ordinarij? affirmat Barbos. *part.2.alegat.32.nu. 74.vbi citat Basil.Pötã e Sacram. matrimon.lib.5. cap.14: numer.8. Capeauil.de Admin.matrim.in necessit.at: quæst:14.Filliuc. tract.10: cap:6.quæst.5:n.212: Homobon: de Bon.de Exam:Eccles.tract.11.cap: 10.quæs:23:resolut.1.& 2.& alios* contra Ricc. *in Prax:d.part.4.resol.358.*

9 Obseruant quartò, quod siquis haberet duo domicilia ità, vt æqualiter ferè habitet in vtroque loco, puta si hyeme habitet in vno loco, æstate verò in alio, corã alterutro Parocho matrimonium validè contraheret: quia vterque est proprius Parochus; sicut enim potest acquiri duplex domicilium, ità etiam duplex parochia *cap.2.de Sepult.in 6: Rota in d: Foletana matrimonij coram Merlino & ità etiam tenent alij DD. apud Barbos: d.part: 2. allegat: 32. numer.69.*

10 Si verò contrahentes Ruri, alioue loco recreationis causa, vel ad ruralia exercenda aliquot diebus, vel mensibus habitarent redituri deinde ad solitum domicilium, tunc matrimonium corã Parocho proprii Domicilii, non autem coram Parocho Ruris esset celebrandum *Nau.cons.7: de Clandest: Despons.Ricc: in Prax. part:1.res.225.& hanc veriorem dicit Gutier.de matrim.cap.63: n. 20.& decisum refert Di in.par:3. tract.at.4. resol.231: & ità tenent alij communiter per tex. in capit. is qui de sepult:in 6:*

11 Obseruant quintò, validum esse matrimonium contractum coram

ram ipsomet Parocho, vel Vicario Episcopi, qui nondum est Sacerdos *Nau: cons: 9: & 10. de Clād. desponſ. Bonacin. de matrim. q. 2: pun. 8. n. 19. & censuit Sac. Cong. apud Farinac. dec. 70. part. 4, Diuers.* idemque quoad Cardinales in ecclesiis suorum titulorum, ac de Abbate Ecclesię nulli Episcopo subiectę, atque aliis habentibus iurisdictionem ordinariam, vel quasi Episcopalem dicunt alii DD. *apud Barbos: d. p. 2. allegat. 32: num. 120: & seq.* conuenientius tamen est, vt id committant alicui Presbytero, qui eorum loco interſit, *vt d. Nau. d. cons: 10 de Clād. desponſ. Piasec: in Prax. Episcop. part. 2. cap. 4. numer. 32.*

12 Alter verò, qui de licentia Parochi assistit, debet esse Sacerdos, *vt censuit Sac Congreg. apud Farinac: decis 70: part. 4. Diuers. Bonacin. loco cit. d. pun. 8. num. 19:* quia ità præscribit Concilium *d. sess: 24. de ref. matrim cap. 1. ibi, qui aliter quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel ordinarij licentia &c.*

13 Huiusmodi verò licentia actum præcedere debet ità, vt non sufficiat ratihabitio post matrimonium celebratum: quia quę de substantia sunt, in ipso actu adhiberi debent *cap. auditis, & cap. quia propter de Elect. glos. & omnes in l. vniuersa: C. de Precib. Imper. offer.* quamuis attestatio Parochi de licentia suffragetur etiā post contractum matrimonium, *vt decisum refert Barbos. d. alleg. 32. n. 136.*

14 Addit Nau: *cons. 13. numer. 3. de Clandest. Desponſ. & alij.* quod Vicecuratus amouibilis ab ipso Parocho, seu Ordinario etiam verbaliter ad exercenda ea omnia, quæ ad curam pertinent, deputatus potest alteri Sacerdoti facultatem concedere assistendi matrimonio: quamuis enim delegatus ad vniuersam Parochiæ curam, alteri Sacerdoti totā curam delegare nequeat, aliquas tamen causas, seu certos actus potest subdelegare *iuxta glos. communiter receptam in cap: cum causam verb. Delegatus ex. de Appell.*

16 Obseruant sextò, validum etiā esse matrimonium celebratum coram Parocho putatiuo, dummodò habeat titulum coloratū, & concurrat cōmunis error vulgi *iuxta terminos l. Barbarius ff. de offic. Prat.* quia tunc huiusmodi defectum supplet Ecclesia, nisi fortè adsit impedimentum iuris Diuini, aut naturalis: ecclesia enim supplet solum defectum iuris humani, *vt docent* DD: *apud Bonacin. de matrim. d. q. 2. punct. 8 n. 27. & 28.*

16 Obseruant septimò, valere matrimonium, cui assistit Parochus excommunicatus etiam vitandus, vel suspensus, aut interdictus, vel irregularis, aut specialiter prohibitus ab Episcopo, nè aliquos matrimonio iūgeret: quia non propterea desinit esse Parochus, *ità Dian. part. 5 tractat: 9 resolut. 78: & 80. vbi cit. Huntad. disput. 5. de matrimon. diffic 8. nu. 26. Coninch. de Sacrament. disput. 27. dubit: n. 2. Pont: de*

m.i-

*matrim.lib.5.cap.17.§.vn.nu.9.& alios, quibus adde Bonacin.d.pũ. 8.num.24.Ricc.in Prax.for.eccles. p.3.ref.424.*qui putant, hoc etiam procedere in Vicario Parochi suspẽso, vel excõmunicato, & ità etiam censuit *Sac. Congreg. apud Farinac.dec.89.par.4.Diuers.* idẽque dicit Barbos.*d.all.32. nu.90. & 103.* si Parochus ipso iure, vel per sententiam esset beneficio priuatus, dummodò possessione spoliatus non sit,

17 Addit Bonacin. *vbi supra n.25.* Parochum etiam excommunicatum vitandum posse licentiam matrimonio assistendi concedere alteri Sacerdoti similiter excommunicato, vel suspenso, aut irregulari: tum quia sicut Parochus excommunicatus non est priuatus auctoritate assistendi, ità nec potestate dandi prædictam licentiam: tum etiam quia talis Sacerdos excommunicatus, vel irregularis, cui id Parochus committit, est adhuc Sacerdos, & ideò matrimonium coram eo celebratum est validum, *ità etiam sentit Sayr: de Censur.lib.5.cap.22.nu.26. quem refert Barbos.d. par. 2. all. 32. num.111.quibus adde* Hurtad. *d. disp.5.de matrim.diffic.8. nu. 27. & alios apud Dian.par.5.tr.9.ref. 80.* vbi notat, quod Parochus huiusmodi licentiam concedens nullũ actum iurisdictionis exercet, sed tantum designat personam, quæ matrimonio assistat iuxta ordinationem Concilij; & ideò facta huiusmodi designatione Sacerdos non à Parocho, sed à Concilio accipit potestatẽ. Hæc tamen ratio non militat in.

18 Vicario, quem Episcopus suspensus, aut excommunicatus non toleratus in sua Diœcesi instituit: quia talis institutio est manifestus actus Iurisdictionis, ac proinde facta à sic excommunicato nihil valet; Vnde si ille assisteret matrimonio, vel alteri committeret, matrimonium nullum esset *Mar. Alter. de Censur. to.1.lib.1.disp.8 cap.6. vers. ex dictis Sanch.lib.3.disp.30. num.10. quos refert, & sequitur Barbos.d. par.2.all.32.num.119.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum vigore dispensationis super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis non expressa copula est nullum.*

2 *Copula incæstuosa aperienda est, si habita fuit sub spe facilius obtinendæ dispensationis, vel cum tractatu matrimonij vel cum scientia, vel ignorantia impedimenti,*

3 *An si quis post obtentam huiusmodi dispensationem iterum copulam habeat, noua indigeat dispensatione.*

4 *Quid si copula esset occulta.*

5 *Et quid si copula cum affine, vel consanguinea non fuit cõpleta.*

6 *An copula incæstuosa sit exprimenda, si incæstus fuit occultus.*

7 *In huiusmodi dispẽsationibus gradus remotior attenditur trahit que secum propinquiorem.*

8 *An litteræ Apostolicæ, quibus datur*

datur facultas dispensandi in impedimentis matrimonij, re integra per mortem Papæ expirent.

CAP. XI.

An valida sit dispensatio matrimonialis obtenta à Sede Apostolica super impedimento cõsanguinitatis, vel affinitatis nõ expressa copula, seu incæstu.

1 DIspensationẽ in tali casu esse subreptitiam, & matrimonium postea contractum esse nullum dicit Nau. *in Man. cap. 22. num. 86. in fin. & censuit* Sac. Congregatio teste Ricc. *in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 535. Vulp. in Prax. Iudic. c. 16. num. 2.* & ideò in tali casu Commissarius dispensationem expedire non debet; quod procedit, siue incestus committatur ante obtentam à Summo Pontifice commissionem, siue post illam obtentam nondum per ordinarium expedita dispensatione: *Rota decis. 2. num. 10. de fil. Presbyt. in nouissimam refert. Vulp. d. cap. 16. num. 1. & censuit eadem* Sac. Congregatio teste Quarant. *in ver. matrimoniales dispensationes vers. quibus expletis*, cuius rei ratio est, quia stylus Curiæ sic postulat, vt incestus coniunctus cũ impedimento affinitatis, vel cõsanguinitatis exprimatur; quem 2 admodum copula incestuosa aperienda est, si habita fuerit sub spe facilius obtinendæ dispensationis, vel cum exactata matrimonij, vel cum scientia, vel ignorantia impedimenti, alias dispensatio esset inualida, sic enim seruat stylus eiusdem Curiæ. *Portel. in Respons. moral. to. 2. cas. 49. num. 11. quem refert Dian. par. 8. tr. 3. ref. 82. vers. & tandem.* & hoc locum habet, etiamsi alter contrahentium tantum talẽ animum habuerit *secundum Ric. in Prax. par. 4. ref. 535.* alij tamen sentiunt, quod si vnus coniugũ in copula incæstuosa concipiat illam spem facilius impetrandæ dispensationis, impetratio erit valida, expressa copula, licèt non exprimatur illa spes facilius impetrandi ab vno tantum concepta, *ità Dian. loco cit. vbi citat Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 25. num. 31.* & hæc videtur probabilior opinio.

3 Obserua tamen, quod si quis obtinuerit à Summo Pontifice commissionem super impedimẽto affinitatis, vel consanguinitatis expressa iam copula, & priusquam ab ordinario expediatur dispensatio, iterum copulam habeat cum eadem persona, valet nihilominus dispẽsatio: quia non nouum inde oritur impedimentum, sed prius nondum sublatum continuatur; Verum si post dispensationem iterum copulam haberet nondum contracto matrimonio per verba de præsenti, noua indigeret dispensatione: nam cum per dispensationem prius impedimentum sit sublatum, ex noua copula nouũ consurgit impedimentum, *ità*

Mẽgal.

Megal. in verb. Affinitas numer. 16.

4 Obserua secundò, quod si copula sit occulta, non esset necessariò exprimenda in dispensatione à Summo Pontifice obtinenda pro foro externo ad contradum matrimonium cum affine, vel consanguinea: sed satis est, vt illius dispensatio obtineatur à Sacra Pœnitentiaria, explicata simul consanguinitate, vel affinitate publica, in qua Summus Ponti. sex dispensationem vel concessit, vel est concessurus, *vt dicit Ricc: in Praxi for. Eccles. part. 4. d. resol. 535.*

5 Obserua tertiò, quod si copula cum affine, vel consanguinea non fuit completa, non est necessariò exprimenda; quia cum simus in materia penali, requiritur copula completa cum seminis effusione *Ricc. d. part. 4. resol. 535.* vbi etiam addit, quod neque esset necessaria huiusmodi mētio, si incestus formaliter committatur tantū ex parte vnius eo quod alter nesciret, alterum esse affinem, seu consanguineum: quia tunc incæstus non censetur completus.

6 Immò alij DD. putant, copulam incæstuosam tunc esse de necessitate exprimendam, quando incestus fuit publicus: secus quando est occultus; hoc enim casu non est subreptitia dispensatio, etiamsi dolosè occultetur incestus quamuis completus, *ità Dian. part 8. tractat. 3. resolut. 81. vbi citat Perez de matrimon. disp. 46. sect. 6. per tot. Præpos. in 3. part. quæst 8. de Dispensat. matrimon. dub. 6. num. 41. Hurtad. de matrim. disput. 26. diffic. 5. num. 23. & alios.*

7 Adde, quod si in dispensatione matrimonii narratum est Pōtifici, coniuges tertio consanguinitatis gradu coniunctos esse, cum tamen sint in secundo cum tertio, aliæ litteræ à Sede Apostolica sunt impetrandæ, quæ appellantur declaratoriæ, vbi datur facultas exequendi priores litteras Apostolicas perinde ac si in dictis litteris de vtroque gradu expressa mentio facta fuisset, *ex Constitutione Pij V. incip: Sanctissimus in Christo pater, quam refert Barbos. post 3. part: tractat. de offic. & pot. Episc. fol. 77.*

Notandum est autem, quod licèt Ordinarius dispensare nō debeat, nisi post obtentas huiusmodi litteras declaratorias, tamen si absque illis dispensaret, valida esset dispensatio, quia Pius V. in dicta Constitutione declarauit, quod in huiusmodi dispensationibus gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem, ac propterea sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, *vt obseruat etiam Megal. in verb. affinitas n: 17. Vulp. in Prax. c. 16. n. 10:*

8 Queres, an litteræ Apostolicæ, in quibus datur facultas dispensandi in impedimentis matrimonii, re integra per mortem Papæ expirent? Respondeo affirmatiuè, quia huiusmodi litteræ potius vicem gerunt mandati, quam gratiæ: mandatum autem morte

man-

mandantis expirat *l. mandatum C. mandat. & ità decisum refert Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 4. res.* 531: quod etiam ex eo colligitur, quia Summus Pontifex in dictis litteris non dispensat, sed cõmittit Episcopo, seu eius Vicario, vt dispẽset, si preces veritate niti reperirit *Nau. in manual. cap. 27. num. 253: Vulpius in Prax. iudic. cap. 16. nu. 3. & seq.* & in terminis decreti si in euidentem, vt non possit expediri à Commissario, decisũ refert Genuens. *in Prax. Archiep. c. 94. in fin.* quamuis alij DD. apud Dian. *part. 8. tractat. 1. resolut. 98.* contrariũ sentiant, quando exequutor est necessarius, puta si ei præcipitur, vt exequatur.

Solent tamen Summi Pontifices in Regulis Cancellariæ litteras tam gratiæ, quam iustitiæ à prædecessoribus suis infra annũ ante diem obitus eorum concessas, temporibus debitis eorum exequutoribus, seu iudicibus nõ præsentatas reconualidare, & in statum pristinum, in quo antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, plenariè restituere ità, vt exequutores, seu Iudices prædicti, vel ab eis subdelegandi ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedere possint, & debeant iuxta illarum formã, *vt notat Quarant. in ver. Regulæ Cancellariæ reg. 11. Vulp. in Prax: iudic. c: 48. n. 64.*

SVMMARIVM.

1 *Numerantur casus, in quibus coniux debitum petere non potest, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Episcopus super hoc impedimẽto petendi debitum dispensare potest.*

An hæc dispensatio fieri possit extra Sacramentum Confessionis, ac per litteras. ibidem:

CAP. Vlt.

Quibus casibus coniuges iure petendi debitum priuentur, & an Episcopus possit dispensare.

1 IMpedimenta etiam alias dirimentia, quæ post matrimonium superueniunt, non tollunt matrimonium, sed tantum impediunt, nè debitum exigatur *cap. nosse desideras vbi glos. in ver. nõ fraudentur 30. quæst. 1. Vgolin. de offic. & potest. Episcop. cap. 60. §: 2. num. 1. Alzed: part. 2. cap. 7: nu. 21. Sylu. in Summ. in verb. Matrimonium 8. num: 7. Nau: in man. cap. 16. num: 34. vers. interrogatus autem Sanch. lib. 8. de matr. disp. 12. n. 13. & seq.*

2 Plures autem à Doctoribus numerantur casus, in quibus coniux debitum petere nõ potest; quorum primus est, quando in-

cæstum commisit cum consanguineis alterius Coniugis; tunc enim propter affinitatem contractam priuatur iure petendi debitum, licèt teneatur reddere *cap.qui dormierit iuncta glos.ibidem 27.quæst.2. cap. transmissæ de eo qui cogn. consang. &c.* & si petat,aut exigat,mortaliter peccat, *vt d.Sylu.in verb.luxuria num:4. dicto p.* innocens tamen coniux non peccaret,si incæstuoso petenti debitum reddat:cum enim ius cõiugale plenissimè possideat,potest eo vti seu petendo, seu reddendo perinde ac si nulla affinitas subesset,nè ex aliena culpa innocens grauetur *cap.discretionem de eo qui cognou. consanguin.*

Obserua tamen, quod qui cognoscit consanguineam vxoris suæ in tertio, aut quarto gradu, non priuatur iure petendi debitum,quia hoc impedimentum oritur ex affinitate, quæ ex copula illicita non extenditur vltra secundum gradum *iuxta Concil. Trident.sess.24: de refor. matrim. cap.4:* & ideò vt huiusmodi impedimentum contrahatur, requiritur copula cum consanguinea alterius Cõiugis in primo,vel secundo gradu, *vt notant etiã DD. apud Bonacin.de matrim.quæst.3. punct.12.num. 6: & 10.Laym. in Theol.mor.lib.5.tractat.10. cap.5. num.3.*

Queres,an matrimonium contrahi possit inter eos, qui simul secundo, & tertio gradu huiusmodi affinitatis ex fornicatione inductę coniunguntur? Respond. affirmatiuè *ex decr eto Sacr. Congregat.apud Farinac.dec.282.p.4: Diuers.* quia attenditur gradus remotior *iuxta capit.fin. de Consang:& affin.* vbi dicitur, quod si vnus Coniugum distat à stipite quarto gradu,& alius quinto, licitè possunt copulari.

Obserua secundò,quod ad cõtrahendam huiusmodi affinitatem requiritur seminis emissio intra vas fœmineum, seu sanguinis commixtio *cap.lex Diuinæ 27. q. 2:Bonacin. de matrim quæst.3. d. punct.12.num.12.& seq.Lezan:in Summ.qq.reg.tom.3.ver. affinitas, & alij communiter;*& ideò ex copula sodomitica, aut ex copula non consummata aliquorum, si ante seminationem separentur, nulla oritur affinitas *Ricc: in Prax:for.Eccles.part.3 resõlut. 3. Barbos.de offic: & potest.t. Episc. par.3.allegat.51. num. 172. & seq.* vbi etiam dicit,quod neq.ex copula Eunuchorum vtroque testiculo carẽtium oritur affinitas, quia eorum semen non est aptũ ad generationem,*vt notat etiam Bonacin.loc.cit.*

Sufficeret verò ad hanc affinitatem contrahendam sola seminatio viri, non tamen sola seminatio mulieris, quia semen mulieris non concurrit necessariò ad generationem, *vt d. Ricc. in Prax.part.2. resol:3. vbi citat Sot. in 4.Senten.dist.11.quæst.1.artic. 3. Panorm in cap.fraternitatis de eo qui cogn.consang.vxor.suæ Fed. de Sen. cons.301.& alios.*

Contrariũ tamen tenet S.Thomas *in 4.dist.4.quæstio.1.artic.1* quæ-

quæstiunc.4.ad 2.Hurtad. de matrim.disput.20 difficul.1.nu.4. & alij quos refert, & sequitur Dian. in Addit.Secund.ad 1.2:& 3 part. Suar.resol.ref.11. qui putant, ad contrahendam huiusmodi affinitatem non sufficere seminationē viri, nisi etiam concurrat seminatio fœminæ, quia *in cap.Lex Diuinæ 27:quæst.2.* ad id requiritur seminis commixtio: ex quo infert idem Dian. *loc cit.* eum, qui habuit copulam cum consanguinea vxoris, si illa non seminauit, nullam contraxisse affinitatem, & ideò posse sine vlla dispensatione ab vxore petere debitum.

Hinc fit, vt ex matrimonio tātum rato & non consummato nō oriatur propriè affinitas, quia ad hāc requiritur copula, vt supra diximus, sed oritur publica honestas dirimens matrimonium vsq. ad quartum gradum *iuxta tex. in cap.sponsam de sponsal.& c: non debet de consang. & affin.* etiamsi matrimonium ratum inualidè cōtractum fuerit, modò non sit inualidum defectu consensus, *vt censuit Sac.Congregat.teste Bonacin.de matrim:quæst.3. punct: 11. numer.11.* quamuis enim Concilium Tridentinum *sess.24: de ref. matrim. cap.3.* impedimentū publicæ honestatis ad primum gradum restrinxerit, hoc tamen intelligendum est, ac procedit in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio rato, *vt declarauit Pius V. sua Cōstitution.quæ incip. Ad Romanum spectat.& ità etiam docent DD. apud Barbos:d.part.3:all.51. num. 174. & seq.& alij communiter.*

Obserua tertiò, quod iura loquuntur de eo, qui cognoscit cōsanguineas vxoris, & ideò si quis cognosceret proprias cōsanguineas, hoc impedimentum non contrahit, licèt grauius peccet: huiusmodi enim impedimētū non nascitur ex grauitate delicti, sed ex affinitate, quam vir contrahit cum vxore propter copulam habitam cum eius consanguinea: nullam verò affinitatem contrahit vir suas consanguineas cognoscens, etiamsi propriam sororem polluat *Sylu.in verb matrimoniū 7 in fin:vers.tertio Graff. parte 1. decis.lib.2.cap.80. num.13. Laym. lib.5.tractat.10.cap.5.num.3.* idēque dicendum est de mulieribus, quæ se cognoscī à propriis consanguineis permittunt, *vt dicunt Doctores citati.*

Vnde neque hoc impedimentum petendi debitum consurgeret ex copula, quam quis haberet cum affinibus Coniugis, quia de ea iura non loquuntur, *vt d. Bonacin.de matrim:quæst.3.punct.11 num.10.quicquid dicat Barb.in cap.1.n:3:de eo qui cogn.consangu: vxor: suæ.*

Adde, quod nec impedimentū huiusmodi contrahitur, si vir eā, cum qua copulam habuit, nescivit esse suæ vxoris consanguineā, *vt in d:cap.1.vbi DD.de eo qui cogn.consang.* idem dicendum, si vxor à consanguineo viri per violentiam cognoscatur *c: discretionem eod.tit.*

3 Secundus casus est, quando quis cum voto simplicis contine-

tię matrimonium contraxit; tũc enim impeditur à petitione debiti, quamuis reddere possit, *Nau. conf. 17. nu. 6. de Vot.*

Obserua tamen, quod qui post votum religionem ingrediendi, ac profitendi matrimonium contraxit, ac consummauit, neque petere, neque reddere prohibetur, cum nondum habeat votum castitatis, sed votum de vouenda castitate solemniter, à cuius voti expletione impeditus est, donec matrimonium soluatur *Nauar. loco cit. Laym. in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. cap. 3. num. 6.*

Adde, quod licèt huiusmodi votum simplex continentię regulariter nòn dirimat matrimonium iam contractum, sed tantum impediat contrahendã *cap. meminimus cap. consuluit 6. rursus Qui Cler. vel vou.* vnus tamen casus communiter excipitur, si vxor in sæculo continentiam vouens marito licentiam dedit sacros ordines suscipiendi, eo defuncto ne validè quidẽ ad secundas nuptias transire potest *cap. quia sunt, vbi glos. ver. fuisse & cap. seq. dist. 28. c. seriatim dist. 32.*

4 Tertius casus est, si quis prolem propriam baptizauit, vel è sacro fonte, vel in confirmatione suscepit, quia tunc etiam priuatur iure petendi debitum propter spiritualem cognationem, quam cum Coniuge contrahit. quamuis reddere teneatur, *glos. & DD. in cap. si vir. de Cognat. spir.*

Sed notandum est, quod ad contrahendam hanc cognationẽ requiritur contactus physicus, scientia, & animus *cap. 2. vbi Barbos. & alij eod. tit. de Cognat. spir. Dian. par. 3. tr. 4. res. 2. & res. 16.*

Ex quo inferunt DD. 1. eum non contrahere cognationem spiritualem, qui tantum assistit Baptizato, vel confirmato, ipsumque non tangit, vel ipsum tangit extremitate digiti: requiritur enim talis contactus, vt suscipiens seu tenens verè dicatur suscipere, seu tenere, *vt dicunt DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 30. num 47. & ità declarauit Sac. Congregatio, vt refert Bonacin. de matrim. q. 3. pun. 5. §. 2. num. 14.* Vnde aliqui sentiunt, nullam contrahi cognationem, quando quis tenet infantem nomine alterius; tunc enim procurator cognationem nòn contrahit, quia id non agit vt patrinus, cum non teneat infantem nomine proprio *secundùm veriorem sententiam, quam sequitur Sylu. in ver. matrimonium 8. q. 7. dicto 15. & alij communiter.* neque illam contrahit principalis, qui procuratorem constituit, quia ipse infantem non tangit *Sanch. de matrim. to. 2. lib. 7. disp. 59. num. 4. Reginald. in Prax. to. 2. lib. 31. cap. 20. num. 156 & alij apud Dian. par. 3. tr. 4. res. 2. versùm ego.* sed contrarium videlicet quod Principalis, seu mandans in tali casu cognationẽ contrahat, declarauit Sac. Congregatio, *vt refert Ricc. in Prax. for.*

for. eccles. par. 1. ref. 640. Barbos. d. par. 2. all. 30. num. 50. ex quo arguit Bonacin. *de matrim. q. 3. pun. 5. §. 2. num. 34.* quod sicut sufficit per alium suscipere, ita per alium tangere.

Inferunt 2. quod nec arcetur à debiti petitione qui ignorat, huiusmodi pœnam à iure impositam fuisse contra baptizantes proprium filium *d. cap. 2. vbi Doctores de cognat. spir. Nau. c. 23. num. 47. Bonacin. loco cit. q. 4 pun. 2. num. 6 Dian. par. 3. tr. 4. ref. 16.* vbi dicunt, quod ab hac pœna excusat quælibet ignorantia inuincibilis iuris, vel facti.

Inferunt 3. coniuges nullam contrahere cognationem, si prolem offerant non vt Patrini, seu absque intentione faciendi officium Patrini, sed solo animo adiuuandi *Sylu in addit. ad 3. p. q. 56 art. 3. ad 9. quem refert Dian. d. par. 3 tr. 4 ref. 2. in fin. Possevin. de offic. Curat. cap. 6. num. 34. & seq. Bonacin. vt supra q. 3. pun. 5. §. 2 num. 15.* Hinc Nauar. *d. cap. 16. num. 34. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 2. num. 3. & alij communiter* sentiunt, coniugem, qui filium baptizat in necessitate, quando scilicet non aderat alius, qui illū baptizaret, & alioquin erat periculum, vt filius decederet sine baptismo, non priuari iure petendi, vel reddēdi debitum, quia tunc non præsumitur, Coniugem id facere, vt exerceat officium Patrini, sed vt subueniat necessitati.

Addunt alij, Coniugem non confirmatum non contrahere huiusmodi cognationem, si suscipiat puerum in sacramento Confirmationis, *vt probatur ex cap. in baptismate de Consecr. dist. 4. vbi habetur, in baptismate vel Chrismate non potest alium suscipere in filium qui non est baptizatus, vel confirmatus*, vbi pōderanda est illa particula, *non*, quæ posita ante verbum, *potest*, tollit potentiam, & efficit actum nullum, *& ita tenet glos. ibidem. Coninch. de Sacram. q. 72. art. 10. num. 94. Nugn. in 3. par. q. 72. art. 10 quos refert, & sequitur Dian. par. 3. tr. 4. ref. 21. & 26. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 30. num 34. & hanc sententiam probabiliorem esse dicit Layman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 2. cap. 9. num. 2.* contra *Sylu. in ver. matrimonium 8. nu. 7. not. 12. Nau. cons. 1. de cognat. spir. & alios.*

Addit Bonacin. *de matrim. q. 3. pun 5. §. 2. nu. 28.* quod huiusmodi cognatio neque contrahitur à coniuge, vel alijs contra Parochi voluntatem suscipientibus pueruni, si illos ex iusta causa Parochus reiecerit.

Alij tamen asserunt, Parentes propriam prolem in sacramento baptismi, vel confirmationis etiā extra casum necessitatis, ac sciēter suscipientes non priuari iure petendi, vel reddendi debitum, cum hoc clarè non cōstet ex vllo iure, idque probant *ex textu in cap. 2. vbi ita tenet glos. in ver. debitum debet subtrahere de cognat. Spir. & hanc sententiam esse valdè probabilem dicit Bonacī.*

loco

loco cit: q. 4. pun. 2. num. 4. Laymã. lib. 5. tr. 10. cap. 8. num. 8. peccant tamen mortaliter in tali casu, quia seuerè id prohibetur *in cap. 1. & 2. 30. q. 1.*

5 Potest autem Episcopus super hoc impedimento petendi debitum iure ordinario per consuetudinem acquisito dispensare, *Silu. in ver. luxuria num. 4. dict. 5. Graff. par. 1. Decis. lib. 2. cap. 81. num. 2. & alij apud Layman. lib. 5. tr. 10. cap. 1. num. 14. & est communis opinio, vt d. Bonacin. de matrim. q. 3. pun. 15 num. 5. Nau. in man. cap. 16 num. 34. vers. interrogatus autem Dian. par. 1. tr. 11. res. 66.* quod procedit, etiamsi ad Nuntium, seu alios, qui facultatem habent dispensandi in huiusmodi impedimento sit facilis aditus, quia hæc potestas ex consuetudine præscripta conuenit absolutè Episcopis, *latè Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 32. num. 13. & seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 35. num. 8. & seq. & all. 37. num. 12. Alzed: de Præcell. Episc. Dignit. par. 2. cap. 7 num. 20. & alij communiter.*

Addunt alij, quod hæc dispensatio fieri potest extra sacramentum Confessionis, & vrgente necessitate etiam per litteras; *ità Dian. par. 3. tr. 2. res. 14. vbi citat Portel. in addit. ad Dub. Regul. ver. Confessor dispensans nu. 13. & 14.*

Obserua tamen, quod qui fecit simplex votum castitatis, mortua vxore non potest matrimonium licitè contrahere, etiamsi Episcopus cum eo dispensauerit, vt posset petere debitum: nam in tali casu Episcopus non relaxat simpliciter votum, sed solũ ex parte, & secundùm quid, nẽpè ad solum petendum debitum & ità mortua coniuge tota voti obligatio reuiuiscit *Bonacin. in tract. de legib. disp. 4. q. 2. pun. 7. §. 4. num. 15. Dian. par. 1. tr. 11. res. 66 Barbos. d. par. 2. all. 37. num. 10.*

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

FINIS LIBRI OCTAVI:

IN-

INDEX RERVM NOTABILIVM.

Quæ in Prima, & Secunda parte huius Tractatus continentur.

ABBAS.

AN Abbates Regulares benedicere possint cāpanas, calices, corporalia, & vestes ad vsum ecclesiarum sibi non subiectarum *lib: 1. cap: vlt: num: 15.*

Cætera vide *in ver: Interstitia, & in ver: ordo.*

Abbatissa.

Potest Episcopus interesse electioni quarumcunq. Abbatissarum etiam exemptarum *lib: 7: cap: 4. num: 1:*

Quando Prælati Regulares teneātur Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, *nu. 2.*

Abbatissa per vota secreta est eligenda, quæ ætatem præscriptam in Concilio Tridentino habeat *nu: 3.*

Non potest eligi ad vitam, sed per triennium, *num. 4.*

An post elapsum triennium possit iterum eligi, *ibidem.*

In huiusmodi electione ex tripartito numero monialiū duæ partes concurrere debent, *nu. 5.*

An per Concilium Tridentinum sublata fuerit forma *cap: quia de elect. nu. 6.*

Quid si moniales in electione discordes fuerint *num. 7.*

An monialis vidua, vel alias corrupta possit eligi in Abbatissam *num. 8.*

Et an monialis illegitima ad huiusmodi munus assumi possit *nu. 9.*

An Prælati monialium possint in prædicta illegitimitate dispensare *num. 10.*

Abiuratio.

Vide *in ver. Hæresis.*

Abortus.

Crimen Abortus est mixti fori, *lib. 6. c. 32. num. 1.*

Delinquens in tali casu qualiter puniatur, *num. 2.*

Clericus huius criminis reus an teneatur ante Iudicis sententiā

dimittere officia, seu beneficia. *ibidem.*
Quando dicatur fœtus animatus, *num.* 3.
Anima quando censeatur infusa, *num.* 4.

Absentia.

Vide *in ver. Residentia.*

Absolutio.

Episcopus potest dispensare in irregularitatibus, ac suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, & in alijs casibus occultis Sedi Apostolicæ reseruatis suos subditos absoluere ex Concil. Tridentino; *lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 1.
Occultum qualiter sit accipiendū, *num.* 2.
An possit Episcopus eum absoluere, qui in vno loco commisit delictum publicum, si in eo loco, vbi commoratur, sit occultum, *num.* 3.
Quando delictum censeatur deductum ad forum contentiosum, *num.* 4.
An possit Episcopus dispensare, si delinquens fuit absolutus ex defectu probationis, *num* 5.
Quid si delictū fuit semiplenè probatum, *num.* 6.
Et an possit dispensare, si delictum est transigibile, & reus se composuit cum parte, vel fisco, *n.* 7.
Quid si iudicium non fuit sententia finitum eo quod Accusator per annum tacuerit, *nu* 8.
Et quid si delictum iam punitum fuit, *nu.* 9.
In quibus differat absolutio à censuris, & dispensatio super irregularitatibus, & suspensionibus Papæ reseruatis, *num.* 10.
An possit Episcopus in irregularitatibus & suspensionibus occultis dispensare cum Religioso exempto. *ibidem.*
Quinam veniant nomine Episcoporum in hoc casu, *num.* 11. *& seq.*
An possit Episcopus prædictam facultatem absoluendi, & dispēsandi particulari Sacerdoti delegare, *num.* 14.
An Episcopus possit absoluere à Censuris alteri Episcopo, seu Prælato reseruatis, *nu.* 15.
Episcopus absoluere potest ab excommunicatione percussorem Clerici, quando percussio est leuis *lib.* 8. *cap.* 5. *nu.* 1.
Quæ dicatur leuis, & quę grauis percussio, *ibidem num.* 2.
Iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aliquando ex circumstantijs graues fiunt *num.* 3.
An Episcopus absoluere possit Iudicem laicum, vel eius apparitores percutientes clericum *nu* 4.
In dubio percussio, seu iniuria, censenda est grauis *nu* 6.
An Superiores regulares absoluere possint suos subditos ab huiusmodi excommunicatione *nu.* 7.
Moniales ab Episcopo absoluuntur, etiamsi percussio sit grauis, *num.* 8.
An Prælati Episcopis inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possint ab hac excommunicatione absoluere, *nu* 9.
Percussio, quę in se est grauis, aliquando fit leuis ad effectum vt Episcopus possit absoluere & in quibus casibus id procedat, *d. lib.*

lib.8.c.5.n.10.
An iniuria, quæ in se est leuis, fiat grauis ratione loci publici *n.11.*
An Episcopus possit absoluere ab excommunicatione huiusmodi contracta ob percussionem grauem, quando delictum est occultum. *num.12.*
An possit Iudex eiusmodi absolutionem acceptare pro foro externo *num. 13.*
An si excommunicatus ante declaratoriam compareat humiliter petens absolutionem, sit statim absoluendus. *num.16.*
Quid seruandum sit, si excommunicatus esset absoluendus à Papa, *num.17*
Episcopus ab excommunicationibus Papę reseruatis absolnit eos, qui ob iustum impedimentum Sedē Apostolicā adire nequeūt, *lib.8.cap.6.nu.1.*
Qui temporali detinentur impedimento, debent illo cessante Apostolicæ sedi præsentare, secus si perpetuum habeant impedimentum. *num.2.*
Qui censeātur habere impedimētum perpetuum, vel temporale, *ibidem.*
Pueri, qui in puerili ætate in excōmunicationem Papę reseruatam inciderunt, absolui possunt ab Episcopo absque onere se præsentandi Sedi Apostolicæ *num 3*
Viuens ex suo artificio, quo iter agendo vti non potest, absoluitur ab Episcopo *num.4.*
Delicati, aut multum potentes non sunt Romam mittendi, sed prius consulendus est Papa *num.6.*
An Episcopus possit absolutionem ab huiusmodi excommunicationibus alteri committere. *num.7.*
An habentes priuilegium absoluēdi à censuris Papæ reseruatis possint hanc facultatem alteri committere *d.lib.8.cap.6.nu.8.*
In certis casibus absoluere nequeunt habentes huiusmodi priuilegium, *num.9.*
An possit ab huiusmodi excommunicationibus Episcopus absoluere, si excommunicatus adire potest Legatum, *num.11.*
Quid si adire potest aliū habentē priuilegium in dictis casibus absoluendi *num.12.*
Alia vide *in ver. interdictum & in ver. suspensio.*

Accusatio.

Accusationes criminales regulariter spatio 10. annorum tollūtur *lib.6.cap.vlt.num.1.*
An hoc procedat in Inquisitione. *num.2.*
Carnis delicta quinquennio præscribuntur *num. 8.* declaratur, *num.9.& 10.*
Quinam de adulterio accusare possint. *num.11.*
An vxor ex causa adulterij agere possit contra maritum. *nu.12.*
Accusatio quoad effectum publicationis bonorum quinquennio præscribitur *num.14.*
Recensentur delicta, in quibus accusatio semper durat. *num.15.*

Actio.

Actio iniuriarum anno præscribitur *lib.6.cap.vlt.num.3.* limitatur *num seq.*

Actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt, durant vsque ad 30. annos, *ibidem, num.* 17.

Adiuncti.

An Episcopus in actu Visitationis procedere possit contra Capitulares absq. Adiunctis, *lib.* 5. *c.* 7. *n.* 34.

An contra Coadiutorem cum futura successione teneatur Episcopus procedere cum huiusmodi adiunctis, *num.* 35,

Quid si totum Capitulum deliquat, *num.* 36.

Administrator.

Vide *in verb: Alienatio, & in ver. Confraternitates.*

Adulterium.

Adulterium quando sit mixti fori, *lib.* 6. *c.* 33. *num.* 1:

Adulterium quomodò probetur: *num.* 2.

Adulteri qualiter puniantur de iure ciuili, *num.* 3.

Item qualiter plectantur de iure canonico; *num.* 4.

In quibus casibus mulier adultera dotem non amittat *ibidem.*

Ex confessione adulterii incidenter facta non potest sequi condemnatio *num.* 5. limitatur *nu.* 6.

Filius, qui nascitur ex vxore adultera, præsumitur filius mariti, *nu.* 7.

Clericus adulter qualiter puniatur, *num.* 9.

Laici, vel clerici rem habentes cum muliere meretrice nupta qua pœna plectendi sint, *num.* 10.

Aetas.

An suscipiens Ordinem ante legitimam ætatem possit absque dispensatione exercere actum Ordinis, postquam ad legitimam ætatem peruenerit *lib.* 2. *c.* 11. *nu.* 7

An Episcopus possit dispensare circa ætatem ordinandorum *lib.* 2. *c.* 11. *num.* 9.

Ad parochiale beneficium quæ ætas requiratur *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 39.

Obtinentes dignitates, vel beneficia, quæ curam animarum habent annexam, vigesimum quintum ætatis annum attingere debent *lib.* 3. *cap.* 5; *num.* 43.

Et quando hoc procedat, *ibid. n.* 44.

Quam ætatem habere debeat prouisus de Canonicatu in Ecclesia collegiata *numer.* 49.

Quæ ætas requiratur, si in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare diuina officia *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 69.

Cætera vide *in verb. Canonicus, in verb: Irregularitas, in verb: Iuspatronatus, in verb: Matrimonium, & in verb. Suspensio.*

Alienatio.

Alienatio rerum Ecclesiæ vtroque iure prohibetur *lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 1.

Reseruntur pœnæ contra Alienantes, *num.* 2.

Quid veniat nomine pretiosorum mobilium. *num.* 3.

An pretiosa mobilia possint absque assensu apostolico conuerti in fabricam Ecclesiæ, *num.* 4.

An extrau. Ambitiosæ procedat in rebus donatis cum ea conditione, vt Ecclesia possit illas alienare, *num.* 5.

Fratres S. Francisci de obseruantia possunt bona sibi relicta alienare sine solemnitate, *num.* 6.

An extrau. Ambitiosæ procedat in alienatione patrimonii, ad cuius titulum quis fuit ordinatus *nu.* 7.

An Clericus sine licentia Ordinarij possit

possit patrimonium huiusmodi alienare, si tempore alienationis habeat congruam substentationem: *num.* 8.
Si fiat instrumentum alienationis bonorum Ecclesiæ cum clausula constituti, incurruntur pœnæ d. extrau. *num.* 10.
Limitatur, si pretium non fuit solutum, neque fuit de eo habita fides, *num.* 11.
Extrau. Ambitiosæ locum habet in bonis locorum piorum, *num.* 12.
Quæ dicantur loca pia. *numer.* 13: *& seq.*
An officiales seu Administratores locorum piorum possint facere cõpromissum, *num.* 15.
An alienans particulas reliquiarum incurrat pœnas d extrau. *nu.* 16.
Res alienatę nullo restituto pretio ad Ecclesiam reuertuntur, *numer.* 17.
Datur emptori contra malè alienãtem, & eius hęredes actio ad pretium, & interesse, *num.* 18.
Declaratur, quando emptor est bonæ fidei, secus si malę fidei, *numer.* 19.
Emptor recursum habet contra Ecclesiam quatenus est effecta locupletior, *num.* 20.
Malæ fidei emptor debet fructus perceptos in pretium compensare, *num.* 21.
Rector ipse, qui malè alienauit, potest alienationem tamquam nullam reuocare, ac bona repetere, *num* 22.
Alienatio ecclesię damnosa potest reuocari etiamsi præcesserint solemnitates, *num.* 23.
Alienatio est nulla volente Ecclesia, secus si Ecclesia velit stare alienationi, *num.* 24.
Idem dicitur in minore, *num.* 25.
Impetrato assensu apostolico cæteræ solemnitates iuris non sunt necessariæ, *num* 26.
Ecclesia potest pœnitere ante impetratum assensum Papę, non autem post illum obtentum, *num.* 27.
Per d Extrau. non prohibetur alienatio ex causa necessaria, *nu* 28.
Bona Ecclesię non possunt alienari pro debito, quod solui potest ex fructibus, *num:* 29.
An contrahens cum Ecclesia teneatur esse sollicitus de versione, *nu.* 30. 31. & 32:
Versio an ex confessione Prelati probetur. *num* 33.
Alienatio facta pro extinguendo censu dicitur facta causa vtilitatis, non necessitatis, *num.* 34.
An d extrau. sit vsu recepta, *num.* 35.
In dubio præsumitur vsu recepta, *num.* 36.
An Confessarius, & Iudex sequi debeant in hoc consuetudinem loci, *num.* 37.
Doctoribus affirmantibus, legem esse receptam, aliis verò negantibus, an possit quis tuta conscientia negantium sententiam sequi, *num.* 38.
Per lapsum 30. annorum præsumitur beneplacitum apostolicum, *num.* 39.
Hęc conclusio declaratur, & limitatur. *num:* 40.
Vltra lapsum temporis requiritur obseruantia continuata per spatium 30 annorum, *num.* 41.
Non currit prescriptio à tempore Rectoris malè alienantis, neque post

post illius mortem, nisi data scientia Successoris, *num.* 42.
Aduersus præscriptionem datur Ecclesiæ restitutio, *num.* 43.
Vineolæ exiguæ auctoritate Episcopi alienari possunt, *lib.* 1. *c.* 8 *n.* 1.
Quo ad res exigui valoris sufficit auctoritas Episcopi in locatione vltra triennium, *num.* 2.
An sufficiat auctoritas Vicarii Episcopi, *num.* 3.
An prædium exiguum ecclesiæ vtile possit absque assensu Papæ alienari, *num.* 4.
Et an possit alienari inconsulto Papa modica pars magni prædii ecclesiæ, *num.* 5.
Quæ censeatur res exigui valoris. *num* 6.
An in permutatione inter ipsas Ecclesias requiratur beneplacitum apostolicum, *num.* 7 & 8.
An transactio de re ecclesiæ possit fieri sine solemnitate, *nu.* 9 & 10.
An Rector ecclesiæ possit absque solemnitate cedere actionem ad rē mobilem, *num.* 11.
Et an possit facere compromissum. *num.* 12.
Quid, si ecclesiæ cōpetit actio ad fundum, vel ad pecuniam alternatiuè, *num.* 13.
An alienantes, vel recipiētes res exigui valoris incidant in pœnas extrauag. Ambitiosæ, *numero* 14.

Alimenta

Alimenta ad quam summam taxari debeant *lib.* 5. *cap* 13. *num.* 3.
Ab huiusmodi taxatione non datur appellatio, *num.* 4.
Cætera vide *in verb. Infantes, & in verb. Maritus.*

Altare

Vide *in verb. Capella, & in verbo Consecratio.*

Anathema

In quo differat anathema ab excommunicatione, *lib.* 6. *c.* 3. *num.* 13.

Anima

Anima quando censeatur infusa, *lib.* 6. *cap.* 32. *n.* 4.

Appellatio.

Quando iurisdictio absolutè conceditur per illa verba, auctoritate apostolica, vel tamquam sedis Apostolicæ delegatus, tunc Episcopus delegatus censetur, & ab eo ad Papam appellatur, *lib.* 5. *c.* 12. *num* 1.
Quid si in concessione adiicitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamquam Apostolicæ sedis delegatus, *num.* 2.
Et quid si Papa mandat Episcopo id, quod potestate ordinaria potest facere. *num* 3.
Quando in concessione remouentur obstacula exemptionis, vel priuilegiorum, tunc ab Episcopo ad Metropolitanum appellatur, *n.* 4.
Similiter ad Metropolitanum appellatur, quando aliqua potestas à jure, seu Concilio specialiter Episcopo conceditur, simpliciter tamen nulla adiecta clausula. *n.* 5.
Appellationi friuolæ non est deferendum. *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 7.
Ad quē sit appellandum, si Iudex renuat admittere legitimam recusationem, *lib.* 5. *c.* 7. *nu.* 37.
A Vicario foraneo ad Episcopum appellatur *lib.* 5. *c.* 8. *num.* 2.
Regulariter à Vicario ad Archiepiscopum, seu Superiorem appellatur, *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 1.

Limi-

Limitatur *numero 2. & 3.*
A sententia Archidiaconi ad Episcopum appellatur, *num.4.*
An à decreto interlocutorio Vicarii appellari possit ad Episcopum, *num.5.*
An Reus in criminalibus possit appellare, *lib 6 cap.44. num. 10.*
An à sententia declaratoria excommunicationis detur appellatio quoad effectum suspensiuum, *lib. 8. cap.5. num. 15.*
Alia vide *in verb. Arbitri, ver. concurrit, verb. Delegatus, & in verb. præcedentia.*

Arbitrium.

Vide *in ver. Pœna.*

Arbitri

Vide *in verb. Episcopus, & in verb. Recusatio.*

Archiepiscopus

Quando Archiepiscopus iurisdictionem habeat in subditos suorum suffraganeorum, *lib.8. cap.3. num.10.*

Archipresbyter

An Archipresbiter possit alium substituere in Cura animarum, *lib 5. cap.8. num.12.*
Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis et Vicarius Episcopi in spiritualibus, *ibidem.*

Arma.

Vide *in verb. Clericus.*

Assessor

Officium Assessoris quale sit *lib. 6. c.10. num.8.*
An laicus possit esse Assessor Iudicis Ecclesiastici, *ibidem, nu. 7.*

Astrologia

Contra exercentes artem iudiciariæ Astrologiæ procedunt tam ordinarij, quam Inquisitores. *lib.6 cap.22. num.1.*
Quibus plectantur pœnis de iure ciuili, & canonico. *num.2.*
Qui de statu Reip. Christianæ, vel sedis Apostolicæ seu vita Romani Pontificis, aut eius consanguineorum iudicia faciunt, vt læsæ maiestatis rei puniuntur, *num.3.*
Qui censeantur rei iudiciariæ Astrologiæ, *num.4.*
Contra inclinationem cœlestium corporum homo potest per rationem operari, *num 5.*
An prohibita sit prædictio, vel iudicium circa inclinationes hominum, *num.6.*
An prohibeantur coniecturæ, quæ ab alijs causis, & circumstantijs desumuntur, *num.7.*
Item an prohibeantur iudicia, & naturales obseruationes circa rem medicam, nauigationem, & Agriculturam, *num.8.*

Auditor Cameræ.

Vide *in verb. Interdictum.*

BENEDICTIO.

Vide *in ver. Consecratio.*

Beneficium, & Beneficiatus.

An plura beneficia retineri possint absque dispensatione *lib 3. t. 2. num. 1. & 2.*
An possit Episcopus ex tria, vel plura beneficia conferre. *num.3.*
Duo beneficia curata, vel alias residentia requirentia non possunt simul retineri etiamsi essent insufficientia. *nu. 5.*
An ordinarius possit conferre secundum beneficium obtinenti primum, quod per se esset sufficiens: sed tamen ad subsistentiationem

tionē non sufficit propter onus pensionis *num.6.*
Et an possit beneficiū conferre habenti iā in pensionibus ecclesiasticis sufficientem substentationem ; *num.7.*
An possit tolerari pluralitas beneficiorum, si ità in fundatione cautum sit *num.8.*
Et an minor 14. annorum possit in tali casu beneficiū simplex adipisci ; *ibidem.*
Beneficia compatibilia quæ dicantur *lib.3 cap.3. num.1.*
Beneficia incompatibilia ad duo genera reducuntur. *d:lib.3.cap.3. num.2.*
Quę sint beneficia incompatibilia primi generis, *ibidem.*
An beneficium curatum habitu, vel potentiā tantum, possit obtineri cum alio actu curato, *ibid.*
Quæ sint beneficia secundi generis *num.3.*
An dispositio Concilij Tridentini sess 7.de ref: cap.4 procedat in beneficijs simplicibus personalem residentiam requirentibus, *num.4.& seq.*
Qualis residētia requiratur ad hoc vt beneficium dicatur incompatibile, *num.7.*
Si quis possit in canonicatu, & parochiali deseruire, an in tali casu hæc beneficia censeantur incompatibilia. *num.8:*
Quæ beneficia censeantur esse sub eodem tecto. *nu:9.*
Quę beneficia dicantur vniformia, & quæ difformia: *num.10.*
Beneficia vniformia sub eodem tecto sunt incompatibilia. *n.11*
Iura magis abhorrent, quod quis in eadem ecclesia habeat duo beneficia etiam simplicia conformia, quam quod in diuersis duo curata. *num.12.*
Dispensatus ad duo beneficia non censetur dispensatus, vt illa habeat in eadem ecclesia, *num.13.*
An possit testator disponere, quod præsentatus Capellaniam obtineat, quamuis habeat aliam vniformem in eadem ecclesia, *ibid.*
Et an possit Episcopus super hac incompatibilitate dispensare, *ibidem.*
Beneficia difformia non sunt incōpatibilia, & ideò possunt ex dispensatione Episcopi simul retineri in eadem ecclesia *nu.14.*
An Canonicus, vel Rector alicuius ecclesiæ possit cum canonicatu, vel Rectoria retinere beneficiū simplex intra eamdem ecclesiā. *num.15.*
An quis possit per substitutum deseruire Capellanię existenti in ecclesia Cathedrali, si illius reditus consistant in distributionibus quotidianis, *ibidem.*
An possit quis simul retinere Capellaniam vnius Capellę cum alia Capellania diuersæ Capellę. *num.16.*
An huiusmodi beneficia sint incōpatibilia, quando essent inter se repugnātia ratione seruitij, *n.17.*
Et an possit quis sub eodem tecto possidere tria beneficia difformia. *nu.18:*
Obtinens Canonicatum, cui post Concilium Tridentinum iniunctum est onus pœnitentiariæ, nō potest aliud beneficium simplex in eadē ecclesia obtinere *nu.19*

Et

Et an hoc procedat in Canonico lectorali, vel magistrali, *ibidem.*
Quid requiratur ad hoc vt per assequutionem secundi beneficij incompatibilis vacet primum *num.* 20 *& seq.*
An primum beneficium sufficiens ad victum ipso iure vacet per adeptionem secūdi similiter sufficientis. *num.* 23.
An priuatus per sententiam altero ex dictis beneficijs possit validè illud appellatione pendente resignare ad fauorem alterius: *num:* 24.
An valida sit collatio alterius beneficij sufficientis facta per Episcopum habenti iā aliud sufficiēs *num.* 25.
Quæ beneficia censeantur ad victum sufficientia *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 1. *& seq.*
Nomine victus, & substentationis accipitur id, quo Beneficiatus indiget ad se, familiamque suam substentandam *num.* 5.
In hoc non habetur ratio patrimonii. *num.* 6.
Non omne beneficium sufficiens ad ordinem sacrum sufficit etiā ad decentem beneficiarij substentationem. *num.* 7.
Beneficiatus potest arbores infructiferas absque solemnitate alienare *lib.* 1. *cap.* 7. *num* 3.
An Beneficiatus, qui syluam inutilem, aut antiquum oliuetum extirpat, vt ibidem vineam plantet, incidat in pœnas *extrau. Ambitiosæ de Reb: Eccles. non alien. ibidem num.* 4.
Si in resignatione beneficij nō fiat mentio, quod ad illius titulum pro motus fuerit, beneficium tunc non vacaret per resignationem, sed per mortem *lib.* 2. *c.* 2. *num.* 35.
Item in tali casu resignanti competit actio spolij, *ibidem.*
An nulla sit etiam resignatio ex causa permutationis non facta dicta expressione *d. l.* 2. *c.* 2: *n.* 36.
Quid si resignatio fiat cum pensione sufficienti ad congruam substentationem *num.* 37.
Admissus ad sacros ordines censetur absque alio examine habilis ad beneficia simplicia *lib.* 2. *c.* 4. *num.* 14.
Valet electio, & collatio beneficij facta criminoso occulto, secus si criminosus sit publicus *lib.* 2. *cap:* 6. *num:* 4.
Declaratur supradicta cōclusio n. 5.
Episcopus non potest cum illegitimo dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6.
Beneficia parochialia intra sex: menses conferri debent *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 16.
An ad possessionem beneficij per mortem vacantis certum à iure tempus sit præfixū *lib:* 3. *c.* 5: *n.* 30:
An in beneficijs curam animarum non habentibus licitum sit eligere dignum omisso digniore, *ibidem num.* 38:
Fundator non potest adycere aliquam conditionem naturæ beneficij repugnantem *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 68.
An ordinarius possit beneficijs onus imponere *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 77.
Valor beneficij ille tantum intelligitur, qui supereſt deductis one

ribus, & quę onera in tali casu deducenda sint *lib.3.c.9.num.7.*
Quando hęredes Beneficiarij teneantur supportare onera beneficiorum *lib.3.cap.9.num.30.*
Beneficium ingredientis Religionem nō potest conferri nisi post professionem *lib.3.cap.10.nu.17.*
Cętera vide *in ver.Canonicus, in ver. Capellania, in ver.Capitulum. in ver. causæ ecclesiasticæ, in ver. collatio, in ver:concursus, in ver.distributiones, in ver. donatio, in ver.fructus, in ver. hæres in ver. Illegitimus in ver:Institutio, in ver-Iuspatronatus. in ver. locatio, in ver.ordo, in ver. Pensio in ver.permutatio, in ver. præsumptio, in ver.Parochus, in ver. Residentia, in ver. resignatio, in ver.scientia: & in ver: testamentum.*

Beneplacitum Apostolicum.

Vide *in ver.alienatio, & in ver.pecunia.*

Bigamia, & Bigamus.

Quid, & quotuplex sit bigamia *lib 2.cap.9.num.1.*
Quid requiratur ad bigamiam cōtrahendam. *num.2.*
Qui primò accipit Virginem, sed non cognoscit, & ea mortua cōtrahit cum alia virgine, & eam cognoscit, non est Bigamus *n.3.*
Bigamiam non incurrit, qui fictè contrahit secundum matrimonium, vt extorqueat copulam. *num.4.*
Non oritur bigamia, nec irregularitas in foro conscientiæ ex copula absque seminis virilis emissione. *num.5*
Non est bigamus, qui ducit mulierem a se ipso cognitam ante matrimonium. *num.6.*
Non est irregularis qui susceptis minoribus ordinibus, aut emisso simplici castitatis voto contrahit, aut cōsummat matrimonium. *num.7.*
In bigamiam incurrit qui iudicio suo virginem duxit, sed tandem inuenit eam corruptam, & cognoscit, *num.8.*
An error, vel ignorantia a bigamia excuset, *ibidem.*
Quid si quis cognouerit vxorem, quæ adulterata fuerit per vim, aut metum. *num.9.*
Bigami sunt inhabiles ad ordines. *num.10.*
Item sunt inhabiles ad beneficia. *num.11.*
An bigamus possit habere pensionem. *num.13.*
In bigamia vera, vel interpretatiua Episcopus non potest dispensare, *num.15*
An Prælati regulares possint dispēsare in tali bigamia. *num.17.*
In bigamia huiusmodi solus Papa dispensat. *num.18.*
An Episcopus dispensare possit in bigamia interpretatiua orta ex delicto occulto *num.19.*
An possit Episcopus dispensare in bigamia similitudinaria *num.20*
Etan Prælatus regularis possit in ea cum suis subditis dispensare, *ibidem.*
Cętera vide *in ver. Vicarius*

Blasphemia.

Crimen blasphemiæ est mixti fori, & quomodo id intelligatur. *lib. 6.cap 24.num.1.*
Pœna blasphemantium quæ sit n.2.

Verba, pro prima vice, intelliguntur pro prima vice punitionis. *num.* 3.
In hoc delicto procedi potest ad simplicem, & secretam denunciationem *num.* 5.
Blasphemanti calore iracundiæ quando minuatur pœna: *nu.* 6.

Bona:

Quæ dicantur bona, quæ seruando seruari non possunt *vide lib.* 1. *cap.* 7 *num.* 1. & 2.
Quæ censeantur bona exigui valoris, vide *in ver. Alienatio, & in ver. Iudex.*
Cetera vide *in ver. peculium, & in ver. pecunia.*

CADAVER.

Vide *in ver. Sepultura.*

Caducitas.

Si Ecclesia est collegiata, non potest solus Rector remittere caducitatem *lib.* 1 *cap.* 11 *nu.* 8.
Post declaratam caducitatem non potest Beneficiarius illam remittere, *ibidem num.* 9.
An declaratio caducitatis, quæ nõ fuit facta in vita defuncti, possit fieri post eius mortem contra successorẽ *lib.* 5 *c.* 16 *n.* 11. & *seq.*
An incurratur caducitas ob non solutionem canonis pendente discussione, an contractus sit censualis *lib.* 5 *cap.* 16 *nu* 25.
Alia vide *in ver. Emphiteusis.*

Cancellaria.

Regulæ Cancellariæ expirant morte Conditoris. *lib.* 3 *c.* 5 *nu.* 17.

Canonicatus, & Canonicus.

Obtinentes Decanatum, Archidiaconatum, seu alias dignitates, vel beneficia, quę curam animarum habẽt annexam, tenentur infra annum suscipere sacerdotium, non tamen tenentur in conscientia elapso anno, & non suscepto sacerdotio relinquere beneficium *lib.* 3 *cap.* 5 *num.* 43.
Canonicus non recipiens ordinem suo Canonicatui annexum peccat mortaliter, priuatur voce in Capitulo, & dimidia parte distributionum, & potest etiam Canicatu priuari, *ibidem nu* 47
An Canonicus coadiutor debeat esse constitutus in ea ętate, quæ ad illum Canonicatum obtinendum requiritur *num* 50.
An obtinens Canonicatum, vel dignitatem, cui accessoriè est vnita parochialis per Vicarium deseruiri solita, possit in illius curæ exercitio se intromittere *lib.* 3 *cap.* 12 *num.* 27.
Beneficium accessoriè vnitum Canonicatui, vel dignitati, perdit nomen, & titulũ, & efficitur pars, & prædium Canonicatus, cui vnitur, *ibidem. nu.* 28.
An requiratur concursus, quando Parochialis est vnita dignitati accessoriè, & quę ętas in tali casu in Dignitate, vel Canonico requiratur *num.* 29.
A quo recipiat iurisdictionem Vicarius ad præsentationem Canonici, vel Dignitatis ab ordinario institutus *num.* 30.
Si vnio facta fuerit quoad temporalia, & spiritualia, tunc obtinens Canonicatum, cui parochialis vnita fuit accessoriè, retinet curam tam habitualem, quam actualem *lib.* 3 *cap.* 12. *numero* 35.

Quando vnio præsumatur facta quoad temporalia, & quando quoad temporalia, & spiritualia. *num.36.*
An vnio in dubio præsumatur facta accessoriè, vel principaliter, *num. 37.*
Canonicatus Toletani in qua summa exprimantur, *lib.3.c.16 nu.4.*
Cętera vide *in verb.ętas ver. beneficium verb.Capitulum verb: Ecclesia verb. Parochus verb. Præcedentia verb. Professio fidei, & in verb. Residentia.*

Canonis, & fori priuilegium.

Qui gaudent priuilegio Canonis, gaudent etiam priuilegio fori, sed non è contra, *lib.4.cap.1.n.1.*
Priuilegium canonis concessum est Clericis, & Monachis, *num. 2.*
Priuilegio canonis, & fori gaudent Clerici in sacris, & in minoribus ac prima tonsura constituti, etiã coniugati, qui cum vnicis,&virginibus contraxerunt, *num: 3.*
An clerici excommunicati, irregulares, vel degradati gaudeãt hoc priuilegio, *num:4.*
Hodiè Clerici in minoribus, vel cõiugati hoc priuilegio non gaudẽt nisi in illis concurrant requisita per Concilium Tridentinum.*n.5.*
An Clerici in sacris constituti, vel beneficium obtinentes gaudeãt priuilegio Canonis, & fori,si habitum, & tonsuram non deserãt, *num.6:*
Quid si obtineant præstimonium, vel pensionem, *num.7.*
Et quid si seruitium præstent alteri ecclesiæ, quam illi, cui fuerunt per Episcopum adscripti, *num.8.*
Seruitium huiusmodi quale debeat esse, *num.9.*
An gaudeant supradicto priuilegio si ad breue tempus habitum, & tonsuram deposuerint, *num. 10.*
An qui officium Iudicis criminalis exercuit, dimisso officio recuperet priuilegia clericalia, *num.15.*
Si quis occasione beneficii recepti, vel recipiendi non arctatus ad minores ordines ordinatus fuerit vigore litterarum dimissoriarum Capituli sede vacante infra annum, non gaudet priuilegio Clericali, *num.16.*
Equites, qui emittunt tria vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientię gaudent priuilegio Canonis, & fori, *num 18.*
Eodem priuilegio gaudent Nouitii huiusmodi ordinum militariũ, *num.19.*
Trahentes huiusmodi Nouitios ad forum laicale incidunt in excommunicationem bullæ cœnæ,*n.20:*
Tertiarii, & Tertiarię quãdo gaudeant supradicto priuilegio,*n.21*
Eodem fruuntur priuilegio qui assumpto habitu religioso adhibẽtur ad seruitia, & obsequia monialium,vel Presbyterorum gregatim viuentium sub certo superiore, *num.22.*
An eodem priuilegio gaudeant Oblati, *num:23.*
Quando Eremitę gaudeant prædicto priuilegio, *num.24.*
Clericus in minoribus constitutus incedens sine habitu,& tonsura quando amittat priuilegium fori; *lib.4.cap.2. num.1*
Item quando Clericus in minoribus,vel in sacris constitutus amittat priuilegium canonis, *num. 2.*

Cle-

Clericus Beneficiatus, vel in sacris constitutus incedens sine habitu, & tonsura quando amittat priuilegium fori, *num.* 3.
Famuli, familiares, & coloni partiarii Episcoporum gaudent priuilegio fori, *lib.*4.*cap.*3.*num.*1.
Quid si dictim seruiant, *num.*2.
Eodem priuilegio gaudent ministri Curiæ Episcopalis, vt Fiscales Notarii, Nuncii, satellites, custodes carcerum, & similes, *num.*3.
Item famuli Episcoporum titularium, *num.*4.
Item familia Vicarii Episcopi, *n.*5
Item famuli aliorum Prælatorum habentium territorium, & iura episcopalia, *num.*6.
Item familiares Inquisitorum, *n.*7
Sententia Locatelli reprobatur, *n.*8
Familiares Episcoporum fori priuilegio gaudent in omnibus delictis, *num.*9.
Quando famuli familiarium Episcopi gaudeant priuilegio fori, *n.*10
Famuli, seu serui ecclesiarum, vel Hospitalium eodem priuilegio gaudent, *num.*11.
Item pueri seruientes ecclesiæ in missis celebrandis, *num.*12.
Item Clerici, vel Diaconi, quos in Regno Neapolitano vocant saluaticos, *num.*13.
Quando huiusmodi Clerici, seu Diaconi ab eorum officio possint remoueri, *num.*14.
Serui perpetui Clericorum gaudẽt priuilegio fori, *lib.*4. *cap.*4. *n.*1.
Item vxor Presbyteri Græci, *num.*2.
Quando vxor Clerici latini gaudeat dicto priuilegio, *num.*3.
Filii legitimi Clericorum viuente patre fruuntur eodem priuilegio, *num.*4.
An famuli temporales, vel conductitii Clericorum gaudeant priuilegio fori, *num.*5.

Capella, Capellania, & Capellanus.

Capellæ, seu Ecclesiæ, quæ construuntur pro Diuinis officijs, ac missis celebrandis, sine dote erigi non debent *lib.*1.*cap.*12.*num.*58.
Quando censeatur testator facere Capellaniam non collatiuam, *lib.*2.*cap.*1. *num.* 4. *& seq.*
Testator simpliciter instituẽs Capellaniam non prohibendo collatiõnem videtur velle instituere ecclesiasticum beneficiũ, *ibid.nu.*7
An Capellania ad nutum Patroni concessa possit auferri sine causa, *d.lib.*2. *cap.*1. *num.*4.
Obtinens Capellaniam requirentẽ Ordinem Sacerdotalem tenetur infra annum promoueri, non tamen priuatus est ipso iure beneficio, si intra dictum tẽpus promotus non fuerit *lib.*3.*c.*5.*nu:*42.
Quando obtinenti huiusmodi Capellaniam concedatur annus ad suscipiendum Sacerdotium, *ibid. num.*42.
Reliqua vide *in verb.aetas, in verb. Beneficium, verb.consecratio, verbos, ver. illegitimus, & in verb. Ordo.*

Capitulum.

Capitulum super rebus, & negotijs ad ecclesiam spectantibus potest leges, & statuta condere. *lib.*4.*cap.vlt.num.*1.
Hoc tamen ius statuendi non competit beneficiatis, *num* 2.
Declaratur, supradicta conclusio. *num:*3.

Capi-

Capitulũ non potest statuere quod aliquid detur Canonicis pro admissione ad possessionem Canonicatus. *num.4.*

An validum sit statutum Capitulare, quod non admittantur ad Canonicatum descẽdentes ex Hębreis, aut hęreticis. *num.6.*

Valeret statutum, seu consuetudo, vt aliquid detur ab obtinentibus Canonicatum in sacristiæ vsus conuertendum, secus si esset conuertendum in reparationem prædiorum Capituli, *nu.7.*

An possit capitulum modum præscribere circa quotidianas distributiones, *num.8.*

Quando sufficiat consensus maioris partis, & quando requiratur consensus singulorum. *nu.9.*

Quando possit Capitulum imponere onus præbendis vacaturis. *num.10.*

Capitulum sede vacante succedit in ijs omnibus, quę ad ordinariam Episcopi iurisdictionem spectant, nisi expressè prohibita reperiantur. *num.11.*

Capitulum sede vacante potest synodum congregare, & condere statuta distringentia totam Diœcesim. *d.lib.4.cap.vlt.nu.12.*

Capitulum sede vacante debet de necessitate vocari ad Cõcilium prouinciale *num.13:*

An Capitulum sede vacante possit concedere indulgentias *nu.14.*

Capitulum potest facere gratias. *num.15.*

Quando possit Capitulum Diœcesim visitare. *num.16.*

An Capitulum ecclesię non Cathedralis succedere possit in potestatem Prælati defuncti *num.17.*

An vacante titulo Cardinalatus Capitulum illius ecclesiæ succedat in potestatem Cardinalis defuncti: *d lib.4.cap.vlt.nu.18.*

An Capitulum ecclesiæ Cathedralis succedat in iurisdictionem Episcopo delegatam. *nu. 19.*

An possit Capitulum visitare Monasteria Sanctimonialium exempta. *nu.20.*

An capitulum sede vacante possit dispensare in irregularitatibus, & suspensionibus *num.21.*

An capitulum possit dispensare in casibus pontificijs in casu necessitatis. *n.22.*

An possit procedere in casu hęresis contra exemptos. *num.23.*

Item an possit cognoscere causas matrimoniales. *num.24.*

An Vicarius capituli possit concedere monitoria ad finem reuelationis. *d.lib.4. cap. vlt.nu.25.*

In ijs, quæ sunt ordinis episcopalis, Capitulum non succedit, potest tamen ea committere alteri Episcopo. *num.29.*

Capitulum infra annum non potest dimissorias ad ordines concedere, nisi ijs, qui occasione beneficij recepti, vel recipiendi arctati fuerint iuxta Tridẽtinum *num.30.*

An pœnæ in Tridentino expressæ incurrantur, si conceduntur dimissoriæ ad primam tonsuram *num.31.*

An capitulum, vel Vicarius excusetur à supradictis pœnis, si is, qui obtinuit dimissorias, illis nõ vtatur. *num. 32.*

An dispositio Tridentini locum habeat

beat in Vicario Papę *num.* 33.
Et an procedat in Vicarijs Episcoporum deputatis à Papa. *nu.* 34.
Qui dicantur arctati. *nu.* 35.
Electus in concursu ad beneficiũ curatum, cuius collatio facienda est à Papa, an interim dicatur arctatus. *nu* 36.
Et an dicatur arctatus is, cui aliquis vult resignare beneficium requirens actu ordinem, quo caret *d. lib.* 4. *c. vlt. num.* 37.
Quando Capitulum liberè possit concedere dimissorias, *nu.* 38.
An Capitulum possit intra annum concedere litteras testimoniales de vita, & moribus, & quid seruetur de stylo Curię. *nu.* 39.
Ordinatus ad minores ordines, seu primam tonsuram intra annum vacationis cum dimissorijs Capituli an possit obtinere beneficium *num.* 40
Quid si aliquis obtinuit facultatem à Sede Apostolica suscipiendi ordines cum licentia sui Ordinarij. *num.* 41.
An possit Capitulum intra annum concedere licentiam alicui Episcopo, vt in ea Diœcesi ad ordines promoueat alienos subditos, vel habentes dimissorias Episcopi defuncti *num.* 42.
An facultas remittendi interstitia transeat in Capitulum sede vacante. *num.* 43.
Quando subditi alicuius Episcopi, vel Capituli possint recipere ordines ab alijs vicinis Episcopis absque licentia proprij Episcopi, vel Capituli. *num.* 44.
Capitulum concedens dimissorias ad ordines sacros non habenti vnde viuat, tenetur illi prouidere, sicut tenetur Episcopus. *nu.* 45.
Capitulum sede vacante beneficia conferre non potest *num.* 46. limitatur *n.* 47. & 48.
An Capitulum possit beneficia ad tempus commendare. *nu.* 49
An Capitulum possit dispensare cum illegitimis ad simplex beneficium, & ad ordines minores *d. lib* 4. *cap. vlt. num.* 50.
An possit Capitulum beneficia vnire *num.* 51.
In quibus casibus ecclesia episcopalis vacare censeatur *num.* 52.
Capitulum intra octos dies à die scientiæ vacationis constituere debet Vicarium habentem qualitates à Concilio prescriptas, alias electio deuoluitur ad Metropolitanum *num.* 53.
An facta deuolutione sit locus purgationi moræ. *num.* 54.
Quid si Vicarius à Metropolitano electus decedat, vel renunciet. *nu.* 55.
Durante termino octo dierum ad eligendum Vicarium præfixo nõ Archidiaconus, sed totum Capitulum administrat *nu.* 56.
Quid si adesset priuilegium, vel consuetudo, quod Archidiaconus, vel alius substineat vicem Capituli intra dictos octos dies *num.* 57.
An in electione Vicarij seruanda sit forma cap. quia propter de elect. vel Concilij Tridentini *sess.* 25. *de Regul. cap.* 6. *nu.* 58.
Quando electio, & alij actus capitulares possint expediri etiamsi duæ partes Canonicorum non sint

sint præsentes .*num*.59.
Soli Canonici habent vocem in electione Vicarij, non autem alij,etiamsi de consuetudine haberent vocem in Capitulo cum Canonicis, *num*.60
Nullitas electionis Vicarij proponi debet coram superiore Capituli *d.lib*.4.*cap.vlt.nu*.61.
Idoneus de gremio Capituli cæteris in huiusmodi officio est præferendus *num*.62.
Si Capitulum eligit non Doctorē, quando haberi potest Doctor canonum,electio est nulla. *n*.63.
Electio de Theologo omisso Canonista similiter inualida est, *num*.64.
Quid si in Capitulo Doctores non sint . *num*.65.
Quis præferri debeat, si plures à Canonicis ad hoc officium fuerint electi, *num*.66.
Capitulum eligere potest in Vicarium Capitularem Canonicum eiusdem ecclesiæ,qui in eadem ciuitate, & ecclesia curam quoque gerit animarum .*num*.67.
Capitulum absque causa approbāda à S. Congregatione non potest amouere Vicarium Capitularem, nisi fortè electus fuerit ad tempus. *num*.68.
Vicarius Capitularis in actibus publicis cedere debet dignioriē locum primæ dignitati. *nu*.69.
An Vicarius Capitularis simpliciter electus possit ea expedire, quæ requirunt speciale mandatum . *d.lib* 4.*cap.vlt.num*.70.
An Vicarius possit visitare Diœcesim,vel cōcedere dimissorias,*n*.71.
Professio fidei sede vacante facienda est coram Vicario Capitularī *num*.72:
Capitulum potest in actu electionis Vicarij certos casus reseruare. *num*.73.
Quando eligi possint plures Vicarij .*num*.74.
Vicarius Capitularis potest procedere contra singulos de Capitulo, nequit tamen totum capitulum suspendere, vel interdicere *num*.75.
Quando expiret Iurisdictio Vicarij *num*.76.
Ad quem spectent emolumenta ex iurisdictione prouenientia vacante sede *nu*.77.
Vicarius Capituli habere debet salarium ex bonis ecclesię vacantis *num*.78.
An capitulum, seu Vicarius Capitularis possit, omnes licentias audiendi confessiones Regularibus concessas suspendere *n*.79.
Vicarius Capituli finito officio tenetur reddere rationem suæ administrationis nouo Episcopo *num*.80.
Vicarius Capitularis an possit admittere renunciationem faciendam per nouitium intra duos menses ante professionem iuxta Tridentinum *nu*.81.
An potestas commutandi vltimas voluntates transeat in Capitulū sede vacante *lib*.1.*cap*..10.*nu*. 80
Cætera vide *in ver.Adiuncti, in ver.professio fidei,& in ver.Vnio*

Carceratio

Personę,quæ secundm ius ciuile nō tenentur nisi in quantum facere possunt, carcerari nequeunt. *lib*.5.*cap*.13.*n*.2.

Qui

Quinam fruantur dicto beneficio, *ibidem n.2.*
Pendente lite, an debitor sit admittendus ad dictum beneficiū, an carcerari possit, *n.5.*
An Parens, Patronus, Socer, vel maritus possint huiusmodi beneficio renuntiare, *ibid.n.12.*
An donans huiusmodi priuilegio renunciare possit, *n.13:*
Item an frater renunciare possit dicto beneficio, *n.14*
Socius, ac miles prædicto beneficio etiam tacitè renunciare potest, *n.16:*
Iniustè carcerati licitè possunt, aufugere, *lib.6.c.41: n.1.*
Qualiter puniantur aufugientes è carceribus, quando iustè detinētur *ibidem.n.2.*
Eximens aliquem de manibus familiæ, qua pœna plectendus sit, *num.3.*
Vidē in *ver. Filius.*

Cardinales

Cardinales S.R.E. quando possint reum ab vltimo supplicio liberare. *lib.6.cap.41.n.4,*
Vide in *ver. Confessarius & in ver. Immunitas ecclesiastica.*

Casus reseruati

Episcopus potest aliquos casus sibi reseruare, *lib.5.c.1. n.1.*
Huiusmodi reseruatio expirat defuncto Episcopo *n.2.* limitatur *n: 3. & 4.*
Quot sint casus de Iure, vel cōsuetudine Episcopo reseruati, *num. 5: & 6.*
Concessa alicui licentia absoluendi à casibus reseruatis non extenditur ad casus de iure Episcopo reseruatos, *n.7.*
Episcopus concedens omnes casus sibi reseruatos non videtur concedere facultatem absoluēdi à censuris sibi reseruatis, *num:8.*
An possit Episcopus absoluere tātum à reseruatis, & pro non reseruatis remittere pœnitentem ad inferiorem Confessarium *n.9.*
An Canonicus Pœnitentiarius electus iuxta formam Concil. Tridentini possit ex vi solius officij absoluere à casibus reseruatis, *num.10.*
Quam pœnam incurrat absoluens à casibus reseruatis sine Episcopi licentia, *n.13.*
Quid si absoluat à casibus reseruatis in bulla cœnæ, *lib.8.c.4.nu.7*

Causę Ecclesiasticæ.

Causæ spirituales, seu concernentes animam, fidem, vel Religionem ad Ecclesiasticum iudicem spectant, *lib.5.c.1.n:1.*
Causas matrimoniales nullo modo potest Iudex laicus cognoscere, etiamsi tantum de possessorio agatur, *n.2.*
Quæstio natalium. seu legitimationis filiorum incidens in causa ciuili hæreditatis, quę vertitur coram sęculari iudice, ad Episcopum est remittenda, *n.3.*
An iudex ecclesiasticus cognoscere possit inter laicos de causa dotis, *num.4.*
Quando agitur de processionibus, alijsque actibus pietatis, Iudex tantum ecclesiasticus est competens. *n.5.*
Item causę, in quibus agitur de iure decimarum. de iure præsentandi, aut de titulo beneficij, ad

Iudicem ecclesiasticum spectant *num.6.*
An Iudex laicus agere possit contra laicum turbantem Clericos in possessione beneficij, aut iuris decimarum, *n.7.*
An Iudex laicus compellere possit ad fidem sponsalium seruandam *num.8.*
Clericus pro re sua, vel ecclesię potest laicum coram ecclesiastico iudice conuenire, *lib.5.c.3.n 1.*
Quid si laicus neget rem esse Ecclesiæ, *num.2.*
Clericus etiam pro fructibus ex re sua, vel ecclesiæ prouenientibus potest laicum trahere ad forum ecclesiasticum, *num 3:*
Clericus potest suos colonos conuenire coram ordinario, *n.4.*
Item emphiteutam ecclesiæ, *numer.5.*
Laici, vel Clerici ratione feudi coram Domino feudi conueniuntur; sed contra clericum non potest fieri exequutio personalis, nec potest Dominus feudi cognoscere de aliquo delicto Clerici, *n.6. & 7,*
Si Clericus agat contra laicum ad rescissionem contractus, vel cõtra inuadentes, aut vsurpantes bona ecclesiæ, vel ipsius clerici, ecclesiasticus iudex est competens, *num.8.*
Qui administrauit bona ecclesiæ in eadem curia ecclesiastica cõuenitur, *num.9,*
An Clericus venditor in iudicio nominatus ab emptore laico teneatur sequi forum emptoris. *num 10. & 11.*
Quid si laicus conuentus nullum in re ius habet, puta si sit colonus, Inquilinus, aut operarius, *num.12.*

Causæ prophanæ.

In causis prophanis laici regulariter conueniendi sunt in foro seculari, *lib.5.c:5:n.1.*
Limitatur, *n.2.3.4.5. & 6.*
Clericus, siue Episcopus habens iurisdictionem temporalem potest causas sanguinis delegare, *lib:6. c.43.num:1.*
In delictis ad forum ecclesiasticum spectantibus Episcopus non potest delegare huiusmodi causas, *ibid. n.2.*
Alia vide *in ver.Iudex.*

Censura.

Censura lata per constitutionem Synodalem semper durat, secus si extra synodum, *lib.1.cap.1.numer. 76*
Quando subditus existens in alieno territorio possit censuris ligari à suo Episcopo, *lib.2. c. 10. num.18.*
Quando possit Ordinarius absoluere à censuris latis à iure, *lib.6. c.4: num.7.*
Reliqua *vide in verb.Iudex.*

Charitatiuum subsidium.

Vide in *verb.Episcopus.*

Citatio

An Nuncius Curię sœcularis citare possit laicum existentem in ecclesia, *lib 6.c.2.n.4.*

Ciuis

Vide in *ver.Concursus.*

Clausulæ, ac dictiones.

Particula. *donec*, est restrictiua temporis, & suspendit facultatem ad

ad tempus *lib.1.c.4.n.9.*
Si fiat instrumentum alienationis bonorum ecclesiæ cum clausula, constituti, incurruntur pœnæ *extrau. Ambitioſæ de Reb. Eccleſ. alien.lib.1.c.4.n.10.*
Dictio, *ſtatim*, qualiter sit intelligenda, *lib.7.c.18.n.4.*

Coadiutor

Parochialium ecclesiarum Rectoribus imperitis Episcopus dare potest Coadiutorem, *lib. 2. c.4. num:11.*
Quando Parochus dicatur imperitus, *ibidem, num.12.*
Si reditus Ecclesiæ non sufficiunt Coadiutori, & Coadiuto, Parocho primũ prouidendũ est, deinde in subsidium tenentur Parochiani ad alimenta Coadiutoris, *numero 12.*
Vide in *verb, Adiunõti, in ver.* Canonicus, *& in ver. Ordo.*

Clauſura

Episcopus in ijs, quæ ad clausuram spectant, Iurisdictionem habet in moniales etiam exemptas, *lib.7.cap.5.num:1.*
Episcopus punit Regulares, & alios exemptos, qui circa clausuram delinquunt, *num.2.*
Episcopus quoad obseruantiam clausuræ visitare potest moniales etiam exemptas, *num. 3.*
Itẽ potest suo edicto imponere pœnam excommunicationis latæ sententiæ contra aperientes ostium clausuræ extra casus indigentiæ, vel colloquentes cum monialibus, *num. 4.*
An hęc excommunicatio liget Regulares, *num. 5.*
In edicto Episcoporum prohibentium accessum ad monasteria monialium non comprehenduntur fœminæ, *num.6.*
Patres, & filij monialium possunt eas alloqui sine licentia, *n.7.*
Licentia colloquendi cum monialle concessa religioso extenditur etiam ad eius socium, *n.8.*
Excommunicatio lata contra alloquentem moniales, non comprehendit alloquentem Nouitias, *num.9:*
Nouitię in odiosis non veniunt appellatione monialium, secus in fauorabilibus, *ibidem.*
Ad quem spectet dare licentiam ingrediendi monasteria monialiũ, vel cũ eis colloquendi, *n.10.*
Quando Regulares colloqui possint cum monialibus, *n: 11.*

Clericus

Non potest laicus acquirere iurisdictionem in clericos, *lib.1.cap. 1.num.31:*
Clerici expendentes pecuniam vltra taxam. aut vendentes triticum maiori pretio, quam sit à Principe constitutum, peccant, & tenentur ad restitutionem, *d.lib.1.cap.1.num.86.*
Iudex ecclesiasticus non tenetur punire clericos pœnis à lege ciuili impositis, *ibidem, n.87.*
Ecclesia, seu Clericus hæres institutus non conficiens inuentariũ non tenetur vltra vires hæreditarias, *ibidem, num.89:*
Citatio, & acta coram Iudice sæculari facta contra interesse prætendentes in confectione Inuẽtarij non afficiunt clericos creditores, *num.90.*
Clerici passiuè non ligantur iure

congrui, neque statuto de causis compromittendis inter affines, nec alio statuto laicorum, *nu.* 91

Clerici non comprehendontur sub statuto laicali prohibente extractionem frumenti, *n.* 92.

An leges, quæ certam formam in contractibus præscribunt, comprehendant clericos, *n.* 93.

An Clericus gaudeat immunitate ecclesiastica vide in *ver. Immunitas ecclesiastica.*

Clericus in sacris cõstitutus cõtrahens matrimonium amittit ipso facto beneficia, *lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 12.

An Clericus coniugatus possit puniri à Iudice laico, si in bigamiã inciderit, *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 14.

Clericus in minoribus compelli potest ad seruiendum in Diuinis sub pœna priuationis habitus clericalis, *lib.* 4. *c.* 1. *num.* 11.

Clerici coniugati quando gaudeãt priuilegio fori in causis criminalibus, & ciuilibus, *ibid. n.* 12.

An clerici coniugati teneantur ad datia, & gabellas, *n.* 13.

Clerici coniugati vxore defuncta, recuperant omnia priuilegia clericis non coniugatis concessa, *num.* 14.

Si clericus, vel Nouitius committat delictum, & post illud commissum ducat vxorem puniendus est à Iudice ecclesiastico, *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 25.

Clerici, qui reperiuntur in possessione alicuius beneficij, vel cõmuni opinione pro clericis habentur, statim remittendi sunt ad ecclesiasticum Iudicem, *num.* 26.

Quando processus per Iudicem laicum compilatus probet contra clericum in foro Ecclesiastico, *num.* 27.

An possit à potestate laica puniri qui patrato delicto statum Clericalem assumit, *num.* 28.

An Clericus teneatur ad decimas prædiales, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 4.

Clerici tenentur pro damno dato ab eorum animalibus, *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 34.

Quando pascua sunt communia, non potest vniuersitas prohibere, nè clericorum animalia ibi pascantur, *ibid. n.* 35.

Quid si pascua communia non sint, *ibidem, n.* 33.

Clericus negotiator regulariter, non excusatur à solutione Gabellæ, *lib.* 4. *c.* 6. *n.* 1.

Limitatur. *num.* 2. *& seq.*

Si inter plures cohæredes esset aliquis clericus, omnes pro eadẽ causa communi conueniendi sunt coram Iudice ecclesiastico, alias processus est nullus, *lib.* 5. *c.* 4. *num.* 10.

Quid si causa esset diuidua, *n.* 11.

De iure communi clericis vsus armorum est interdictus, nisi iusta causa eos excuset. *lib.* 6. *c.* 5. *n.* 1.

Quæ pœna plectantur clerici arma deferentes, *ibid. n.* 2.

An Episcopus possit concedere clericis facultatem deferendi arma, *num.* 6.

Quando in causis ciuilibus, & criminalibus possit clericus testimonium ferre, *lib.* 6. *c.* 9. *nu.* 1.

An possit Clericus per suum Superiorem compelli ad ferendum testimonium, in causa sanguinis, *ibidem, num.* 2.

Quando

Quando testis tenetur iure naturæ se se offerre ad testādum, potest clericus testimonium ferre præmissa protestatione, quod ad pœnam sanguinis non intendit, *l.6. c.9. num.4.*

De iure canonico clerici etiam in minoribus ordinibus constituti non tenentur nisi in quātum facere possunt, *lib.5.cap.13. numer.6.*

An Clerici in minoribus, vt gaudeant prædicto priuilegio, habere debeāt requisita Concil. Tridentini *sess.23.de refor:cap.6.ibidem, n.7.*

An gaudeant prędicto beneficio, si se in forma camerę obligauerint, vel iurauerint, *n.8.*

An eodem beneficio iuuentur clerici excommunicati, *n.9:*

In quibus casibus clerici prædicto beneficio priuentur, *num.10.*

Clericus renunciare non potest huiusmodi priuilegio, *n.11.*

Cætera vide in *verb. Canonis, & fori priuilegium, verb. Causæ Ecclesiasticæ, verb. causæ prophanæ, verb. degradatio, ver. Iudex, ver Iuspatronatus, verb. hæres, verb. lex ver. manera ciuilia, ver. negotiatio, ver: peculium, ver. pœna. & in ver. testamentum.*

Cœmeterium.

Vide in *ver. Immunitas ecclesiastica, & in ver. Consecratio, & in ver. pollutio.*

Collatio.

Beneficia parochialia intra sex menses conferri debent *ib: 3. c. 5. num.16.*

Quando Episcopus possit conferre beneficia vacantia in Romana Curia, vel in mensibus sedi Apostolicæ reseruatis, *ibidem n.17. & seq.*

Cætera item beneficia infra sex menses cōferenda sunt, & à quo tempore currant prædicti sex menses, *ibidem.nu.20:*

Elapso dicto tempore non potest ordinarius amplius conferre, sed collatio deuoluitur ad Superiorem, *nu:21.*

Si Prælati Episcopo inferiores intra dictum tempus non conferant, potestas deuoluitur ad ipsum Episcopum, etiamsi collatores sint Regulares, *nu.22.*

Fallit, si ad inferiores, & Episcopū communiter spectaret collatio *ibid.*

Deuolmitur etiam potestas conferendi ad superiorē, si ij, adquos collatio spectat, prouideāt indignis, vel incapacibus, *num:23. 5*

Superior, ad quem sit deuolutio, habet etiam sex menses ad conferendum à die deuolutionis, *d.lib.3. c.5.nu.25.*

An valeat collatio facta ab Ordinario post deuolutionem, *ibid.*

Si Episcopus tempore debito beneficium conferat, & prouisio ex aliqua causa non fuerit effectum fortita, non deuoluitur in tali casu potestas conferendi, *num.27.*

Episcopus non potest facere collationem conditionalem, vel modalem - *lib.3.cap:11:num.3.*

Episcopus non potest quicquam accipere pro collatione Canonicatus, vel alterius Beneficii *lib.4.cap.vlt.num:5.*

Reliqua vide *in ver. Iuspatronatus*

&

& *in ver. Patronus.*

Collecta.

Vide *in ver. munera ciuilia.*

Collegium.

Collegium, in quo sunt plures laici, quam Clerici, coram quo Iudice coueniri debeat *lib. 5. cap. 4 num. 12.*

Colonus.

Vide in *ver. Canonis, & fori priuilegium, & in ver. Munera ciuilia, & in ver. excommunicatio.*

Compromissum.

Vide in *ver. Alienatio: Commutatio vltimæ voluntatis.*

Vide in *ver. Testamentum.*

Concilium.

Decreta generalis Concilij videntur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora contraria *lib. 8 cap. 4. n. 9.*

Concubinatus.

Concubinatus crimen est merè ecclesiasticum *lib. 6. cap. 29. nu. 1.*

Clericorum concubinæ à Iudice ecclesiastico puniuntur *num. 2.*

Quæ pœna plectendi sint concubinarij *num. 3.*

An possit ordinarius concubinarios pœnis pecuniarijs punire, *num. 4.*

Clerici pro simplici incontinentia qualiter plectantur. *nu: 5.*

An requiratur trina monitio, si concubinatus sit publicus, *nu. 6.*

Concubinatus qualiter probetur, *num. 7.*

An concubinarius sit eo ipso suspẽsus, *num. 8.*

An valeat donatio à clerico facta concubinę, *num. 9.*

Concursus Beneficiorum.

An & adhibeantur examinatores non synodales, concursus sit validus. *lib. 3. cap. 5. num. 1.*

Quando expiret facultas examinatorum. *ibidem, num: 2.*

Examinatores synodales iurare debent, se fideliter munus exequuturos, & quomodo probetur tale iuramentum. *num 3.*

Item tenentur facere relationem Episcopo quoad scientiam, mores, ætatem, & reliqua *num. 4.*

Non possunt quidquam occasione examinis accipere, & quam pœnam incurrant accipientes in hoc casu: *num. 5.*

An possint eligi plures examinatores vltra sex, *num. 6.*

An requiratur nouum examen in eo, qui alias examinatus, & approbatus fuit ad aliud beneficium parochiale. *num. 7.*

Quem terminum præfigere debet Episcopus in edicto pro habendo concursu *num. 8.*

An possit Episcopus aliquem admittere ad concursum post elapsum terminum *num. 9.*

Elapso termino edicti potest Episcopus inchoare examen, non tamen claudere, vbi plures fuerunt descripti. *num. 10.*

Si nulla apposita est dies certa in edicto pro inchoando concursu, nõ potest inchoari examen absque citatione, *num 11.*

An subsistat examen factũ ante lapsũ termini in edicto expressi *n. 12*

An sit proponendum nouum edictum, quando vnus tantum descriptus fuit, vel si inter plures descriptos vnus tantum die præfixo empareat *num. 13.*

Quando

Quando possit Episcopus absque concursu parochiale beneficiu conferre, *n.*14.
Non potest Episcopus prohibere Curatis, nè accedant ad concursum aliarum parochialium ecclesiarum, *n.*15.
Quid facere teneatur Episcopus, si parochiales ecclesiæ vacant in mensibus sedi apostolicæ reseruatis, *n.*16.
An valida sit electio digni omisso digniore, *n.*31.
Episcopus conferens parochialem ecclesiam digno omisso digniore mortaliter peccat, *n.*32.
Episcopus non tenetur perquirere extra Diœcesim, vt meliores habeat, *ibidem*.
Quinam dicatur dignior in tali casu, *n.*33.
Nobilis ignobili est præferendus, *num.*34.
Item minus doctus modò idoneus, cuius prudentia, & mores sunt noti, præferendus est doctiori, cuius vita ignoratur. *n.* 35.
Ciuis extraneo ceteris paribus est præferendus. *n.*36.
An Episcopus possit conferre parochialem ecclesiam sacerdoti, qui vnum tantum examinatorũ suffragium habuerit, *n.* 37.
An detur appellatio ab electione Episcopi, *n.*51. & 52.
An detur appellatio à reprobatione examinatorum, *n.*53.

Conductio, & Conductor

Vide in *ver: locatio, & in ver: Munera ciuilia.*

Confessarius

Confessarij sollicitantes mulieres, vel masculos ad turpia suspecti sunt vehementer de fide, *lib.* 6. *c.*6: *n.*1.
Possiunt procedere contra eos etiã ordinarij locorum, *ibid: n.*2:
Quæ pœna plectendi sint huiusmodi sollicitantes, *n.*3.
Denunciandi sunt etiamsi se se emendauerint, *n.*4.
Refertur contraria opinio, *n.*5:
In quibus casibus incurrantur pœnæ contra sollicitantes, *num.*7. 8: & 9.
Tenetur mulier sollicitata denunciare confessarium, etiamsi sollicitationi consenserit. *num.*10. *limitatur, n.*11.12.13.14. & 15:
An denunciandus sit Confessarius qui de rebus turpibus cum pœnitente confabulatur in confessionario, *n.*16.
Quomodo probetur hoc delictum *num.*17:
Prælati Regulares possunt eligere in confessarium quemlibet Sacerdotem etiam ab Episcopo non approbatum. *lib:*7. *c.*12. *n.*7.
Episcopi hodiè non possunt eligere sibi confessarium non approbatum ab ordinario, *n.* 8.
S.R.E. Cardinales possunt sibi, & familiæ suæ de confessario prouidere. *d lib.*7. *c.*12. *n.*9
Episcopus potest confessores monialium etiam regulares ex causa rationabili amouere. *n.* 11.
An approbatio confessariorum Regularium possit ab ordinario restringi, ac limitari ad certum tempus, locum, atque personas. *num.*15.
Alia vide *in ver. Parochus.*

Confessio iudicialis, & extraiudicialis

Confessio extraiudicialis quando prǫiudicet *lib.6,c.*18.*n.*12.

Quando confessio rei sit nulla, *lib.6.c.*44.*n.*18.

Reus sponte confessus absq. alia ratificatione damnatur. *lib.6.c.*44.*n.*19.

Confessionis Sacramentum

Licentia audiendi confessiones nō expirat mortuo delegante. *lib.*1 *c.*1.*n.*76.

Declaratur supradicta conclusio, *ibidem num.*77.

Quibus liceat sacramentales confessiones audire, *lib.*7.*c.*12.*n.*1.

Regulares absque licentia ordinarij confessiones audientes, possunt ab Episcopis puniri etiam Ecclesiasticis censuris, *ibid.n.*2.

Beneficium parochiale obtinentes censentur approbati ad confessiones audiendas in ea tantum Ciuitate, vel oppido, vbi sita est Parochia, *n.*3.

An possint Parochi, aut alij Confessarij audire confessiones suorū subditorum in aliena Diœcesi, *d:lib.*7.*c.*12.*n.*4.

Regulares non indigent Episcopi approbatione quo ad audiendas aliorum Regularium confessiones, *n.*6.

An Regulares possint absque approbatione Episcopi, audire confessiones monialium ipsis subiectarum, *n.*10.

Ad monialium confessiones audiēdas requiritur approbatio specialis, *n.*12.

An possint Regulares audire confessiones mulierum, & virorum tertij ordinis, *n.* 13.

An possit Episcopus licentiā audiēdarum confessionum Regularibus concessam reuocare *n.*14.

Alia vide *in verb. Pœna.* & *in ver. Sacerdos.*

Confraternitates

Confraternitates, & alia loca pia Episcopi iurisdictioni subijciuntur, *lib.*1.*c.*3.*n.*1.

Excipiuntur Hospitalia, quæ sub Regum protectione sunt, *n.*2.

An Episcopus visitare possit confraternitates existentes in ecclesijs Regularium, *n.*3. & 4.

An confraternitates erectę absque auctoritate ordinarij subijciantur Iurisdictioni eiusdem ordinarij, *n.*5. & 6.

Bona locorum piorum non prescribuntur minori spatio 40 annorum *n.*7.

Loca pia exempta sunt à solutione gabellarum, *n.*8.

An Episcopus visitare possit loca pia, si testator, vel fundator id prohibuit, *n.*9. & 10.

An Episcopus visitare possit Hospitale constructum à laico adhuc viuente, *n.*11. & 12.

Quę Hospitalia censeantur esse sub Regum protectione, *n.* 13.

Protectio regia impetranda est in limine erectionis, alias non suffragatur, *n.*14.

An huiusmodi Hospitalia visitari possint ab Episcopo quoad decentiam Diuini cultus, & ornamentorum, *n.*15.

Episcopus cognoscit, an Hospitale sit sub Regum protectione, *n.*16.

Episcopus compellit administra-

to-

rores locorum piorum ad soluendum, *n.*17.
Executio in tali casu non suspenditur per appellationem, *n.*18.
Officiales locorum piorum si delinquunt in officijs, ab Episcopo puniuntur, *n.*19.
Non factis diligentijs contra debitores Ecclesiæ, de proprio Administratores tenentur, *n.*20
An loca pia teneantur ad procurationem, dum visitantur, *n.*23. 24.25. & 26.
An Ecclesiæ, & alia loca pia visitata Equorum vecturas, & ferraturas præstare teneantur, *n.*27.
An Episcopus possit compellere confraternitates, vt ad processiones accedant, *n.*28.
An confraternitates laicorum, & Hospitalia fundata absque Episcopi auctoritate censeantur pia causa, *lib.*1.*c.*10. *n.*72.
Cætera vide *in ver.Præcedentia.*

Coniuges.

An & in quo casu coniugati ad ordines promoueri possint, *lib.*2. *c.*9.*num*21.
An vir Sacris initiatus de licentia vxoris manentis in sæculo cum voto castitatis possit cum ea habitare, *ibid:n.*22.
In quibus casibus coniux debitum petere non possit, *lib.*8:*cap. vlt. n.*1. & *seq.*
An Episcopus super hoc impedimento possit dispensare, *n.*5.
An hæc dispensatio fieri possit extra Sacramentum confessionis, *ibidem.*
Alia vide in *ver:matrimonium*, & *in ver:Parochus.*

Consecratio.

Ecclesia antiquam consecrationẽ quando amittat, *lib.*1. *cap. vlt. num.*1.
Quid si tectum ecclesiæ corruerit. *ibidem, n.*2.
Et quid si parietes ecclesiæ paulatim per partes decidant, & paulatim reparentur, *n.*3.
An cœmeterium violetur per parietum reparationem, vel constructionem, *n.*4.
Ecclesia consecrata iterum consecranda non est, sed reconcilianda, *n.*5.
A quo reconcilianda sit, si polluatur, *ibidem.*
An ante reconciliationem possint in tali ecclesia celebrari diuina officia, *n.*6:
Altare si semel violetur, est iterum consecrandum, *n.*7.
Quomodo altare execratur, *nu.*8. & 9.
Execrata ecclesia non execratur altare, polluta tamen ecclesia, altare etiam censetur pollutum, & quomodò hoc intelligatur, *num.*10.
Calix, & patena quando execrantur, *n* 11. & 12:
An si stola fiat de planeta benedicta, debeat iterũ benedici, *n* 13:
Quid si de stola fiat manipulus, *ibidem.*
Quid si sacerdos bona fide celebrauit cum calice, aut patena non consecrata, vel cum vestimentis nondum benedictis, *n.*14
An Abbates regulares possint benedicere campanas, calices, corporalia, & vestes ad vsum ecclesiarũ sibi non subiectarum, *n.*15.

An Ecclesia in dubio præsumatur consecrata, *lib.1.c.16 n.17.*
Cætera vide *in ver. pollutio.*

Consensus

Quoties iura requirunt consensũ, non sufficit consensus tacitus, sed requiritur expressus, *l.1.c.10 num.79.*
Quando præsumatur consensus, *lib.3.c.6.nu.79,*
Cætera vide in *in ver.Iuspatronatus,& in ver.Capitulum.*

Conseruator

Regulares, qui sibi Conseruatores elegerunt, coram ipsis Conseruatoribus conueniri debent, sed alios conuenire non possunt, *lib. 7.c.2.num.1.*
Quam pœnam incurrat Conseruator excedens limites suę facultatis, *n.2.*
Item qualiter puniatur pars, quæ hoc fieri procurauerit, *ibidem.*
An conseruatores possint eosdem Regulares defendere à manifestis iniurijs, *n.3.*
Et an possint procedere contra debitores ex causa ciuili, *n.4.*
De qualitate notorij prius constare debet, quam cognoscant de manifestis iniurijs, *n.5.*
An conseruatores possint cognoscere causas in prima instantia, *num.6:*
Declaratur textus *in c. fin. de offic. deleg.in 6.num.8.*
An possit ordinarius punire delegatos, qui suæ Iurisdictionis limites excedunt, *n.9.*
Quinam possint eligi in Conseruatores, *n.10.*
An ij, qui eliguntur in Conseruatores, teneantur munus accep-tare, *d.lib.7.c.2. num.11:*
An possit ordinarius alium in locũ Iudicis Synodalis absentis, vel defuncti substituere, *n.12.*
Regulares, qui in termino à Gregor. XV. prefixo Conseruatores non elegerunt, possunt illos adhuc eligere, *n.13,*
An possit Conseruator vices suas alijs committere, *n.14.*
An munus Conseruatorum cesset per mortem Papæ, *n.15.*

Consuetudo

Si adsit consuetudo rationabilis, quod laici aliquid tribuant pro ministratione Sacramentorum, an possint ad illud compelli, *l.1. c.12. num.55.*
Et an illud licitè possit accipi, antequam præstentur actus spirituales, *ibidem.*
Talis consuetudo in dubio inducta præsumitur causa auaritiæ, vel cupiditatis, & quomodò probetur huiusmodi consuetudo. *n.57,*
Consuetudo immemorabilis æquipollet iuri communi, & priuilegio Principis, *lib.3.c.12, n.34,*
Consuetudo præbens locum digniorem inferiori non valet, *lib. 3: c.18: n.12.*
Reliqua vide *in verb. Alienatio ver. Dies festus ver. Ecclesia ver. fructus ver. immemorabilis ver. lex verb. Locatio, & verb. Prædicator.*

Contractus, & Contrahentes.

Vide *in ver. alienatio; & in verb. dies festus.*

Cri-

Crimen læsæ maiestatis.

An de Crimine læsæ maiestatis cognosci, & procedi possit post mortem delinquentis vide *lib. 1. cap. 9 nu. 101.*

An confiscatio bonorum locum habeat, si crimen læsæ maiestatis committatur contra Principem inferiorem, *ibidem n. 103.*

An Rei huius criminis gaudeant immunitate, vide *in ver. Immunitas ecclesiastica.*

Cura.

Vide *in ver. Canonicus, & in ver. Parochus.*

Curiæ Episcopalis ministri.

Vide *in ver. Canonis, & fori privilegium, & in ver. Delictum.*

DEBITOR.

VIde *in ver. Carceratio, & in ver. Clericus.*

Decimæ.

Decimæ aliæ sunt prædiales, aliæ personales, aliæ mixtæ. *lib. 5. c. vlt. n. 1.*

Ex decimis prædialibus & mixtis non deducuntur expensæ, neq. tributa, vel alia debita, secus in personalibus. *num. 2.*

Decimæ personales vt plurimum non sunt in vsu, & vbi in vsu sunt, debentur illi ecclesiæ, in cuius Parochia quis habet domicilium. *nu. 3.*

Decimæ prædiales regulariter spectant ad Ecclesiam, in cuius terminis prædia sunt sita. *num. 4.*

Decimę noualium cui ecclesiæ debeantur, *ibidem.*

Quid si locus esset intra duas parochias, & ignoretur sub qua sit. *nu. 5.*

Si prædium non sit in alicuius parochia situm, illius decimæ pertinent ad Episcopum. *nu. 6.*

Quid si parochię non sint distinctæ, *ibidem.*

Si Pastor diuersis temporibus in duabus parochijs gregē pascit, debet proportionabiliter vtrique ecclesiæ decimas soluere, *num. 7.*

Quando decimæ soluendæ sint ex fructibus extra territorium collectis, *nu. 8.*

De vna, & eadem re duplex decima solui non debet. *nu. 9.*

Parochus exigens decimas quoad certos fructus eo ipso censetur esse in possessione quoad omnes fructus, & quando id procedat *nu. 10.*

Possessor fundi pro decimis præteritis conueniri potest. *num. 11.*

Quando agitur de sola quæstione facti, vterque Iudex tam ecclesiasticus, quam secularis est cōpetens: si verò oriatur quæstio iuris, Iudex ecclesiasticus solus est competens, *num 12. & 13.*

Ius accipiendi decimas, regulariter spectat ad solos clericos habentes curam animarum. *nu. 14.*

Clerici de quibus bonis teneantur soluere decimas. *d. lib. 5. cap. vlt. num. 15.*

An regulares teneantur decimas persoluere. *num. 16.*

An in decimis attendenda sit consuetudo, vel præscriptio, aut priuilegium, *num. 17. & 18*

Iudex ecclesiasticus in causa decimarum incipere potest à præcepto cum monitione sub pœna

excommunicationis *nu.19.limitatur.num.20.& 21.*
Controuersiæ inter ecclesiam Sacramentalem, vel prædialem, quomodo terminandæ. *nu* 22
An parochiani teneantur deferre decimas ad horrea clericorum. *num.23.*
Compositio super decimis facta per Rectorē quādo valeat: *n.24.*
In causa decimarum regulariter non datur appellatio. *num.* 25. *limitatur num.26.27.& seq.*

Decretum.

Decretum irritans impedit contrarium vsum *lib.1.cap.1.nu.25.*

Degradatio.

Degradatio duplex est, alia verbalis, alia realis. *lib.6.c.3. nu.1.*
Quæ solemnitas requiratur in degradatione verbali, quando fit ad effectum, vt sequatur degradatio actualis. *nu.2.*
Degradatio Clerici minoribus ordinibus, vel tonsura insigniti non est in vsu. *num.3.*
Quid importet degradatio, quando non fit ad effectum vt sequatur actualis. *num:4.*
Degradatio actualis est executio degradationis verbalis. *nu.5.*
An degradatio actualis possit ab Episcopo non consecrato exerceri, & quid de verbali. *nu.6.*
In quibus casibus ad degradationē deuenitur. *num.12.*
An Episcopus possit dispensare cū degradato solemniter. *nu.14.*
An Clerici, qui ad triremes damnantur, sint degradandi. *n.16.*
Sacerdotes ad triremes transmitti non debent, nisi pro maxima causa *d.lib.6.cap.3.num.17.*

Delegatus.

Delegatus regulariter subdelegare non potest, fallit in delegato Principis *lib.5.cap.9.nu.1.*
Quando à subdelegato appellatur ad delegatum. *num.2.*
Delegatus Papę debet subdelegare causas personis in dignitate constitutis *num.3.limitatur n.4.*
Quando Delegatus ab inferiore possit subdelegare. *num.5.*
Delegatus Principis potest committere causam etiam suo superiori. *num.6.*
In multis casibus Delegatus Principis subdelegare non potest. *num.7.*
Quando ex pluribus delegatis alter possit sine alio procedere. *num.8.*
An ordinarius possit punire delegatum, si procedat in casu non comprehenso in sua commissione. *num.9.*
Quando delegatus Papæ possit causam alteri subdelegare. *lib. 5. c. 7. num.27.*
Delegatus ad vniuersitatem causarum potest causas subdelegare *lib.5.cap.8.nu.1.*
Quando expiret iurisdictio Iudicis delegati *num.10.*
Cætera vide *in ver. causa prophanæ, in ver. Episcopus, & in ver. Recusatio.*

Delictum.

Delicta, quæ vtraque lege prohibentur, aut puniuntur, sunt mixti fori. *lib. 6. cap.1.nu.1.*
Potest ecclesiasticus procedere cō tra laicos, quando crimina sunt adinuenta de iure canonico, *nu.2.*

Vio-

Violatio ieiunij, & fornicatio simplex à Iudice ecclesiastico tantum punitur. *num.3.*
Laici puniri possunt ab ecclesiastico Iudice, quoties committunt crimẽ, quo læditur locus, vel res, seu persona ecclesiastica *num.4.*
Item si offendant ministrum Curiæ ecclesiasticæ *num.5.*
Tales ministri puniuntur ab eodẽ Iudice, cuius obsequio sunt deputati. *num.6.*
Laicus administrator loci pij à quo Iudice sit puniendus *num.7.*
In criminibus notorijs potest Episcopus contra laicos cognoscere *num.8.*
In ijs, quæ concernunt animarum salutem, & publicam modestiã, & honestatem possunt laici per Iudicẽ Ecclesiasticũ corripi. *n.9.*
Iudex Ecclesiasticus expellit meretrices de vicinia, & etiam de propria domo. *num.10.*
Cognoscit de pace fracta etiam contra laicos. *num.11.*
Punit eos, qui in excommunicatione perseuerant. *num.12.*
Prohibere potest inhonesta spectacula, ludos, & choreas, ac superfluos ornatus virorum, ac mulierum. *num.13.*
Iudex ecclesiasticus potest punire laicos coram se delinquentes, *num.14.*
Laicus accusatus coram ecclesiastico Iudice, si in ipsius Iurisdictionem consentiat, potest ab eodem puniri. *num.15.*
Quæ dicantur enormia delicta *lib. 4. cap.2.num.2.*
Delictum in ecclesia commissum est mixti fori *lib.6.cap.15. nu. 1.*
Quæ pœna huiusmodi delictum puniatur de iure ciuili, & canonico *num.2.*
Cætera vide *in ver. accusatio. & in ver.Episcopus,*

Denunciatio.

Quando graue damnum imminens à denunciatione excusat *lib. 6. cap.19.num 8.*
Vbi non agitur de bono publico, non tenentur reuelare qui de iure compelli non possunt ad testificandum, & quomodo id intelligatur, *ibidem num.10.*
An præmittenda sit ante denũciationem euangelica monitio. *num.11.*
Denũciationes factę extraiudicialiter non attenduntur *lib.6. cap. vlt.num.13.*
Cætera vide *in ver.Confessarius, in ver.hæresis, & in ver.monitoriũ.*

Deuolutio.

Vide *in ver.Collatio, & in ver.Capitulum.*

Dictiones.

Vide *in ver.Clausulæ.*

Dies Festus.

An dies Festi noui testamenti sint iuris Diuini, vel humani. *lib.1. cap.1.nu.44.*
An consuetudo cuiusque Prouinciæ, seu Ciuitatis attendenda sit circa obseruationem dierum festorum ibidem, *nu.45.*
An opifices diebus festis vendentes calceos, vasa terrea, vestes, vel animalia ratione consuetudinis excusentur à mortali *n.46.*
An similiter excusentur Tonsores, ac molentes *nu.47.*
An excusentur à præcepto audiendi missam puellę, seu mulieres

lieres, vbi consuetum est, quod certo tempore non exeant *n.*48
An excusẽtur muliones, vendentes pignora, ius dicentes rusticis ac ipsimet Rustici contrahentes ac Notarij, qui eorum contractus celebrant diebus festis, *nu* 49. 50. 51. & 52.
An valeant contractus diebus festis celebrati *num.*53,
An Inquisitores possint diebus festis acta conficere *num.*54.
An testimonium ferri possit die festo *num.*55.
An diebus festis possit fieri exequutio realis, & personalis in causis ciuilibus, vbi adesset talis consuetudo: *num.*56.
An debitores de fuga suspecti diebus festis in carcerem detrudi possint. *num.*57.
Episcopus potest sua auctoritate, supradictas & alias consuetudines reprobare *d.lib.*1.*cap.*1.*n.*58
Episcopus potest prohibere nundinas & mercatus qui etiam ex antiqua consuetudine fiunt, *nu* 59.
Episcopo contradicente subditi nõ amplius à peccato excusantur ratione consuetudinis *n.*60.
Consuetudo in supradictis casibus non est extendenda, nec dilatanda *num.*61.
In casibus necessarijs, in quibus opera seruilia licitè exercentur, non potest exigi pœna *num.*63.
Absque licentia Episcopi præstari potest iuramentum pro pace, vel alia necessitate, *ibi* & *nu.* 64
Episcopus tenetur credere viris bonę famę, qui dicunt, se cum causa exercuisse opera seruilia. *nu.*65.
In dubio semper petenda est licentia ab Episcopo *num.*66.
An violantes præceptum dierum festorum amittant animalia. *num.*67.

Dignitas.

Videę *in ver. Canonicus, & in ver præcedentia.*

Dimissoriæ.

Litteræ dimissorię ad ordines non expirant morte concedentis, *lib.*1.*c* 1.*nu.*78.
An Vicarius Episcopi possit concedere litteras dimissorias *ibid. num.*79.

Dismembratio

An sola numerositas populi satis sit ad dismembrationem *lib.* 3. *cap.*8 *num.* 26.
Cętera vide *in ver: vnio.*

Dispensatio.

Quando præsumatur tacita dispensatio *lib.*2:*cap.*3.*num:*11:
An Episcopus possit dispẽsare cum subdito ordinato ante legitimam ætatem, vel absque dimissorijs, vel extra tempora *lib.*2.*cap.*11.*num.*8.
An Episcopus possit dispensare circa ætatem ordinandorum, *ibid. num.*9.
Quando præsumatur dispensatio in foro exteriori *num.*10.
An Prælati monialium possint in earum illegitimitate dispensare, vt ad officium Abbatissæ eligi possint *lib.*7.*cap.*4.*num.*10.
Matrimonium contractum vigore dispensationis super impedimẽto consanguinitatis, vel affinitatis non expressa copula est nullum *lib.*8.*cap.*11.*nu:*1.
Copula incæstuosa aperienda est,

si habita fuit sub spe facilius obtinendæ dispensationis, vel cum tractatu matrimonij, vel cum scientia, vel ignorantia impedimenti *num.2.*

An si quis post obtētam huiusmodi dispensationem iterum copulam habeat, noua indigeat dispensatione *nu.3.*

Quid si copula esset occulta *nu.4*

Et quid si copula cum affine vel consanguinea non fuit completa *nu.5.*

An copula incestuosa fit exprimenda, si incæstus fuit occultus, *nu.6,*

In huiusmodi dispensationibus gradus remotior attenditur, trahitque secum propinquiorem *n.* 7.

An litteræ Apostolicæ, in quibus datur facultas dispensandi in impedimentis matrimonij, re integra per mortem Papæ expirent *d.lib.8.cap.11.num.8.*

Alia vide *in ver. absolutio ver. beneficium ver. homicidium ver. illegitimus ver. infamia, & in ver. ordo.*

Distributiones.

Quę dicantur distributiones quotidianę, *lib. 3.cap.16, num.1.*

Distributiones quotidianæ non cōputantur in valore beneficiorū. *nu.3.*

Distributiones perceptæ veniunt in sententia condemnatoria fructuum, secus si non fuerint perceptę, *num.6.*

Quando distributiones sub nomine fructuum comprehendantur. *num.7.*

Reus condemnatus in fructibus de stilo Romanę Curię tenetur ad distributiones etiam non perceptas, si fiat protestatio *nu.8.*

Tam Capitulum, quam intrusus impediens prouisum apostolicum, nè diuinis interfit, tenetur ad fructus, & distributiones, *n.9.*

An Capitulum propter absentiam vel obitum Canonici iure accrescendi recipiens fructus, vel distributiones, super quibus erat imposita pensio, teneatur pensionem soluere, *n.* 10.

An beneficiatus possit liberè disponere, seu testari de distributionibus, ac fructibus beneficij necessarijs ad congruam substētationem, *n.11.*

Canonici inseruientes Papæ, Cardinali legato, vel Episcopo, aut absentes ex causa studij, vel per tres menses à Concilio Tridentino permissos lucrātur fructus, non autem distributiones, *n.12.*

Quid si omnes fructus in distributionibus consisterent, *n.* 13.

Quæ distributiones etiam absenti debeantur, *num.14.*

Quando ex causa infirmitatis absēs distributiones lucretur, *n.15*

Quando senes absentes distributiones acquirant, *ibidem.*

Quando Carceratus, vel excommunicatus, aut suspensus distributiones amissas recuperet, *n.16*

A quibus repetendæ sint distributiones, *num.17.*

An inquisitores, & subcollectores distributiones in absentia lucrentur, *num.18.*

Quid de absentibus, vt tueantur iura beneficij, *num:19.*

Item quid de Adiunctis, si tempore diuinorum absint ex causa officij sibi iuncti, *num.20,*

An

An Vicarius Capitularis absens causa officij sui exercendi lucretur distributiones, *num.* 21:
An distributiones debeantur examinatoribus à synodo deputatis, qui causa examinis à choro absunt, *n.* 22.
Item an debeatur visitantibus ecclesiam, iura, vel reditus suæ prębendę, *n.* 23.
Quando distributiones lucrentur Canonici assistentes Episcopo pontificalia exercenti, vel illum associantes, *num.* 24.
Item quando Canonicus absens à choro, vt missam celebret, vel confessiones audiat, distributiones lucretur, n. 25.
Quando Episcopus possit extinguere Prębendas, vt augeantur distributiones, *l.* 3 *c.* 8 *n.* 5.
Cętera vide *in ver. fructus.*

Diuisio

Vide in *ver. Iudex.*

Domicilium

Domicilium etiam momento tęporis constitui potest, & quomodo id intelligatur, *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11.
Ex quibus coniecturis colligatur animus perpetuò manendi, *ibidem. n.* 12.
Scholares, Castellani, & famuli an contrahant domicilium in loco, in quo morantur, *n.* 13.
An Vicarius Capitularis possit admittere renunciationem faciendam per Nouitium intra duos menses ante professionem, *lib.* 4 *c. vlt. n.* 81.
Et an illam admittere possint Abbates, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi episcopalem, *ibid. n.* 82.
Cętera vide *in ver. ordo.*

Dominium

Minor probatio admittitur ad probandum dominium ad effectũ cogendi ad vendendum infra annum priuato, *lib.* 5. *c.* 16. *n.* 29.

Domus Canonicalis

Vide *in ver. reseruatio.*

Donatio, & Donator

Quando subsistineat donatio facta vltra 500. aureos sine insinuatione, *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 6.
Clericus de mobilibus intuitu beneficij quęsitis ratione eleemosinæ inter viuos moderatas facere potest donationes, etiamsi in ęgritudine sit constitutus, *lib.* 3. *c.* 17. *num.* 9.
Quando Clerici fratribus, aut alijs consanguineis licitè donare possint, *ibid. num.* 10.
Filiusfam: Patre permittente potest donare causa mortis, *lib.* 1. *c.* 10. *num.* 76.
Cętera vide *in ver. Carceratio, in verb. Iuspatronatus, & in verb. Nouitius.*

Dos

In Capellis constructis quãdo dos requiratur, *lib.* 3 *c.* 6 *n.* 29.
Quæ sit dos sufficiens, & quæ insufficiens, *ibid. n.* 22.
Cętera vide *in ver. Causæ ecclesiasticæ, & in ver. professio.*

Dubium.

Vide *in ver. Iudex.*

Duellum

Duellum est mixti fori, *l.* 6 *c.* 16 *n.* 1
Quas pœnas incurrant Duellantes. vel consilium, aut auxiliũ præstantes, vel cooperãtes ad duellum, *n.* 2:

Quan-

Quando à supradictis pœnis excusentur, *ibidem*.
Duellum quomodò probandum sit, *numer.* 3:
An incurrat supradictas pœnas qui calore iracundiæ inimicum ad duellum inuitat, & in continenti accedit ad locum, *n.* 4.
Supradictæ pœnæ non procedunt, vbi locus, aut tempus statutum non fuerit, n. 5.
An decedentes in duello priuentur Ecclesiastica sepultura, si pœnitentiæ signa ostenderint, *nu.* 6.
Constitutiones Greg. XIII. & Clementis VIII. editæ contra prouocantes ad duellum declarantur, *lib.* 8. *c.* 6. *n.* 10.

ECCLESIA

Vicinus cogitur ad vendendas res proprias fauore Ecclesiæ, vel monasterij, illiusque ampliationem, *lib.* 1. *c.* *n.* 1.
Idem priuilegiũ cõpetit pro scholis fabricandis, seminario puerorum, ac pro construenda domo Parochi, *ibidem n.* 2.
Iudex non debet permittere, vt vicinus magnum patiatur detrimentum, *n.* 3.
Vicinus non est cogendus, si monasterium facilè possit ex alio latere ampliari, *n.* 4.
Vicinus cogitur ad locandam domum fauore monasterij, *n.* 5.
Si ecclesia ædificetur in solo alieno, cogitur similiter Dominus ad vendendum iusto pretio, *n.* 6.
Moniales prohibere possunt vicino, nè altius eleuet fenestras, ex quibus prospici possent, *n.* 7.
An episcopus erigere possit nouã Parochiam, *n.* 8.
Quæ conditiones ad id requirantur, *num.* 9. & 10.
An credatur ordinario asserenti de causa erectionis nouæ Parochiæ, *num.* 11.
An à decreto huiusmodi erectionis detur appellatio, *n.* 12.
An sit locus dictæ erectioni, si Parochus alium Sacerdotem proponeret in loco minimè incommodo, *n.* 13.
De quibus fructibus reparari debeat ecclesia Cathedralis, & an Episcopus ad id teneatur, *n.* 14.
An Canonici, & alij possidentes beneficia ad id teneãtur. *n.* 15.
Non potest episcopus compellere Canonicos, & alios Clericos, nisi in casu quo fabrica, seu reparatio esset necessaria, *n.* 16.
Episcopus potest fabricæ eiusdem ecclesiæ fructus beneficiorum, vacantium ad tempus applicare. *num.* 17.
An ad huiusmodi reparationem compellendi sint Parochiani, *num.* 18,
Vbi adest consuetudo, laici tenentur ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis, *n.* 19:
Quæ requirantur ad huiusmodi consuetudinem inducẽdã. *n.* 20.
Ex quibus fructibus reficiendæ sint Ecclesiæ inferiores, *n.* 21.
In quo casu Parochi, & alij beneficiati ad reparationem Ecclesiæ teneantur, *num.* 22.
An Parochus teneatur, si fructus beneficij non excedant summã 100. ducatorum, *n.* 23.
Quomodò calculari debeant huiusmodi

iusmodi ducati, *n.* 24.
An commendatarius teneatur ad reparationem Ecclesiæ, *n.*25.
Obtinentes pensionem ad reparationem tenentur pro rata, *n.*26.
Ad id tenentur etiam Patroni, si Ecclesię iurispatronatus fuerint *numero* 27.
In quo casu teneantur Parochiani ad Ecclesiam parochialem reparandam · *numero* 28.
Parochiani tenentur ad reparationem pro modo substantię, *numero* 29.
Onus contribuendi fabricę Ecclesię Parochialis spectat ad Dominos ædium, non autem ad Conductores, *numer.*30.
Qui tenentur ad refectionem Ecclesiæ, tenentur etiam ad refectionem domus Sacerdotalis. & ad paramenta, ornamēta, & alia Ecclesiæ necessaria, *n.*31. & 32.
Qui teneantur ad restaurationem Monasteriorum monialium, *numero* 33.
Datur actio contra Prælatum, qui ecclesiæ vtilitati non prospexit, *lib.*1.*cap:*11. *numer.*5.
Ecclesia vti potest priuilegio restitutionis in integrum, si ob renunciationem læsa fuit, nisi res illa acquisita fuerit alteri ecclesiæ, *ibidem*. *numero* 6.
Ecclesia, seu Monasterium loco filij habetur, *lib.*5.*cap.*16.*num.*22
Cætera vide *in verb.Capella, in verb.Clericus,in ver.Consecratio, in ver.Delictum, in ver Emphyteusis, in ver. Immunitas Ecclesiastica, in ver.Iuspatronatus,in ver.pęna, & in verb. pollutio.*

Edictum.

Edicta, seu ordinationes ab Episcopo factæ extra synodum eius morte expirant, *lib.*1.*cap.*1.*n.*73
Idem dicitur de Edictis, quæ fiunt à Vicario Episcopi, *ibidem n.*74
Reliqua vide *in ver. Concursus beneficiorum.*

Egestas

Summa egestas, quę dicatur *lib:* 3. *c.*6. *num.*94.
An Ecclesia Patronum inopem alere teneatur vide *in ver.Iuspatronatus.*

Electio

Vide *in verb.Concursus,in ver.Capitulum,& in ver. Parochus*

Eleemosynæ.

Eleemosynę consuetæ debent dari perpetuò, *lib.*1.*c.*12.*n*:54.

Emendatio

Quando aljquis emendatus præsumatur *lib:*2.*c.*6.*num:*141

Emphiteusis, & Emphiteuta

Quæ conditiones requirantur, vt concessio in emphiteusim fieri possit sine solēnitate, *l.*1.*c.*6.*n:*1.
Quando dicatur res solita concedj, *numer.*2.
Euidens ecclesiæ vtilitas debet ad esse tempore vltimæ concessionis, *num.*3.
Si alteretur solitum in substantialibus, concessio fieri non potest absque Sedis Apostolicæ beneplacito, *num.*4.
Quando dicatur alteratio circa substantialia, *num.* 5. *& seq.*
In iure non est permissa concessio emphiteusis ecclesiæ vltra tres personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum *n.*8.
Declaratur, & limitatur supradicta

cta conclusio *num.*10. 11. & 12.
Quando res sterilis in emphiteusim datur ei, qui illam fertilem fecit, potest in perpetuum concedi, *num.*13.
An cōcessio in emphiteusim vitietur in totum, quando alteratur consuetudo, *num.*14.
An Prælatus possit sine solemnitate infeudare, vel in emphiteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis, *num.* 15.
Et quid, si est incorporata mensæ ecclesiæ, *num,*16.
Et an possit de nouo concedi res data ecclesiæ cum pacto, quod alienari non possit, *n.* 17.
Alienatio emphiteusis in personā potentem de iure prohibetur, *l.*5: *c.*16.*num.*1.
Personæ potentes quæ dicantur, *numero* 2,
Emphiteusis ecclesiæ non potest alienari in aliā ecclesiam, *nu.*3.
Ecclesia Domina directi potest cogere aliam ecclesiam ad vendendam rem emphiteoticam priuato infra annum, *nu.* 4.
Quid in relicto facto in opus pietatis perpetuum, *num.*5:
Quo temporis spatio hoc ius contra eccleſiam præscribatur, *n.*6.
Si fiat pactum expressum, ne fieri possit alienatio in personam potentem, ecclesia non est capax emphiteusis etiam ad effectum vēndi, *ibid.d.l.*5 *c.*16.*n.*8
An valeat legatum emphiteusis, quę post mortem ipsius disponentis finitur, *n.*9.
Quid si bona erant deuoluta ob non solutum canonem. *n:*10.
Quando emphiteusis non finitur per obitum illius, qui legat, valet legatum quoad estimationem. *n.*14.
An emphiteusis transeat in monasterium, si emphiteota ingrediatur religionem, *n.*15.
Emphiteusis ecclesię de sui natura non transit ad extraneos, *n.* 16:
Declaratur, quando pro canone soluitur res minima, secus si esset notabilis summa, *n.*17.
An Emphiteusis priuati transeat ad ecclesiam, *d.l.*5. *c.*16 *n.*18:
Quid si in Inuestitura adiit pactū, quod non possit fieri alienatio in personas potentes, *n.*18.
An talis emphiteusis reuerti possit ad Dominum ob canonem non solutum, *n.*20.
Quid, si emphiteusis concessa fuerit Clerico in sacris constituto. *numer.*21.
An contractus præsumatur censuarius, vel emphiteoticus, *n.*23.
Quid, si in contractu appositum sit pactum caducitatis, *n.* 24.
Quo casu cōtractus censeatur emphiteoticus, *n.*26. & *seq.*
Minor probatio admittitur ad probandum dominium ad effectum cogendi ad vendendum infra annum priuato, *n.*29.
Ecclesia non potest cogi ad renouandam proximioribus Agnatis rem emphiteoticam deuolutam ob lineam finitam, si velit pro se retinere, *l.*1. *c.*5. *n.*16.
Limitatur stante consuetudine immemorabili renouandi, *n.* 17:
Agnati admittuntur ad renouationem, si ecclesia vellet extra-

neos inuestire *nu.*18.
Extraneo de ipsa emphiteusi inuestito Agnati non admittuntur amplius ad renouationem *n.* 19.
Idem dicitur, si intra annum non petierint renouationem *nu.*20.
An lex retractus locum habeat in emphiteusi ecclesiæ *lib.*4.*cap.*7. *num.*12.
Reliqua vide *in ver. Munera Ciuilia, & in ver. locatio.*

Emptor.

Vide *in ver. munera ciuilia.*

Episcopus

Episcopus non potest esse iudex vbi agitur de ipsius bonis patrimonialibus, sed in tali casu ab vtraque parte eligendi sunt arbitri *lib.*5.*cap.*10.*num.*1.
Ab huiusmodi arbitris ad sũmum Pontificem appellatur *num.* 2.
Valet consuetudo, vt Episcopus committat alteri causam propriam *num.*3.
Subsistente manifesta, & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatem, & honorem ecclesiæ, potest Episcopus esse iudex in causa propria *num.*4.
Quando Episcopus possit suos subditos ad charitatiuum subsidiũ soluendum cogere *num.*5.
Qui teneãtur ad charitatiuum subsidium *num.*6.
Episcopus potest esse Iudex, quando ea causa non est personæ, sed Ecclesiæ, potest tamen recusari in tali casu. *num.*7.
Episcopus non potest esse iudex vbi agitur de fructibus bonorũ mensæ Episcopalis, sed in huiusmodi causis Vicarius Episcopi erit iudex competens *num.*8.
Quid si Vicarius Episcopi recuse tur. *nu.*9.
Potestas Episcopi à Papa deriuatur *lib.*1.*cap.*1.*num.*28.
An Episcopus condere possit statuta, vide *in ver. Lex.*
An Episcopus absoluere possit ab excommunicatione contracta ob violatam Ecclesiæ immunitatem vide *in ver. Immunitas ecclesiastica.*
Ad quid teneatur Episcopus admittens alienationem patrimonij, si clericus non habeat vnde viuere possit *lib.*2.*cap.*2.*num.* 39.
An Episcopus incidat in aliquam pœnam, si scienter ordinet bigamum *lib.*2.*cap.*9 *num.*16.
An Episcopus incurrat censuras, quæ iure generali ferũtur *d. lib.* 2.*cap* 10.*num.*23.
An Episcopus celebrans in loco interdicto irregularitatem incurrat *lib.*2.*cap. vlt.num.*11.
An Episcopus absoluere possit ab interdicto, *ibidem n.*13.
An credatur Episcopo asserenti causam interuenisse *lib.*3.*c.*8. *nu* 27 *& cap.*11.*num* 15,
Episcopus monachus non eximitur à paupertatis voto *lib.* 3.*c.*17. *num.*5.
Episcopus an punire possit suum subditum delinquentem in loco exempto *lib.*6.*cap.*2.*n.*1.
An Episcopus peccatum mortale committens teneatur Episcopatus circumstantiam aperire *lib.*6. *cap.*4.*nu.*20.
An possit Episcopus punire delegatos, qui suæ iurisdictionis limites excedunt *lib.*7.*cap.*2.*n.*9.
An Monachus in Episcopum promotus

motus possit reuocare renũciationem per ipsum legitimè factam *lib.7.cap.8.num.5.*

Reliqua vide *in ver.absolutio ver. Adiuncti, in ver.appellatio, ver: beneficium, ver.causæ Ecclesiasticæ, ver. causæ prophanæ ver. censura, ver. clausura ver. clericus ver.collatio ver. coniuges ver. delictum ver.dies festus ver. dispensatio ver. examen ver. Hæresis ver. illegitimus ver. infamia ver.ingredientes monasteria ver. irregularitas ver.institutio ver. interstitia ver. interdictam ver. iuramentum ver.laicus ver libri ver.matrimonium ver.Monasterium ver.moniales ver.Nouitius ver.ordo, ver.Oeconomus, ver. ordinarius ver. Prædicator ver. resignatio ver.recusatio, ver. Regulares,ver.Sacerdos,ver.scientia ver. Sepultura,ver. Simonia. ver. suspensio,ver. testamentum, ver. vnio.*

Equites Hierosolimitani.

Vide *in ver.Nouitius, & in ver. Regulares.*

Exactor.

Exactor publicus quando teneatur de suo *lib.1.cap.3.num.22.*

Examen.

Recognitio in ecclesijs, & cœmeterijs non est facienda *lib.1.c.12. num.68.*

An Episcopus possit laico Iudici licentiam concedere, vt examinet reum, & testes in ecclesijs, vel Cœmeterijs, *ibidem.*

Reliqua vide *in ver.Concursus beneficiorum.*

Examinatores.

Vide *in ver.Concursus Beneficiorũ & in ver.Distributiones.*

Excommunicatio, & excommunicatus

Excommunicatus,vel suspensus an sit priuatus fructibus beneficij, & an alendus sit ex eisdem fructibus, *l.1.c.15.num.1.*

Pensionarius excommunicatus an lucretur reditus pensionis, *n.2.*

Fructus beneficij, si Beneficiatus illis per sententiam priuetur, applicandi sunt ecclesiæ, vel pauperibus, *n.3.*

An Episcopus possit dispensare, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, *n.4.*

An valida sit possessio capta ab excommunicato, *n.5.*

Insordescens per annum in excõmunicatione an, & quando sit suspectus de hæresi, *l.6.c.20.n.1.*

Item quando possit vt hæreticus condemnari, *n.2.*

Insordescens per annum in excõmunicatione habetur pro confesso, & conuicto de eo crimine, cuius causa excommunicatus fuit, *num.3.*

Quando possit beneficijs priuari, *ibidem.*

Excommunicatus etiam post sententiam potest probare suam innocentiam, *num.4.*

Talis insordescens per annum potest etiam arbitraria pœna puniri, *num.5.*

Eadem pœna plectitur insordescens per mensem continuatũ in excommunicatione, *ibidem.*

Insordescenti per annum nõ prodest

dest absolutio, quę à summo Pōtifice in impetrationibus gratiarum conceditur, *n.6.*

Corpora excommunicatorum, si discerni possint ab alijs, debent exhumari, *l.1.c.12,n.59.*

Intelligitur de excommunicatis denunciatis, vel notorijs Clericorum percussoribus, *ibid. n.60.*

Requiritur in hoc licentia Episcopi, *n.61.*

Excommunicatorum cadauera exhumanda non sunt, si in articulo mortis fuerunt absoluti, *num:62.*

Quando excommunicatio lata ab Episcopo liget subditos existētes extra territorium, siue Diecesim, *l.6.c.2.n.3.*

Principes sœculares, qui plus cæteris grauant colonos Ecclesiarum, vel clericorum incidunt in censuram bullæ cœnæ, *lib.4. c.7. num.7.*

Principes sœculares auertētes clericorum colonos à cultura an incidant in excommunicationē bullæ cœnæ, *ibid. n. 11.*

Iudex laicus remittens clericum ad iudicem ecclesiasticum cum ignominia incidit in excommunicationem *cap. siquis suadente l.8.c.5.n.5.*

An publicus Clerici percussor sit statim vitandus ante sententiā, *ibid. n.14.*

Alia vide *in ver.absolutio ver. appellatio ver.censura ver.clausura ver.clericus ver.ingredientes monasteria.ver:Iudex, & in verbo pollutio,*

Execratio

Vide in *ver.Consecratio.*

Exilium.

An missus in exilium ab aliqua Ciuitate possit mortuus duci ad sepulturam illius Ciuitatis, *l.1. c.12.n.72.*

Extrema Vnctio

An sit de necessitate Sacramenti extremæ vnctionis vngere renes, & pedes, *l.6.c.4. n:13.*

Alia vide in *ver. pœna.*

FALCIDIA

An detrahatur falcidia de relictis ad pias causas vide *l.1,c.10. nu. 64. & seq.*

Falsi crimen

Crimen falsi est mixti fori, *lib. 6: c.26. n:1.*

Quæ sit pœna falsi de iure ciuili, & quæ de iure canonico, *n. 2.*

Qualiter puniantur Clerici falsificantes litteras Papæ, *n. 3.*

Quæ sit pœna falsificantium litteras aliorum Principum, *n.4.*

In alijs casibus.falsarij qualiter puniantur, *n.5.*

Ad incurrendam pœnam falsi requiritur actus completus, *n.6:*

An in excommunicationem incurrat qui litteras falsas fabricare cœpit, sed deinde ab inchoato opere destitit, *n.7.*

Qua pœna plectendus sit testis falsum deponens, seu varius, *nu.8.*

Laicus deponens falsum coram Iudice ecclesiastico,an possit etiam à Iudice sœculari puniri, *num.9.*

Quando testis possit puniri de falso, *d. l.6. c. 26. n. 10.*

In

In causis ciuilibus suspicio falsi pro veritate habetur. *n.* 11.
In quibus casibus cesset pœna falsi. *nu.* 12.
Si ius totius causę consistit in testibus de falso accusatis, supersedendum est in ciuili, & terminatur causa criminalis. *nu.* 13.

Familia.

Potest Curia ecclesiastica habere familiam armatam *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 9.
Concessa iurisdictione omnia intelliguntur concessa, quæ ad illam conseruandam sunt necessaria. *ibidem, num.* 10.
Eximens aliquem de manibus familiæ qua pœna plectendus sit *lib.* 6. *cap.* 41. *num.* 3.

Familiaris.

Triennium, quo debent familiares cum Episcopo commorari ad effectum recipiendi ordines debet esse continuum, & quomodo id intelligatur *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 28.
An ad hunc effectū sufficiat, quod triennium incæperit, antequam esset Episcopus *ibidem, n.* 29.
An si Episcopus ordinet familiarē suum ad minores ordines, debeat illi conferre beneficium. *num.* 30.
An familiaris remaneat suspensus ab ordinis exequutione, si Episcopus ei statim beneficium non conferat *num.* 31.
An Episcopus possit dispensare cū familiari suo super interstitijs, *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9.
Et an possit illum habilitare ad minores ordines, si esset illegitimus, *ibidem.*
Cætera vide *in ver. Canonis & fori priuilegium, & in ver. ordo.*

Famulus.

Vide in *ver. Canonis, & fori priuilegium.*

Fideicommissarius.

Vide in *ver. Iuspatronatus, & in ver: Sepulchrum.*

Fideiussor.

Fideiussor de repręsentando liberatur à fideiussione, si principalis assumat clericatum, secus si promisit soluere quicquid fuerit iudicatum *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 29.

Filius.

Filius an possit renunciare beneficio *l.* 2. *ff.* & C. *quod cum eo lib.* 5 *cap.* 13. *num.* 15.
Quando filij legitimi clericorum possint consequi paternum beneficium. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 12.
Et an possint obtinere pensionem super beneficio paterno, *ibidem.*
Reliqua vide *in ver. Canonis & fori priuilegium, in ver. illegitimus, & in ver. peculium.*

Fœtus.

Quando dicatur fœtus animatus *lib.* 6. *cap.* 32. *num.* 3.

Fornicatio.

Vide *in ver. Delictum.*

Forum.

Vide in *ver. Canonis, & fori priuilegium, & in ver. causæ ecclesiasticæ, & in ver. causæ prophanę, & in ver. delictum. & in ver. miserabiles personæ.*

Fructus

Fructus beneficij sunt qui ex beneficio, & occasione beneficij percipiuntur *lib* 3. *cap.* 9. *num.* 1.
Quid veniat nomine fructuum *n.* 2.
Quæ sit differentia inter Syluam

cæ-

cæduam,& non cęduam. *nu.3.*
Arbores fructiferæ, Thesauri, lapidicinæ mormoreæ, aurifodinæ, argentifodinæ non pertinēt ad beneficiatum, sed ad ecclesiam *num:4.*
Fructus regulariter intelliguntur deductis impensis, & qui sumptus deduci debeant *num.5.*
An deducendum sit salarium factoris, *ibidem.*
Duplex est consideratio fructuum, alia scilicet ciuilis, & alia naturalis. *num.8.*
In fructibus ciuiliter acceptis fit deductio impensarum, secus si naturaliter accipiantur: *num. 9.*
Et an deducantur, quando diuidūtur fructus inter emptorem, & venditorem, inter colonum, & Dominum, vel quando fit mentio de fructibus pendentibus seu extantibus. *num.11.*
Et an deduci debeant in legato fructuum, *ibidem.*
Si debitor condemnatus ad restitutionem fructuum, illos integros ignoranter restituerit sine deductione impensarum, potest illas repetere. *num.12.*
Fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij ciuiles *n:15.& seq.*
Fructus ciuiles, & industriales cōfunduntur. *nu.18.*
Item fructus alij sunt pendentes, alij percepti. *d.lib.3.cap.9.n.19.*
Attento iure communi fructus naturales & industriales collecti. & à solo separati, ac etiam ciuiles maturati ante obitum Beneficiati spectant ab hæredes ipsius beneficiati *num.20:*
Fructus dicuntur consignati beneficiato, si alteri suo nomine fuerint consignati *num.21.*
In locationibus fructuum non consideratur dies solutionis affectus sed tēpus perceptionis fructuū *num.22.*
Fructus pendentes, & à solo non separati spectāt ad successorem in beneficio. *num.23.*
Quando fructus ciuiles pertineant ad successorem, & quando ad hęredes beneficiati. *num.25.*
Hodie ex Constitutione Iulij III. fructus maturati, & non exacti spectant ad successorem in beneficio. *nu.27*
An dicta constitutio procedat in locis, vbi collectores à Camera Apostolica deputantur. *nu:28.*
An dicta constitutio locum habeat vbi adesset contraria consuetudo. *nu.29.*
An pensiones debeantur hęredibus pensionarij pro rata temporis, vel potius pro rata fructuū perceptorum. *num:34.*
Quid si fructus nondum erant percepti. *num.35.*
Beneficiatus non potest de fructibus ecclesiasticis, neque de acquisitis intuitu beneficiorum testari. *lib 3. cap.17.nu.1.*
An beneficiatus vanè, ac malè consumens fructus beneficij teneatur ad restitutionem. *num.2.*
Clericus potest testari de fructibus beneficij, ac de bonis ex fructibus huiusmodi acquisitis, vbi adest talis consuetudo *num.7.*
Talis consuetudo quoad Episcopos reprobatur. *num.8.*
Clericus, vel Prælatus dum prospera vtitur valetudine, liberè potest

teſt de Beneficij fructibus diſponere. *num.11.*
Epiſcopus regularis facit fructus ſuos in vita, & de eis diſponere poteſt non minus, quam ſæcularis. *num.12.*
Beneficiarius teſtari poteſt de acquiſitis ex fructibus beneficij, quos parcius viuendo ſeruauit, *num.16.*
An Clericus non habens adminiſtrationem poſſit de fructibus ſui beneficij liberè teſtari. *n.18.*
An fructus beneficij locari poſſint vltra triẽnium vide in *lib.1.cap.7 num.10.*
Quid ſi quis obligat ſe actione perſonali ad dandam commoditatem percipiendi fructus vltra triennium, *ibidem num.11.*
An fructus beneficiorum in caſu amiſſionis accreſcant intereſſentibus *lib.6.cap.24.nu.4.*
Fructus beneficij dicuntur qui liberè, & etiam in abſentia percipiuntur. *lib.3.cap.16.num.2.*
Reliqua vide *in ver. donatio, in ver. Diſtributiones, & in ver. Reſignatio.*

Frater.

Vide *in ver. Carceratio*

Fundator.

Vide *in ver. beneficium.*

GABELLA:

Vide *in ver. munera Ciuilia.*

Gratia.

Quando poſſit Princeps facere gratiam abſque partis remiſſione *lib.6.cap.15.num.9.*
An inferiores Principe poſſint ſuis ſubditis gratiam facere *num.10.*
Gratia ab Epiſcopo conceſſa etiã poſt eius mortem durat *lib. 1. cap.1.num.72.*

HABITVS CLERICALIS, ac religioſus.

QValis debeat eſſe habitus clericorum *lib.3.cap.1.num.1.*
De iure antiquo Clerici vtebantur linea tunica ſuper quibuſcunque veſtibus. *num 2.*
Clerici deferre debent coronam, & tonſuram eorum ordini congruentem. *num.3.*
An Clerici non geſtantes habitum, & tonſuram peccent mortaliter *num.4.*
Item an puniri poſſint alijs pœnis *num.5.*
An Penſionarius teneatur deferre habitum, & tonſuram clericalẽ *ibidem.*
Quibus ex cauſis excuſetur clericus non deferens habitum, & tonſuram, *num.6.& ſeq.*
Quando Pẽſionarius non deferens habitum, & tonſuram amittat penſionem *num.11.*
Ad habitum religioſum ſuſcipiendum in ſemina duodecimus annus completus, & decimus quartus in viro requiritur *l.7.c.9. n.1.*
Conuerſus recipi non debet ante vigeſimum ætatis annum, *ibid. num.2.*

Hæreditas, & Hæres.

Ad hæredes clerici pertinent ea, quæ Clericus tempore promotionis habebat *lib 3. cap. 17.n.6.*
Reliqua vide *in ver. Beneficium & in ver. Clericus:*

Hæresis

Vnusquisque tenetur denunciare hæreticum, *l.6.c.19. nu.1.*

Quam pœnam incurrat non denũcians hæreticum, *n.2:*

An Aduocatus patrocinium præstans hæretico excommunicationem incurrat, *n.3.*

An filius teneatur denunciare Patrem hæreticum, *n:4.*

An socius criminis reuelare teneatur, *n.5.*

Quando cesset obligatio denunciandi hæreticum, *n.7:*

Quando graue damnum imminẽs à denunciatione excuset, *n 8.*

An suspecti de hæresi sint denunciandi, *n.12.*

Quando dicatur suspicio vehemens, vel leuis *n.53.*

Abiuratio de leui, vel de vehemẽti quomodo fiat, *ibid.*

Hæresis crimen est merè ecclesiasticum, *n.18.*

Superiores Regularium de hoc crimine non puniũt suos subditos, sed eos deferre debent ad sanctum Tribunal. *n.19.*

Rei etiam ex alio crimine capti per alios Iudices, si de hæresi sint accusati, ad Inquisitores sunt remittendi, *d.l.6.c.19.n.20.*

Si in eodem loco adsit Episcopus, & Inquisitor, potest vterq. inquirere, ac reos citare, & arrestare, *n.21.*

Episcopus illum in procedendo modum seruare debet, quem Inquisitores seruare tenentur, & quæ forma seruanda sit in examine Rei, & testium, *n.22.*

Ad torturam, vel ad sententiam neque Inquisitor sine Episcopo, neque Episcopus sine Inquisitore procedere potest. *n. 23.*

Quid si in sententia proferenda non conueniant, *n.25.*

An in hoc crimine possit reus absolutus iterum de eodem crimi, ne vexari, *n:25.*

An Inquisitor, & Episcopus possint pœnas mitigare, vel mutare, *d. l:6.c.19. n.26.*

Hæretici formales quibus pœnis plectantur, *n.28.*

Quid si hæreticus paratus sit redire ad fidem ecclesiæ, *n.29.*

Qua pœna relapsi puniantur, & qui sint relapsi, vel pro relapsis habeantur, *n.30.*

Hæreticis relapsis, si pœnitentiam egerint, non denegantur sacramenta Confessionis, & eucharistiæ, *n.31.*

An sit reconciliandus hæreticus qui in tortura hæresim cõfitetur & deinde huiusmodi cõfessionẽ extra tormẽta ratificat, *nu. 32.*

Quando dicatur quis in hæresim relapsus ob non adimpletã pœnitentiam, *n.33.*

An damnetur tamquam relapsus qui de formali abiurauit, si de secundo lapsu vehementer sit suspectus, *d.l.6.c.19. n.34.*

Quando Curiæ sæculari tradẽdus sit qui abiurare recusat, *n:35.*

Quam pœnam subeant fautores Receptatores, vel defensores, hæreticorum, *n.36.*

An Hæreticus pœnitens remaneat inhabilis ad retinenda beneficia post abiuratam hæresim, *n.37.*

Item an remaneat inhabilis ad audiendas confessiones, *n:38.*

An

An in hoc crimine admittantur testes singulares, seu inhabiles, *n.39.*

Condemnatus in pœnam arbitrariam ex defectu probationis, an superueniente legitima hæresis probatione possit condemnari in pœnam ordinariam, *n.40.*

An in hoc crimine sufficiat violenta præsumptio ad condemnandum, *n.41.*

Qua pœna puniantur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudæis Christianam fidem abnegarunt, *l.6.c.12.n.6.*

An adorator Dæmonis censeatur hæreticus, *l.6.c.21.n.3.*

Hæreticus purè externus, qui mẽte nõ negat fidem, non subijcitur excommunicationi latæ in bulla Cœnæ, *l.8.c.4.n.1.*

Hæreticus tantum mentalis à quolibet Confessario absolui potest *ibid.n.2.*

Episcopus, & Inquisitor in foro exteriori absoluere possunt hæreticos, *n.3.*

In foro conscientiæ non potest Episcopus aut Inquisitor absoluere ab hæresi, neque ab alijs casibus etiam occultis contentis in bulla Cœnæ *nu.4. limitatur n.5.*

Priuilegia, quibus Superiores Regulares poterant absoluere ab hæresi, & alijs casibus in bulla, cœnę comprehensis, hodie sunt reuocata, *n.6.*

An possit Episcopus absoluere in aliis casibus occultis reseruatis Summo Pontifici in alia lege, seu constitutione, *n.8.*

An possit Episcopus dispensare in irregularitate orta ex hæresi occulta exteriori, *n.10.*

Homicidium

Homicidium est triplex, necessarium, voluntarium, & casuale, *l.2.c.8.n.1. & seq.*

Episcopus dispensare non potest cum homicida voluntario, *numer.2:*

Nec Prælatus regularis in hoc casu potest cum suis subditis dispensare, *n.6.*

An possit Episcopus cum tali homicida dispensare quoad retinendum beneficium antea obtentum, *n.7.*

An homicidium, & irregularitas priuent homicidam beneficio ipso iure, *n.8.*

An Episcopus possit in homicidio casuali dispensare, *n.9.*

Et an possit dispensare in homicidio commisso causa defensionis non seruato moderamine inculpatæ tutelę, *n.10.*

Et an in irregularitate contracta ex mutilatione alicuius membri, *num.11.*

An possit Episcopus dispensare in homicidio percutientis prægnantem sine intentione causandi abortum, *num.12.*

Et an in homicidio commisso ex repentina ira, vel rixa, *n.13*

Quid si quis mandauit, committi homicium in persona vnius, & commissum fuit in persona alterius, *num.14.*

Et quid si vertit infirmum intentione accelerandę mortis, nè tamdiù patiatur, *numero 15:*

An incurrat irregularitatem reuoluens infirmum, vt facilius

somnum, vel cibum capiat, si mors ex aliqua culpa accelleretur. *ibidem*.

An Episcopus dispensare possit in irregularitate proueniente ex homicidio facto à ministris iustitiæ, vel in bello iusto, *num.* 16. *& seq.*

Quinam incurrant irregularitatē, ex defectu lenitatis *numero* 19.

An imminente magno scandalo, vel vrgente alia magna necessitate possit Episcopus cum homicida voluntario occulto dispensare, *num.* 20.

Quid si inter plures homicidium committatur vnico vulnere, & ignoretur, quis occiderit, *lib.* 6. *c.* 13. *numero* 9.

Reliqua vide in *verbo Immunitas Ecclesiastica*.

Hospitalia.

Vide in verb. *Confraternitates*.

Hospitium.

Vide in *ver. Monasterium*.

ILLEGITIMVS.

Illegitimi ab ecclesiasticis ordinibus arcentur, & quare, *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 1.

An expositi censendi sint legitimi, *num.* 2.

Potest Episcopus cum illegitimis quoad minores ordines, & simplex beneficium dispensare, *num.* 3.

An, & quando Episcopus possit dispensare cū illegitimo quoad Canonicatum ecclesiæ Collegiatæ, & dimidias portiones ecclesiæ Cathedralis, *n.* 4.

Et an possit in tali casu quoad Canonicatum eiusdem ecclesiæ Cathedralis dispensare, *n.* 5.

Episcopus non potest cum illegitimo dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium, *n.* 6.

Episcopus scienter promouens illegitimum an intelligatur cum eo dispensasse, *n.* 8.

An Episcopus ex iure nouo Concilij Tridentini sess. 24. de ref. c. 6. possit dispensare cum illegitimis ad maiores ordines, & beneficia curata, *n.* 9.

Et an possit dispensare, si illegitimus iam ordinatus fuerit, *n.* 10.

An legitimatus censeatur factus habilis ad ordines, & beneficia, *num.* 11.

An per ingressum Religionis tollatur irregularitas ex defectu natalium, *n.* 12.

An illegitimus per professionem, habilitetur ad Prælaturas, *n.* 14.

Si professio est nulla non tollitur irregularitas ex defectu natalium, *n.* 15.

An electi à religione reincidant in irregularitatem ex defectu natalium, *n.* 16.

An Episcopus possit dispensare cū illegitimo iam in sacris constituto ad Canonicatum ecclesiæ Cathedralis, *n.* 17.

An Canonicus in sacris Nothus in Synodo votum habere possit, *nu.* 18.

An Episcopus possit cum illegitimo in sacris constituto dispenre ad beneficium curatum, *nu.* 19.

Filij illegitimi Clericorum in ecclesijs, vbi eorum Patres beneficium habent, vel habuerunt, non

non possunt quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, nec pensiones super beneficijs, quæ eorum Parentes obtinuerubt, habere, *l.3.c.7.n.1.*

An filius illegitimus possit in dictis ecclesijs Diaconatus, vel sub diaconatus officio fungi, vel sacristam, & cantorem agere, *nu. 2.*

Episcopus non potest in tali casu dispensare, *numero 3.*

An pater possit succedere in beneficio filij, *numero 4.*

An dispositio Concil. Tridentini comprehendat nepotem legitimum ex filio illegitimo, *nu. 5.*

Quid si pater illegitimi nunquam habuit titulum beneficij, sed tãtum pro Capellano amouibili inseruiuit in aliqua ecclesia, *n.6*

An possit filius Clerici obtinere beneficium in alia ecclesia, *n.7.*

An filius illegitimus succedere possit in Capellania, quæ fundari solet absque Episcopi auctoritate, *numero 9.*

Quid si pater illegitimi possessionem beneficij adeptus non fuerit, vel si possessionem habuerit, sed sine canonico titulo, vel nõ pacificè, *num. 10.*

An decretum Concilij comprehẽdat filios legitimos clericorum, *numero 11.*

An filius illegitimus possit admitti in Religione, in qua pater professus fuit *n. 13.*

Alia vide in *ver. Capitulum*.

Illitteratus

Vide in *verb. Scientia*.

Imagines Sacræ

Conculcantes sacras Imagines à Iudice ecclesiastico puniuntur, *lib.6.cap.25.nu.1.*

Qua pœna puniantur conculcantes Imagines Sanctorum, *ibidem num.3.*

Immemorabilis.

Quomodo probetur immemorabilis *lib. 4.cap.vlt.num.28.*

Vide *in ver. Consuetudo.*

Immunitas ecclesiastica

Reus confugiens ad ecclesiam, inde extrahi non potest *lib.1.cap.9 num.1.& sequen.*

Quid si reus ligatus à ministris Curię ad ecclesiam confugiat, vel ab ea blanditijs, aut promissionibus educatur. *num.5.*

Ecclesia tenetur reo confugienti ad ecclesiam alimenta subministrare, si non habeat vnde viuat *num 6*

Non licet Curiæ Sæculari ponere custodes circumcirca ecclesiam nè ad reum alimenta deferantur, *num.7.*

Reus dum existit in ecclesia, non potest de iure damnari ad mortem, vel aliam pœnam corporalem. *num.8.*

Contrarium de consuetudine seruatur. *num.9.*

Ecclesia etiam non benedicta gaudet immunitate, *nu.10.*

Eadem immunitate gaudet locus omnis diuinis officijs dedicatus auctoritate Episcopi. *num. 11.*

Ecclesia polluta, aut interdicta immunitate gaudet. *num.12.*

Item Ecclesia diruta, dũmodò subsit spes refectionis *num.13.*

Eadem immunitate gaudet Cœmeterium. *num.14.*

Item ostium, & porticus Cœmeterij

terij. *num.*15.
An hoc procedat, quando Cœmeterium non est benedictum. *n.*16.
Tota ecclesiæ fabrica gaudet Immunitate, *nu.*17.
Item campanile etiam ab ecclesia disiunctum, dummodo sit intra 30. passus: *n.*18.
An confugiens ad ianuam ecclesiæ gaudeat immunitate. *num.*19.
Quid si amplectatur parietē ecclesiæ partis exterioris *nu.*20.
Quid si Reus per caput, & humeros in loco sacro existeret, & tibias, ac pedes extra haberet, *num.*21.
Domus ecclesiæ existentes intra 30 vel 40. passus gaudent Immunitate. *nu.*22.
An platea ecclesiæ gaudeat immunitate, *nu.*23.
Scalæ Ecclesiæ pertinentes ad publicam viam an gaudeant immunitate. *num.*24.
Immunitas ecclesiæ etiam vltra 30. aut 40. passus extenditur, vbi domus ecclesię plus spatij haberent. *nu.*25.
Quid passus nomine intelligatur. *nu.*26.
Huiusmodi passus desumendi sunt ab ecclesiæ ianuis per circuitū. *num.*27.
Curia secularis non potest in domo Clerici Laicorum bona perquirere. *num.*28.
Monasteria virorum, ac mulierum eorumque claustrum, ac viridarium seu hortus sub clausura cōtentus gaudent immunitate. *num.*29.
Item Hospitale, Seminarium puerorum, domus puellarum, vel Orphanorum Episcopi auctoritate fundatæ, domus clericorum in communi viuentium, ac priuata Oratoria Episcopi auctoritate erecta. *num.*30.
Oratoria priuata auctoritate erecta an gaudeant Immunitate. *num.*31.
Quando Oratoria præsumantur Episcopi auctoritate fundata. *num.*32.
An Collegia Doctorum, seu Scholarium Immunitate gaudeant. *num.*33.
Palatium Episcopi etiam extra 40. passus situm gaudet immunitate. *num.* 34.
An eadem Immunitate gaudeant palatia Episcoporum titulariū. vel extra Diœcesim existentium *num.*35.
Palatia S.R.E. Cardinalium extra Vrbem Romam gaudēt Immunitate. *num.*36.
An existens supra tectum Palatij Episcopalis, aut aliarum domorum ecclesiæ gaudeat Immunitate, *num.*37.
Ad Episcopum spectat cognoscere, an reus captus sit in loco sacro. *num.*38.
An confugiens ad Sacerdotem sacram Eucharistiam gestantem gaudeat Immunitate. *num.*39.
Quid si non tangat Sacerdotem, sed solum sit in cubiculo, vbi Sacerdos moratur pro communicando infirmo. *nu:*40.
Quid si hastam baldachini defert, vel se immiscat personis prosequentibus Sanctissimum Sacramentum. *num.*41.
An gaudeat immunitate confugiēs ad

ad Sacerdotem deferentē oleū Sanctum . *num.42.*
Sacerdos ipse , qui indutus Cotta , & Stola extra ecclesiā incedit ad ministrandū oleum sanctum , vel ad deferendum defunctum in ecclesiam , gaudet Immunitate . *num.43.*
Omnes delinquentes,exceptis casibus in Constitutione Gregorij XIV contentis , gaudent Immunitate . *num.44.*
Fideles etiam excommunicati , & interdicti gaudent Immunitate *num.45.*
Item Pagani , & Iudæi . *num.46.*
Clerici exceptis casibus contentis in d.Constit. Gregoriana,& alijs degradatione dignis, in reliquis gaudent immunitate . *num.47.*
An Regulares delinquentes gaudeant Immunitate . *num.48.*
Committentes delicta etiam atrocissima in d. Constit. non excepta gaudentImmunitate,etiamsi illa in ecclesia committantur. *num.49.*
Publici latrones Immunitate priuantur. *num.50.*
Qui dicantur publici latrones.*n.51.*
Decoctor etiam fraudulentus gaudet Immunitate . *num.52.*
Non dicitur publicus latro qui semel deprædatus est etiam cum violentia . *num.53.*
Grassatores viarum priuantur Immunitate . *num.54.*
Qui dicantur Grassatores viarum . *num.55.*
Grassatores viarum , si sæpius tentauerint delicta , sed illa non perfecerint , non priuantur immunitate . *num.56.*
An priuentur immunitate qui itinera priuata , vel occultas vias obsident . *num.57.*
Agrorum depopulatores priuantur Immunitate . *num.58.*
An incendens Agros , seu Vineas priuetur Immunitate . *nu.59.*
Immunitate non gaudent qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs,eorumque Coemeterijs committunt , *num.60.& 61.*
Quid si non ex proposito , sed ex subitanea rixa , vel ad alterius prouocationem homicidium perpetretur . *num.62.*
Vulnerans in ecclesia , si ex tali vulnere mors sequuta non sit,nō priuatur Immunitate . *nu.63.*
Existens extra ecclesiam si alium occidat intra ecclesiam , non gaudet immunitate,secus si existens in ecclesia alium occidat existentem extra ecclesiam . *num.64.*
Quid si aliquem violenter extraxerit ab ecclesia , & extra illam occiderit . *num 65 .*
An mandans,aliquem occidi in ecclesia, gaudeat Immunitate . *num.66.*
Quid si homicidium commissum sit in Sacristia, Campanili, Schalis , atrio seu porticu ipsius ecclesiæ , aut sub ipsa ecclesia , vel super tectum. *d.lib.1.cap.9 n.67.*
Ad effectum pollutionis, seu violationis solus internus ambitus ecclesiæ spectatur , secus quoad priuilegium immunitatis. *n.69.*
An committens homicidium in ostio ecclesiæ gaudeat Immunitate . *num.70.*

Com-

Committentes in ecclesijs alia delicta præter homicidia, & mutilationes, non priuantur Immunitate. *num.*71.

Immunitate priuantur qui proximum suum proditoriè occidunt, & quomodo id intelligatur. *nu.* 74.

Dicitur homicidium proditorium etiam si quis alterum de facie ad faciem offendit incautum, sine diffidatione. *num.*75.

An immunitate gaudeat qui aliũ veneno occidit. *n.*76.

Quid si filius occidat Patrem, vel Pater filium, vel frater fratrem *num.* 77.

An priuetur immunitate qui aliquem animo præmeditato occidit. *n:* 78.

Quid si inimicum occiderit à tergo ex insidijs, vel dormientem. *num.*79.

Quid si occidat inimicum iam reconciliatum. *nu.*80.

An priuetur immunitate qui proditoriè vulnerauit, si ex eo vulnere mors sequuta non fuerit. *num.*81.

Quid si infidelem proditoriè occidat *d:lib.*1:*c:*9:*n.*82.

An committens abortum fœtus animati gaudeat immunitate. *num.*83.

Assassini priuantur immunitate, & qui dicantur Assassini. *num.* 84.

Iudex, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit, ac testis, qui pretio falsum deposuit an gaudeant immunitate *num.*85.

An dicatur homicida proditorius falsus testis, qui causa fuit, vt aliquis ad mortem damnatus fuerit. *num.*86.

An assassinium committatur, si quis pretio accepto occidat infidelem. *num.*87.

Quid si tantum vulnerauit. *nu.* 88.

Quid si suum inimicum occiderit. *numer.*89.

An mandantes sint rei assassinij, & homicidium sequutum non fuerit. *numer.*90.

Fautores, auxiliatores, & receptatores assassinorum immunitate non gaudent. *numero* 91.

An immunitate priuetur mediator assassinij *d:l.*1.*c.*9 *nu.* 92.

Hæretici priuantur immunitate, & qui veniant nomine hæreticorũ. *num.* 94.

Blasphemi hæreticales, & alij de hæresi suspecti non gaudent immunitate. *num.*95.

An Apostata à religione gaudeat immunitate. *num.*96.

Rei criminis lesę maiestatis in personam Principis non gaudent immunitate, & quomodò hoc intelligatur: *num.*98.

An offendens consiliarium supremi Principis gaudeat immunitate. *num.*99

An priuentur immunitate offendentes S.R.E. Cardinales, Nuncios Apostolicos, Episcopos, Vxorem, aut filium Regis, Oratorem, Proregem, aut alios ministros Principis, aut Baronem. *num.*100.

An gaudeant immunitate non reuelantes huiusmodi reos, aut illos defendentes post factum. *num.*103.

Clerici offendentes Principem an gau-

gaudeant Immunitate. *n.*104.
Et an eadem immunitate gaudeat coniurans, seu machinans, vt tradat inimicis regnum, vel Ciuitatem. *num.*105.
Et quid si subditi per rebellionem resistunt Principi. *num.*106.
An reus possit capi in ecclesia si dubitetur, eum commisisse crimen in constitutione Gregorij exceptum *num.*107.
Episcopus in tali casu debet formare processum ad probandum an delictum sit de exceptis, nec sufficeret processus factus per Curiam secularem. *num.* 108.
De delicto in dicta constitutione excepto debet plenè, & concludenter constare. *num.* 109.
Refertur declaratio Clemētis VIII *num.*110.
An Episcopus absoluere possit ab excommunicatione contracta ob violatam ecclesiæ immunitatem, *num.*111.
Ad huiusmodi censuram incurrendam non requiritur actus completus, sed sufficit attentatus, & quomodo id intelligatur. *numero* 112.
Reliqua *vide in ver. munera Ciuilia.*

Impensæ.

An in decimis, quæ debentur ecclesiæ, expensę deducantur *lib.*3. *cap.*9. *nu.*10.
Et an deducantur, quando diuiduntur fructus inter emptorem, & venditorem, inter colonum & Dominum, vel quando fit mētio de fructibus pendentibus, seu extantibus, *ibidem n.* 11.
Et an deduci debeant in legato fructuum *d. num.*11,
Si debitor condemnatus ad restitutionem fructuum, illos integros ignoranter restituerit sine deductione impensarum, potest illas repetere, *n.*12.
Etiam malę fidei possessor impensas necessarias deducit, *n.* 13.
Quando impensę vtiles, & voluptuarię deducantur, *n.* 14.
Ad quem spectent impensæ per prædecessorem factæ in lite pro defensione iurium ecclesię, si in illis pars aduersa condemnetur, *l.*3. *c.*9. *n.*26.
Reliqua vide in *ver. fructus.*

Incantatio

Vide in *ver. sortilegium.*

Incendium.

Crimen incendij est mixti fori, *l.* 6. *c:*23. *n.*1.
Qua pœna puniatur Incendiarius de iure ciuili, *n.*2.
Item qua pœna plectatur de iure canonico, *n.*3.

Incestus

Incestus est mixti fori, *l.* 6: *cap.* 35. *num.*1:
Incestuosi qualiter puniantur, *num.*2.
Quando incestuosi à pœnis excusentur. *n.*3,

Infamia, & infamis

Iuris infamia ex quibus delictis contrahatur, *l.*2. *c.*6. *n.*6.
Quando infamia facti incurratur, *ibidem n.*7.
An infamia notoria Patris noceat filio, *numero* 8.
In infamia iuris solus Papa dispensat, *numero* 12.
An huiusmodi infamia possit tolli per Principem laicum, *n:*13.

Et an possit auferri per Episcopum *num.* 14. *& seq.*

In infamia facti potest Episcopus liberè dispensare, *d. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 16.

Infamia facti tollitur etiam per emendationem vitæ, *ibid.*

Infamia, quę ex hominum oblocutione processit, contrario eorum dicto tollitur, *d. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 18.

Reliqua vide *in ver.* Ordo.

Infantes

Qui pijs locis infantes exponunt, tam ab ecclesiastico, quam sæculari Iudice puniuntur, *lib.* 6. *c.* 38. *n.* 1.

Qua pœna huiusmodi delinquentes plectantur, *n.* 2.

A quo infantes expositi sint alendi, *n.* 3.

An expositi huiusmodi censeãtur legitimi, *num.* 4.

Ingredientes Monasteria.

Excommunicationem incurrit qui sine Superioris licentia ingreditur septa monasterij monialium *l.* 7. *c.* 6. *num.* 1.

An in casibus vrgentis necessitatis licitus sit ingressus in huiusmodi monasteria sine licentia, *numero* 2.

An possit Episcopus licentiam ingrediendi concedere Viduis, vel mulieribus coniugatis, quæ virorum sæuitiam timent, *nu.* 3.

An Episcopus possit huiusmodi licentiam concedere consanguineis causa visitandi monialem infirmam, *ibid.*

Necessitas in hoc casu qualiter accipienda sit, *n.* 4.

An licitus sit puellarum ingressus educationis causa, *nu.* 5.

Quando recipi possint in huiusmodi monasterijs famulę sæculares, *num.* 6.

Quando licitum sit Superioribus in huiusmodi monasteria ingredi *numero* 7.

An Prælatus concedens facultatẽ ingrediendi absque iusta causa excommunicationem incurrat, *numero* 8.

Quam pœnam subeant ingredientes claustra monialium prætextu facultatum à Summo Pontifice, vel alijs Superioribus obtentarum, *d. l.* 7. *c.* 6. *n.* 9.

Item quam pœnam incurrant Abbatissæ, ac Superiores admittẽtes eos, qui prętextu dictarum licentiarum ingrediuntur, *ibid.*

Qua pœna plectãtur mulieres prętextu huiusmodi licentiarum ingredientes monasteria Regularium virorum, ac superiores præfatas mulieres introducentes, *n.* 10.

An priuatæ moniales, vel Religiosi particulares in tali casu admittentes aliquam pœnam incurrant, *num.* 11.

Quid si quis ingrediatur vigore huiusmodi facultatum post constitutionem Greg. XIII. & Pauli V. *d. l.* 7. *c.* 6. *n.* 12.

Item quid si quis habeat licentiã ingrediendi in casibus necessarijs, & ingrediatur in casibus nõ necessarijs, vel quando cessauit necessitas, *numero* 13.

Qualiter puniantur moniales admittentes eos, qui ingrediuntur in casibus non necessarijs, *nu.* 14.

Item

Item qualiter puniatur ingrediens prætextu licentiæ, quam Episcopus concessit in casu non necessario, *n.15.*

Quando incurrantur pœnæ inflictæ in constitutionibus Pij V. Greg. XIII: & Pauli V. *n.16.*

Quo casu Religiosi admittentes mulieres in eorum claustris excusentur à supradictis pœnis, *num.17.*

Quid si tempore concessæ licentiæ nulla aderat necessitas, sed postea tempore ingressus superuenerit, *d.l.7.c.6.n.18:*

Quam pœnam incurrãt ingredientes monasteria monialium absque licentia & necessitate, *n.19.*

Et quid si moniales priuatæ admitterent aliquem intra monasterium sine superioris licentia, *num.20:*

Qualiter puniantur mulieres ingredientes monasteria virorum absque vlla facultate, ac Regulares eas admittentes in tali casu, *num.21.*

Quando liceat mulieribus ingredi in monasteria virorum Regularium, *num.22.*

Iniuria.

Iniuria illata clerico an sit mixti fori *lib. 6. c.13.n.1.*

Quando clericus possit pro sua, vel suorum iniuria absque irregularitatis metu agere coram Iudice sæculari, *n.2.*

In quo casu cesset actio iniuriarum, *num.3:*

Iniuria vni facta toti familiæ, totique agnationi facta censetur, *num.4.*

Illata iniuria vni de collegio, vel vniuersitate quando possit agere Vniuersitas, vel collegium nomine proprio, *n.5.*

Iniuria quibus modis fiat, *n. 6.*

Inferens iniuriam qualiter sit plectendus *d.l.6;c.13: n.7.*

Si non appareat, quisnam cœperit iniurias dicere, neuter de iniuria tenetur, *nu.8.*

An veritas conuitij excuset ab iniuria, *nu.10.*

Clerici laicos iniuriantes quomodò debeant eis satisfacere, *n.11:*

Quando Iudex possit cognoscere de iniuria sibi illata, *n.12.*

Qua pœna multandus sit qui alapa percutit Potestatem, *n.17.*

Alia vide in *verb. absolutio.*

Inquisitor

Vbi Inquisitio non est, Inquisitorum munus Episcopi præstant, *l.6. c.19. n.27.*

Quando Episcopus, & Inquisitor possint, pœnas mitigare, *lib.6, c.21. n.6.*

Edicta Inquisitorum sunt perpetua, *l.1. c.1. n.71.*

An Inquisitores procedere possint contra Apostatas à Religione, *l.7 c.19. nu.4*

Alia vide in *ver Hæresis.*

Insignia

Vide in *ver Iuspatronatus*

Insordescens in excommunicatione.

Vide in *ver. excommunicatio:*

Institutio

Episcopo habenti instituere nullum tempus prefixum est, intra quod facienda sit institutio, potest tamen Superior Episcopi negligentiam supplere, *libro 3: c.5. numero 28.*

Limitatur in beneficijs parochialibus Iurispatronatus, *ibidem.*
Vide *in ver. Iuspatronatus.*

Instrumentum.

An valeat instrumentum factum in negotijs sæcularibus per Clericum, vel Monachum Notatiũ *lib.6.cap.7.num.9.*

Interdictum.

Quænam sacramenta tempore interdicti possint ministrari *lib. 2. cap.vlt.num.4.& seq.*
Quando interdictus ab ingressu ecclesiæ incurrat irregularitatem *ibidem num.12.*
An Episcopus possit absoluere ab interdicto *num.13.*
An Parochus, vel alius Confessarius absoluere possit pœnitentẽ ab interdicto *lib.2.cap.10.n.27.*
An Ordinarius, vel Auditor Cameræ possit interdicere prouinciam, Ciuitatem, Castrum, vel alium locum *lib.5.cap.5. n.11.*

Interstitia

Episcopus ordinans dispensat cum Regularibus super iuterstitijs, non autem Prælatus regularis *lib.2.cap.3.num.1.*
An hæc facultas competat Vicario Episcopi *ibidem nu.2.*
Et an competat Vicario Capitulari. *num.3.*
Si Abbates suis subditis ordines minores conferant, an possint cũ illis super interstitijs dispensare *nu.4.*
Quæ causa requiratur in dispensatione interstitiorum *num.6.*
Patres Societatis Iesu etiam extra tempora, & absque vlla functione in ipsis ordinibus, aut obseruatione interstitiorũ promoueri possint *nu.7.*
An hoc priuilegium ad alias Religiones communicantes extendatur. *num.8.*
An aliquam pœnam incurrant suscipientes ordines non seruatis temporum interstitijs. *num.10.*
Et an Episcopus ordinans in tali casu incurrat in aliquam pœnã, *ibidem.*

Inuentarium

Ecclesia, seu clericus hæres institutus non conficiens inuentarium nõ tenetur vltra vires hereditarias *lib.1.cap.1.nu.89.*
Citatio, & acta coram Iudice sæculari facta contra interesse prætendentes in confectione Inuentarij non afficiunt clericos creditores *ibidem nu.90.*

Irregularitas.

Ligatus maiori excommunicatione, suspensione, & interdicto irregularitatẽ incurrit ob exercitium ordinis. *lib.2 cap.10.n.1.*
Irregularitatem similiter incurrit recipiens ordinem in excommunicatione maiori. *nu.2.*
An tempore censurę exercẽs actũ minoris ordinis incurrat irregularitatem. *num.3.*
Quid si excommunicatus recipiat ordines minores. *num.4.*
An si laicus vinculo censuræ obstrictus diuinis se ingerat, incurrat irregularitatem, *num. 9.*
An suspensus ab administratione Sacramentorum intelligatur suspensus à celebratione missæ. *num.10.*
Suspensus à perceptione sacramentorum non fit irregularis ea recipiendo, *ibidem.*

Qui

Qui excusatur à culpa, excusatur ab irregularitate. *nu.*11.
An Clericus a Iudice excommunicatus secundùm publicas probationes, qui tamen innocens sit, absque metu irregularitatis possit actum ordinis exercere. *n.*12
Quid si fuerit iniustè, aut nulliter contra regulas iuris excommunicatus, *num.*13
Si excommunicatus occultus post quam fuit absolutus in foro conscientiæ celebrauerit, & postea eius excommunicatio innotescat, an sit condemnandus tamquam irregularis. *num.*14.
An sit irregularis qui celebrauit post appellationem interpositã à declaratoria, *nu.*15.
Quid si exerceat actum ordinis sacri postquam appellauit à comminata excõmunicatione. *n.*16.
An Clericus à suo Episcopo prohibitus sub pœna suspensionis, nè in aliena Diœcesi celebraret, incidat in irregularitatem, si ibi celebrauerit. *num.*17.
An irregularitas incurratur, quando verba, quibus imponitur pœna excommunicationis, sunt ambigua. *num.*10.
An promotus per saltum fiat irregularis, si ministrauerit tantum in ordine, quem ritè suscepit, *num.*20.
Quid si ministret in ordine prætermisso, *ibidem.*
Suspensus, vel interdictus suscipiens ordinem sacrum an fiat irregularis *num.*21.
An fiat irregularis clericus ad sacros ordines non promotus, qui in missa canit epistolam sine manipulo. *num.*22.
An Episcopus possit in irregularitate dispensare, *nu.*24. & 25.
An incurrat irregularitatem sacerdos, qui sine legitima licentia sacras confessiones excipit. *n.*28.
An qui ante legitimam ætatem vel sine dimissorijs &c. ordinãtur ad Sacerdotium, fiant irregulares consecrando cum Episcopo. *lib.*2. *cap.*11. *num.* 3. & 4.
Et quid si canant Epistolam, vel Euangelium in eadem missa, *ibid.*
An eadem irregularitate ligentur, si exerceant actus solum in Sacerdotio constitutis conuenientes per aliquod Ordinis statutũ *num.*5.
An suspensus ab aliquo ordine incurrat irregularitatem, si ad altiorem ordinem ascendat *n.*6.
Clericus violans interdictum per exercitium ordinis sacri irregularitatem incurrit *lib.*2. *cap. vlt. num.*1.
Clericus secularis violãs cessationem à diuinis nullam incurrit irregularitatem. *num.*2.
Quid si regularis huiusmodi cessationem à diuinis violauerit, *ibidem.*
An incurrat irregularitatem Clericus, qui in loco interdicto cõfert sacramenta. *nu.*3.
Quænam sacramenta tempore interdicti permittantur, & quæ prohibeantur, *num.*4. & *seq.*
An Episcopus celebrans in loco interdicto irregularitatem incurrat. *num.*11.
Quando interdictus ab ingressu ecclesiæ incurrat irregularitatem *nu.*12.

An

An Episcopus concedens licentiã exhumandi cadauer occisi incurrat irregularitatem *l.1.c.12.n.65*
An possit concedi Curiæ sæculari copia sententiæ depositionis, siue degradationis verbalis, & renunciationis habitus clericalis, *ibidem n.66.*
Censetur irregularis qui amisit partem membri, quæ aut deformitatem generet, aut inhabilem redderet ad officium exequendum *lib.2.cap.5.nu.5.*
An filij Paganorum, vel Iudæorum sint irregulares *lib.2.cap.6.n.10.*
An condemnatus ad triremes sit irregularis *lib.2.cap.6. num.19.*
Et quid si virgis cæsus fuit per sententiam Iudicis, *ibidem.*
An laici Medici, vel Chirurgi sint irregulares *lib.6.cap.7: num.11.*
Et quid si Clericus in minoribus huiusmodi artes exerceat, *ibid.*
Quando ad euitandam irregularitatem prosit protestatio, quod ad pœnam sanguinis non intendit *l.6.cap.9.nu.3.*
Episcopus, vel alius Iudex ecclesiasticus remittens laicos inquisitos de homicidio ad Iudicẽ sæcularem an irregularitatem incurrat *lib.6.cap.43.num.3.*
Qui fuit causa, cur reus caperetur, irregularitatem incurrit sequuta morte, vel mutilatione. *lib. 6.cap.43. num.4.*
Reliqua vide *in ver. Bigamia, in ver.Clericus.in ver. homicidium & in ver.Sacerdos.*

Iudæi.

A quo Iudice puniantur Iudei, ac Saraceni *lib.6.cap.12.nu.1.*
Qua pœna plectãtur Christiani, qui cum Iudæis habitant. *nu.2.*
Quam pœnam incurrant Christianæ nutrices, quæ Iudæorum filios lactare præsumunt. *num. 3.*
Qua pœna plectendi sint Iudæi, qui cum muliere Christiana copulam habent, *num.4.*
Quid si Christianus cognouerit Iudæam, vel Saracenam *num. 5.*
Qua pœna puniãtur Christiani, qui capti à Saracenis, vel Iudæis, Christianam fidem abnegarunt *num.6.*

Iudex.

Iudex ecclesiasticus non tenetur punire clericos pœnis lege ciuili impositis *lib.1.cap 1.nu.87:*
Iudex ecclesiasticus potest cogere fratres Clerici ad diuidendum bona *lib.4.cap 5.num.40.*
Quando emergit aliquod dubium circa priuilegium clericorum recurrendum est semper ad Iudicem ecclesiasticum, *ibidem nu.41.*
Impediens Iudices ecclesiasticos, nè sua iurisdictione vtantur, quã pœnam incurrat. *lib.5.cap.5.n.7*
Quando Iudex ecclesiasticus in causis ciuilibus procedere possit ad censuras. *num.8.*
Quando in causis criminalibus Iudex ecclesiasticus possit reos excommunicare *lib, 5.c.5.nu.12.*
Iudex sæcularis an possit punire reum, qui in ecclesia deliquit. *lib.6.cap.2.num.2.*
Iudex sæcularis in causa hæresis, vel alterius merè ecclesiastici criminis cognoscere non potest *lib.6.cap.3.num.7.*
Quid in alijs causis mixti fori, *ibidem num.8.*

Et

Et quid si Episcopus ipse vult exequi suam sententiam, & simpliciter implorat familiam, *nu.9.*
Sæcularis magistratus sub pœna excommunicationis cogitur ad præstandum auxilium ecclesiastico Iudici, *num.10.*
Quid si constaret de iniustitia sententiæ Iudicis ecclesiastici *n.11.*
Si Laicus simul cum clerico delinquat, vnusquisque à suo Iudice de consuetudine punitur, *lib.6. cap.40.nu.1.*
Limitatur, quando Iudex ecclesiasticus preuenit in captura laici, *ibidem num.2.*
Quando censeatur facta præuentio *num.3.*
Quando Iudex possit in delictis ex officio procedere *lib.6. cap. vlt. num.13.*
Reliqua vide *in ver. absolutio, ver. causæ ecclesiasticæ, ver. Canonis & fori priuilegium, ver. Clericus, ver. delictum, ver. Episcopus, ver. excommunicatio, ver. iniuria, ver. irregularitas, ver. laicus, ver. Ordinarius, ver. præuentio, ver. sententia, ver. sponsalia, & in ver. Subditus.*

Iuramentum.

Relaxatio iuramenti non ad sæcularem, sed ad ecclesiasticum Iudicem spectat. *lib.5.cap.6. nu.1.*
Capitulum Sede Vacante, & alij Prælati inferiores habentes iurisdictionem Episcopalem, vel quasi relaxare possunt iuramentum. *nu.2.*
Quæ requirantur ad relaxationem iuramenti. *nu.3.*
Quando Episcopus possit periurũ absoluere à reatu periurij. *nu.4.*
Tot requirũtur absolutiones, quot sunt iuramenta. *nu 5.*
An requiratur speciale mandatum ad impetrandam huiusmodi absolutionem. *num.6.*
Iuramentum non obligat contra bonos mores *lib.5.cap.13.n.12.*
Reliqua vide *in ver. Sponsalia.*

Iurisdictio

An iurisdictio ordinarij expiret per mortem superioris constituentis *lib.5.cap.8. num.9.*
Quando expiret iurisdictio Iudicis delegati *num.10.*
Quando aliqua qualitas requiritur ad exercendam iurisdictionem, de illa primò constare debet *lib.7.cap.18.num.2.*
Alia vide *in ver. appellatio.*

Iuspatronatus

Beneficia Iurispatronatus laicorũ libera sunt ab omnibus reseruationibus etiam in corpore iuris clausis. *lib.3.cap.6.num.1.*
Si prima dignitas esset de Iurepatronatus laicorum, reseruatio regulæ 4. Cancellariæ istam non comprehenderet; sed aliam subsequentem *num.3.*
An beneficium Iurispatronatus mixti sit exemptũ ab huiusmodi reseruationibus *num.4.*
Quando Iuspatronatus censeatur ecclesiasticum. *num.5.*
Institutio facta ad præsentationem aliquorum patronorum non seruata forma cap. fin. de elect. est ipso iure nulla. *num.6.*
In beneficijs parochialibus de Iurepatr. laicorum non requiritur concursus. *num.7. limitatur nu.8.*
Habens maiorem partem vocum

si subijceret se examini, sibi præiudicaret, *num* 10.
Si iuspatronatus competat pro medietate vni familiæ, & pro altemedietate alteri competeret, præsentatus à maiori parte vnius vocis esset in pari gradu cũ illo, qui est presentatus ab omnibus patronis alterius vocis, *numero* 11.
Quando fœminæ à iure pręsentandi excludantur, *num.* 12.
In iurepatronatus familię relicto fœminæ non habent vocem in pręsentando, *num.* 13.
Quando præsentatus ab existente in quasi possessione pręferatur præsentato à vero Patrono, *d. lib.* 3. *cap.* 6. *numero* 14.
Pręsentatus à pupillo, qui sit maior infante, pręfertur præsentato à tutore, *num.* 15.
Habilis præsentatus etiam à minori parte pręferitur inhabili prę sentato à maiori parte, *n.* 16.
Quando donatur vel legatur iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita & non in stirpes, secus si succedatur iure hæreditario, quia tunc in stirpes succeditur, *n.* 17.
In parochialibus iurispatronatus ecclesiastici requiritur concursus, *numero* 18.
An concursus requiratur si iuspatronat. sit mixtum, *n* 19. & 20.
An Iuspat. quod destructa ecclesia extinctum fuit, illa reędificata reuiuiscat. *n.* 21.
Dotans insufficienter etiam de cõsensu Episcopi iuspatr. non acquirit, *n.* 22.
An acquiratur Iuspatr. ex augmẽto dotis, *d. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 23.
In casu amissionis dotis non potest alius de nouo dotare nisi prius requisito primo Patrono, an dotare velit, n. 24.
Quando pluribus competat Iuspatronatus, n. 25.
Quando ecclesia censeatur esse de iurepatronatus Vniuersitatis, *num.* 26.
Non acquiritur iuspatr. nisi adsit consensus Episcopi, & quando pręsumatur consensus Episcopi, *n.* 27.
Patronus, qui erexit ecclesiam sine dote sufficienti, potest cogi ad illam præstandam, n. 28.
Quando ad id teneatur Episcopus *ibidem*.
Quando ex refectione, seù reædificatione acquiratur iuspatronatus, *num.* 30. & 31.
Delentes seu amouentes Patroni insignia puniuntur arbitrio Iudicis, *d. l.* 3. *c.* 6. *num.* 32.
An per huiusmodi insignia probetur iuspatronatus, *n.* 33.
Et an probetur ex inscriptionibus antiquis, *num.* 34.
Datur actio iniuriarium contra eos, qui Patronorum sedes ab ecclesia remouent, *n.* 37.
Ius præcedendi, & sedendi in eminentiori loco an ad hæredes extraneos Patroni transferatur, *numero* 38.
Inter plures hęredes, alijs tunc erit præferendus dignior, *n.* 39.
Ad probãdum iuspatronat. quoad personas potentes seruanda est forma à Concil. Trident pręscripta *in sess.* 25. *de refor. c.* 9. *nu.* 40.
Titulus Iurispatr. debet esse necessario

sariò vel ex fundatione, vel dotatione, *d.l.3. c.6.nu.42.*

An dispositio Conc. procedat, quãdo concurreret maior, vel æqualis potentia in ordinario, *n.43.*

Et an procedat in vniuersitatibus partis, ac sine iurisdictione, *ibidem.*

An decretum Concil. loco citato procedat quoad probandum iuspatron. Priuatorum. *n.44.*

Quid si Patronus in loco beneficij nunquam habuit iurisdictionem *d.l.3: c.6: num.45:*

Et an decretum Concilij locum habeat in Confraternitatibus, *numero 46.*

Quid si priuata familia haberet ius patr. simul cum familia potenti, vel vniuersitate, *n.47.*

Et quid si plures familiæ de aliqua vniuersitate prætenderent iuspat. vel si tale ius non totius Vniuersitatis, sed illius partis esse prætendatur, *n.48.*

An seruanda sit forma à Concilio præscripta, si agatur non contra ecclesiam, sed inter ipsos Patronos, *numero 49.*

An Clericus Patronus ecclesiæ, seu Capellæ vacantis possit seipsum presentare, *n.50.*

Si Clericus Compatronus præsentatus ab alijs electioni huiusmodi consentiat, votum eius augebit numerum, debet tamen infra tempus datum ad præsentãdum consentire, *n.51.*

An valeat mandatum datum ad presentandum, antequam beneficium vacet, *n.52.*

Intra quod tempus Patroni præsentare debeant, & an possint elapso tempore moram purgare *numero 53.*

Potest Episcopus lapso tempore admittere Patronum ad præsẽtandum, sed hęc prorogatio valebit in præiudicium ipsius Episcopi, non autem in prejudicij superioris, *d.l.3. c.6.n.54:*

Patronus laicus, non autem ecclesiasticus potest plures successiuè vel etiam vnico contextu præsentare, *n:55.*

Poterit Patronus laicus variare intra quadrimestre, etiamsi præsentauerit indignum, *n.56.*

Patrono indignum præsentante quando possit Episcopus ordinario iure beneficium Iurispatronatus conferre, *n:57.*

Quid si Patroni præsentauerint aliquem non habentem qualitates requisitas in fundatione, *numero 58.*

Patroni etiam ecclesiastici possũt iterum canonicè presentare, si actus prioris presentationis non fuit perfectus, *n.59.*

Non potest Patronus laicus variare vltra duas vices, sed tantum semel, vel iterum, *n. 60.*

Quid si Patronus laicus in prima præsentatione iurauerit, se aliũ non præsentare, *n.61:*

Si Patronus tantum iurauit non reuocare, non dicitur contrauenire per secundam præsentationem, *d.l.3: c.6.n.62.*

Lite pendente inter præsentatos non potest laicus variare, *n. 63.*

An possit Patronus laicus à priori presentatione recedere, *n.64.*

Patronus laicus potest variare tãtum intra quadrimestre, secus

eo elapso, *d.l.3. c.6 num.65.*
Aetas 14. annorum requiritur ad obtinendum beneficium Iurisp. sine cura, *num 66.*
Et an annus 14. requiratur expletus, vel potius sufficiat incæptus *ibidem.*
An possit præsentari minor 14. annorum, si ità in fundatione cautum sit, *num.67.*
An valida sit præsentatio facta de laico, si statim postea assumat Clericatum, *num.71.*
Si Patroni discordent, & lis intra tempus datum ad præsentandum non finiatur, potest Episc. liberè in tali beneficio instituere Rectorem sine præiudicio euincentis, *num, 72.* limitatur, *n.73. & seq.*
Si non constet de iurepatr. Episcopus potest Ecclesiam ordinare non obstante contradictione prætensorum Patronorum, *numero 75.*
Quando valeat collatio facta ab Episcopo intra tempus præsentandi, *n.76.*
Iuspatr. donari, vel legari non potest absque consensu Episcopi, & ideò donans non obstante donatione poterit præsentare, *n.78.*
Talis consensus præsumitur ex lapsu 30. annorum iuncta obseruãtia. *ibid.*
Consensus Episcopi non requiritur. si Iuspatr. donetur Ecclesiæ *num.80.*
Si laicus de consensu Episcopi ecclesiam monachis donaret, ex tali donatione non solum transfertur Iuspatr. sed etiam omnia iura temporalia, quę habebat Episcopus, *n.81.*
Episcopi consensus non est necessarius quando Iuspat. donatur compatrono, secus si donetur filio Compatroni Patre viuente, *num,82.*
An in fideicommissarium transeat iuspatr. *d.l.3.c.6. num. 83.*
An iuspatr. transeat ad hęredes extraneos, *num.84.*
Quando Episcopus possit cogi ad huiusmodi assensum præstandum, *num.85.*
Ecclesia Patronum inopem alere tenetur, *n.86. & seq.*
Quid si dos data à Patrono sit perempta, *nu:87.*
Patrono debentur alimenta etiam pendente lite super iurepat: tenebitur tamen illa restituere, si succumbat, *n.91.*
Patronus pro consequutione alimentorum præfertur Pensionario, *num. 93.*
Huiusmodi alimenta debentur Patrono habito respectu ad qualitatem personæ, & ad facultates seu fructus ecclesiæ, *n 95.*
Si iuspatr. spectet ad Vniuersitatem, ecclesia solos Rectores Vniuersitatis in tali casu alere teneretur. *n.96:*
Vide in *verb. Resignatio, & in verb. permutatio,*

LAICVS

Laicus non potest esse iudex in causis ecclesiasticis, *l.6.c.10. nn.1:*

An laicus possit esse Assessor iudicis ecclesiastici, *n.7.*

An Summus Pontifex possit laico concedere facultatem procedendi contra personas ecclesiasticas, *n.9.*

Reliqua vide in *verb. delictum, ver Iudex, & in ver. Vicarius.*

Legatum

Quando legatum censeatur relictũ contemplatione personæ, & quando contemplatione ecclesiæ. *l.5.c.15.n.1. & seq.*

De qua ecclesia intelligatur legatum simpliciter ecclesiæ relictũ *ibid.n.5. & seq.*

Quid si in loco ipsius testatoris plures sint ecclesiæ eius nominis, quod testator expressit, *num. 7.*

Cui debeatur legatum relictum Capellę existenti in aliqua eccle. sia. *num.8,*

Alia vide in *verb. Emphiteusis, in ver: Ius patronatus, in ver, repudiatio, & in ver. testamentum.*

Lex

Quando leges ecclesiasticæ obligent in conscientia, *l.1.c.1.nu.1. & seq.*

An potestas ciuilis ferre possit leges obligantes sub mortali, *ibi. dem num.11. & seq.*

Quando lex iusta dicatur, vel iniusta, *n.13.*

An liget lex vsu non recepta, *ibid. n.15 & seq.*

Quando lex tollatur per non vsum *nu.19.*

An ad obligationem legis canonicæ requiratur acceptatio populi, *n.21. & seq.*

Quando consuetudo contraria possit sacris canonibus derogare, *n.26. & seq.*

Quando per desuetudinem tollatur lex canonica, & ciuilis, *d.l.1. c.1.n.34. & seq.*

Ad consuetudinem inducendam, nõ requiruntur necessariò actus iudiciales, *ibid.n.36.*

In dubio præsumitur pro viridi legis obseruantia, *n.37*

An, & quando non recipientes legem peccent mortaliter, & quãdo excusentur à mortali, *nu.41: & seq.*

Episcopus potest facere statuta etiam pœnalia, *n.68.*

Si fiant in Synodo, sunt perpetua, *nu.70.*

An lex ciuilis liget clericos, *n. 80. & seq.*

Libellus famosus

Auctor libelli famosi ab vtroque Iudice ecclesiastico videlicet, & sæculari punitur, *l.6.c.14. n.1.*

Quę sit pœna huius criminis de iure ciuili, & quæ de iure canonico, *n.2.*

Conficiens libellum famosum cõtra statum ordinis Prędicatorũ, vel Minorum excommunicationem incurrit, *n.3.*

Quid si conficiat similem libellum contra alias Religiones, quibus

municata sint priuilegia Prædicatorum, & Minorum. *num.* 4.
Et quid si conficeret libellum huiusmodi contra particularem Religiosum. *num.* 5.
Referuntur casus, in quibus suprædictę pœnæ non habent locum *num.* 6.

Libri.

Quam pœnam incurrant retinentes, seu legentes libros prohibitos *lib.* 6. *cap.* 19. *nu.* 14.
Habentes libros prohibitos deferre eos debent Inquisitoribus, vel Episcopis, *ibidem*, *nu.* 15.
Legentes, seu retinentes libros Catholicorum, in quibus referuntur errores hæreticorum, an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ. *nu.* 16.
An Episcopus, vel Inquisitor possit licentiam concedere retinẽdi, seu legendi libros prohibitos *num.* 17.

Locatio.

Quando Beneficiatus successor teneatur stare locationi factæ per prædecessorem *lib.* 5. *cap.* 14. *nu.* 1 *& seq.*
An possit successor de nouo exigere à Conductore pensionem prę decessori anticipatè solutam, *ibidem num.* 2. *& seq.*
Quando Beneficiatus, siue eius hęredes teneantur de euictione *num.* 6.
Quietatio à prædecessore in mortis articulo facta Conductori an præiudicet successori *num.* 7.
An, & quando valeat locatio facta vltra triennium *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *& seq.*
Conductor tenetur ad pensionem etiam si locatio facta fuerit vltra triennium *ibidem num.* 10.
An triennium huiusmodi possit ab Episcopo limitari ad vnum, vel duos annos *nu.* 13.
An primus conductor præferatur secundo conductori finita locatione *nu.* 14. *& seq.*
An vna Ecclesia possit rem communem locare inuita altera ecclesia *nu.* 23.
An Curatus alteri Curato possit cõmune prędium ad vitam locare. *nu.* 24.
Alia vide *in ver. Alienatio, & in ver. fructus.*

Locus.

Locus non definit esse de Terris ecclesiæ, licèt Ecclesia committat alteri temporalem iurisdictionem *lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 30.

MARITVS.

An facta separatione quoad thorũ vir teneatur vxorem alere *lib.* 6. *cap.* 33. *num.* 8.
Vide *in ver. Carceratio.*

Matrimoniales causę.

An Prælati inferiores possint cognoscere causas matrimoniales, *lib.* 4. *cap. vlt. nu.* 27.
An Abbas, qui iura Episcopalia, & proprium territorium habet, cognoscere possit causas matrimoniales, *ibidem nu.* 28.

Matrimonium

An mulier nubens intra annum luctus incurrat pœnas de iure ciuili impositas *lib.* 6. *cap* 4. *nu.* 4.
An matrimonium sit nullum si omittantur denunciationes, *ibidem num.* 8.

In

In quibus casibus Ordinarius dispensare possit in matrimonij denunciationibus *lib. 8. cap. 7. num. 1.*

Quando Parochus possit matrimonio assistere omissis denunciationibus, *ibidem nu. 2.*

Pater auertens à matrimonio filium ob notabilem disparitatē, vel ob aliam rationabilem causam, an dicatur malitiosè impedire *num. 4.*

Ordinarius dispensare non debet, nisi recepta informatione, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes *num. 5.*

An Vicarius Episcopi ex generali commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare *num. 6.*

An Episcopus, vel Vicarius dispensationē negans peccet mortaliter, *ibidem num. 3.*

An Episcopus, & Vicarius possint huiusmodi facultatem dispensādi alteri delegare *num. 8.*

An Episcopus possit dispensare in impedimentis matrimonium nō dirimentibus *lib. 8. cap. 8. num. 1.*

Quando Episcopus in impedimento matrimonium dirimente dispensare possit *num. 3.*

An Episcopus dispensare possit cū minoribus non habentibus ætatem requisitam, *num. 4.*

Quid si malitia suppleat ætatem, *num 5.*

Et quid si ad ętatem legitimam deficerent duo, vel tres dies. *ibid.*

Quæ dicatur ætas legitima in mare, & quæ in Fœmina ad contrahendum matrimonium, *ibid.*

Quando possit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus post contractum matrimonium *d. lib; 8. cap. 8, num. 7.*

An Commissarius Cruciatæ possit in dictis impedimentis dispensare, *ibidem.*

Qui habent priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus etiā matrimonialibus non possunt dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopo, *ibidem.*

An Episcopus in dictis casibus dispensare possit quoad forum externum *num. 8.*

An Episcopus huiusmodi facultatem possit alteri delegare *nu: 9.*

An Episcopus coniugi ad fidem conuerso concedere possit licentiam transeundi ad secundas nuptias viuente altero coniuge infideli *nu. 10.*

An matrimonium inualidum ob aliquod impedimentum iterum celebrandum sit corā Paroche, & testibus *lib 8. cap. 9. num. 1. & seq.*

An parentes, consanguinei, & affines in causa matrimoniali plenè probent nu: 5,

An ad probandum matrimonium admittantur testes inhabiles, *ibidem num. 6.*

Ad impediendum matrimonium vnicus testis sufficit nu, 7.

Alia vide *in ver. Coniuges, ver: dispensatio, & ver. Parochus.*

Membrum.

Quid intelligatur nomine membri *lib. 1. c. 9. nu. 72. & lib. 2. cap. 5. n. 4.*

Digiti non sunt membra, sed pars membri. *ibidem, num. 73.*

Vide

Vide *inver. Irregularitas.*

Mensura.

Vide *in ver. moneta*

Meretrix.

Vide *in ver. Adulterium, & in ver. delictum.*

Metus.

Quando dicatur metus cadens in constantem virum, *lib. 6. cap. 19. num. 9.*

Miserabiles personæ.

Miserabiles personæ habent electionem fori tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, *lib. 5. cap. 4. num. 1.*

Hoc priuilegio vti nequeunt contra alias personas æquè priuilegiatas. *n. 2.*

Miserabiles censentur qui pauperes sunt. *n. 3.*

Qui dicantur pauperes in hoc casu. *n. 4. & seq.*

Inter personas miserabiles numeratur etiam Hospitale, Seminarium puerorum, vniuersitas, seu Ciuitas. *num. 8.*

Quando inter litis consortes adest aliquis habens priuilegium electionis fori, omnes ratione cõnexitatis eodem gaudent priuilegio. *nu. 9.*

Viduæ, & pupilli diuites in defectum iustitiæ secularis possunt laicos coram ecclesiastico iudice conuenire. *nu. 13.*

Pupilli, & Viduæ tam pauperes, quam diuites possunt implorare iudicium ecclesiæ in possessorio, vel vbi agitur de iniuria, vel violentia eis illata. *nu. 14.*

Missa.

An missa celebrari possit in priuatis oratorijs de licentia Episcopi. *lib. 1. cap. 14. num. 11.*

An priuilegia Regularium, quibus poterant in quouis loco honesto cum altare viatico celebrare, sint hodie sublata. *nu. 2.*

An Episcopus in particulari casu possit dispensare, vt missa extra ecclesiam celebretur. *num. 3.*

An priuilegium Episcopis concessum in cap. vlt. de Priuil. in 6. sit hodiè reuocatum. *n. 4.*

Episcopi hoc priuilegio vti non possunt in Vrbe Roma, nisi de licentia Papæ. *nu. 5.*

An eodem priuilegio vti possint in aliena Diœcesi, si Episcopus illius Diœcesis suo edicto prohibuerit, nè quis in suo Episcopatu celebret extra loca sacra. *n. 6.*

An Episcopus possit onera missarum reducere. *num. 7 & seq.*

Et an eadem facultas competat Generalibus Ordinum, *ibidem.*

An Episcopus possit concedere, vt missa celebretur in alia ecclesia vel Altare, si in loco constituto celebrari nequeat. *num 9.*

Statur iuramento sacerdotis asserentis, missas esse celebratas *lib. 1. cap. 10. num. 12.*

In hoc præstatur fides libro sacristiæ, in quo ab officiali deputato quotidie scribuntur missæ *ibidem num. 13.*

An possit purgari mora, si missæ non fuerint ea die à testatore prscripta celebratæ, *num. 14.*

Vide *in ver. pœna. & in ver. Sacerdos.*

Monachus

Nomine monachorum intelliguntur Regulares vtriusque sexus, *lib. 4. cap. 1. numer. 17.*

Mona-

Monasterium

Monasteria Regularium erigi non possunt sine licentia Episcopi, in cuius Diœcesi erigenda sunt: *lib. 7. cap 1. n. 1.*

Et an possint reædificari sine huiusmodi licentia. *nu. 2.*

An ante erectionem requiratur consensus Priorum aliorum monasteriorum *num. 3.*

Quando ad id requiratur consensus Incolarum. *num. 4.*

Quid si ædificentur hospitia. *nu. 5.*

An licentia Episcopi requiratur, si Regulares de loco non sano, seu incommodo ad saniorem, vel commodiorem monasterium transferant. *num. 6.*

Monasteria nouiter erigenda, in quibus 12. Religiosi substentari, ac inhabitare non potuerint, Iurisdictioni ordinarij subijciuntur *num. 7. declaratur. num. 8.*

An ad id requiratur consensus Parochi, in cuius Parochia monasterium est erigendum. *num. 9.*

Constructio fieri non debet iuxta spatium 140. cannarum inter vnum, & alterum monasterium. *num. 10.*

An hoc locum habeat in magnis & populatis vrbibus. *num. 11.*

Quæ requirantur ad monasteria monialium erigenda. *num. 12.*

In quolibet monasterio tam virorum, quam mulierum is tantum numerus constituendus est, qui vel ex reditibus, vel ex consuetis eleemosinis substentari commodè potest *lib. 7. cap. 3. num. 1.*

Determinare numerum monialium ad Episcopum spectat etiam in monasterijs exemptis, *ibidem. n. 2.*

Quando vltra numerum præfixum aliæ moniales recipi possint, *n. 3.*

An possint vltra duas sorores in eodem monasterio habitum regularem suscipere. *num. 4.*

Cætera *vide in ver. ecclesia.*

Moneta.

Adulterantes, seu corrumpentes stateras, mensoras, aut monetas puniuntur tam à Iudice ecclesiastico, quam seculari *lib. 6. cap. 34. num. 1.*

Refertur decretum Sac. Congr. in causa Veliterna *num. 3.*

Iudex ecclesiasticus potest punire laicos, qui merces mixtas cum alia specie ignorante emptore vendiderint. *num. 4.*

Qua pœna puniantur huiusmodi delinquentes. *num. 5.*

Quibus casibus tales delinquentes à pœnis excusentur. *num. 6.*

Moniales.

Qua pœna puniatur qui sanctimonialem violare ausus fuerit *lib. 7 cap. 31. nu 6.*

Quando licitum sit monialibus è monasterio egredi *lib. 7. cap. 7. n. 1. & seq.*

A quo concedenda sit licentia exeundi in tali casu, *ibidem.*

Alia vide *in ver. clausura, in ver. habitus, in ver. ingredientes monasteria, in ver. monasterium, & in ver. professio Regularium.*

Monitorium.

An Vicarius Capituli possit concedere monitoria ad finem reuelationis *lib. 4. cap. 41. nu. 25*

Item an huiusmodi monitoria concedere possint inferiores ordinarij habentes Episcopalem iurisdictionem, *ibidem. n. 26.*

Prin-

Principalis non comprehenditur in monitorio, quod conceditur ad finem reuelationis, *lib.6. cap. 19. n.6.*

Mulier

Osculantes mulierem qualiter sint plectendi, *l. 6.c.30.n.6.*

Mulieres ad habitum tertij Ordinis admittendæ non sunt, nisi cum licentia Ordinarij, & à quibus prædictæ mulieres abstinere debeant, *libro 7.cap.19.nu. 14. & 15.*

Munera Ciuilia

Munera ciuilia quę sint, *l.4. cap.5. nu.1.*

An, & quâdo Clerici teneantur ad munera realia *ibid., n. 2 & seq.*

Clerici tam sæculares quam regulares, & aliæ personæ ecclesiasticæ à muneribus personalibus eximuntur, *ibid. n.8.*

Item exempti sunt ab oneribus mixtis, *n.9. & seq.* limitatur in certis casibus, *n.21. & seq.*

An forenses exempti sint ab huiusmodi oneribus, *ibid.n.11.*

Portio collectarum, quę pro bonis in ecclesiasticos translatis erat soluenda, accrescit cæteris in eodem loco æstimatis, *ibid.n.14.*

Quid si immunitas non de iure, sed priuilegio Principis alicui comperat *n.15.*

Quam pœnam incurrat imponens Clericis collectas, vel eas exigens, *d.l.4.c.5.n.16.*

An Clerici coniugati exempti sint à gabellis, & collectis, *ibidem nu.20.*

An familia Clerici hac immunitate gaudeat, *n.37. & seq.*

An Clerici teneantur reficere viã ante domos suas, *ibidem num.31.*

An Coloni vel conductores, aut Emphiteutę ecclesiarum, vel Clericorum exempti sint ab oneribus personalibus, vel mixtis, *l.4.c.7.n.1. & seq.*

Coloni partiarij mensę Episcopalis, ac S.R.E. Cardinalium exẽpti sunt ab exactionibus laicorum, *ibid.n.8.*

Emptores fructuum Ecclesiæ an gaudeant immunitate à gabellis, *l.4.c.8.n.1. & seq.*

NEGOTIATIO.

CLericis regulariter non licet negotiari, *libro 6.cap.7.numero 1.*

Quid veniat nomine negotiationis Clericis interdictæ, *ibidem num 2.*

Qua pœna clericus negotiator plectendus sit, *n.3.*

An Clericus minoribus ordinibus tantum insignitus exercere possit negotia sæcularia, *n. 4.*

Quid si clericus etiam in sacris, ac beneficiatus succedat conductori, *n.5.*

Et quid si clericus indigeat, *num.6.*

Quando possit clericus officium Aduocati, vel Tabellionis exercere, *d.l.6.c.7.n.8.*

An valeat instrumentum factum in negotijs sæcularibus per clericum, vel Monachum Notarium, *nu.9.*

Quando possit clericus artem medicam, vel chirurgicam exercere, *n.10.*

Qua-

Quando clericus possit procuratoris officium exercere, *n.* 12.
Item quo casu ei licitum est tutelam, seu curã suscipere. *n.* 13.
An clericus possit aliquid lucrari ex honesto artificio, *n.* 14.
An possit vendere vinum per minutum, & in domibus ecclesiæ, *nn.* 15.
Quot actus requirantur, vt clericus dicatur negotiator, *n.* 16.

Nobilis

Vide in *ver. Concursus, & in verb. Pœna.*

Notorium.

Notorium quomodo intelligatur, *l. 2 c. 6. num. 2.*

Nouitius

Renunciatio siue obligatio Nouitij nulla est, nisi cum licẽtia Episcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem iuxta formam Concilij Tridentini, *lib. 7. cap. 8. num. 1.*
An hoc procedat etiam quoad equites Hyerosolimitanos, *n. 2.*
An validè sint donationes factæ ante ingressum Religionis intuitu ipsius ingressus, *n. 3.*
An donatio facta ob ingressum Religionis reuocari possit, *n. 4.*
An dispositio Concilij locum habeat in renunciatione beneficij, *n. 6.*
An nouitius lucretur fructus sui beneficij, *n. 7.*
An dispositio Concil. procedat in testamentis, & codicillis, ac donatione causa mortis, *num. 8. & 9.*
An dispositio Concilij procedat, si Nouitius renunciationem, vel obligationem faceret animo soluendi quod debebat, *n. 11.*
Episcopus Regulares compellere potest, vt abeuntibus ante professionem omnia restituant, *n. 12.*
An habitus religiosus restituendus sit Nouitio exeunti. *ibid.*
Reliqua vide in *ver. Domicilium, ver. ordo, & in verbo probatio.*

Nullitas

Vide in *ver. Sententia.*

OBLATIONES.

PRimitiæ quæ dicantur, *lib. 5. c. 17. n. 1.*
An hodiè de præcepto debeãtur, *nu. 2.*
Oblatio quid sit, *ibid. nu. 3.*
De ratione oblationis est, vt sponte fiat, *num. 4.*
Quando debeatur, *num. 5.*
Oblationes, quæ fiunt Capellę, oratorijs, aut sacris imaginibus, cui debeantur, *nu. 6.*
Ad quem spectent oblationes, quæ fiunt tempore iubilæi, vel Annĩ Sancti, *num. 7.*
Quid si oblationes à fidelibus ad certum finem, veluti pro missis, aut fabrica præstantur, *n. 8.*
Oblationes, quę fiunt, dum Episcopus missam celebrat, cui debeãtur, *num. 9.*
Quid si ex consuetudine vel statuto oblationes, quę fiunt die dominico, debeantur parocho, & in festo principali debeantur Episcopo, & festum principale die dominico occurrat. *n. 10.*
Reprobatur consuetudo, seu abu-

sus, quod ad domos laicorum deferantur candelæ benedictæ in festo purificationis Beatissimæ Virginis, *nu.* 11.

Oeconomus

Quando Episcopus possit ponere oeconomum, *l.* 3. *c.* 6. *n.* 73.

Optio

Consuetudo optandi præbendas siue domos canonicales à iure canonico approbatur, *lib.* 3. *cap. vlt. num.* 1.

Canonicus, qui non est in sacris an possit optare, *num.* 3.

Hæc consuetudo spatio 10. annorum inducitur, *n.* 4.

Optans, dum acquirit nouum titulum, admitti debet per superiorem, *n.* 5.

Optio expediri debet intra terminum 20. dierum, *num.* 6.

An huiusmodi tempus 20. dierum possit minui per capitulum, *n.* 7.

An consuetudo, seu statutum inducens maius tempus, quam 20. dierum ad optandum, præiudicet impetrantibus apostolicis, *num.* 8.

Quando locum non habeat cõsuetudo optandi, *n.* 9.

Si habens beneficium reseruatum optet aliud dimissum spectat ad prouisionem Papæ, & optatum nõ erit reseruatum, *n.* 11. *& seq.*

Quando Canonicus optans possit redire ad suam primam præbendam, *num.* 13.

Ordinarius

Iudex ordinarius potest causas delegare, *l.* 5. *c.* 8. *num.* 1.

Iudex ordinarius ad modicum tẽpus ex iusta causa potest alium in sui locum substituere, *libr.* 5. *c.* 8. *numero* 4.

Talis substitutus dicitur Ordinarius, *num.* 5.

Quando talis substitutus expedire possit causas meri, & mixti imperij, *num.* 6.

Talis substitutus non potest subdelegare ipsam vniuersitatẽ causarum, *nu.* 7.

An per mortem substituentis expiret potestas Vicarij substituti, *numero* 8.

An Iurisdictio Ordinarij expiret per mortem superioris constituentis, *n.* 9.

An ea, quę in Concilio Tridentino committuntur ordinarijs, intelligantur etiam de Vicarijs generalibus, *l.* 8. *c.* 7. *n.* 7.

Alia vide in *ver. Delegatus, & in ver. Episcopus.*

Ordo

Potest quis ordines recipere tam ab Episcopo originis, quam ab Episcopo domicilij, siue beneficij, & quomodo id intelligatur, *l.* 2. *c.* 1. *n.* 1. *& seq.*

Vbi ordinandi sint infantes exposiți, illegitimi, & qui in aliquo loco fortuitò, vel in peregrinatione nascuntur, *ibidem num.* 6. *& seq.*

An promoueri quis possit ad ordines in loco, in quo baptizatus est, *n.* 9.

A quo Episcopo ordinandi sint Regulares. *ibid. n.* 15. *& seq.*

Item à quo ordinari debeant Nouitij, *n.* 17. *& seq.*

An, & quando Episcopus possit ordines conferre familiari suo nõ subdito, *ibid. n.* 24. *& seq.*

Quid si absque titulo, aut patrimonio

nio quis ordinetur, *lib.2.cap.2. num.12 & seq.*
Quam pœnam incurrat Religiosus qui ante professionem promouetur absque titulo, *ibid. n.14.*
Quid si nulliter professus sacros ordines suscipiat. *num.16.*
An Episcopus ordinatum sine titulo possit ad ordinis exequutionem habilitare, *ibidem.n.19.*
Quale patrimonium, seu titulus ad id requiratur *d.lib.2.cap.1.nu. 23.& seq.& d.cap.2.nu.1.& seq.*
Episcopus ordinans aliquem sine titulo quam pœnam incurrat, *d.lib.2.cap.2.num.13,& seq.*
An Episcopus quatuor minores ordines possit eadem die vni conferre *lib.2.cap.3.nu.12.*
Corpore vitiatus ad ordines non est promouendus, *lib.2.cap.5.n.1. & seq.*
An possit Episcopus cum corpore vitiato dispensare, *ibidem nu.6. & seq.*
Ad quem spectet dispensare cum Regularibus corpore vitiatis, *ibidem.nu.8.*
An infames, & criminosi ad ordines promoueri possint *lib.2.c.6. num.1.& seq.*
Quando potest Episcopus Neophitum ad ordines promouere, *ibidem nu.11.*
Alia vide *in ver.ætas, in ver.familiaris, in ver.irregularitas, & in ver.suspensio.*

PACTVM

Nihil tam conuenit æquitati, quam vt pacta seruentur. *lib.1. cap. 5. num.22.*

Papa.

Summus Pontifex à Deo potestatē accipit *lib.1.cap.1.nu.22.*
Esset contra fidem dicere, Summū Pontificem non posse aliquam legem condere independenter à Populo vel à contrario vsu *ibidem nu.23.*
Constitutiones Papæ eo ipso quod sunt promulgatę censeatur effectuatæ, *num.24.*
Romanus Pontifex potest Episcoporum iurisdictionem tollere, minuere, & variare *d.lib.1.c.1. num.29.*

Parochus, Parochia, & Parochianus.

Quam pœnam incurrat Parochus, qui secundas nuptias benedixerit, vel matrimonio clandestino interfuerit, vel alterius Parochię subditos matrimonio coniunxerit *lib.6.cap.4.n.1. & seq.*
Quid si matrimonio proprij subditi assistat extra ecclesiam, *ibidē nu.9.*
Qualiter puniatur, si eius culpa sine sacramento quis moritur. *num 10.*
Quando excusetur Parochus ab administratione Sacramēti Eucharistiæ, & extremæ vnctionis, *ibidem num.11.& seq.*
Sacramentum baptismi, & pœnitentię tenetur Parochus ministrare etiam cum periculo vitæ *num.14.*
Qua pœna plectitur Parochus cognoscens carnaliter suam filiam spiritualem, vel reuelans sigillū confessionis *d.lib.6.cap.4.nu.16. & 22,*
An fractio sigilli probetur per testes singulares. *ibidem nu.23.*
Dispensatus à Papa ad beneficium Cu-

Curatum, si vnum iam fuerit assequutus, nō potest vigore eiusdem dispensationis alterum assequi *lib.2.cap.7.nu.7.*

Quando Parochus beneficio priuandus sit. *d.lib.2.cap.4. nu. 13.*

Quando Parochus infra annum ad Sacerdotium non promotus teneatur dimittere beneficium vna cum fructibus, *lib. 3. cap. 5. num.40 & seq.*

An Parochus de licentia ordinarij possit esse Vicarius alterius Episcopi *lib. 3 cap.12.num.17.*

Canonicus exemptus per concordiam, si habeat curam animarum, efficitur subditus Episcopi *lib.7.cap.16.num.3.*

Proprius Parochus quis dicatur, *lib.8.cap.10.num.1.& seq.*

Matrimonio vagorum assistere potest quilibet Parochus, in cuius Parochia commorantur, *ibidem num.6.*

An validum sit matrimonium celebratum coram Parocho, vel Vicario Episcopi, qui nondum est sacerdos. *ibidem num.11.*

Quid si matrimonium coram proprio Parocho celebretur extra Diœcesim. *num.5.*

Et quid si Parochus esset excommunicatus vitandus *d.lib.8.c.10. num.16.*

An Vicecuratus amouibilis possit alteri Sacerdoti concedere licentiam assistendi matrimonio, *ibidem nu.14.*

Alia vide *in ver.Canonicus, in ver. Ecclesia, in ver.interdictum, in ver.Ius patronatus, in ver.præcedentia, in ver.Prædicator, in ver. residentia, in ver.Vicarius Parochialis.*

Cuius Ecclesiæ Parochianus censendus est qui habitat in confinio duarum ecclesiarum, *lib.1. cap.12.num.41.*

Patrimonium.

Ratione patrimonij præcisè nullus acquirit forum *lib.2.cap.1.n.20.*

An Clericus teneatur bona sibi à Patre assignata in portione hæreditatis conferre, aut in legitimam computare *lib.2. capit. 2. num.28.*

An filius cogere possit Patrem ad sibi assignandum patrimonium, *ibidem d.cap.2.num.30.*

An Pater teneatur iterum Patrimonium assignare, si illud filius amisit *d.lib.2.cap.2.nu 31.*

An Pater possit huiusmodi donationem reuocare propter ingratitudinem. *num.29.*

Quando patrimonium donatum Clerico causa suscipiendi sacros ordines transeat ad hæredes ipsius Clerici *d.lib.2.cap.2. nu. 32.*

An in alienatione Patrimonij requiratur Episcopi licentia, si alienans habeat beneficium, seu alia bona ad victum sufficientia, *nu.38.*

Ad quid teneatur Episcopus admittens alienationem patrimonij, si Clericus non habeat vnde viuere possit *num.39.*

An huiusmodi priuilegio de non alienando patrimonium sine Episcopi licentia possit Clericus renunciare, *ibidem num.40.*

Patronus.

Si Patronus laicus intra quadrimestre non præsentauerit, Episcopus à tempore vltimæ diei quadrimestris potest infra sex menses

ses beneficium conferre *lib.3. c.5. num.26.*
Alia vide *in ver. Carceratio, ver. Iuspatronatus, ver. permutatio, & in ver. præcedentia.*

Pauper.

Quinam veniant nomine pauperũ *lib.8.cap.6.nu.5.* vide *in ver. miserabiles personæ.*

Peculium.

Quoad peculia castrẽsia, vel quasi castrensia, & profectitia nulla est differentia inter filiumfam. clericum, & laicum *lib 5.c.17.n.1*
In bonis castrensibus vel quasi nullum ius queritur Patri *nu.2.*
Bona profectitia liberè ad Patrem spectant. *num.3.*
In bonis aduentitijs regulariter Patri quæritur vsusfructus, sed fallit in filiosam. clerico. *num.4.*
Bona filiofam. clerico à Patre donata, vt ad illorum titulum ordinari posset transeunt in peculium quasi castrense ipsius Clerici. *num 6.*
An in bonis aduentitijs quæsitis ante clericatum Pater habeat vsũfructum. *num.9.*

Pecunia.

Pecunia numeratur inter bona, quę seruando seruari non possunt *lib.1.cap.7.num.5.*
Quibus casibus pecunia cõputetur inter immobilia, *ibid, n.6. 7. & 8.*
Pecunia deputata ad bona immobilia emenda insumi potest in emendis eisdem bonis absque assensu Apostolico *nu.9.*

Pensio.

Episcopus non potest pensiones reseruare nisi concurrente iusta, & rationabili causa *lib.3 c.11.nu.1.*
Pensio potest quidem reseruari ab Episcopo in quantitate pecuniæ vini &c. sed non in quota. *nu. 4.*
Episcopus potest imponere pensionem ex causa permutationis beneficiorum. *nu.5.*
An in reseruatione pensionis super beneficio Iurispatronatus necessarius sit consensus Patroni *num.10.*
Pensio non debet excedere tertiã partem fructuum, & quid in Curia seruetur. *num.16.*
Pro qua summa facultates transferẽdi pẽsiones substineãtur, *ibid.*
Parochiales Ecclesiæ, quæ summam ducatorum 100. non excedunt, nullis pensionibus grauari possunt. *num.17.*
Cui incumbat onus probãdi, quod centum remaneant pro Rectore *num.18.*
An pensiones huiusmodi per Episcopum reseruatæ sint perpetuæ ità vt transeant ad Successores, *nu.19.*
An si Pater habeat facultatem trãsferendi pensionẽ, possit illã trãsferre in filium illegitimum *lib. 3. cap.7.num 8*
Pensio constituta super fructibus non censetur imposita super distributionibus *lib.3.c.16. num.7.*
Pẽsio, quæ pro fructibus bonorum venditorum percipi solet, debetur emptori, si tempore venditionis fructus erant pendentes, secus si iam erant à solo separati *lib.3.cap.9.num.24.*
Alia vide *in ver. fructus, & in ver. illegitimus.*

Pensionarius.

An pensionarius teneatur deferre habi-

habitum, & tõsuram clericalem *lib.3.cap.1.num°5.*
Quando pensionarius non deferés habitum, & tonsuram amittat pensionem, *ibidem num.* 11.
Vide *in ver. excommunicatio.*

Periurium.

Periurium an sit mixti fori, *lib. 6, cap.27.num.1.*
Iurans soluere vsuras an teneatur illas soluere. *num.3.*
Qua pœna periurus puniatur. *n.4.*
Quando cesset periurij pœna. *nu.6:*
Cætera vide *in ver. Iuramentum.*

Permutatio.

An præfixum sit à iure tempus ad conferenda beneficia resignata ex causa permutationis *lib.3.c.5. num.29.*
Quando beneficiorum permutatio coram Episcopo permissa sit *lib. 3.cap:11.num.6:*
Si beneficia sint reseruata, permutatio fieri debet coram Papa, *ibidem nu.7*
Episcopus non potest admittere permutationem triangularem, *num.8.*
Nec potest admittere permutationem beneficij de Iurepatr laicorum sine Patronorum consensu *nu 9.*
Quando beneficium vnius Diœcesis permutatur cum alio alterius Diœcesis, requiritur vtriusque Episcopi auctoritas *d.lib.3.c. 11. num.11.*
An permutantes possint redire ad priora beneficia absque noua Superioris collatione, si permutatio non habuit effectum. *n.12.*

Pœna.

Si clerici sint nobiles, pœna corporalis commutari potest in pecuniariam, *l.6 c.3.n.18:*
In Regno Franciæ pœna triremis contra clericos non imponitur, *ibid. n.19.*
Laicus nobilis an possit ad triremes, vel alias pœnas ignominiosas damnari. *n.20.*
Qua pœna puniantur nobiles pro simplici homicidio, *n.21.*
Potest Episcopus suis constitutionibus adiuuare ius canonicum imponendo pœnam vbi non est, *l.6.c.5.n.3.*
Pœnæ pecuniariæ locis pijs sunt applicandæ, *ibid. n.4.*
An possit Episcop. pœnas pecuniarias sibi, aut suo Vicario aut ministris, seminario sacristiæ eccle siæ Cathedralis, vel fabricæ eiusdem ecclesiæ, vel domus Episcopalis applicare, *n.5.*
Qua pœna plectitur qui non promotus sacramenta conficit, vel ministrat, *l.6 c.8: n.1.*
Quoties in iure certa pœna non imponitur, delinquens arbitrio Iudicis punitur, *l.6 c.15: n.3.*
Hodiè omnis pœna etiam à iure determinata est Iudici arbitraria, *n.5.*
Percutiens aliquem in ecclesia solet pœna pecuniaria mulctari, *numero 6.*
Quando Iudex possit pœnam augere, vel minuere, *n.7.*
Quando possit Iudex pœnam corporalem commutare in pecuniariam, *d.l.6.c.15.n.8.*

Pœnitentiarius

Pœnitentiarius eo ipso quod est electus habet à iure, & Concil. facultatem audiendi confessiones

nes pœnitentium illius Diœcesis, *l.8.c.1.n.11.*
Quando possit officio priuari, *ibid. numero 12.*
Alia vide *in ver. casus reseruati.*

Pollutio

Quando ecclesia polluatur, *libr. 1. c.16. n.1. & seq.*
Quæ requirantur, vt ecclesia polluta dicatur, *ibid: n.11: & seq.*
An simplex sacerdos possit reconciliare ecclesiam pollutam, *numero 15.*
An Episcopus, & eius Vicarius dispensare possit, vt in ecclesia polluta celebretur, *n.16.*
Cuius expensis reconciliatio ecclesiæ pollutæ fieri debeat, *n.18.*
Quam pœnam incurrat celebrans in ecclesia polluta, *n:19. & 20.*
Ex sanguinis, vel seminis effusione sequuta in Cœmeterio, aut alijs locis ecclesiæ contiguis, ecclesia non polluitur, nec sacrilegium committitur, *l.1.c.9: n.68.*
Ad effectum pollutionis, seu violationis solus internus ambitus ecclesiæ spectatur, secus quoad priuilegium immunitatis, *ibid. num.69.*

Pontificalia

Vide in *ver. Suspensio.*

Portio Canonica

Vide in *ver. Quarta funeralis.*

Possessio

An ad possessionem beneficij per mortem vacantis certum à iure tempus sit præfixum, *lib.3.cap.5. nu.30.*

Precedentia

An à sententia lata super precedentia detur appellatio. *l:3. cap.18. n.1. & 5.*
In materia præcedentiæ attenditur cõsuetudo locorum, vel quasi possessio precedendi, *ibid.n.6.*
Quid seruandũ sit in hoc quoad Regulares, *n.9: & seq.*
Non valet consuetudo præbens locum digniorem inferiori, *n.12.*
Vicarius Episcopi præcedit Dignitatibus, Gubernatori, & alijs laicis ministris, *n.13, & seq.*
Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & collegiatę præcedit Parocho, etiam in funeralibus, *d: lib,3.c. 18. n.17: & seq.*
Precedentia datur Parochis secundùm prærogatiuam ecclesiarum *ibidem n.24.*
Quid seruandum sit, quando defunctus vnius Parochiæ sepelitur in ecclesia alterius Parochię *nu.25.*
Quis præcedere debeat, si duo eadem die fuerunt ordinati, *n.27.*
In quo loco sedere debet qui duo officia sustinet, *ibid n.29:*
Vicarius Capitularis in actibus publicis cedere debet digniorem locum primæ dignitati, *libro 4. c.vlt.n.69.*
Alia vide in *ver. Iuspatronat.*

Prædicator

Quibus incumbat prędicationis munus, *l.1.c:14:n:1.*
Cui competat ius eligendi Prædicatorem, & qui teneantur eidẽ stipendia præstare, *ibidem nu.4. & seq.*
An possit Parochus dare licentiã prędicandi in sua parochia, *ibidem n.3.*
An & quando Regulares antequã prædicent, benedictionem, ac licentiam ab Episcopo obtinere te-

teneantur, *l.7. c.13. nn.1.*
An Episcopus possit Regulares examinare circa doctrinam, *ibidem n.4.*
Quando possit Episcopus regulares Prædicatores punire, eisque munus prædicationis interdicere, *n.5. & seq.*

Præscriptio

Si laicus habeat rem communem cum Ecclesia, non erit locus præscriptioni, nisi tantum temporis effluxerit, quantum requiritur ad rem ecclesiæ præscribendam, *l.4.c.5.n.39.*
Actio iniuriarum anno præscribitur, *l.6.c.vlt. num.* 3 limitatur *num: seq:*
Crimina de iure canonico nunquã præscribuntur, *ibid.n.16:*
Vide in *verb. accusatio, & in verb: alienatio.*

Præsumptio

Præsumitur, clericum acquisiuisse bona intuitu, seu contemplatione ecclesiæ, quando post adeptũ beneficium quæsita sunt, *l.3 cap. 17.n.3* limitatur *n.4.*

Prœuentio

Quando censeatur facta præuentio, *l.6 c.40.n 3.*
Iudex ecclesiasticus etiam contra reos præuentos à Iudice sæculari potest procedere ad spirituales pœnas, *l.6.c.42. n. 1.*

Primitiæ

Vide in *ver. oblationes.*

Priuilegium

Priuilegium per decennium amittitur, quando quis eo potuit vti & vsus non fuit, *l.1.c.1.n.41.*

Probatio

Annus probationis, seu Nouitiatus debet esse completus. *libr.3. c.9. num.5.*
Item annus probationis debet esse continuus, & quomodò id intelligatur, *l.7. c.9.n.6.*
Quid si Nouitius probationis anno expleto desereret religionẽ, & postea rediret, *ibid.n.7.*

Professio fidei

Qui teneantur fidei professionem emittere, *l.3.c 13.n.1. & seq.*
Coram quo huiusmodi professio emittenda est, & quando corã Capitulo fieri debeat, *ibid.*
Quam pœnam subeat omittens fidei professionem, & an aliquãdo excusetur, *n.7. & seq.*
An huiusmodi professio fieri possit per procuratorem, *ibid.n.16:*

Professio Regularium

Quæ ætas requiratur ad professionem, *l.7.c.9 n.3. & seq.*
An finito anno Nouitiatus possint superiores Nouitij professionẽ differre, *ibid.n.8.*
Conuertitę possunt statim ac ingrediuntur monasterium professionem emittere *n.9.*
Moniali professæ in articulo mortis ante annum probationis expletum an monasterium succedat, *n.11. & seq.*
Puella ad habitum, & professionem admitti non debet, nisi prius eius voluntatem Episcopus exploraverit *l.7.c.10 n.1. & seq.*
An valida sit professio facta absque tali exploratione, *ibidem numero 5.*
Quando professus possit dicere de nullitate professionis, *l.7.cap.11: n.1. & seq.*
In Nouitij receptione, & professione

ne requiritur consensus monasterij, *ibid.n.6:*
Coram quo nullitas professionis est deducenda, *n.7.& 8:*
An si professio declaretur nulla, censeatur etiam annullata renunciatio, *n.10.*
An professione annullata quis reincidat in pristinam irregularitatem, *ibid.n.11.*
Alia vide in *ver. illegitimus.*

QVARTA FVNERALIS.

QVid sit quarta funeralis, *l.1. c.13, n.1:*
In quo consistat quarta funeralis, *nu.2.*
Non debetur de candelis, quas in manibus gestant religiosi, neq. de Cereis Confraternitatum, *num.3.*
Quid veniat sub nomine funeraliũ *nu.4.& 5.*
Locorum consuetudo attenditur quoad quantitatem quartæ funeralis, *n.7.*
An Regulares teneantur soluere huiusmodi quartam, *n. 8. & 9.*
Solutiones ex causa huiusmodi quartæ à Monachis particularibus factę non prędicant monasterio, *n.10.*
An valeant compositiones factæ inter Religiosos, & Parochos super iuribus parochialibus, *nu.11.*
An Tertiariæ teneantur ad solutionem Quartæ *n.12.*

Quindennia

Quindennia de iure non debentur *l.5.c.16.n.7.*

RAPTVS

RAptus quando committatur, *l.6.c.31.n.1.*
Hoc crimen est mixti fori, *ibid. num.2.*
Raptores qualiter puniantur de iure ciuili, *n.3.*
Puella semper præsumitur decepta, *n.4.*
In quibus casibus cesset pœna raptus, *n.5.*
Raptores de iure canonico qualiter puniantur, *n.7:*
An valida sint sponsalia contracta inter raptorẽ, & raptam, *n.8.*
An validum sit matrimonium cõtractum cum ea, quam quis rapuit causa explendæ libidinis, *ibidem nu.9.*
Quid si mulier raperet virũ, *n.10*
An si Puella volens pro matrimonio abducitur inuitis parentibus, tale matrimonium sit validum, *n.11.*
An Raptor sequuto matrimonio euitet pœnas. *n. 12. & 13.*

Ratificatio

Omnis forma, & solemnitas, quæ debet interuenire in actu, vt valeat, interuenire etiam debet in ratificatione, *l.8.c.9. n.10:*

Recusatio

An, & quando Iudex ordinarius, vel delegatus possit recusari, *l.5. c.7. n:1. & seq.*
Quis cognoscat de causis suspicionis in tali casu, *ibid.n.8: & seq.*
An recusato Episcopo vt suspecto, Vicarius ipsius recusari possit, *num.14. & seq.*
Quando Iudex recusatus possit alteri

teri causam committere *ibidem num. 25. & seq.*
Duo tantum Iudices recusari possunt *d. lib. 5. cap. 7. nu. 29.*
An procurator absque speciali mãdato possit iudicem recusare *ibidem num. 30. & seq.*
Processus factus post interpositam recusationem est nullus ipso iure *nu. 32.*
An Episcopus visitans possit recusari *nu. 33.*
Ad quem sit appellandum, si Iudex renuat admittere legitimã recusationem, *ibidem num. 37.*

Regulares.

An possint Regulares sacramenta ministrare ijs, qui hospitij causa in eorum conuentu recipiuntur *lib. 1. cap. 12. num. 22. & seq.*
Et an possint sacramenta ministrare Tertiarijs *lib. 1. cap. 13. n. 13.*
An Regulares gaudeant ecclesiastica immunitate vide *in ver. Immunitas ecclesiastica.*
Regulares puniti per Sanctum Officium eo ipso fiunt inhabiles ad gradus, & officia Religionis, *lib. 6. cap. 6. nu. 6.*
Quando Regulares coram ordinario conueniri possint *lib. 7. cap. 1. num. 7 & seq.*
In quibus casibus Regulares puniri possint ab Episcopo *lib. 7. c. 13. cap. 14. cap. 15. c. 16. c. 17. c. 18. & cap. 19.*
Item quando Episcopus punire possit Equites Hierosolymitanos ac sacerdotes eorum Ecclesijs seruientes *ibidem.*
Quando Episcopus possit procedere per censuras ecclesiasticas eõtra Regulares *lib. 7. c. vlt.*
Alia vide *in ver. absolutio, in ver. clausura, in ver. Confessarius, in ver. Confessionis sacramentum, in ver. Episcopus, in ver. habitus, in ver. irregularitas, in ver. Monasterium, in ver. missi, in ver. ordo, in ver. præcedentia, in ver. Prædicator, in ver. Professio Regularium, in ver. scientia, & in ver. testamentum.*

Religio.

An per ingressum Religionis tollatur irregularitas ex defectu natalium *lib. 2. cap. 7. num. 12.*
Et an tollatur irregularitas ex vsu ordinis contracta. *ibidem n. 13.*
Vide *in ver. beneficium. & in ver. illegitimus.*

Repudiatio.

An possit Rector Ecclesiæ repudiare absque solemnitate hæreditatem, seu legatum eidem Ecclesiæ relictum *lib. 1. cap 11. num. 1. & 2.*
Quando acquisitio fit in eodem actu, in quo fit repudiatio, tunc ille actus acquisitionis non habetur in consideratione, secus si fiant duo actus separati, *ibidem nu. 3. & 4.*
Datur actio contra Prælatum, qui ecclesiæ vtilitati non prospexit, *numer. 5.*

Reseruatio.

An domus canonicales, & alia membra similia distincta, seu separata à Canonicatu cadant sub reseruatione *lib 3. cap. vlt. num. 10.*
Vide *in ver. Optio.*

Residentia.

Canonici, ac Parochi non residentes in eorum ecclesijs quibus pœnis

nis plectantur *lib.3.cap.12: nu.1. & seq.*
Quando beneficijs priuandi sunt, *ibidem.*
Item quando à residentia excusentur, *num 25.& seq.*
An Episcopus possit obtinentes beneficia simplicia ad residẽtiam cogere, vel illis nouum onus imponere, *ibidem num.24.*
An Episcopus possit dispẽsare cum Parocho, vt abesse possit causa studij, *d.lib.3.cap.13.nu.1. & seq.*
Canonici, ac dignitates ex causa studij per quinquennium abesse possunt, & quando id procedat, *ibidem num.3. & seq.*

Resignatio.

Fructus inter Resignantem, & Resignatarium qualiter sint diuidendi *lib.3.cap.10.nu.1.& seq.*
An valida sit resignatio beneficij non facta mentione, quod ad illius titulum fuerit ordinatus. *ibidem nu.7.& seq.*
Ex quibus causis fieri possit resignatio coram Episcopo, *ibidem num.10.*
An ordinarij beneficia coram ipsis resignata conferre possunt. *num. 12. & seq.*
An Constitutio Greg. XIII. de publicandis resignationibus locũ habeat in spontanea beneficij dimissione, *ibidem num.18.*
Alia vide *in ver.beneficium,*

Retractus.

Vide *in ver.Emphiteusis.*

Reus.

Si Iudex ecclesiasticus, vel secularis reum condemnauit, vel absoluit, non potest idem reus amplius molestari *lib.6. cap.42: n.2.* limitatur *n.3.& 4.*
Vide *in ver.appellatio, & in ver. confessio iudicialis.*

SACERDOS

Quæ pœna puniatur Sacerdos qui absque approbatione Ordinarij præsumit audire sacras confessiones *lib.6.cap.8.nu.2.*
Item qualiter puniatur Sacerdos bis in die celebrans. *ibidem. nu.3.*
An laicus celebrans missam, vel audiens sacras confessiones incurrat irregularitatem *num.4.*
An Episcopus possit dispensare in huiusmodi irregularitate *nu.5.*
An simplex sacerdos reconciliare possit ecclesiam pollutam. *lib.1 .cap 16. nu.15.*
Sacerdos celebrans in ecclesia polluta quam pœnam incurrat *ibidem nu.19.*
An Sacerdos committens peccatũ luxuriæ teneatur dicere confessario se esse sacerdotem, *lib.6: cap.4 nu.21.*

Sacrilegium.

Quid nomine Sacrilegij intelligatur *lib.6.cap.36.nu.1.*
Vulnerantes, seu spoliantes mortuorum cadauera sacrilegium committunt, *nu.2.*
Hoc crimen est mixti fori, *nu.3.*
Sacrilegi qualiter puniantur, *n.4.*

Satellites,

Quando credatur Satellitibus, *lib. 6.cap.44.num.36.*

Schola.

An Collegia Doctorum, seu scholarium gaudeant immunitate ecclesiastica vide *in ver.Immunitas ecclesiastica:*

Alia vide *in ver. Ecclesia.*

Scientia.

Quilibet debet habere scientiam qua possit explere ea, quę incúbunt ordini, vel officio *lib. 2. c. 4. num. 1.*

In beneficijs maior, & minor requiritur scientia pro diuersitate muneris *num. 2. & seq.*

Non potest Episcopus cum penitus illitterato dispensare *. nu. 6*

Collatio beneficij facta penitus illitterato est nulla ipso iure, *ibid:*

Quando possit Episcopus dispensare cum eo, qui parum scit. *nu. 7.*

Quæ scientia sufficiat in Religiosis. *num. 8.*

Et quę in Clericis pauperibus ad obtinendum simplex beneficiũ. *num. 9.*

An illitterati quoad obtenta beneficia sint tolerandi. *num. 10.*

Parochialium ecclesiarum Rectoribus imperitis Episcopus dare potest coadiutorem. *nu. 11.*

Scientia vacationis beneficij præsumitur in Prælato, qui residet in sua Diœcesi; hęc tamen non sufficit ad effectum deuolutionis, sed certa scientia probanda est *lib. 3. cap. 5. nu. 24.*

Seminarium.

Ad contributionem pro Seminarij Alumnis sustentandis tenentur etiam Cardinales. *lib. 3. c. 8. n. 12*

An Canonici teneantur contribuere, si reditus Canonicatuum cõsistant in distributionibus quotidianis, *ibidem. num. 13.*

An teneatur contribuere Hospitale, quod neque in titulum, neq. in administrationem datur, *n. 14*

Cætera vide *in ver. Ecclesia, & in ver. unio.*

Sententia.

Quando Iudex possit cognoscere de nullitate suæ sententię *lib. 5. cap. 8. num. 11.*

Sepulchrum, seu sepultura.

In qua ecclesia defuncti sepeliri debeant *lib. 1. cap. 12. n. 1. & seq.*

Quid si sibi elegerint sepulturam, & qui sibi eam eligere possint, *ibidem. nu. 42. & seq.*

Principes vbi sepeliri debent, *ibidem num. 17.*

Item in qua ecclesia sepeliendi sunt Clerici tam seculares, quã Regulares *d. lib. 1. cap. 12. n. 20. & seq.*

Vbi sepeliendi sunt Tertiarij, seu Tertiariæ, serui, ac familiares Regularium, atque ij, qui hospitij causa recipiuntur in conuentu Regularium, & ibi decedunt, *ibidem nu. 21. & seq.*

Non potest Parochus plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum, quam Ciuium *n. 35.*

Vbi sepeliendus est qui habet duo domicilia, vel inhabitaret domum in confinio duarũ Parochiarum, *ibidem nu. 38. & seq.*

Quantum distare debeant sepulturæ ab altaribus, *ibidem nu. 48.*

An possit aliquid recipi pro loco sepulturæ *d. lib. 1. cap. 12. num. 50. & seq.*

Non requiritur aliqua solemnitas pro concedendo vsu sepulturæ, *ibid. num 52.*

Quid probare debeat ecclesia agens pro cadauere violenter subtracto, *ibid. nu. 64.*

Cadauer occisi potest exhumari de

de licentia Episcopi, *ibidem num.65.*
Ad quem spectet concedere licentiam transferendi cadauera de vno loco ad alium, *ibidem n.70 & seq.*
Sepulchrum esse hæreditarium probatur ex litteris Sepulchro inscriptis *lib. 3. cap. 6. num. 35.*
Quando ius sepulchri alicui familiæ concessi redeat ad ecclesiã, *ibidem num.36.*
An in fideicommissarium transeat ius sepulchri, *ibidem num. 83.*
A quo, & qua pœna puniantur violantes sepulchra *lib. 6. c. 37. num.1. & seq.*
Quando competat actio sepulchri violati, *ibidem num.3.*

Simonia.

Crimen Simoniæ est merè ecclesiasticum *lib 6 cap.18. num.1.*
Quibus subijciantur pœnis cõmittentes Simoniam, *ibidem num. 2. & seq.*
In Simonia vltra tractatum præcedentem probari etiam debet effectuatio, *ibidem nu.13.*
An Episcopus possit à prædictis pœnis Simoniacos absoluere, *ibidẽ num.17.*

Sodomia.

Crimen sodomiæ est mixti fori. *lib 6. cap.28 num.1.*
Sodomitę qualiter puniantur de iure ciuili, & Canonico, *num. 2.*
An stuprum passus faciat indicium ad torturam. *num.3.*
Quando incurratur pœna ordinaria huius delicti, *num.4.*
Modi e de consuetudine totius mũdi non punitur conatus, *num. 5.*
limitatur; *num.6.*
Quando censeatur hoc delictum proximè attentatum. *num.7.*
Clericus committens huiusmodi delictum an teneatur statim dimittere beneficia. *num.9.*
Quando pœnæ à Pio V. contra Clericos sodomitas inflictæ locum habeant, *num.10.*
An credatur puero dicenti, se de hoc crimine fuisse attentatum, *num.11.*
An stuprum passi eadem, qua agẽtes, pœna plectantur. *num.12. & seq.*
Mulieres hoc crimen perpetrantes quando mitius puniantur *nu.14.*

Sortilegium.

Quando crimen Sortilegij sit mixti fori. *lib.6.c.21.nu.1.*
Quibus pœnis Sortilegi puniantur de iure ciuili, & Canonico. *n 2. & seq.*
Qua pœna plectendus sit abutens Sanctiss. Altaris Sacramento ad huiusmodi sortilegia. *nu. 7.*
An in hoc crimine faciant fidem testes, qui se liberatos à sortilegis affirmant. *num.8.*
Qua plectendi sint pœna Incantatores Serpentum. *num.10.*
Item quam pœnam subeant qui verba sacrę scripturę ad scurrilia, vel superstitiones, & diabolicas incãtationes vsurpant. *n.11.*

Spolia.

An constitutio Iulij III. super Spolijs procedat, vbi Clerus alicuius Diœcesis super eisdem spolijs compositionem fecerit *lib.3.c.9. num.31.*

Et

Et an locum habeat in fructibus quotidianis distributionum, *ibidem num.*32.
Et an procedat in pensionibus, *n.*33.
Constitutio Iulij III. non procedit nisi in Beneficiato defuncto, *l.*3.*c.*10.*nu.*2.

Sponsalia

Quando Iudex ecclesiasticus possit compellere sponsos ad matrimonium contrahendum, *l.*5.*c.*2. *n.*1. *& seq.*
An impedimentum publicæ honestatis duret dissolutis sponsalibus per mutuum consensum, vel per mortem, *ibid. n* 12.

Stuprum

Stuprum est communis fori, *lib* 6. *cap.*30, *num.*1,
Quæ pœna plectantur committentes stuprum, *n.*2.
Præsumitur, quod puella fuerit virgo, & quod fuerit seducta, *n.*3.
In quibus casibus stuprator non tenetur virginem à se stupratam dotare, *numero* 4.
Clericus stuprator qua pœna puniri debeat, *numero* 5.

Subditus

Subditus litigans cum suo Episcopo potest impetrare exemptionem ab eius iurisdictione lite pendente, *l.*3.*c.*6. *n.*73.
Si Iudex esset inimicus capitali inimicitia, potest subditus petere à Principe, se eximi cum tota familia à iurisdictione talis Iudicis, *l.*5.*c.*7. *n.*38.
Vagus venit sub nomine proprii subditi, *l.*8.*c.*2 *n.*5.
Vagus quis dicatur, *l.*8.*c.*10.*n.*7.

Suppressio

An sola diminutio fructuum sufficiat ad suppressionē, *l.*3.*c.*8 *n.*25
Vide in *ver. unio.*

Suspensio.

An suspensus ab ordine Superiori intelligatur suspensus ab exercitio ordinis inferioris, *libro* 2. *c.*10. *n* 5.
Quid operetur suspensio à Pontificalibus, *ibidem num.*6
Suspensus ab ordine inferiori, etiā quoad omnes superiores ordines manet suspensus, *n.*7.
An Episcopus suspensus à collatione ordinum minorum possit cōferre ordines maiores, *n.*8.
An suspensus ab administratione Sacramentorum intelligatur suspensus à celebratione missæ, *ibidem num* 10.
Suspensus à perceptione sacramētorum non fit irregularis ea recipiendo, *ibidem.*
An Parochus, & alij confessarij possint absoluere à suspensione iure communi non reseruata, *d. l.*2.*cap.*10.*num.*26:
Et an ab ea possit absoluere Episcopus, *ibidem.*
Clerici promoti ante legitimam ætatem, vel absque litteris dimissorijs, vel extra tempora sūt ipso iure suspensi, *l.*2 *c.*11. *num.*1.
Quid si ordines minores suscipiāt, *ibidem num.*2.

Synodus

Annus celebrandi synodum currit à die synodi vltimo loco celebratæ, *l.*3.*cap.*5.*num.*2.
Reliqua vide in *ver. censura.*

TER-

TERRITORIVM

TErritorium Episcopi est tota Diœcesis, *l.6.c.1.n.16.*

Quando excommunicatio lata ab Episcopo liget subditos existentes extra territorium, siue Diœcesim, *d.l.6.c.1.n.3.*

Testamentum

Quando testamentum, ac legata censeantur facta ad pias causas, *l.1.c.10.n.1. & seq.*

Executio legatorum piorum non differtur dura te tempore inuentarij, *ibid.n.9.*

In legatis pijs fructus etiam à tempore mortis Testatoris debetur, *ibid.num.11.*

Episcopus in legatis pijs est Iudex competens, *n.15. & sequen.* est etiam executor in legatis prophanis, *n.18.*

Hæredibus annus à iure præfigitur ad soluendum tam legata pia, quam prophana, & quomodo id intelligatur, *ibidem nu. 19. & seq.*

Quot testes de iure canonico in testamentis requirantur, & an sufficiant testes fœminæ, *d.libro 1. c.10.n.27. & seq.*

Et an requiratur rogitus testium, *ibid.n.47. & seq.*

Testamentum ad pias causas non subiacet legi positiuæ, *ibid.nu.50 & seq.*

An legata pia debeantur, si testamentū sit inualidum, *ibid.n.53.*

Legata pia semper debentur, etiamsi non possent adimpleri vel de facto vel de iure, *ibid.n.63.*

An legata pia relicta ad vnū vsum possint ab Episcopo in aliū vsū conuerti, *ibid.n.77. & seq.*

De quibus bonis potest beneficiarius, ac Episcopus testari, *libro 3. c.17.n.13. & seq.*

Licentia testandi concessa Episcopo regulari intelligitur ad pias causas, non ad prophanas, *ibid. num.15.*

An licentia testandi à Papa Prælatis concessa morte Pontificis expiret, *num.19.*

An testamentum factum sine licentia conualidetur ex superueniēti facultate, *ibid.n.20.*

An professus testamentum ante professionem conditum possit reuocare, vel illud declarare, *l.7. c.8.n.10.*

Thesaurus

Thesauri non pertinent ad Beneficiatum, sed ad ecclesiam, *l.3. c.9.n.4.*

An Thesaurus spectet ad Principē, *ibidem.*

Tortura

Quid seruare debeat Iudex antequam ad torturam procedat, *l.6.c.44.n.1. & seq.*

Quę tormentorum genera hodiè sint in vsu, *ibid.n.11.*

Tortura inferri non debet nisi quando veritas aliunde haberi non potest, *ibid. n.12.*

An possit Iudex reum confictum torquere, *n.13.*

Quę personæ torqueri nō debeāt *d.l.6.c.44.n.14. & 49.*

Quando & quoties Iudex possit torturam repetere, *ibid.num.21 & seq.*

In tormento funis nō potest reus detineri vltra horam, secus in tormento vigiliæ, *n.24. & 25.*

Quan-

Quando testes torqueantur, *ibid. n.* 30. *& seq.*
Quãdo testis torquetur vti varius, regulariter statur vltimo dicto *n.* 40. limitatur, *n.* 41. *& seq.*

Transactio

An transactio de re ecclesiæ fieri possit absque solemnitate, *l.* 1. *c.* 8. *n.* 9. *& seq.*

Trebellianica

Quando Trebellianica detrahatur *l.* 1. *c.* 10. *n.* 66 *& seq.*

Tutor

Tutor negligens in conueniendo debitores, pupilli de proprio tenetur, *l.* 1. *c.* 3 *n.* 21.

VICARIVS
Episcopi.

AN Vicarius Episcopi possit super interstitijs dispensare, *l.* 2 *c.* 3. *n.* 2.
An Vicarius Episcopi concedere possit Dimissorias, vide in *verb. Dimissoriæ.*
Qua pœna puniatur offendens Vicarium Episcopi, *l.* 6. *c.* 3. *n.* 15.
Laicus non potest esse Vicarius Episcopi, *l.* 6. *c.* 10. *n.* 2.
Bigamus similiter ad Vicariatus officium assumi nequit. *n.* 3.
Sententia lata per laicum Vicariũ est nulla, *n.* 4.
Clericus coniugatus non potest officium Vicarij exercere, *n.* 5.
An monachus seu Regularis possit esse Vicarius Episcopi, *n.* 10.

Vnio

An & quando Episcopus possit beneficia vnire diuidere, & extinguere, *l.* 3. *c.* 8. *n.* 1. *& seq.*
Quid requiratur ad vnionem faciendam, *ibid. n.* 17. *& seq.*
An requiratur consensus Capituli, *ibid. n.* 21.
Et an requiratur cõsilium quatuor Deputatorum in vnione beneficiorum facienda Seminario, *ibid. n.* 7.
Item an requiratur consensus Patroni, si beneficium vniendum sit de Iurepatr. *ibid. n.* 19.
Alia vide in *ver. Canonicus.*

Votum

An & quando Episcopus possit in voto dispensare, *l.* 8. *c.* 2. *num.* 1. *& seq.*
An valeat dispensatio huiusmodi concessa absque iusta causa, *ibidem n.* 6.
In quibus casibus Episcopus dispẽsat in votis Summo Pontifici reseruatis, *ibid. n.* 10.
Quando Episcopus possit dispensare in voto simplici castitatis, *l.* 8. *c.* 8. *n.* 2.

Vsura

An crimen vsurarum sit mixti fori, *l.* 6. *c.* 17. *n.* 1.
Si coram Iudice ecclesiastico pendeat causa ciuilis super vsuris, Iudex laicus supersedere debet in causa criminali, *n.* 2.
Quibus pœnis plectendus sit qui vsuras exercet, *n.* 3.
Hoc crimen quomodo probetur, *numero* 4.
In vsura mentali sola intentio obligat ad restitutionem, *libro* 6. *c.* 18. *n.* 4.

FINIS.


Th
4788
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN